CALLIMACHUS

SPANHEMII

2

27 237

27 237

EZECHIELIS SPANHEMII

IN

CALLIMACHI HYMNOS OBSERVATIONES.

2237



FACULTÉ DES LETTRES DE TOULOUSE

ULTRAJECTI

Apud { FRANCISCUM HALMAM, / GUILIELMUM VANDE WATER, } Bibliop.

M D C XCVII.



LECTORI.

QUO consilio, quave occasione, hoc quidquid est in Nobilissimum Poetam operæ sit a me susceptum, haud abs re hic in limine mihi enarrandum arbitror. Ita enim eorum, qui de commentationibus id genus haud male opinantur, judiciis pondus aliquod ipsa rei, de qua agitur, contemplatione, accedet: aut vero adversus qualescunque, in quas aliunde posset forte incurrere, reprehensiones, meus hic labor quodammodo præmunietur. Id nempe iis, qui vel litteras mediocriter adtigerunt haud ignotum, in omni sacrorum, apud veteres quasque gentes, ne Indis quidem exceptis, cultu, haud minimam vel ignobilem utique partem in Hymnis, quibus Dei laudes, beneficia, vires, aut virtutes prædicarentur, fuisse repositam. Adeo, ut id genus hymni cum ante, tum post libationes, sacrificia, aut etiam medio eorundem tempore, & quidem ad tibiam vulgo vel ad citharam, fuerint passim (ne Hebræos jam adtingam) a Gentilibus adhibiti: idque ad cele-

Arrian. Exped. Alex. l. VII.

brandum Numinis, cui litabatur, vel adventum, vel discessum; vel alioquin in dedicatione Templorum; aut in solemni cujusque festi apparatu vel panegyri; aut in sacris, velut in Delum, qua de re in hoc opere haud semel agitur, legationibus seu θεωρίαις. Adde, in Heroum vel Cæsarum apud Græcos juxta & Romanos, quod vel e [1] Demosthene, [2] Diodoro, [3] Varrone, [4] Tacito, [5] Herodiano, & aliunde liquet, consecrationibus: immo unde inter insolitos honores Augusto adhuc rerum potienti a Senatu decretos refert Dio, *ut in hymnos*, Saliares nempe, *juxta Deos immortales adscriberetur*: quibus hymnis denique ipsum Numen, seu adlectum recens Divum, sibi propitium (quæ consueta est eorundem, qui e Græcis adhuc supersunt, clausula) redderent, vel iratum etiam continuo placarent. Quod nec una ratione ac via fieri contigit; dum, modo quibusdam fabularum ac rerum, ab eodem scilicet Numine gestarum, involucris; modo commemoratis naturæ rerum opificis viribus, vel facultatibus; modo singulari multiplicium nominum seu potestatum congerie, & mystica quadam seu arcana invocatione; modo solemni demum votorum nuncupatione, aut vero deprecatione submissa, res ea est ab illis divini hujus cultus ducibus vel auctoribus peracta. Unde nata etiam multiplex Hymnorum, apud Græcos maxime, varietas: prout μυθικὺς, γενεθλιακὺς, vel γενεαλογικὺς, κλητικὺς, ἀποπεμπτικὺς, πεπλασμένους, φυσικὺς, ἐυκτι-

1 *de Corona.*
2 *Exc. Vales. p.* 301.
3 *de L.L. l.* v.
4 *Annal. lib.* II. *cap.* LXXXIII.
5 *lib.* IV. *cap.* 14. ἐς τε τὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐγγράφεσθαι *lib.* LI. *p* 457.

ἐνκλικὰς, ἀπενκλικὰς, *fabulares*, *natalitios* vel *genealogicos*, *advocantes*, *dimittentes*, *fictos*, *naturales*, *votivos*, *deprecatores* Hymnos recenſet, eorumque tangit diſcrimina, Menander [1] Rhetor ab Aldo editus, ac inde, ut video, in libris de Poetica doctiſſimus Gyraldus, & ſuppreſſo Menandri nomine, Jul. Scaliger ὁ πάνυ. Quorum proinde Hymnorum ea religio eſt ab iiſdem Gentilibus habita, ut plerique, qui pridem erant recepti, in eorum ſacris, Deos ipſos auctores habuiſſe crederentur, aut vero ab hominibus Deo adflatis profecti: ſicut hæc de iis tradit in Epiſtola ad Athenienſes Julianus Imperator. Quum autem veteris Gentilium, & Græcorum maxime, Theologiæ parentes vel propagatores Poetas conſtet exſtitiſſe, haud mirum, ſi id genus hymnorum iidem vel conditores, vel præcones ſimiliter fuerint: eorum nempe, qui pro ratione Numinis, cui illi erant ſacri, Apollinis, Dianæ, Cereris, Bacchi, Matris Deum, Veneris, Adonidis, Παιᾶνες, Ὑπορχήματα, Οὔπιγγοι, Ἴυλοι, Δημητρείυλοι, Ἰόβακχοι, Φαλλικοὶ, Μητρῳακοὶ, Ἐρωτικοὶ, Ἀδωνίδια, &c. aut ab ipſo eorum cantu, legibus, ad aram vel ad ſimulacra Numinis acceſſu, Ὠδαὶ, Ἄσματα, Νόμοι, Προσῳδία a Græcis, ut ex antiquis eorum monumentis conſtat, ſunt appellati. Quemadmodum enim conſtituti erant accurato delectu, qui in iis Ethnicorum ſacris, ſanctum illud ac religioſum hymnos canendi miniſterium,

[1] cap. 1. pag. 594. 595.

propositis etiam eam in rem agonibus & prœmiis, obirent, quique inde ΥΜΝΩΔΟΙ, ut ab initio ferme hujus operis tangimus, nempe *Saliares* juxta veteres glossas, & ΣΥΝΥΜΝΩΔΟΙ in residuis prisci ævi monumentis leguntur appellati: ita etiam sunt reperti, vel ad id publice in bene moratis urbibus adlecti, quod ibidem est a nobis monitum, ΥΜΝΟΓΡΑΦΟΙ, seu, ut a Themistio alicubi dicuntur, ΥΜΝΟΠΟΙΟΙ, qui nempe id genus hymnos, singulari arte ac studio elaboratos conderent; vel e priscis Ritualibus sacrorum libris depromptos, ad posterorum memoriam seu pietatem studiose proderent. Quo in genere sunt in vulgus nota, quæ de Orpheo, qui in eam rem vel primus, vel intentiori cura, & parta inde nominis auctoritate ac fama, incubuisse fertur, & sub cujus nomine circumferuntur etiamnum antiquissimi Poetæ Hymni seu Τελεταὶ, sunt a veteribus tradita; & cui comitem ea in re Thamyrim, Orphei juxta alios parentem, addit alicubi Plato. Quibus accedunt continuo, qui ipso Orpheo antiquior, hymnorum apud Græcos auctor a [1] Pausania traditur, cujusque ab hoc ipso Battiade [2] in Hymno in Delum fit mentio, Lycius Oleni, & qui similiter Orpheo ab eodem Pausania præmittitur, ac vetustissimos apud Athenienses hymnos conscripsisse [3] alibi ab eo dicitur, nec omitti juxta dictum paullo ante Thamyrim, a diligentissimo Vossio in libro de Poetis Græcis & quidem incertæ æta-

Marm. Oxon. p. 105.

Orat. IV. p. 54.

μηδ' ἂν ἡδίον ἢ τῶν Θαμύρου τε καὶ Ὀρφέως ὑμνῶν *de Legib. l. VIII. p. 829. ed. H. Steph.*

1 *lib.* IX. *p.* 181.

2 Νόμον Λυκίοιο γέροντος *ver.* 304.

3 *lib.* VII. *p.* 429.

ætatis, meruit, nempe Pamphus; aut vero Sido illa Pontica, cui hymnum scite ac modulate canendi inventum a Sanchoniathone apud Eusebium tribuitur. Ut nunc mittam, quæ de notioribus, vel Stesichoro, tanquam primo hymni inventore tradit eruditissimus Clemens; vel de Alcmane, Sappho, Simonide, Pindaro, Bacchylide, Epicharmo, Parmenide, ut totidem hymnorum conditoribus, cum e priscis auctoribus & Grammaticis, tum nominatim e memorato paullo ante Menandro Rhetore, ubi de variis agit hymnorum generibus, adducuntur: aut vero id quod de Simonide refert Aristides, eum scilicet a Dioscuris servatum, ob scriptum in eorum laudem carmen seu hymnum. Quibus autem antiquior longe, & Orpheo, quamquam haud exiguo temporum intervallo, proximus vatum, uti & Theologorum, juxta illum Oeagri filium, habitus apud Græcos parens, Homerus; cujus itidem nomine scriptos complures hymnos, seu is eorum, seu Homeridarum aliquis, ut de iis ait alicubi Athenæus, & quæ disquisitio non est jam hujus loci, auctor exstiterit, adhuc hodie terimus. Immo quæ sacrorum id genus carminum seu Hymnorum pangendorum laus, ita penes Græcos mansit, ut etiam Romæ in Deum Matrem hymni, non alia quam Græcorum lingua, quod docet ad Maronem Servius, canerentur: ac, si unum forte vel alterum sæculare in Dianam carmen mittas, vix alia religiosæ illius poeseos, seu ipsorum

Præp. Evang. l. 1. p. 38.

Strom. lib. 1. p. 308.

p. 595. 596. &c.

Serm. Sacr. IV. p. 584.

lib. 11. p. 22.

ad Georg. l. 11. v. 399.

Saliarium carminum vel Hymnorum vestigia, in superstitibus Romanorum monumentis reperiantur. Ut nec mirum videri debeat, si inter tot præclara & illustria, quæ ab eo leguntur elaborata, ingenii & facultatis poeticæ monumenta, id quoque antiquissimæ poeseos genus excoluerit Cyrenæus Callimachus, & quidem ut, propitio bonis litteris fato, quæ eo in genere elucubravit, sint ad nostram usque ætatem feliciter transmissa. Quorum proinde eo major ratio habenda hinc videtur; quod quum incerti sint Hymnorum, qui splendida illa Orphei & Homeri nomina præferunt, parentes; hi genuinum auctorem statim prodant; eumque non ignobilem quempiam, sed qui præter natalium decus, & singularem poeseos laudem, aliis etiam liberalibus disciplinis egregie excultus, in magna litteratissimi Regis summique Musarum cultoris gratia floruit; ac in urbe, non aliis magis decoribus, quam doctrinarum & præstantium ingeniorum cultu ac proventu tum largiter adfluente, Museo etiam celebratissimo eadem ætate condito, haud parum nobilitata. Etsi enim eundem Callimachum *Elegiæ principem*, ab acerrimo inter veteres ingeniorum censore[1] Fabio, ab aliis inter[2] quatuor illius carminis principes habitum norim; & excellentem ejus in ea poesi facultatem, non eorum aut[3] Romani adeo Callimachi testimonia, quam quæ supersunt ejusdem Epigrammata abunde etiamnum arguant; haud minus præstantiam in Heroico carmine plane

1 *Instit. lib. x. cap. 1.*
2 *Proclus in Chrestom.*
3 *Propert. l. III. El. v.*

ne eximiam comprobant hi ejus Hymni, singulari quadam arte ac venustate conditi. Adeo ut haud immerito ad eosdem hujus Poetæ Hymnos, tanquam unum superstitem tam præclari ingenii in illa aliorum, si pauca quædam mittas Epigrammata, orbitate fœtum, edendos ac illustrandos, operam suam ac industriam contulerint, ac diverso quidem instituto vel eruditionis apparatu viri superiori sæculo præclari, Frischlinus, H. Stephanus, B. Vulcanius. Quibus accessit haud ita pridem illaque ad id paterno, ut id ea nos docuit exemplo vel consilio incitata, sui sexus eruditissima, & singulare litteratæ Galliæ ornamentum, Anna Daceria. Quomodo laudabili rursus instituto, de nova illius elegantissimi cultissimique Poetæ editione susceptа est ab eruditissimo magni parentis filio, nunc ἐν ἁγίοις, cogitatio: quæ cum ex collatis hactenus ad eam illustrandam præstantium ingeniorum operis, tum e novis insuper, quas vel Cl. Meursii Schedæ, vel aliorum, aut propria etiam ac domestica penus suppeditaret, symbolis concinnaretur. Qua occasione, & viso eorum, quæ ad eundem Battiadem adnotaveram, specimine, me continuo pro veteri nostra necessitudine Grævius pater, vir, quod omnibus non plane ἀμύσοις notum, excellenti doctrina, ac præclaris in litteras meritis, & qui hoc agebat filius, τῷ πατρὸς τὸ παιδίον, officiosis humanissimisque litteris compellarunt, ut reliqua, quæ ad præstantissimum

hunc Poetam ornandum aut explanandum facerent, recenſendi commentandique laborem non detrectarem; unde haud pœnitenda, ut ii quidem blande ſignificabant, huic novæ ſplendidæque editioni acceſſio continuo fieret. Adeo, ut quamquam eodem tempore Juliani Imperatoris & Alexandrini Antiſtitis adverſus eundem libros divulgandi ac illuſtrandi provinciam ſuſcepiſſem, neque alia & potiora forte deeſſent, quæ agerem; id tamen iis, & amicorum quidem capitum, hortatibus, meoque cuidam veteri in eas Græcorum artes ſtudio indulgendum cenſui, ut ſubſecivas ſubinde horas in elegantiſſimis hiſce Battiadæ Hymnis enarrandis collocarem. Etſi haud alia eſſent mihi eam in rem ſubſidia, niſi quod ad oram noviſſimæ Pariſienſis editionis haud pauca eſſent, dum illam ſubinde verſo, aut viæ comitem adſumo, a me, & pro more quidem meo, adnotata, quæ eidem Poetæ multis in locis lucem aliquam, poſt eruditas aliorum curas, adfundere mihi videbantur. Unde me levi opera, neque longi laboris tædio, in iis colligendis, aut ubi id res exigeret, uberius aliquanto pleniuſve elucidandis defunctum iri, haud injucunda præterea nec plane inutili graviorum occupationum intermiſſione, confidebam. Verum præter animi deſtinationem, res illa paullo aliter cecidit. Factum enim, ut dum ea, quæ, ſicut modo innui, ad marginem mei Callimachi, nullo utique ad eum quidquam commentandi conſilio, olim adnotave-

taveram, propius tracto aut recenseo; ac simul cultissimum eruditissimumque Poetam, quæque ad eum hactenus fuerunt monita, paullo adtentius expendo; haud parum mihi sub manum creverit ille eundem explanandi illustrandive labor; indeque nata sit ea non læta forte, sed copiosa Observationum, quæ hic prostat, seges seu farrago. Neque enim ab ejusmodi opere, quod seorsim ab ipso Battiade ac aliis eruditorum ad eundem adnotatis, & peculiari quidem volumine, vulgaretur, vel ab hisce litteris, aut vero ab editis subinde in alios poetas vel auctores virorum præstantium exemplis, alienum censui; ut eodem labore ac data occasione, res eas, de quibus a doctissimo vate agebatur, easque minus forte pertentatas, paullo penitius excutere ac enarrare non refugerem. Quibus insuper ansam dedit ea, quam vel immortui eidem operi junioris Grævii luctuosus parenti ac litteris obitus, aut distractus aliis laboribus typographus, huic editioni adtulit, procrastinatio. Neque vero ad eam rem haud cunctanter obeundam leve mihi incitamentum addidit idem amicissimus Grævius; dum ne quidquam de illa adnotationum in hunc Poetam, quæ ei ex Observationibus in duos priores Hymnos prælo Ultrajectino jam addictis comperta sat erat, luxurie depascerem; sed quo uberiores eædem, eo graviores fore, suis ad me litteris haud semel, quamquam blande nimis, aut ego nimium forte credulus, flagitat ac impellit. Habes proinde, amice LECTOR,

LECTORI.

CTOR, quæ prima mihi in ſuſcipiendo elaborandoque hoc commentationis genere conſilii animique ratio fuerit. Cui & ea continuo acceſſit, quam ipſa argumenti, ſeu rerum, de quibus ibi agebatur, ſubminiſtrabat præſtantia ac varietas; earum maxime, quæ ad res divinas Gentilium, ad ſacrum ſeu μυθικὸν eorum cultum, alioſque antiquos ac retruſos ſubinde ritus reſpicerent: aut quæ cæteroquin ad priſcæ eruditionis & elegantiæ, quæ utraque ſumma in his Callimachi Hymnis adſperſa eſt, neque eadem ſemper obvia aut ſatis hactenus explicata, uſum ac lumen diffundendum adtinerent. Etſi enim laudanda ſit præſtantium ingeniorum, quæ in explanandos eoſdem magni, quod aliunde rurſus conſtat, Critici, haud minus ac Poëtæ Hymnos incubuerat, induſtria; haud exigua tamen rerum copia, & attentioris aliquantum indagationis, eaque hactenus intentata in iis paſſim occurrebat; neque pauca inſuper ſecus, ut mihi quidem videbatur, animadverſa: in quibus proinde enucleandis haud vanam prorſus operam, vel omni delectatione ac utilitate vacuam, collocari poſſe arbitrabar. Qua ſpe vel fiducia eo magis me oblectare poteram, quod viros hujus & ſuperioris ætatis eruditiſſimos ac litterarum principes, aut alioquin procurationi Reipublicæ implicatos, vel ſacrorum etiam Antiſtites, in iis priſci ævi Poetis, qui amatorias ut plurimum levitates, cum ſumma ſubinde orationis obſcœnitate, tractaverant, illuſtran-

ſtrandis, non ſolum citra ullam offenſionem vel infamiam, ſed cum laude & plauſu verſatos noſſem. Ne jam huc advocem veteres illos omni liberali & exquiſita doctrina florentes, Ariſtophanem Byzantium, Ariſtarchum, Cratetem, Didymum; iiſque recentiores Porphyrium, Syrianum, Proclum, alioſque, qui in commentandis poetis antiquis, & hi quidem in explicandis maxime eorum μυθικοῖς ſeu θεολογημένοις ſuam venditarunt induſtriam. Id forte adhuc opportunius, quod priſci Chriſtianæ fidei ac veritatis defenſores, dum in Apologeticis abſurdum ac impium Gentilium in ſacris cultum convellunt; aut eorum ſaniora ſubinde dogmata & Chriſtianis magis conſentanea adſtruunt, eadem e priſcis Orphei, Homeri, Empedoclis, Parmenidis, aliorumque id genus veterum ὑμνογεφῶν ſcitis ſolent depromere ac illuſtrare. Quamquam an hac mea in elegantiſſimum ac doctiſſimum vatem, ſeu ſacros ejus Hymnos, commentatione, aliquod operæ pretium fecerim, haud valde mihi nunc laborandum putem. Neque in eo certe fortunarum mearum aut loci alioquin mei ratio vertitur; ut ſi minus etiam proſpere ceſſerit mihi, non a longo utique tempore meditatus hic labor, ſed ea, quam paullo ante adtigi, occaſione demum ſuſceptus, inde commoveri magnopere debeam. Uti ſua quemque delectant, nec una eſt vel otii, vel luſus, quo quis ſe ab aliis gravioribus curis, reficit, vel oblectat, ratio: ita vix alia magis depontanos

etiam

etiam ſenes recreant, quam ea, quibus iidem ſibi videntur quodammodo repueraſcere. Juvit me utique haud parum, eas veterum Græcorum & Poetarum quidem, quibus gens illa aut lingua fuit ad invidiam olim ferax, artes ac diſciplinas, quarum autem notitia primam ætatem, quæ in litteras incumbit, cupidiſſime quondam excolui, longis dein temporibus, aliiſve potioribus vel curis vel ſtudiis intermiſſas, denuo & animo quidem, ubi id mihi contigit, vacuo ac ſoluto recolere; illiuſque antiquæ, ſi quæ unquam fuit, meæ in iis tractandis percipiendiſve adtentionis aut diligentiæ hoc velut, idque a me expetitum, ſpecimen edere. Quo in genere tamen alia erant a me dudum in ſcriniis condita, vel ad ipſos Auctores haud indiligenter adnotata, quibus veteres quoſdam Muſarum Græcarum, Atticarum maxime, Antiſtites, ſi ea impatiens, ut cum Satyrico loquar, prurigo me tenuiſſet, aut data mihi foret ſimilis ejus rei occaſio vel impulſio, majori forte cum laude vel veniæ ſpe, illuſtrare aut enarrare mihi licuit. Sed quodcunque ſit hujus commentationis, cujus forte varietas, eaque haud contritis veteris ac eruditæ elegantiæ monumentis ſubinde illuſtrata, lectorem aliquantum adficiet, fatum; eo me ſolatio haud difficulter ſuſtentabo, quod etſi cum eruditiſſimis hujus aut ſuperioris memoriæ viris frequens ſit mihi, non quæſita quidem ambitioſe, ſed ultro oblata de hiſce litteris ac artibus concertatio, me ab omni ver-

verborum acerbitate, quibus iidem vel minimum læderentur, perpetuo, & data quidem opera, temperarim. Adeo, ut si non eximiam aliquam ingenii vel eruditionis, quæ sentio quam in me sint exigua, commendationem sim hoc opere consequutus; attamen me potiorem longe modestiæ, debitæ magnis nominibus & præclaris in Rempublicam litterariam meritis, reverentiæ, ac unde hisce litteris nomen ac decus emergit, humanitatis laudem duxisse ac ambiisse, neque præsens hæc ætas, nec æqua, ut augurari licet, denegabit posteritas.

INDEX
HYMNORUM.

Hymnus in Jovem. PAG. 2

—— —— *Apollinem.* 47

—— —— *Dianam.* 121

—— —— *Delum.* 316

—— —— *Lavacrum Palladis.* 526

—— —— *Cererem.* 649

Addenda. 753

EZE-

EZECHIELIS SPANHEMII

OBSERVATIONES

IN

CALLIMACHUM.

EZECHIELIS SPANHEMII
OBSERVATIONES
IN
CALLIMACHUM.

ΥΜΝΟΙ] Hymni antiquissimum Poeseos genus, quo Deorum laudes continebantur; unde de iis Theocritus, Ὕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας ἐστὶν αὐτῶν. *Hymni enim Immortalium etiam sunt praemium.* Idyll. XVII. 8. Hinc in singulis olim urbibus ὑμνογράφοι, de quibus egerat Ptolemæus Hephæstio, teste Photio, Biblioth. p. 426. & qui ab Aristophane Equit. p. 319. vocantur τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων, *artifices pulcre constructorum hymnorum.* Unde in basi antiqui tripodis legitur, ΠΟΙΗΤΑΙ ΥΜΝΟΦΟΡΗΣΑΝ, Spon. Misc. p. 49. Talis cum *Lycius Olen*, vetustissimorum apud Græcos Hymnorum auctor, teste Pausania l. IX. p. 581. aut *Pamphus* apud Athenienses, apud eundem p. 585. *Orphei* vero breves & paucos Hymnos exstitisse, idem auctor tradit in sequentibus p. 588; eosque carminis quidem elegantia & ornatu, primas post Homeri Hymnos ferre, majus vero iisdem a religione pretium obtigisse. Quamquam eorum, qui sub *Homeri* nomine circumferuntur, hymnorum incertus jam olim nec unus Auctor habitus fuerit, ut ex Athenæo liquet lib. I. p. 22. ubi versus aliquos citat ex Hymno, qui in eo etiamnum leguntur, in Apollinem, καὶ Ὅμηρος δὲ ἢ τῶν τις Ὁμηριδῶν ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνοις, *& Homerus etiam aut quis Homeridarum in Hymnis in Apollinem.* Illius vero hymni, quod non observavit ibi ὁ πάνυ, habitus auctor *Cinæthus* quidam Chius, juxta Schol. Pindar. Od. II. Nem. p. 134. Ejusdem tamen hymni, quod præterea observo, tanquam Homerum auctorem habeat, meminit Thucydides l. III. p. 442. ubi relati etiam ex eo aliquot versus, qui in eodem adhuc comparent. Citat alibi Pausanias l. IV. p. 273. versus ex Homeri hymno in Cererem, qualis hodie inter reliquos tributos illi hymnos non exstat.

IN
HYMNUM
IN
JOVEM.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ] Nempe, *A Jove principium.* *Hymnos* vero aliis Diis scriptos, excepto uno Amore, tradit Plato Sympos. p. 177. ed. H. Steph. Varia autem de Diis aut Deabus, quibus sacrati Hymni, sortiti

titi iidem nomina, ut Μητρῳακοὶ, *in Matrem Deûm*, Hephæstio p. 40; Παιᾶνες, quod vulgo notum, in *Apollinem*, Πρόσοδοι in *Mercurium*, Aristophan. de Pace p. 648. *Ithyphallicum*, aut Ἰοβακχ☉ ab initio carminis Ἰὼ Βάκχε, in *Bacchum*, sicut liquet ex Athenæo l. XIV. p. 671: Schol. ad Aristophan. Acharn. p. 384. & Proclo in Chrestomath. Sic Ἰήλιοι & Δημητρείηλοι appellati in *Cererem* Hymni, Athen. l. XIV. p. 618. & Ὀυπιήγιοι in *Dianam*. Ibid. p. 619. Schol. Apoll. Rhod. l. I. v. 972. & Schol. Lycophr. p. 8. Neque *Cœlestibus* solum, sed *Inferorum* etiam *Diis* hymni dicati; unde Θεῶν κατὰ γῆς Ὕμνος; *Deorum sub terra Hymnus*, apud Æschyl. Sept. Theb. v. 874. qui & alibi hymnis colendos eosdem tradit in Persis v. 621. & 627. Immo *infaustum* etiam *Erinnyos* seu Eumenidum *Hymnum*, in priori dramate memorat, δυσκέλαδον θ' Ὕμνον Εὐμενίδος, Sept. Theb. v. 873. Unde occurrunt superstites etiamnum inter hymnos Orpheo tributos, peculiares Plutoni, Proserpinæ, iisdemque etiam Eumenidibus sacrati. Illud autem singulare in Festo Γακινθίων apud Laconas notat Athenæus lib. IV. p. 134, quod nullus hymnus Diis caneretur.

V. 1. ᾠδὴ σπονδῆσιν] *Hymni* olim pars sacrorum, ac dum libarent veteres, & post libationes etiam accini iidem soliti. Unde Clemens Alex. Strom. l. III. p. 428. de sacris in honorem Antiochi Epiphanis, σπένδεσί τε καὶ ἐυοχέονται, καὶ Ὕμνοι λέγονται, *Libant autem, & epulantur, & hymni canuntur*. Hinc Plato l. VII. de Legib. p. 799. cautum ab Ægyptiis docet, qui *hymni* & quæ choreæ singulis conveniant Diis ac sacrificiis. Peculiares enim exstabant *hymni* pro ratione Dei ac Festi. Hinc *sacri* etiam dicti hymni, ut ᾠδοὶ μακάρων ἱερώτατοι ab Aristophane Nub. p. 142. alibi ad Mercurium, καὶ ζε θυσίαισιν ἱεραῖσιν ᾠδούς τε μεγάλαισι, &c.; *Et te sacrificiis sanctis, magnisque supplicationibus* &c. (non ut ibi eruditissimus Florens, *reditibus*) *colimus*. de Pace p. 648. Post libationes autem finitis cœnis, παιᾶνας apud Arcadas cani solitos scribit Athen. l. IV. p. 149. & ex Homero etiam abunde liquet Iliad. α. v. 473.

Ibid. ἀείδειν] Cani nempe soliti in Gentilium sacris id genus hymni; unde ἀοιδὴ de *hymno* in Dianam, ultimo ejusdem hymni versu, ab hoc Poëta dicitur; tum Ἄσματα itidem, ut de hymno in Æsculapium Lucianus in Encom. Demosth. & qualia Alcmanis ὕσματα memorat Athenæus l. XV. p. 678.; tum Ὠδὴ vocabantur, ut apud Platonem l. VII. de Leg. p. 799. ἐπὶ τοῖς τῶν Θεῶν θύμασιν ἑκάστοις ἦν ΩΔΗΝ δὲ ΕΦΥΜΝΕΙΣΘΑΙ, *deinde, qui* CANTUS *seu hymnus singulis Deorum sacrificiis conveniat*; qui etiam præter sacros & publicos id genus cantus, reliquos vetat, ejusdem operis l. VIII. p. 800. Immo unde ᾠδοί, ut jam vidimus, ac ᾠδῶδια, tum etiam ᾠδοίμια dicta; a voce nempe ὑμὴν, quæ *cantum* itidem notat, sicut de hymno Apollinis Homero tributo Thucydides loco jam ante indicato l. III. p. 242. ἐκ Προοιμίου Ἀπόλλωνος; ubi Scholiastes Ὕμνος ἦν τὸ ᾠδοίμιον ἐκάλει. Hinc vero Ὑμνῳδοὶ & Συνῳδοὶ dicti, qui hoc munus obirent, iique cum Θεολόγοις juncti, sicut Marm. Oxon. p. 95: immo delecti ad hoc munus e primis loci seu urbis, ut observo e veteri Inscr. Spon. Misc. p. 354: ubi Oenomaus quidam ΠΡΥ-

ΤΑΝΙΣ ΚΑΙ ΥΜΝΩΔΟΣ simul dicitur. Quorum præterea Ὑμνῳδῶν in Ægyptiorum sacris, qui & Ὠδοί, ut aliunde constat, ab iis dicti, meminit Porphyr. περὶ ἀποχ. l. IV. p. 374. Solis autem Arcadibus peculiare illud docet Polybius Histor. l. IV. p. 290. & quod inde ab Athenæo etiam refertur l. XIV. p. 626., ut eorum pueri à teneris hymnos & Pæanas canere assuescerent. Quamquam etiam pueros ex Asia Romam à Caligula evocatos ad concinendos, quæ ipse perageret, Mysteriorum hymnos tradat Joseph. Antiq. l. XIX. c. I. p. 660, ἐπὶ Ὑμνοις Μυστηρίων ἃ ἐπετέλει. Ita de adolescente etiamnum Davide e sacris litteris tradit alibi idem Auctor Antiq. l. VI. c. IX. p. 187, eum nempe delectum apud Saulum, ψάλλειν τῇ ᾠδὴν ὕμνους. Hymni autem quandoque cum saltatione, unde χορικὴ ᾠδὴ, hymnus in Apollinem dictus, Apollon. Rhod. l. II. v. 716. & cujusmodi sequens Hymnus Callimachi, in eundem Deum, ut liquet e v. 7. Cani vero consueverant iidem hymni, non ad lyram, sed ad Tibiam, secundum Schol. Eurip. Phœn. v. 1036; a quibus rursus abit Proclus in Chrestomath. qui hymnos proinde ad lyram, ἀυτοσχέδια vero ad tibiam scribit decantata. Adde, quod primi etiam & antiquissimi inter illos Ὑμνῳδὲς agones fuerint, ac victoribus præmia constituta, ut liquet ex Pausania l. IX. p. 620.

V. 2. ἀεὶ μέγαν] Ad discrimen nempe, non solum Persarum antea aut Parthorum dein Regis, qui quamquam Μέγας vulgo dictus, non erat tamen ἀεὶ Μέγας, sed Ptolemæorum etiam, sub quibus vixit Callimachus, & sicut de Ptolemæo Evergete Monumentum Adulitanum ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. Quam appellationem, omisso etiam Ptolemæi nomine, patri ejus Philadelpho, in cujus laudes in hoc ipso hymno alioquin excurrit Callimachus, largitur Demetrius Phalereus apud Josephum Antiq. l. XII. c. II. p. 391, Βασιλεῖ Μεγάλῳ, τῷ Δημητρίου: ut eundem hisce Ptolemæis familiarem agnoscere continuo liceat. Dicti vero, præter Jovem, alii quoque Dii MAGNI, sicut Cabiri Samothracum &c. Immo MAXIMI quoque seu ΜΕΓΙΣΤΟΙ: de quibus, præter auctores, obviæ passim antiquæ Inscriptiones, & quo nomine ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ Serapis, Deus Ponticus, appellatus in veteri nummo Odessi, urbis itidem Ponticæ.

Ibid. ἄνακτα] Hinc de *æterno* Jovis *imperio* Sophocles Oedip. Tyr. v. 924.

Ζεῦ πάντ' ΑΝΑΣΣΩΝ, μὴ λάθῃ
Σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον ΑΙΕΝ ΑΡΧΑΝ,
Juppiter omnia REGENS, ne hæc lateant
Te tuumque immortale SEMPER IMPERIUM.

Æschylo autem idem dictus Ζεὺς ἀιώνος κρείων ἀπαύστου, *Juppiter infiniti sæculi dominus*, Suppl. v. 583; alibi Jovi nihil destinatum πλὴν ΑΕΙ ΚΡΑΤΕΙΝ, *quam SEMPER IMPERARE*, Prom. v. 518; ac inde invocatus idem a choro Danaidum, Suppl. v. 532. Ἄναξ Ἀνάκτων &c. *Rex Regum.* Unde per eundem etiam Jovem Ἄνακτα juratsse olim Athenienses liquet ex Demosthene adv. Lacritum p. 597. edit. Basil. Μὰ τὸν ΔΙΑ τὸν ΑΝΑΚΤΑ καὶ τοὺς Θεοὺς ἅπαντας. Ἄναξ autem juxta Schol. Euripidis

ripidis Hippol. v. 88. proprie Σωτὴρ, καταχρησικῶς autem Δεσπότης. Quem locum, quod obiter addo, a me pridem in Diss. de Præst. Num. p. 382. indicatum, adtulit nuper, uti alia ibidem ea de re observata, vir eruditissimus in Variis Sacris. Conjunguntur autem quandoque, quod notandum, Ἄναξ Βασιλεὺς, sicut ab Æschyl. Pers. v. 5; aut vero Δέσποτ' Ἄναξ, ut ab Aristophane de Pace p. 630.

V. 3. δικασπόλον Οὐρανίδησι] A quo proinde *Jove* Reges ipsi δικασπόλοι *jura & leges hausisse*, ab Homero pridem dicti, Iliad. A. 238. δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας ἅμα Διὸς εἰρύαται. Sic de Rege Alcinoo Apollonius Rhod. l. IV. v. 1178. Σκῆπτρον ἔχεν χρυσοῖο δικασπόλον; ac de Eumenidibus in Orphicis δικασπόλοι αἰὲν ἔσται; alibi in Argonauticis eidem Auctori tributis de Chione v. 379. Ὅς ῥα δικασπολίῃ μέλεται, *qui quidem juri dicendo dat operam.* Juppiter vero ipse hic dicitur δικασπόλος; apud Æschylum autem præclare, non jura dans solum, sed juris omnis fons, παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων, *apud semetipsum jus habens.* Prom. v. 186. Unde scite eam in rem Plutarchus de eodem Jove, ceu summo Deo, ad Princip. inerudit. p. 781. ὁ μὲν ΖΕΥΣ οὐκ ἔχει τὴν Δίκην παρεδρον, ἀλλ' ΑΥΤΟΣ ΔΙΚΗ ΚΑΙ ΘΕΜΙΣ ἐστί· *Non profecto Jovi Justitia adsidet, sed IPSE JUSTITIA est & FAS.* Hinc ut verum utique & incorruptum Δικασπόλον decet, dictus idem a laudato modo Tragico, Suppl. v. 408.

νέμων εἰκότως
Ἀδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.
rependens merito
Prava quidem pravis, sancta autem sanctis.

Ac præterea Ζεὺς Νεμέτωρ ab eodem dictus Sept. Theb. v. 490. Quamquam alibi intuitu gravis pœnæ, qua Jovis jussu plectebatur Prometheus, eundem ut *novis & iniquis legibus regnantem* redarguat Chorus in cognomine Dramate v. 150.

Νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνει.

V. 4. Δικταῖον] Jovem in Creta natum, præter Poetarum ea de re fabulas, innuunt adhuc veteres nummi, in quibus idem ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ, aut ΚΡΗΤΑΙΟΣ etiam, & de quibus nos alibi, dicitur. An vero in *Dicteo* monte, an *Ideo* id contigerit, ambigunt auctores, & ipse qui *Idæi* mox eam in rem meminit Callimachus. Id vero ita conciliant Aratus v. 33. & Græci ad eum Critici, ut natum in *Dicteo* monte Jovem tradant, educatum vero in *Ideo* antro; quamquam aliter ea de re Hesiodus; qui in Λύκτῳ monte natum, educatum vero in Αἰγαίῳ memorat, ac unde Aratum explicandum ac emendandum etiam monuit ad eundem ὁ πάνυ.

Ibid. ἢὲ Λυκαῖον] De *Jove* hæc dicuntur, qui a multis in *Creta*, ab aliis in *Arcadia* natus ferebatur; quum tamen e tribus illis, qui *Jovis* nomine appellati, duos primos *natos in Arcadia* tradiderint veteres Theologi, ut ait Cicero de Natura Deor. l. III. c. XXI. De Jovis cæteroquin Γενεθλίοις in Arcadia & educatione in parte montis Lycæi, videndus Pausanias Arcad. p. 513. & 517. qui speluncam Rheæ, ubi Jovem peperit, spectari in montis jugo tradit, quo solis feminis sacra Deæ facientibus fas

sit ingredi. Inde, eodem teste, ἱερὸ κορυφὴ dicta montis illius summitas, ubi educatum Jovem censent Arcades, ac templum ibi Διὸς Λυκαίου hominibus inaccessum: Jovis autem ara in superiori vertice, ubi occultis sacris colebatur; Ibid. p. 518.

V. 6. ἐν Ἰδαίοισιν] De *Ida* in Creta, non altero in Phrygia monte, intelligit hic Poeta, ut vere notant Scholia, quod tamen in dubio relinquunt eruditi ad Apollonium Critici, lib. III. v. 134. Ἰδαίῳ ἐν ἄντρῳ, nempe ἢ τῷ τῆς Κρήτης, ἢ τῷ τῆς Τροίας; certare enim, quod addunt, etiam Troas de Jovis natalibus, prout id tradit Demetrius Scepsius. Adde, quod Ἰδαίης Διὸς aram a Mida in Phrygia exstructam tradit Plutarch. in Parallel. & ad quam respicit Æschylus in Niobe apud Stabonem l. XII. p. 580.

Οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ
Διὸς Πατρῴας βωμὸς ἑστι.

Quibus in Idæa rupe Paterni Jovis ara est.

Occurrunt vero Titi & Domitiani nummi, in quibus ΔΙΟΣ ΙΔΑΙΟΥ cum aquila; qui tamen de Cretensi Jove debent intelligi; & firmare videtur, quod fœdus inter Cretenses & Apolloniatas jure jurando sancitum fuerit, ὥσπερ τὸν Δία τὸν Ἰδαῖον, autore Polybio in Excerp. Vales. p. 133.

V. 7. ἐν Ἀρκαδίῃ] Verum præter *Cretam* & *Arcadiam*, Bœotia etiam, ac in ea *Thebæ*, natales & incunabula Jovis sibi vindicarunt, ut liquet e Tzetz. ad Lycophr. p. 178. & 179. Item Messenii apud Pausaniam l. IV. p. 278. & *Ægienses* Achaiæ juxta Strabonem l. VIII. p. 387. & qua de re nos alibi ad insignem horum Ægiensium nummum; item *Ætolica Olenos*, de qua Statius, *quæ Jove provocat Idam Olenus*, Theb. IV. v. 104. quod male ibi interpretes ad *Olenum Arcadicam*, sicut alibi docemus, referunt.

V. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψευσταί] Præter ea quæ de hoc Epimenidis dicto e Scholiaste, ac Paroemiographis, & D. Pauli interpretibus peti, possunt, addo, quod Ptolemæus Hephæstio Bibl. Photii p. 483, illud ad Medeam referat, indignatam, quod in certamine pulcritudinis cum Thetide, huic Idomeneus Cretensis, cui alia de caussa hujus dicti originem tribuunt hic ad Callimachum Scholia, victoriam adjudicasset. Inde autem non Κρητίζειν solum, ac prov. ὡς Κρῆτα Κρητίζειν, sicut ὡς Κάρα Καρίζειν, sed Κρητισμὸς eodem sensu, seu Κρητισμῷ χρήσασθαι dictum, pro *fallere* aut *fallaci arte uti*; quorum utrumque usurpat Plutarchus in Æmilio. Quamquam dicendi, ac proinde fallendi jactabundos artifices, Cretam adire a Cretensi legislatore fuerint prohibiti, ac inde ejus exemplo Spartæ id quoque a Lycurgo cautum, tradat Sex. Empiricus adv. Mathem. p. 68.

Ibid. τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο] Hinc de Jove Luciani jocus de Sacrificiis p. 355. T. I. ed. Salm. ὥσπερ Κρησὶ τεθαμμένος, *apud Cretenses sepultus*, qui paullo ante de iisdem dixerat, eos non natum solum & educatum apud se Jovem, *sed & sepulcrum ejus ostendere*, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν. Citatur vero hic Callimachi locus a Clemente Protrept. p. 24. ubi deliria gentilium de Diis inde redarguit. Ipsa vero sepulchri illius im-

inscriptio, qua Pythagoras antrum Idæum ingressus ei parentavit, legitur apud Cyrillum adv. Julian. l. x. Id vero ut Ægyptiis proprium in iis sugillat Maximus Tyrius Diss. XXXVIII; apud quos, ut ait, Deus moritur & lugetur: additque, ἡ δείκνυται παρ' αὐτοῖς ἱερὸν Θεοῦ, καὶ ΤΑΦΟΣ ΘΕΟΥ, *ostenditur etiam apud eos templum Dei & SEPULCHRUM DEI.*

Κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος, ἠδὲ καὶ ἀρχήν.
Nam & ille finem habet, sicut etiam principium.

p. 342. Apud Philostratum autem Soph. l. II. p. 565. Antiochus Sophista optime pro Cretensibus peroravisse dicitur, ob sepulcrum Jovis accusatis. Qua de re cum Callimacho Lucanus l. VIII. ultimo versu;

Tam mendax, Magni tumulo quam Creta Tonantis.

Adde Sibyllæ ea de re versum apud Lactantium Instit. Divin. l. I. c. XI.

Ὧν Κρήτη καύχημα τάφος ἡ δύσμορος ἔχει.
Quorum (Deorum) *Creta jactantiam sepulchrum misera habet.*

Audiendus vero hic Cicero, non solum, ubi de hoc Cretensi Jove Saturni filio idem tradit, *cujus in insula illa sepulcrum ostenditur*, de Natur. Deor. l. III. c. XXI; sed etiam alibi in eodem opere l. I. c. XLII. ubi similia de Jove aliisque Diis dicta redarguit, *Ab Evemero autem & mortes & SEPULTURÆ demonstrantur DEORUM. Utrum igitur hic confirmasse Religionem videtur, an penitus totam sustulisse?*

V. 9 ὁ θάνες] Unde etiam constare apud omnes, Deum esse mortis expertem & ἀθάνατον tradit in Phœdone Socrates p. 106. T. I. ed. H. Steph. Quamquam non Juppiter solus, sed reliqui etiam Dii Ἀθάνατοι & *Immortales* passim fuerint dicti; ac inde etiam ἄνοσοι & ἀγήρωι, *morborum & senii expertes*, a Plutarcho de Superstit. p. 162; quod alioquin ἀγήρων καὶ ἄνοσον de *mundo* seu *universo* a Deo condito dixit Plato in Timæo p. 34. Tom. III. ed. H. Steph. Immo quod de Diis in genere jam ante dixerat Sophocles Oedip. Col. v. 634.

μόνοις δ' ὑπάρχει
Θεοῖς τὸ γῆρας, οὐδὲ καθθανεῖν ποτὲ,
Solis non contigit Diis senectus, neque mori unquam.

Idem vero Plutarchus alibi, nec mortuum nec natum etiam Deum statuendum agnoscit: Φθαρτὸν δὲ καὶ γενητὸν οὐδείς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀλογεῖται θεὸν, *interitui obnoxium & genitum nemo fere cogitat esse Deum*, de Stoicor. Repugn. p. 1051. Quomodo etiam Xenophanes dixisse fertur, teste Tullio Academic. lib. IV. c. XXXVIII, *Deum neque natum usquam & sempiternum.*

Ibid. ἐστὶ γὰρ ἀεὶ] Nempe qui fine, non qui principio caret: ejus enim Γενέθλια & cunas mox refert; ac proinde quo sensu etiam a vatum Patre, unde hæc & tot alia hausit Callimachus, dictum haud semel, Θεοὶ ἀεὶ ἐόντες, *Dii semper existentes.* Iliad. A. v. 290. & 494. ac alibi. Quamquam neque ex iisdem Juppiter qui fine caret, juxta illud Sophoclis apud Clementem, Stomat. l. v. p 609.

—— κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος ἠδὲ καὶ ἀρχήν.
Nam & ille finem habet, sicut etiam principium.

Aliter autem Plato, dum supremum Deum Ὄντα ἀεὶ *revera semper* existentem, vel qui ὡσαύτως ἀεὶν ἔχει, aut ὃ ἐστι τὸ ὄν, *qui similiter semper se habet*, aut *qui est illud, quod existit*, vocat in Phædro ac in Timæo. Aliter etiam, uti vidimus, Xenophanes & Plutarchus: quorum iste ἀϊδίων & ἀγηράντων θεῶν, *sempiternorum & ingenitorum* etiam meminit in Pelopida p. 286; ac Vellejus insuper apud Ciceronem de Natur. Deor. l. 1. c. x: ubi explosa Anaximandri, quam ibidem refert, sententia, qui *nativos esse Deos longis intervallis orientes occidentesque* statuerat, addit, sed *nos Deum nisi sempiternum intelligere qui possumus?* h. e. principii non minus, quam finis expertem. Unde idem postea Anaximenem, Deum *genitum* quidem sed *infinitum* adfirmantem, inde inter alia refellit, *quasi non omne, quod ortum sit, mortalitatem consequatur.*

V. 10. Ρείη τέκεν] Ab Aristide, missis hic Poetarum fabulis, dicitur Juppiter, sui ipsius creator, πρῶτος ἐποίησε ἑαυτὸν ἑαυτόν, Hymn. in Jov. p. 5. & pridem ante ab Æschylo *a se ipso Rex*, αὐτόχειρ ἄναξ, Suppl. v. 600.

V. 12. ἠέ τι μὲν κεχρ. Ειλειθυίης] Dictamno tamen coronari solitam Ειλείθυιαν, ob præstitam in hoc puerperio Rheæ operam, tradunt Arati Scholia ad v. 33. Alioquin Lucinæ officium præstitit ipse Apollo in partu Creusæ a se compressæ, quam *sine dolore fecit parere*, Ἄνοσον λοχεύει, ut tradit Euripides in Ione nato ex eo partu v. 1597. *Lucinæ* vero hujus seu Ειλειθυίας simulacra adhuc in antiquis Ægiensium nummis prostant, capite ad pedes velato, juxta Pausaniæ ea de re narrationem Achaic. p. 443. Quamquam idem alibi in Atticis p. 81. dixerat, solos omnium Athenienses ad imos pedes Lucinam velare. Ειλειθυια vero Juno Argiva, juxta Hesychium: Ειλείθυιαι autem numero plurium, quales μογοστόκοι Ειλείθυιαι apud Homerum Il. A. v. 270, *Lucinæ* illius Junonis filiæ seu obstetrices, & ad quas proinde respicit Ælian. H. Anim. l. x. v. 47. ubi Ichneumonas sacros esse dicit Λητοῦς καὶ Ειλειθυιῶν. Mitto alium hujus vocis εἰλειθυιῶν usum, a vatibus usurpatum, de *Lucinis*, seu germine ex abiete aliisque id genus arboribus prodeunte, juxta Theophrastum H. Pl. l. v. c. x. p. 117. ac rursus de C. Pl. l. v. c. iv. p. 328.

V. 13. εὐδὲ γυνὴ] Pausanias in Arcadicis p. 513. tradit in cacumine montis Lycæi in Arcadia, spelunçam esse, quam nullis adire fas sit, nisi Rheæ, quæ Jovem ibi peperit, sacerdotibus feminis, γυναιξὶ μοναις ἱερηΐς τῆς Θεοῦ.

V. 14. Ωγύγιον] Vox ea passim pro *veteri* ab antiquis Poetis usurpatur. Unde Ὠγύγιον Σκῆπτρον in *Alis Simmiæ*; & *Thebæ* Ωγύγιαι Æschyl. Pers. v. 37. aut Θήβη Ωγυγίη Apoll. Rhod. l. iii. v. 1177. præter unam e septem illius urbis portis ita dictam; & Ωγύγιαι *Athenæ*, eidem Æschyl. Pers. v. 979. & *Tyrus* Ωγύγιη Dion. Perieg. v. 911; aut Ωγύγιος Λάδων, eidem v. 417, Arcadiæ fluvius, cujus mox meminit Callimachus, & Ωγύγιος μῦθος Nicandr. Ther. p. 24. aut denique Ωγύγιος Νόμος dictus in Orphicis Hymno in eundem Νόμον. Notat autem Tzetz. ad illud Lycophronis p. 180. de Thebanis Ωγύγε Σπαρτὸς λεως dictum Ὤγυγον antiquum Thebanorum Regem, de quo etiam Pausan. l. ix. p. 548. a quo omne ἀρχαῖον vocatum sit ὠγύγιον. Ὁ πάνυ autem de Hellenist. p. 419.

Ωγυγίαν

Ωγυγίαν dictam putat a Phœnicibus *Bœotiam*, pro ὠβωβίαν, a *calamo tibiali*; quod ego tamen, ut verum fatear, minus probo; sed qua de re alibi.

Ibid. λεχώϊον] Λέχος nempe cum pro *nuptiis*, ut Sophocl. Trachin. v. 164. εἶπε μὲν λέχους ὅτε &c. *statuit quid nuptiarum causa* &c. tum pro *lecto nuptiali* dictum a Moscho Idyll. II. v. 160.

Λῦσε δὲ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λέχος ἤντυον Ὧραι.

Solvit autem ei mitram, & lectum ei parabant Horæ.

Hinc de cubili aut *lecto puerperæ* itidem usurpatum, ut apud Apollonium l. II. v. 1014. de Tibarenis. qui, ubi pepererant eorum uxores, ipsi in *puerperio cubabant*, ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες. Unde etiam λέχη, quod præterea observo, de *nidis avium* apud Æschylum Sept. Theb. v. 298; & de *cubilibus vulturum* dicuntur ab eodem, Agam. v. 50. Immo hinc Jovis λεχεάτου ara apud Alipherenses Arcadas, ἅτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν τεκόντος, tanquam ibi *Minervam parientis*, teste Pausan. l. VIII. p. 447. Sic λεχῶ Hesychio, *quæ recens peperit*, προσφάτως τετοκυῖα; sed ubi omnino λεχωΐς legi debet: quod vel docebit noster Callimachus, qui λεχωΐδας *puerperas* haud semel memorat; ut H. in Dian. v. 127. & H. in Del. v. 56. & 124. Unde etiam λεχώϊον dictum, ut hoc loco, ipsum *puerperium*; sicut λοετρὰ λεχώϊα, apud Apollonium l. II. v. 1016, *puerperii lavacra*; immo unde *dona puerperæ data*, λεχώϊα δῶρα a Dioscoride dicuntur Anthol. l. III. c. XII. Ep. 2. Pro λεχώϊον alias λόχιον, ut ἐν τῷ λοχίῳ, in *puerperio*, apud Hippocratem de Natur. Muliebr. cap. V. ac inde λοχεῖα *puerperarum purgamenta*, & λοχεύειν aut λοχεύεσθαι tam de *partu mulierum*, sicut præter alios ab Æschylo in Niobe apud Hephæstion. p. 3, quam de *fœtura pecorum*, ut a Senioribus Gen. XXIII. 13. Qua ratione etiam λόχευμα, non de *partu* solum aut fœtura *animalium*, sed de *plantis* etiam usurpatur ab Æschylo, Agam. v. 1401. εἰ σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν; si *seminalis flos caliculæ in puerperio*, seu dum in *calicula germinat*, quod ἄνθος καλυκῶδες dicit Theophrastus H. Pl. l. III. v. X. p. 55. Alias de partu Latonæ, Euripides in Jone v. 921. Ἔνθα λοχεύματα σεμν' ἐλοχεύσατο, ubi *partu venerando peperit*.

V. 17. λύματα] Sic de hoc partu Rheæ Pausan. l. VIII. p. 521. τὰ καθάρματα ἐς τοῦτον ἐκβάλλουσι τὸν ποταμὸν (dictum ibi Λύμακα.) ὠνόμαζον δὲ ἄρα οἱ Ἀχαιοὶ αὐτὰ λύματα; *purgamina in eum abjecerunt fluvium, ea autem Achivi vocant* λύματα. Idem autem dixerat, ablutum recens natum Jovem in fluvio, Γορτύνῃ appellato, & Λουσίῳ. Dicta vero, quod obiter noto, Alexandrinis φυλακεῖα, τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν, notante id Damascio in vita Isidori apud Photium Biblioth. p. 1038. & quæ totidem verbis apud Suidam itidem leguntur. Λύματα cæteroquin appellatæ quævis *sordes*, a quibus quis erat purgandus; unde Ajax de se apud Sophoclem post fœdam pecorum stragem, Ajac. 667, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ, *ut mea inquinamenta abluens*; & de *piamentis* in mare projectis, ubi quis in mari mortuus, Euripid. Helen. v. 1287. λύματ' ἐκβάλλῃ κλύδων: quandoque etiam pro *damnis* seu *detrimentis* quibusvis, ut apud Æschyl. Prom. v. 691. δύσοιστα πή-

ματα, λύματα. ubi Schol. βλαβὰς, φθορὰς; aut pro *sordibus* quibuscunque, sicut infra H. in Apoll. v. 109.

Ibid. χυλώσαιτο] Non opus hic cum Vulcanio ὕστερον πρότερον quærere, ideo quod Hesychius explicet, χυλῶσαι, ἀλεῖψαι μετὰ τὸ λέσασθαι, *ungere post lotionem*. Sumitur enim hæc vox etiam de sola *ablutione*, ut hoc loco, sicut de Minerva statim post Jovis partum abluta, Apollonius Rhod. l. IV. v. 1311. Τέλτωνος ἐφ' ὕδασι χυλώσαντο, *Tritonis abluunt laticibus*. Hinc χύτλα etiam pro *lavacris* seu ἀσαμίνθοις apud Lycophron. p. 169; Alioquin non pro recens natorum aut puerperarum purgatione, sed pro mortuorum inferiis dicta ab Orpheo, Argon. v. 32. & Apollon. Rhod. l. I. v. 107. Quamquam χυλῶσαι vulgo *de lotione in oleo ex aqua mixto* apud veteres dictum, præter Grammaticos notet Galen. de Simpl. Medicam. Facult. l. II. c. XXV. ὃπερ ὀνόμαζον οἱ παλαιοὶ χυλᾶσθαι. Unde χύτλα etiam dicta apud Hesychium de divinationis specie, quæ fiebat per aquam & oleum.

Ibid. χρῶτα λοίσαις] Quod solitæ olim matres: unde Creusa apud Euripidem dolet se officia recens e se nato Ioni præstare non potuisse, non lactis ex uberibus nutrimentum, & quod addit, οὐδὲ λευτρὰ χεροῖν, *neque lavacra manuum*, Ion. v. 1493. Idem de λοετροῖς λεχωΐοις seu *puerperarum lavacris* in Peneo fluvio sæpe ablutis, Callimachus infra Hym. in Del. v. 124. λεσαμίδμας ἀπ' ἐμεῖο λεχωΐδας, *ablutas à me puerperas*. Χρὼς autem Ionibus, notante id ad Hippocratem II. lib. de Fractur. Galeno, quicquid in corpore carnosum; unde pro toto *corpore* vulgo apud eundem Hippocratem, & ante apud Homerum sumitur. Hinc Hesychius, χρὼς ζῆν, σῶμα ζῆν, corrupte, quod observo, pro χρὼς ζῶν, σῶμα ζῶν, quæ est Glossa verborum LXX. Levit. XIII. 14. χρὼς ζῶν, *caro vivens*. h. e. *corpus*. & in eod. cap. v. 2. ἐν δέρματι χρωτὸς, ceu *in cute carnis*, juxta textum Hebræum, & versiones antiquas.

V. 19. λευκότατος ποταμῶν] Sic λευκὸν ὕδωρ, *aqua limpida*, Æschyl. Suppl. v. 24. Hinc hujus Erimanthi Arcadiæ fluvii, sicut & aliorum fluminum, simulacra ex albo lapide, solius Nili e nigro fieri solita, juxta Pausan. l. VIII. p. 493. De Ladone vero, cujus hic meminit etiam Callimachus, ut pulcritudine nulli Græcorum aut Barbarorum fluviorum cedente, idem Pausan. p. 496.

Ibid. ἄβροχος] Athen. l. II. p. 53. λυπεῖ δὲ ἧττον τὰ χλωρὰ τῶν ξηρῶν, καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ἀβρόχων, *nocent minus recentes, quam siccæ, aqua maceratæ, quam aridæ*. ubi distingui liquet ξηρὰ & ἄβροχα, *sicca* & *arida*. Unde si hoc attendatur, melius hic Interpres *arida* vertisset, quam *sicca*; quæ tamen promiscue alibi sumi constat. Hinc autem, quod vidit jam ad hunc locum Vulcanius, dicta olim Arcadia Ἀπία & Αζηνὶς, notante id ad Dionysium Eustathio; haud aliter, quod addo, ac Argivorum regio, appellata prius ἀσώδης, ut apud Æschyl. Suppl. v. 32. & ξηρὰ Aristotel. Metereol. l. I. c. XIV. Homerus proinde vocat πολυδίψιον Ἄργος, Iliad. Δ. v. 173: ac inde Euripides Alcest. v. 561. Ἄργεος δίψιαν χθόνα, *Argorum siticulosum solum*. Quomodo *terra arida* seu ἄβροχος, sicut hoc loco Arcadia, à LXX redditur γῆ δίψασα. Esa. LIII. v. 2; aut Libya itidem

itidem διψηρὸν a Syneſio dicitur Epiſt. LXVII. p. 208. Hinc ἀβροχίας voce de *ſiccitate terræ* uſus Menander in rebus Tyriorum apud Joſephum Ἀρχ. l. VIII. p. 286. ἀβροχία τ' ἐπ' αὐτῷ ἐγένετο, *ſub eo*, Ithobalo nempe Tyriorum Rege, *ſiccitas* ſeu *imbrium penuria fuit*.

V. 20. ἔνυδρος] Hinc Arcadia maxime ὑλώδης ſeu *paludoſa*, neque in montibus ſolum, ſed planis etiam locis dicitur à Philoſtrato in Vit. Apoll. l. VIII. c. III. p. 401. ac paſcuis eadem regio omnis generis frequens, ab eodem aliiſque traditur.

V. 21. ἐλύσατο μίτρην] Latona apud Pauſaniam l. I. p. 59. in Attica non peperiſſe quidem dicitur, ſed inſtante partu zonam ibi ſolviſſe, unde Ζωστὴς locus ſit appellatus; λύσασθαι δὲ τὸν ζωστῆρα ὡς τεξομένην, καὶ τῷ χωρίῳ ἀφ' οὗτο γένεσθαι τὸ ὄνομα. Quum autem non parturientes ſolum, ſed ἀπαρθενευομένας, zonam ſeu μίτρην, ut notum, ſolvere dicerentur, hinc μίτρη de *virginitate* etiam dicta, ut apud Apoll. Rhod. l. IV. v. 1204. ἔτι μοι μίτρη μένει. Quamquam rurſus ἄμιτροι Callimacho dictæ H. in Dianam v. 14. & 61. virgines nempe novennes, quibus nullus adhuc μίτρης illius παρθενίης, ſeu *zonæ*, dictæ itidem Catullo *virgineæ*, uſus erat, & quibus nubiles demum cingi olim ſolitæ. Appellantur vero ejuſmodi *virginales* μίτραι ab Euripide Alceſt. v. 175. παρθένεια κορεύματα; in veteri autem Meleagri Epigrammate Anth. l. III. c XII. Ep. p. παρθενίης ἄμματα; & de quibus tam pelliceis aut lanatis, quam æreis, earumque apud veteres uſu, videri poteſt vir longe doctiſſimus Iſ. Voſſius ad Catullum. Veneri autem eædem dicari ſolitæ, ut e Theocrito liquet Idyl. IZ. v. 55. ac præterea ex hujus Callimachi Epigrammate, ſed corrupto, quod legitur in editione Pariſienſi eruditiſſimæ Daceriæ, p. 144. & de quo ſuo loco. Solutæ autem parturientium, qualis hoc loco, μίτραι, Dianæ vulgo ſacratæ, quæ Λυσίζωνος etiam inde dicta, & eo nomine Athenis culta; quod docent eruditi ad Apollonium Critici ad lib. I. v. 287. Eadem nempe quæ *Lucina* ſeu Ἐιλείθυια Λυσίζωνος itidem a Theocrito dicitur, Id. IZ. v. 60. & jam ante in primo hymno in Orphicis.

V. 22. Σαρωνίδας] Σαρωνίδες hic juxta Schol. *quercus*, quæ corticem habent hiantem & convolutum, apud Heſychium autem *hiantes præ ſenio*, αἱ ἀφὰ παλαιότητα κεχηνεῖαι δρύες; & quæ annoſæ quercus γεραίνδρυες alibi apud eundem dictæ, Γεραίνδρυες αἱ παλαιαὶ δρύες, καὶ τὰ παλαῖα δένδρα γεραίνδρυα. Quam poſtremam vocem Γεραίνδρυον de quavis arbore annoſa vel efficta uſurpat Theophraſtus H. Pl. lib. I. c. VIII. p. 86. ὅταν ᾖ γεραίνδρυον, ὅλως κόπτουσιν, *quum arbor annoſa eſt, eam totam decidunt*; ac pro efficto arboris ſtipite Apollonius Argon. l. I. v. 1118. πρόχνυ γεραίνδρυον; & Julianus Imp. Epiſt. XXVII ad Liban. p. 158. καὶ ἦν ἐν ταῦτοις οὐδὲν γεραίνδρυον οὐδὲ σαπρὸν, *& in his nulla erat arbor annoſa, nulla putris*. Immo de quercu fatidica Γεραίνδρυον a Clemente dictum in Protrept. p. 9. Mitto quod Σαρωνίδες de *annoſis quercubus* a Sinu Saronico, ad quem Troezen, Σαρωνία etiam juxta Stephanum dicta, & Epidaurus, ubi magnus foret earum proventus, dici quoque potuerint, ſeu quercus e genere Ἰδαίων, ſicut eas in Ἰδαίας & Ἰδαίας, *Idæas*, ſeu quæ in monte Ida, & *maritimas*, diſtinguere novi Theophraſtum H. Pl. l. III. c. X. p.

52.

52. ac δρυΐνων quidem *lignum* etiam *validius*, ac proinde quod magis annosum evaderet, ab eodem statui. Σαρωνίδες itaque id genus *quercus*, haud aliter ac plurimæ olim plantæ à locis, ubi proveniunt, denominatæ, sicut *malus Medica* aut *Persica*; *laurus Alexandrina*; τὸ Εὐβοϊκὸν de *nucibus* seu *castaneis*, apud Theophr. H. Pl. lib. 1. c. XVIII. p. 20; aut Σαρδιανοὶ βάλανοι etiam de *castaneis*, apud Dioscoridem lib. v. c. CXLIV. & Athen. l. II. p. 53. aut alibi apud Theophr. Ἡρακλεώτις καρύα, de *nuce avellana*, H. Pl. l. III. c. VI. p. 44. & quæ plura id genus. Nempe sicuti vicissim varia loca a plantis, quæ ibi feraces essent, constat appellata, ut Πιτυοῦσα, Κεφαλλῆς, Κοτινοῦσα, aliaque haud pauca, & qua de re alibi dudum egimus. Unde etiam Babylonia, quod salicibus abundaret, ut liquet e Psalm. CXXXVII. 2, *Vallis salicum* juxta Hebræorum Magistros ab Esaia dicitur c. XV. v. 7. sicuti id monuit ὁ πάνυ Bochartus Phaleg. l. 1. c. VIII. Hinc in Creta dicti etiam a *quercu* Δρυΐται, quorum meminit Theophr. de Caus. Pl. l. v. c. 2. p. 199. & Epirus olim *quercuum* præstantia celebrata, ut ex eodem auctore liquet H. Pl. II. l. c. III. p. 28. Adde quod varia fuerint indita *quercubus*, pro varia earum indole, nomina: qua de re etiam videri potest Pausanias lib. VIII. p. 475. Immo, quod ferme exciderat, quam in rem audiendus hic Plinius, qui *Saronicum* sinum, a quercubus, quibus utique erat circundatus, & quæ σαρωνίδες Græcis antiquitus fuerint dictæ, denominatum tradidit l. IV. c. V. §. IX. *Sinus SARONICUS olim QUERNO nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiquitus appellante QUERCUM.* Quamquam enim ibi non σαρωνίδας dictas *quercus*, ab eodem loco, sed a quercubus dictum locum seu sinum *Saronicum* dicat Plinius, inde tamen abunde liquet, cum abundasse quercubus circumjacentibus eundem sinum, quod sola ductus vocis conjectura primo fueram auguratus; tum præterea nihil obstare, immo videri omnino probabilius, ut juxta aliarum arborum seu plantarum adducta modo exempla, *quercus* ipsæ ab eodem loco, ubi erant adeo frequentes, sint a Græcis σαρωνίδες appellatæ. Idque eo magis statuendum, quod aliunde a Græcis auctoribus dicti illius maris *Saronici* nomenclatio, nempe a quodam *Sarone* venatore seu Troezeniorum Rege, qui se in mare illud, inde ab eo dictum, præcipitem dederit, arcessatur; ac unde ipsa Troezen, quæ ad illud mare sita, dicta quoque *Saronia*, & *Saronidis* Dianæ ibidem Ædes, Lucus, ac Festum; sed qua de re infra ad Hym. in Del. v. 42. ubi Σαρωνικὸς κόλπος, *Saronici sinus*, fit mentio, agendi erit locus. Sed hæc obiter, ac ut liberum lectori ea de re, prout decet, judicium relinquamus; quum cæteroquin prior explicatio veterum Grammaticorum testimoniis, prout dixi, innitatur.

Ibid. ὑγρὸς Ἰάων] Ita etiam dicitur Dionys. Perieg. v. 416. sic ὑγρὰ pro *mari* Aristoph. Vesp. p. 478. πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δὲ ἐφ' ὑγρᾷ, *multa quidem in terra, multa autem in mari*; & de Pace p. 632. ὑγρὸν πόντιον βάθος; idque ab Homero mutuati, a quo itidem de *mari* haud semel dicitur, ἐφ' ὑγρὴν, ut Il. K. v. 27, & alibi, ac inde etiam ab ipso Callimacho inf. Epigr. XXIII. ἐν ὑγρῇ νεκρὸς, de eo qui *in mari mortuus*. Corrupte autem idem fluvii nomen Διάγων dicitur pro Ἰάων apud Pausan. in Eliacis

Eliacis p. 385, quod jam ad eum vidit eruditissimus Sylburgius. Ἰάονι alioquin seu Ἰάονες appellati a barbaris olim *Græci*, ut ab Atossa Persarum Regina, & dein a Persicarum mulierum choro, haud semel apud Æschylum Pers. 178. 564; ab Homero autem, quod pridem monuit Strabo, ac jam viderunt eruditi, Athenienses.

V. 25. κινώπετα] Eadem quæ hic habent Scholia, notant quoque de hac voce Græci ad Nicandrum Critici, ad Theriac. p. 7. Κινώπετα δὲ τὰ θηρία ἐν τῷ πέδῳ κινούμενα, οἷον κινώπεδά (non κινώπιδα) τινα ὄντα.

V. 26. πολύσειον] De mari Nicander Alex. p. 16c. Κῦμα πολυσείης τέκεν ἅλμης: ubi Schol. πολυσείης, σείεσθαι γὰρ αἱ ψῆφοι τῆς θαλάσσης. Idem alibi de fluviis, ut hoc loco, ποταμοῖσι πολυσείοισι, circa finem Theriac. p. 68. Apud Hesychium Στιὰ, ψῆφος, οἱ δὲ σείας, sicut legi ibidem debet. Στίας autem dici ψῆφους, Sicyoniorum dialecto, notant eruditi ad Apollonium Critici lib. I. v. 1176, a quibus præterea idem hic Callimachi locus adducitur; Καλλίμαχος, πολυσιόν τε μίτωπον.

V. 27. ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν] Nempe seu in lacubus subterraneis, aut alioquin in terræ visceribus, latere aquarum scaturigines, ac inde etiam fontium & fluminum ortus provenire existimant: qua de re videndus Aristoteles Metereol. lib. I. c. XIII. & ad eum Olympiodorus. Unde illud Hippocratis, ut observo, quod *aquam terra plus minusve in se contineat*, ἔχει δὲ τὸ ὕδωρ ἡ γῆ ἐν αὐτῇ πλέον ἢ ἔλασσον, de Nat. Pueri cap. VIII. An vero ex nuda pluvialis aquæ collectione oriantur eadem flumina, citra ullas id genus aquas subterraneas, quod statuit edito ea de re libello vir magnus Is. Vossius, non est hujus loci in id nunc anquirere.

V. 29. Γαῖα φίλη] Eadem alioquin *Terra* cum ea, quæ hic Terram compellat *Rhea*. Hinc invocatur Juppiter apud Æschylum Suppl. v. 908. Ὦ Βᾶ, Γᾶς παῖ Ζεῦ, *O Rex, Terræ fili Juppiter*. ubi Schol. ἡ αὐτὴ γὰρ Ῥέα καὶ Γῆ. Verum pro Rheæ matre eadem Terra ab Hesiodo aliisve, ut notum, statuitur.

Ibid. τέκε καὶ σύ] De eadem Æschylus Choeph. v. 125. Καὶ Γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται, *Et Terram ipsam, quæ omnia parit*. Unde Παμμήτωρ etiam alibi ab eodem dicta, Prom. v. 90. & similiter πάντων Γενέτειρα alicubi ab Euripide apud Clementem. Quamquam rursus fluvii, non Terræ, sed Thetyos seu Maris *liberi* dicantur post Hesiodum Theog. v. 337. &c. ab eodem Tragico, Τηθύος τε παῖδες, Sept. Th. v. 317. Sicut in Orphicis de Oceano, Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, *a quo omnes fluvii*. Haud aliter ac ab Ecclesiaste I. v. 7. flumina a mari oriri, ac in idem relabi dicuntur; & quorum illud a nonnullis interpretibus ad occultos e mari per terram meatus, ab aliis vero ad vapores e Mari eductos, ac dein in pluviam resolutos, haud incommode refertur.

Ibid. τεκὶ δὲ ὠδῖνες ἐλαφραὶ] Ideo nempe quod terra fœta ibi esset aquarum proventu, adhuc sub ea, & quidem quod ante dixerat, ὑπὸ ποσσὶ latentium, quæ etiam inde leni ac facili meatu educi ac salire vellent, ac unde ὠκυτόκιον eidem telluri auguratur hic Rhea. Adde, quod alioquin non primus esset ille Terræ partus, quæ nempe præter numerosam illam, quæ ei ab Hesiodo aliisve adscribitur, liberorum prolem,

jam

jam alibi extra Arcadiam adhuc tum ἄβροχον, regiones tam vicinas quam remotas, ἐφύδρους, seu fluviis passim & lacubus irriguas fecerat. E puerperio autem præcipue eas laborare ac dolores perpeti tradit Hippocrates, quæ primos partus experiuntur, de Natura Pueri cap. XI; alibi autem difficulter parere mulieres, ubi aquæ duræ, calidæ, & frigidæ, de Aere Aquis & Locis cap. VII. Levior proinde futurus hic Terræ, quam Latonæ infra H. in Del. v. 210. & seq. ubi ejus longi & graves in pariendo Apolline dolores enarrantur; aut vero Jovis apud Lucianum partus, quo armata Pallas ex ejus cerebro prodiit gravi nisu & adhibita etiam a Vulcano securis opera, aut ex ejusdem posthumo puerperio adhuc præ partus doloribus, quamquam jam mitigatis, decumbens ab eodem traditur, μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχειν, Dial. de Diis Cœlest. Ὠδῖνες autem non solum de *doloribus parturientium*, sed de *partu* ipsæ dictæ, ut ab Euripide in Ione v. 45. λαθρῷον ὠδῖνα de *clandestino partu*, ac in veteri Epigr. Anth. l. I. c. XXXIII. Ep. IV. ἔυσοχος ὠδὶς: Diana vero ipsa ibidem Ὠδίνων ἐπίσκοπος, h. est. Εἰλείθυια dicitur.

V. 31. πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ] Haustum id procul dubio e memoria similis patrati à Mose miraculi, de quo Exod. XVI. v. 6. & quod Callimacho, Alexandrinæ, ut fertur, Bibliothecæ Præfecto, haud ignotum esse potuit ex Versione seniorum recenter in eadem reposita. Quod statui etiam potest de coævo & Alexandrino itidem Poeta Apollonio, qui simile patratum ab eadem Rhea in Cyziceno solo miraculum refert l. I. v. 1146. &c.

-------- ἐπεὶ ὅτε παροίτερον ὕδατι ναῖεν
Δίδυμον, ἀλλὰ σφὶν τότ' ἀνέβραχε δίψαδος ἄυτως
Ἐκ κορυφῆς ἄλληκτον.
Cum enim nullo ante manasset latice Dindymus,
Illis tunc scaturiebat ex usquequaque arido cacumine indesinenter.

Adde hisce præterea, quod de venante Atalanta tradit similiter Pausanias l. III. p. 209. ὡς ἠνιᾶτο ἐπὶ δίψῃ, παῖσαι τῇ λόγχῃ τὴν πέτραν, ἢ ὅτω ῥυηθῆναι τὸ ὕδωρ, *quum a venatione siti laboraret, & rupem illam venabulo percussisset, aquam ita emanasse.* Nisi quis hæc φυσικῶς a doctissimo Poeta hoc loco, ab aliisque simili in re, dictum malit, quod fluvii vulgo oriantur e montibus, ut pridem monuit Aristoteles Metereol. lib. I. c. XIII, qui omnium ferme ad Septentrionem fluminum fontes in montibus Hercyniis ibidem statuit. Cujus rei etiam causa haud male ad majorem imbrium copiam, qui in montes cadunt, refertur. Adde, quod ipsa Rhea a Platone in Cratylo, sicut etiam Thetys & Saturnus, dicantur totidem ῥεύματα seu ὀχετοὶ τῶν νοητῶν πηγῶν, *rivi* seu *canales intelligibilium fontium.* Notat id etiam ad Platonem Proclus l. V. p. 318.

V. 32. χρόα φαιδρύνασα] Sic Orestis nutrix traditur apud Æschylum Choeph. v. 757. παιδὸς σπαργάνων φαιδρυντρία, *pueri fasciarum lotrix*, quod nempe φαιδρύνειν dicatur infantis cum *corpus*, ut hoc loco, tum *fascias*, ut ibi apud Tragicum, curare, ut sint nitidæ. Sic φαιδρύνειν *lavare, ungere*, ut de Jacobo post visionem ei supra lapidem quiescen-

quiescenti oblatam, φαιδρύνει δὲ τὰς λίθας, dixit Josephus Antiq. l. 1. c. XIX. p. 28. Unde φαιδρὸς de *veste nitida* & polita, Lucian. in Amor. καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς, μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν καθειμένη, *& nitida quidem vestis ad pedes usque delicate demissa*; aut sicut ibi legendum mallem, μέχρι ποδῶν παρυφὴν καθειμένη, *ad pedes usque cum purpureis clavis demissa*. Id enim παρυφὴν notare, seu *clavos* & *limbos*, qui ad extimam vestis, ejusque talaris, oram vulgo adsuti, docet cum alibi Pollux, tum valde quidem apposite ad hunc Luciani locum, l. XIII. c. XIII. p. 338. αἱ μὲντοι ἐν ταῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥαῶδοι, ΠΑΡΥΦΑΙ, (al. πάρυφοι) καλοῦνται, καὶ ἡ συμμετρία ΧΙΤΩΝ ἐστι ΠΟΔΗΡΗΣ, ἥς τε τὰς ἀσραγάλας καθήκων; *Virgæ autem seu limbi in Tunicis purpurei*, ΠΑΡΥΦΑΙ seu *PRÆTEXTA vocantur*; *Symmetria vero*, *TUNICA est talaris*, *AD TALOS USQUE demissa*. Ejusmodi autem παρυφάς, de quibus consuli alioquin potest vir incomparabilis ad Vopiscum p. 405. in muliebri olim & delicatiorum virorum luxu apud Græcos exstitisse vel unus arguit de Tarentinis, quem observo, Athenæi locus, lib. XII. p. 532. Ἔφορος δέ φησι καὶ ΠΑΡΥΦΗΝ ἁλῶναι πάντες, οἷς νῦν ὁ τῶν ΓΥΝΑΙΚΩΝ ἁβρύνεται βίος: *PRÆTEXTUM*, *inquit*, seu *Limbum PURPUREUM*, (παρυφὴν) *pellucidum gestabant omnes*, *quibus nunc DELITIATUR FEMINARUM cultus*, sicut verti locus ille de παρυφῇ debuit, non per *vestes textiles* cum Dalechampio, & qua de re nihil ibi animadvertit ὁ πάνυ. Sed hoc obiter.

V. 33. Ὥνα] Per συναλοιφὴν Poetis familiarem, qua duæ voces ob metrum in unam conjunguntur, ut κἄτυχον, pro κὐ ἔτυχον, Æschyl. Pers. v. 508. quomodo κἀτυχεῖσα dixit quoque Euripides Androm. v. 888. & ad hunc locum adhuc magis apposite Εγῷδα pro Εγὼ οἶδα Phœniss. v. 723. ac apud Aristophanem similiter haud in uno dramate, ut Ran. p. 251. & alibi. Apud quem itidem Vesp. 536. & Avib. 615. ᾄζυρε pro ὦ ὀιζυρε, sicut hoc loco, ὦνα pro ὦ ἄνα dicitur.

Ibid. σπείρωσε] Sic infra H. in Delum v. 6. λεῖσε τε καὶ σπείρωσε. Σπεῖρα enim pro *pannis* quibusvis, non *vilibus* solum ac *laceris*, ut Nicand. Alex. p. 160 ubi. Schol. σπεῖρα, ῥάκη, sed pro *decoris* etiam, sicut utrumque de hac voce monent eruditissimi Glossographorum, Pollux & Hesychius. Unde male Guyetus in postremo Σπεῖρον, τὸ καλὸν ἱμάτιον καὶ ῥακώδες, ibi καλὸν in κακὸν vertendum putat. Clare enim Pollux l. VII. c. XVIII. p. 344. Σπεῖρα γὰρ ἑ τὰ ῥάκη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀμειγεῖς ἐσθῆτας (non ἕνιοι) καλεῖν ἠξίεν, ut emendari debet hic locus ex optimo Codice Vossiano, nunc Bibliothecæ Lugduno-Batavæ. Hinc σπεῖρον, ἱμάτιον in genere redditur ab Arcadio, Grammatico inedito Biblioth. Regiæ Parisiensis. *Fasciis* autem, quod hic tradit Callimachus, involutum recens natum Jovem, exhibet præclarus nummus Gazæ Gallorum Regiæ sub Antonino Pio percussus; in quo hujus Rheæ puerperii, ut supra jam monui ad v. 15, signati occurrit effigies. Easdem vero Jovis *Fascias*, ad solemnem scilicet tam augustorum Natalium memoriam, in antro Cretensi servatas, sed ita ut nefas esset easdem conspici, vulgo traditum liquet ex narratione Anton. Liberalis Metam. c. XIX. ubi

quatuor

quatuor viros memorat, Lajum, Celeum, Cerberum, & Ægolium, qui antrum illud ingressi, melle inde sublato & *visis Jovis fasciis* (καὶ τὰ τῦ Διὸς ἴδον σπάργανα) continuo in cognomines aves fuerint mutati. Ut mittam hic quæ de Mercurii σπαργάνοις seu *fasciis*, quibus eum natum ab Horis continuo involutum, ac ita in veteri imagine depictum tradit Philostratus Icon. l. 1. p. 769.

Ibid. Νέδη] Idem hujus Jovis nutricis, & a qua cognomini fluvio nomen, ac unde eadem fuerit dicta, tradit Paus. l. IV. p. 278. & l. VIII. p. 517. Apud Apollodorum autem l. 1. c. 1. non Νέδη quidem, sed Ἴδη Nympha Curetibus & Adrasteæ socia jungitur, quibus nutriendi nati recens Jovis cura fuerit credita. Ubi tamen nihil mutandum, Ἴδη nempe in Νέδη cujus hic mentio, quum easdem etiam juxta Apollodorum, *duas nutrices Jovi a veteribus adsignatas Idam & Adrasteam*, καὶ οἱ παλαιοὶ τῷ μὲν Διὸς δύο ποιεῖν τιθήνας, τὴν Ἴδην καὶ τὴν Ἀδρήστειαν, tradat Plutarchus Sympos. l. III. Qu. IX. p. 657. Unde eadem *Ida* juxta *Nedam*, cujus hic mentio, inter Nymphas utrinque adsidentes Jovi recens nato: easque erectas in Ara Aleæ Minervæ apud Tegeatas Arcadas, refert Pausanias l. VIII. p. 531. Ut mittam *Idam* a Diodoro l. IV. p. 263. commemorari Corybantis filiam, quam duxerit Lycastus. Dicitur autem ipsa, de qua hic Callimachus, Νέδη in Scholiis νύμφη Ωκεανίνη, haud aliter ac Ωκεανὶς φιλύρα, cujus mox meminit Callimachus, ab Apollonio Rhodio l. II. v. 1243. Ωκεανὶς φιλύρη, ut eidem Eurynome eadem Ωκεανὶς appellatur lib. I. v. 504. Apud Æschylum autem in Prometheo, χορὸς Ωκεανίδων Νυμφῶν inter Dramatis Personas recensetur. Immo Ωκεανίνη dicta hæc *Neda*, quomodo Thetis *Neptunine* a Catullo vocatur Epithal. Thetid. v. 28.

V. 34. Κευθμὼν ἔσω Κρηταῖον] Ad quem locum tangunt Apoll. Schol. ad l. I. v. 308, ubi de Jove puero Poeta, Δικταῖον ναίεσκεν, ὑπὸ σπέος: Schol. τὸ Κρητικὸν, ἔνθα ἀνετρέφη ὁ Ζεῦς, ὡς καὶ Καλλίμαχος ἱστορεῖ, *Creticum antrum, ubi educatus est Juppiter, sicut etiam auctor est Callimachus.* Idem Apollonius alibi, eadem de re l. II. v. 1237,

ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον
Ζεὺς ἔτι Κυρήτεσσι μετετρέφετ' Ἰδαίοισιν.
Sub antro autem Cretæo Juppiter adhuc inter Curetas Idæos educaretur.

Hinc etiam ΚΡΗΤΑΙΟΣ Juppiter in præclaro Ægiensium Achaiæ nummo, qui exstat in Gaza Gallorum Regia, & quem alibi illustramus.

V. 36. φιλύρην τε] De delusa tamen Rhea ab eadem *Philyra*, ejusque clandestino cum Saturno concubitu, e quo natus Chiron Centaurus, dum hic Juppiter adhuc in antro Idæo à Curetibus educaretur, videndus Apollonius Argon. l. II. v. 1239. Ῥείην ἐξαπάφων &c. ac ubi illa Ωκεανὶς φιλύρη ab eodem dicitur. Una nempe juxta Στύγα, quæ hic etiam a Callimacho adducitur, ex Oceani & Thethyos filiabus, quod nempe postrema seu *Styx* fons ac inde fluvius Arcadiæ foret celebratissimus; illa vero Insula ad Pontum. Unde emendari omnino debuit, qui *Philyræ* hujus meminit, Stephanus: quod miror in nuperis virorum doctorum, qui

qui tamen hunc Apollonii locum ante oculos habuerunt, editionibus prætermissum: Φιλυρες ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ ἀπὸ Φιλύρας τῆς μητρὸς τοῦ Χείρωνος, non ut ibi hactenus legitur, Κρόνου. Neque enim *Saturni* mater hæc *Philyra*, sed *Chironis* e Saturno, ac Φιλλυρίδου inde a Pindaro dicti, Pyth. Od. III. ac proinde illa Dei pellex: quod viderat tamen ex Apollon. Schol. Holstenius, & ab aliis e priscis Μυθολόγοις insuper traditur, ut Apollod. Bibl. l. 1. Pindari Schol. Nem. Od. III. p. 351. Immo apud Pindarum inde Achilles Chironis alumnus in *domo hujus Philyræ* educatus ibidem dicitur, ξανθὸς Ἀχιλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις. Meminit vero ejusdem *Philyræ* hic Callimachus Hym. in Delum v. 118. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον, *Pelion o Philyræ thalamus*: ubi nempe cum hac Nympha congressus fertur Saturnus.

V. 39. ὃ Λέπριον πεφάτισται] Citatur hic versus ab Aristophanis Schol. Acharn. p. 406 ad ea Comici verba, βοὺς δὲ ἱμάντας ἐκ Λεπρῶν.

V. 40. Συμφέρεται Νηρῆϊ] Nota Νηρῆϊ hic pro *mari* dici, quod δῶμα Νηρῆδος dicitur ab Euripide Androm. v. 161.

V. 42. Θενὰς ἀπέλειπεν] Male apud Stephanum in nuperis etiam editionibus, Θενναὶ πόλις Κρήτης, pro Θεναὶ, quod ex hoc Poetæ loco, & ex nummo ab Holstenio adductuo constat; in quo legitur, ΘΕΝΕΩΝ.

V. 43. ἐγγύθι Κνώσσου] Hinc Plato l. v. de legib. tradit *antrum*, ubi educatus fuit Juppiter in Creta, exstitisse in *via prope Cnossum*, πάντως δήγε ἐκ Κνοσσοῦ ὁδὸς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ ἱερὸν. Ita Jovis & Junonis nuptias in horum Gnossiorum terra celebratas tradit Diodor. l. v. p. 339.

V. 44. πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὄμφαλος] Sponte proinde, ac sine Nympharum, quæ Jovi paullo ante μαιώσασθαι dictæ, opera. Apud Græcos alioquin & quidem Jonas, ὀμφαλοτόμοι dictæ *obstetrices*, quarum hoc erat officium. Docet id Hesychius in voce μαῖα, & Eustathius p. 971.

V. 45. Ομφάλιον] Hinc Stephanus, Ομφάλιον, τόπος Κρήτης, πλησίον Θενῶν καὶ Κνωσσοῦ. Nempe Ομφαλος urbs dicta, ut ex Diodoro constat; ager autem seu solum, sicut hoc loco, Ομφάλιον πέδον vel πεδίον, quod viderunt jam ad Stephanum viri docti. Citatur autem hic Callimachi versus, cum præcedenti, a Schol. Nicandri ad initium Alexiphar. sed corrupte, quod pridem ad eadem Scholia notaveram, & vidi postea animadversum à Cl. Holstenio ad Stephanum. Nota alioquin Ομφαλος aut μετόμφαλος ἕδρα de Delphis, tanquam *terræ umbilico*, sicuti in Priapeiis etiam dicitur, & a Tragicis Græcis passim appellatur.

V. 46. Κυρβάντων] Ad exemplum *Orphei*, inter cujus Hymnos unus exstat in Κορύβαντα, & in cujus secundo versu legitur Κύρβαντ' ὀλβίομοιρον; ac præterea Lycophronis p. 18. κτίσμα Κυρβάντων. Quæ alioquin litterarum μεταθέσεις, sicut hic ρ & υ, & ἀφαιρέσεις, ut litteræ ο in hac voce Κυρβάντων pro Κορυβάντων, antiquis iisque accuratissimis etiam Poetis Græcis, ob metrum haud insolitæ; sicut, priores quod spectat, κάρτος, in hoc ipso Hymno, & καρτερὸς in sequentibus, pro κράτος &

κρήτες. haud semel, sicut apud Homerum aliosque passim legitur; & βαρδίσαι pro βαρδίσαι apud Theocrit. Id xv. v. 104, ac similia.

V. 47. Διὰ Μελίαι] Apollon. Rhod. l. II. v. 4. Βιθυνὶς Μελίη: ad quæ verba eruditi Critici hunc locum tangunt: Μελίαν δὲ φησὶν αὐτὴν, ἀφ' ὁ τινας τῶν νυμφῶν Μελίας καλέσθαι ἀπὸ Μελίας τῆς Ὠκεανῆς, ὡς φασὶ Καλλίμαχος. *Meliam autem eam vocant, quod nonnullæ Nymphæ Meliæ dicantur a Melia Oceani filia, ut ait Callimachus.* De iisdem *Meliis* Nymphis vide alioquin Hesiodum in Theog. v. 187.

Ibid. κοίμισεν Ἀδρήστεια] Citatur itidem hic locus ab iisdem Schol. ad Apoll. Rhod. l. III. v. 133. ubi a Poeta hæc *Adrastea* Jovis nutrix, eum adhuc infantem globo ἐυτροχίλῳ donasse dicitur, κείνῳ τε οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια. Schol. Ἀδρήστεια, αὐτὴ τροφὸς Διός. Καλλίμαχος, Σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια. ἀδελφὴ Κυρήτων. quæ postrema glossa itidem hic in Scholiis Callimachi legitur. Ejusdem *Adrastea*, cui juxta Curetas & *Idam*, ut ibi legitur, seu *Nedam*, educandus datus sit Juppiter, meminit etiam Apollodorus loco jam ante adducto. Globum autem illum quod adtinet, Jovi pro παιγνίῳ ab hac *Adrastea* datum, inde erudite Tristanus T. II. p. 253. præclarum Trajani nummum explanavit, in quo Juppiter puerulus *Globo* illi seu Σφαίρᾳ ἐυτροχίλῳ, sublatis manibus insidens, inter septem Pleiadas spectatur, cum inscr. KOINON ΚΡΗΤΩΝ.

V. 48. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ·] Notant hic Critici λίκνον idem esse quod κόσκινον, ἢ τὸ κένον, ubi infantes ab antiquis reponebantur, & quo divitias ac fruges terræ iis sunt augurati. Unde sicut Schol. λίκνον, κένον, seu *Cunæ*, redditur, sic vetus Glossarium, *Cunabulum*, λίκνον; & Λικνίτην Bacchum inde quoque dictum tradit Hesychius. Λικνίτην, ἐπίθετον Διονύσου ἀπὸ τῶν λίκνων, οἷς τὰ παιδία κοιμῶντες. Cui rei consona etiam, quod observo, traduntur in Servii glossa ad Georg. l. I. v. 166. Nisi quod pro Λικνίτης Λικμήτης ibi dicatur; nempe *nonnulli Liberum Patrem apud Græcos* Λικμήτην *dici asserunt*: *vannus autem* (non ut ibi legitur *vallus*) *apud eos* λικμὸς *nuncupatur*: *ubi de more positus esse dicitur, postquam est utero matris editus.* Quod Jovi etiam recens nato contigisse tradit hic Callimachus, & de Mercurii *cunis* itidem Aratus Phœnom. v. 268. ἀφ' ἔτι νῦ Ὑρίῃ λίκνῳ. Quamquam alium λίκνα hujus pro κοσκίνῳ, seu *vanno*, usum in Bacchi sacris exstitisse, ex eodem citato Maronis loco constet, ubi *mystica vannus Jacchi* dicitur; & ad quem ea insuper tradit Servius, quæ de Bacchi sacris ad purgationem animæ pertinentibus, & λικνίτῃ proinde, quasi anima purgante eodem Deo, adtulit nuper, indicto auctore, vir eruditus, eleganti de Chœnice Pythagoræ libello. Eadem tamen λίκνα non tam de *vannis* rursus, seu λικμοῖς, quam de *calathis*, unde Hesychio λίκνον, κανοῦν, seu *vasis vimineis*, juxta Philargirum ad Virgilium dicebantur; in quæ frugum primitias congerebant rustici, quo iis Libero ac Liberæ sacra facerent. Unde etiam λίκνα id genus cum in Cereris Thesmophoricis, tum in Pompa Dionysiaca a virginibus λικνοφόροις gestari consueverant; quorum prius tradit ipse Callimachus H. in Cererem v. 127.

Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῷ πλέαι λίκνα φέρουσι.
Et quemadmodum canephoræ auro plena caniſtra ferunt.

qua de re pluribus ibidem.

V. 49. Αἰγὸς Ἀμαλθείης] Unde Αἰγιόχου nomen eidem Jovi adhæſit, ὅθεν τὴν ἐξ αἰγὸς ὄχην, ὁ ἐστι τροφὴν, ut loquuntur veteres Grammatici, & tradit etiam Diodorus lib. v. p. 338, non vero ab *Ægide*, ut volunt alii, & quos male ſequuntur Latini Homeri Interpretes. Sic ὀχὴ etiam pro τροφὴ, cum apud Athenæum l. VIII. p. 363, ac unde εὐωχία, tum apud Lycophronem legitur p. 84. πύρνων ὀχήν. Hinc, qui eadem egregie illuſtrant, inſignes aliquot nummi, in quibus capra Amalthea, cum Inſcript. JOVI CONS. AUG. aut ubi infans Juppiter eadem capra vectus cernitur; ante autem ara, vel fons potius cum aquila, & arbor inde emergens. Cujuſmodi nummum mole & pulcritudine inſignem, ſub Antonino Pio cuſum, recondit Gaza Gallorum Regia, opportune hic vulgandum.



De aquila, quæ hic Jovi Αἰγιόχῳ a capra vecto comes additur, dicam infra ad v. 68. unum illud e Theocriti adferre jam contentus Idyll. XXVI. v. 31.

Ἐκ Διὸς Αἰγιόχοιο τιμὰν ἔχει ἀετὸς ἔτος.
A Jove Ægiocho, ſeu a capra nutrito, honorem habet hæc aquila.

Arborem autem quod adtinet, haud alia ſtatuenda eſt, quam platanus, qualem in agro Cretæ Gortynenſi juxta fontem (& qualis etiam potius quam ara in hoc nummo ſignatur) exſtitiſſe, quæ folia nunquam amitteret, & ſub qua præterea Jovem non puerulum, ut hoc loco, ſed adultum jam, cum Europa concubuiſſe tradit Theophraſtus H. Pl. lib. I. c. XV. p. 16., ac inde Plinius l. XII. ſect. V. Unde explicandus alius nummus ejuſdem Gazæ Regiæ, in quo hinc Europa mœſta recumbens ſub platano, a tergo aquila, in altera autem nummi parte eadem Europa tauro vecta cernitur, cum Inſcript. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Platanum alioquin e Tripode æneo quandoque proveniſſe refert alibi idem Theophr. H. Pl.

l. III. c. II. p. 40. & rursus de C. Pl. l. v. c. IV. p. 328. Ut mittam hic *sacram* illam *arborem*, sicut eam Julianus Imp. vocat Orat. v. p. 315. seu *pinum*, stato tempore, quod ibidem monuit, succidi solitam, ac dein in Matris Deæ sanctum solemniter, ut ea de re Arnobius l. v. p. 167. & 184. inferri, dicato etiam eam in rem die, in veteri Romano Kalendario XI. KAL. APR. ARBOR INTRAT. quod vidit jam ad Apollodorum eruditissimus ejus editor Anglus Th. Gale. Id vero hic insuper obiter notandum, quod ab aliis, non in Creta, sed in Achaia vel Arcadia, a capra nutritum Jovem, & inde etiam Αἴγιον Achaiæ oppidum denominatum innuere videtur Strabo l. VIII. p. 387. & qua de re, & ind cato jam supra horum Ægiensium nummo, cum ΚΡΗΤΑΙΟΥ Jovis appellatione ac simulacro, alibi agimus, quod repetere hic supravacaneum puto. Adde quod eandem Jovis nutricem *capram*, non *sacram* solum, sed *Oleniam* insuper vocet Aratus, Phænom. v. 164. ac inde Ovidius Fast. l. v. v. 113; quamquam id nomen non a loco, seu *Oleno*, sive Achaica, sive Ætolica, sed aliunde arcessant Græci Arati enarratores.

Ibid. κηρίον ἔβρως] *Melle* nempe & *lacte* simul mixtis nutritum a Nymphis Jovem tradit etiam Diodorus l. v. p. 337: quæ alioquin in mortuorum inferiis, ac præterea in cultu Mithræ, addo & Eumenidum, adhibita olim apud Gentiles constat. Unde *mel*, non autem vinum, Soli libasse olim Græcos tradit apud Athenæum Phylarchus l. XV. p. 693. Sic de *melle* ut hic Jovi, ita nati itidem Bacchi labiis admoto a nutrice ejus Macride, Apollonius l. IV. v. 1136.

Καὶ μέλιτι ξηρὸν ἄφαρ χείλος ἔδευσεν.
Ac sitibundum labellum circumlevit melle.

Mos alioquin veterum recens natis infantibus κηρίον, ut hoc loco, in os imponendi, ne ejularent, quando substernuntur. Docet hoc Hesychius in κηρίῳ βύσασα. Quibus addere licet illud Theocriti Idyll. Z. v. 84. de Comata infante, quasi toto anno apum favis pasto:

----- κ' τὸ μελισσᾶν
Κηρία φερβόμενος, ἔτος ὅλον ἐξετέλεσσας.
Atque sic apum favis pastus, totum annum exegisti.

V. 50 ἔργα μελίσσης] Sic de *melle* passim Poetæ, ut Apollonius Rhodius l. IV. v. 1132. ὅς ῥα μελισσέων Ἔργα. Antrum vero inde in Creta, ubi melle nutritus Juppiter, apibus sacrum exstitisse, tradit loco jam ante indicato Anton. Liberalis Metam. c. XIX. quod præter loci religionem ingredi sint quidam ausi, & corpore ære undique tecto mel inde hausisse, sed comminuto mox a Jove eodem ære, mulctatos eosdem, & in cognomines aves conversos. Antri vero illius *custodes apes* exstitisse *Jovis nutrices* traditur eodem loco, κατέχουσι δὲ τὸ ἄντρον ἱεραὶ μέλισσαι, τροφοὶ τῷ Διΐ. Easdem autem Jovis nutrices apes in colorem χαλκῷ χρυσοειδεῖ ῥοδοπλησίον mutatas refert loco paullo ante indicato Diodorus; & cujusmodi apes χαλκοειδεῖς, seu *ærei coloris*, suo adhuc tempore in Ida Cretæ monte superfuisse, refert Ælianus de H. Anim. l. XVII. c. XXXV; & quæ loca, ne quid dissimulem, jam in Creta nota-

vit

vit eruditissimus Meursius p. 75. & 79. Id vero de illis apibus seu μελίσσαις inde fictum tradit apud Lactantium l. 1. c. XXII, Didymus, quod Melissei Cretensium Regis filiæ *Amalthea & Melissa Jovem puerum caprino lacte & melle nutriverunt.*

V. 52. Οὖλα δὲ Κέρητες] Οὖλα pro ὑγιεινῶς, quod a Schol. hic dicitur, non rejiciendum puto cum Vulcanio. Sic infra H. in Apoll. v. 76. ἕλος Ἀελιοτέλης: ubi itidem Schol. ἕλος ὁ ὑγιὴς, & H. in Del. v. 303. ἕλοι ἐθείρας, *salubris capillis.* Unde hic ἕλα *salutariter* (qua voce usus Tullius) commode potest verti; & apposite quidem, quod ea Curetum, de qua hic agit Poeta, saltatione, occultatus fuerit ac salutem inde nactus Juppiter.

Ibid. Κέρητες] Iidem proinde qui *Corybantes* seu Κόρβαντες paullo ante a Poeta appellati, & de quibus etiam auctores apud Strabonem tradunt, τὲς Κουρῆτας τὲς αὐτὲς τοῖς Κορύβασιν ὄντας, *Curetes eosdem cum Corybantibus existentes.* lib. x. p. 472. qui tamen Geographus in sequentibus, & jam antea pag. 466. *Idæos Dactylos, Corybantas, Cabiros*, & *Curetas* ab aliis pro iisdem haberi, ab aliis vero pro cognatis & aliquo discrimine a se invicem diversis, adlatis etiam variis veterum auctorum ea de re testimoniis probare intendit. *Curetas* certe & *Corybantas*, ut diversos commemorat Orpheus in Argonaut. v. 25. & 27. & in hymnis, qui ejus nomine circumferuntur, alius *Curetibus*, alius *Corybanti*, ut supra jam vidimus, tributus; ita tamen ut pro iisdem eos ibi quoque agnoscat, nempe Κέρητες Κορύβαντες H. in Curetas v. 2. & rursus Νυκτελινὸν Κέρητα vocet Κορύβαντα vel Κυρβαντα in ejus hymno; qui tamen alibi, ut in Εὐχῇ, *Curetas, Corybantas, Cabiros*, & *Idæos*, ut diversa Numina invocat; Κέρητας τ' ἐνόπλους &c.; sicuti, ut alios adhuc mittam, a Nonno Dionys. l. XIV. p. 386. *Idæi Dactyli, Corybantes*, & *Curetes* aperte distinguuntur. Adeo confusa & sibi parum constans omnis hæc mythica de iisdem Gentilium Theologia, sicut cum e Strabone id aperte agnoscente, tum e Diodoro, ubi de iis agit lib. v., tum e Pausania insuper colligas, qui de *Curetum* & *Corybantum*, ut diversis simulacris meminit, lib. VIII. p. 525; alibi autem, περὶ Ἀνάκλων παίδων varias hominum opiniones tradit, dum alii *Castoras* & *Curetas*, alii vero *Cabiros* eos censent l. x. p. 686. Sic apud Apollonium Rhodium, in narratione horum Jovis nutritiorum & custodum, sicut eos vocat Strabo loco supra indicato, *Idæi Curetes* dicuntur, nempe Ζεὺς ἔτι Κουρήτεσσι μετέτρεφες Ἰδαίοισιν. quomodo etiam a Lycophrone alibi, Κέρητες Ἰδαῖοι Κάσπιοι p. 191. a Strabone autem l. x. p. 468. οἱονεὶ Σάτυροί τινες ὄντες περὶ τὸν Διά; *tanquam Satyri quidam existentes circa Jovem.* Iidem autem non Ἰδαῖοι, sed Δικταῖοι Κέρητες ab Arato vocantur Phænom. v. 35. Alibi vero ab Apollonio l. 1. v. 1129. & seq. Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες totidem, ut ibi additur, *Idæa matris* (ab *Ida* tamen *Phrygiæ*, ut notum, non *Cretæ* vulgo ita appellatæ) πάρεδροι, & quod de *Curetibus* itidem dicitur in versu incerti poetæ apud Stobæum eclog. Phys. pag. 5.

Κουρήτων δ' οἱ μητρὶ Διὸς Ῥέῃ ἔντι πάρεδροι.
Curetum, qui Jovis matris Rheæ sunt adsessores.

Adeo ut non Jovem ſolum, omnium opificem, ſed matrem ejuſdem Rheam cuſtodire dicantur *Curetes* apud Proclum in Platonem l. v. c. xxxv. p. 322. Quæ omnis confuſio & varietas de *Idæis Dactylis*, ac de *Idæis* vel *Dictæis Curetibus* aut *Corybantibus*, orta potiſſimum, ut vere obſervat etiam Strabo, ex ambiguitate vocis *Idæ*: qui mons tum in Phrygia, ut notum, ubi ſolennis hujus Rheæ, *Ideæ* etiam ac *Phrygiæ* inde appellatæ, cultus, tum in Creta, nati aut cuſtoditi in eodem a *Curetibus* ſeu *Corybantibus* Jovis fama celebratus. Ita tres vulgo *Curetes* ſeu *Corybantes*, Jovis hujus cuſtodes, a veteribus ſtatuuntur; unde Κουρητικὴ τριὰς a Proclo, loco modo adducto, dicitur; ſicut *Corybantes*, τρεῖς ἀρχικαὶ ὑποστάσεις a Juliano orat. v. p. 315. & quod illuſtrant omnino veteres nummi, de quibus mox dicetur, qui tres itidem Curetes, Rheæ puerperium occultantes, exhibent. Quamquam & quatuor etiam vel quinque *Curetes* aut *Corybantes* alibi apud auctores occurrant; apud alios etiam novem, ſicut apud Diodor. l. v. p. 334; adeo parum ſibi ea in re veteres conſtant. *Idæi* autem *Dactyli*, & quorum poſteri fuerint, ut Diodorus ibidem, *Curetes*, numero quindecim, iique a dexteris maſculi, a ſiniſtris feminæ: ab aliis etiam plures, tum aliis etiam nominibus indigitati leguntur in Apollonii ſchol. ad. l. 1. v. 1129. in Chronico Oxonienſi p. 163. & alibi.

Ibid. πρύλιν ὠρχήσαντο] Inde Cnoſſiæ *Corybantum* ſaltationes, ſeu Κνώσσια ὀρχήματα: de quibus, quod jam monuit Vulcanius, Sophocles Ajac. v. 711. Adde & Pyrrichium, unum e *Curetibus* apud Pauſan. l. III. p. 211. unde πυῤῥίχη ſaltatio, eadem, quæ hic a poeta πρύλις, juxta Heſychium, πρύλιν, πυῤῥίχην; eademque etiam Κρητικὴ dicta a Sophocl. ſchol. ad adductum Tragici locum, ipſi vero Cretenſes ὀρχησταὶ, apud Athenæum l. XIV. p. 630; & πυῤῥίχη rurſus ibidem memorata, quam ἔνοπλοι παῖδες ὀρχοῦνται. Quæ πρύλις proinde vel πυῤῥίχη, bene ἐνόπλιος, ſeu *armata ſaltatio*, hic a Callim. Schol. redditur. Sic de ſimili ἐνοπλίῳ ſaltatione Amazonum, idem poeta infra H. in Dian. v. 237 περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο. & quæ βηταρμὸς etiam dicta; Apollonius l. 1. v. 1135.

Σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο.

Subſilientes, betarmum, ſeu *pyrricham, in armis ſaltabant*;

ubi Critici, Βηταρμὸν δὲ τὴν ὄρχησιν παρὰ τὴν ἁρμόδιον βάσιν αὐτῶν. λέγει δὲ νῦν ΤΗΝ ΠΥΡΡΙΧΗΝ ὄρχησιν. *Betarmum, ſaltationem, a concinno earum greſſu; dicit autem nunc PYRRHICHEN ſaltationem.* Immo quæ ἐνόπλιος dicta Κουρήτων ſaltatio Cretenſibus familiaris; ut cum aliunde, tum liquet e Dione Chryſoſth. orat. 11. p. 31. τὴν ἐνόπλιον τὴν Κουρητικὴν, ἥπερ ἦν ἐπιχώριος τοῖς Κρησί *armatam ſaltationem, quæ dicitur Curetica, quæque erat vernacula Cretenſibus.*

V. 53. Τεύχεα πεπλήγοντες] Nempe *ſcuta* ſeu *clypeos quatientes*, ſicut mox ἀσπίδος etiam eam in rem meminit, ac ſimiliter de ἐνοπλίῳ ſeu πρύλι Amazonum H. in Dian. v. 238. πρῶτα μὲν ἐν Σακέεσσιν ἐνόπλιον. Sic Κούρητες Ἀρήϊα τεύχε' ἔχοντες, ſeu *Martis ſcuta* vel *ancilia*, ut ibi vertit ὁ πάνυ, *habere* dicuntur ab Orpheo in hymno iis dicato: χαλκόκροτοι

κροτοι similiter ab eo ibidem seu *æricrepes* traduntur, quod e scutorum id genus tinnitu & motione, ac proinde variis corporis flexibus, quibus tela hostium solebant evitari, constabat hæc ἐνόπλιος saltatio, sicut Plato etiam tradit l. VII. de legib. p. 814. 815. Hinc ad Aristoph. Nub. p. 165. τῶν ῥυθμῶν κατ' ἐνόπλιον, notant Critici, Ἐνόπλιον εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχοῦντο σείοντες τὰ ὅπλα. Immo Minerva ipsa, ubi exiliit e Jovis cerebro, utrumque, quod hic Curetes, fecisse apud Lucianum dicitur Dial. Jov. & Vulcan. Πυῤῥιχίζει καὶ τὴν ἀσπίδα τινάσσει, *Pyrrichium saltat & clypeum quatit.* Gladiorum autem ad clypeos illos adlisu id fieri solitum, ut vel ex Apollonio liquet loco ante adducto, de armata illa saltatione seu πυῤῥίχῃ Argonautarum ad instar illius a Curetibus, nato Jove, institutæ; ac ubi addit l. II. v. 1136. Καὶ σάκεα ξιφέεσσιν ἐπέκτυπον, *& clypeos gladiis concutiebant.* ubi Critici, ὠρχοῦντο τοῖς ξίφεσι τὰς ἀσπίδας κόπτοντες, non ut ibi legitur, κομποῦντες, *saltabant gladiis clypeos quatientes. Armatæ* autem hujus Curetum *saltationis* in Jovis natalibus, qua Saturnum, ut mox a poeta additur, iidem fallerent, indices etiamnum aliquot insignes & præclari nummi; unus Laodicensium Phrygiæ sub Caracalla signatus, & cum in thesauro mumismatum Maurocœnianorum p. 74, tum peculiari epistola a celeberrimo Patino vulgatus; alter Apamensium itidem Phrygiæ, sub Decio, a Seguino pridem editus, & nunc regiæ Gallorum gazæ adscriptus, ubi versare eum aliquoties mihi licuit. In utroque autem nummo, præter Rheam, quæ Jovem natum ulnis tenet, spectantur tres Curetes, gladiis aut vero jaculis & scutis armati, eorumque collisione & crepitu Rheæ puerperium occultantes. Quod factum, trium nempe horum Curetum, clypeos ad occultandum Rheæ puerperium gladiis concutientium, & proinde, quod ait hic poeta, τεύχεα πεπληγόντων, clarius adhuc ante oculos ponit nummus thesauri Maurocœniani p. 82. sub Maximino percussus. Unde apposite proinde eadem Κουρήτων ἐνόπλια παίγνια dicuntur a Platone l. VII. de Legib. p. 796. de quibus videndus insuper Proclus l. VI. c. XIV. p. 382.

V. 54. κουρίζοντος] Κουρίζειν hic per *vagientem* haud male reddunt Interpretes, & quomodo etiam Germanicus apud Aratum Phænom. v. 32. de iisdem Jovis natalibus Saturno occultatis, ὃς μὲν τότε κουρίζοντα &c. reddit, *vagitus pueri &c.*, magis utique apposite quam per *ludentem* Cicero. Neque enim alii aderant nati tum Jovis lusus, quam *vagitus*, & qui Saturno erant occultandi, ne eos, ut hic ait Callimachus, exaudiret, sicut ea de re Ovidius Fast. l. IV. v. 208. *Tutus ut infanti vagiat ore puer.* Ὑποκουρίζεσθαι autem de virginibus, non vagitu quidem, sed cantu se oblectantibus, dixit Pindarus Pyth. Od. III. p. 217. ἄλικες οἷα παρθένοι Ἑσπερίαις ὑποκου-ρίζεσθαι ἀοιδαῖς, *sicut coætaneæ virgines solent vespertinis se oblectare cantibus.*

V. 55. ἠέξευ] Vox ἀέξω, & per κρᾶσιν, juxta Eustathium, ἄξω, præterea, ut idem notat Iliad. p. 648, de crescente alicujus statura dicitur. Hinc JOVI CRESCENTI in Romanorum nummis, similis, quod alibi doceo, ΘΕΟΞΙΟΣ ΚΡΗΤΑΙΟΣ dictus in præclaro Ægiensium nummo;

formata nempe voce ex Θεὸς, & αὐξω, seu ὄξω, de *crescente* Jove, hic a Poeta adhibita.

Ibid. καλὰ δ' ἔτραφες] Notandum hic ἔτραφες passive positum, sicut monuit, cui elegantem hujus Poetæ editionem aliaque insuper debemus, rari exempli suique sexus eruditissima Tan. Fabri Filia. Addam, Atticis id solemne; activum nempe pro passivo usurpare, sicut observant Schol. ad Eurip. Mede. v. 320. Φυλάσσειν ἀντὶ τοῦ Φυλαχθῆναι. Ἐνεργετικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. τοῦτο δὲ ἴδιος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς Ἀττικοῖς. Cujusmodi & viciſſim passivorum pro activis obvia apud Æschylum, aliosque Tragicos & Aristophanem exempla, & qua de re alibi. Quod τραφεντα hic Jovem spectat, id refellit Plotinus Ennead. l. v. c. VII. p. 489. qui tradit Jovem μηδὲ τραφῆναι ὑφ' ὧν τῇ Ῥέᾳ, ὡς τὰ μυθικὰ, καὶ οἱ μῦθοι οἱ περὶ θεῶν ἀνίστονται; *neque educatum fuisse apud Rheam, sicut mysteria & fabulæ de Diis fingunt.* Mitto vero, quod in hoc Callimachi versu, vox καλὰ corripiatur simul ac producatur; quod cum alibi, tum in hoc Theocriti versu Idyll. VI. v. 19. obvium, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφαντα.

V. 56. ἦλθον ἴουλοι] Nempe cum ἀγένειος seu *imberbis*, & proinde adhuc pubescens Juppiter in Cretensium, Ægiensium, & Romanis etiam nummis, tum barbatus passim in antiquis ejus simulacris cernitur.

V. 57. ἔτι παιδνὸς] Æschyl. Agam. v. 487, τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενᾶς κεκωμένος; ubi Interpres priora vertit, *Quis ita est stolidus?* mallem, *quis ita infans est*, pro vocis illius παιδνοῦ, hoc etiam loco, usu.

Ibid. ἐφράσσατο πάντα τέλεια] Melius hic H. Stephanus, quam alii interpretes, explicat hæc verba; *ætate digna ex meditatus adulta*, aut *jam tum volvebat adulti digna.* quod firmant etiam, ut ille vidit, sequentia. Respici enim hic ad vocem τελείου, de adultæ ætatis viro. Inde etiam, quod addo, τέλειοι *viri conjugio maturi*, seu *conjugati*, Græcis dicti; sicut apud Horatium Od. VI. l. III. *matura virgo*, pro nubili dicitur; ac inde de *conjugato* Æschyl. Agam. v. 892. Ἀνδρὸς τελείου δῶμα; & de viris juxta ac mulieribus Plato l. XI. de Legib. p. 929. Τῶν τε ἄλλων ὁπόσοι ἂν, εἴτε γυναικῶν, εἴτε ἀνδρῶν, τέλειοι. *aliorum quidem, quotquot e viris aut mulieribus essent conjugati.* Unde vere Hesychius, τέλειοι γεγαμηκότες; & Juppiter ac Juno eidem τέλειοι dicti, ὅτι γαμήλιοι. Sed de hisce pluribus ad ipsum Æschylum, aut ad hujus Poetæ hymnum sequentem in Apollin. v. 14; Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον. Nota haud minus alia τελείου Jovis significatio, ut alibi idem Æschylus Suppl. v. 83.

Τί δ' ἄνευ σέθεν θνητοῖς τέλειόν ἐστιν;
Quid autem sine te inter mortales perfectum est?

Immo unde Τελείων τελειότατον κράτος dicitur in eodem dramate v. 533. Sed prior interpretatio magis ad totum hunc Callimachi locum quadrat.

V. 58. γνωτοὶ] Sic γνωτὸς pro *fratre* apud Apoll. Rhod. l. I. v. 53. Τοῖσι δ' ἐπὶ τέλματος γνωτὸς κίε. *His autem tertius frater supervenit*: nempe Æthalides, tertius frater Eryti & Echyonis; & in Anthol. l. VI.

c. XV.

c. xv. ep. VIII. Τρεῖς γνωτοὶ τέχνης σύμβολα Πὰν ἔθεσαν, *Tres fratres artis symbola Pan, posuerunt*; ac inde apud Lycophronem p. 193. γνωτοφόντης, *fratricida*. Alioquin γνωτοὶ πατρωΐοι apud Apollonium *patrueles* dicuntur l. II. v. 1164. & l. III. v. 359. Γνωτὸν vero alio sensu, nempe pro γνωστὸν, usurpat Sophocles Oed. Tyr. v. 58. & 404. ἀφαιρέσει nempe τοῦ σ Atticis haud insolita, sicut πάγκλαυτον pro πάγκλαυστον apud eundem Tragicum Electr. v. 1090. & ibi schol.

Ibid. προτερηγενέες περ ἐόντες] Apud Homerum tamen Il. N. v. 355. Juppiter ante Neptunum natus dicitur, Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει; ab ipso autem Jove Neptunus Deorum πρεσβύτατος dictus Odyss. M. v. 142. Alibi autem, sed confuso nascendi ordine, aut potioris dignitatis intuitu, e natis e Saturno & Rhea fratribus, ab ipso Neptuno Juppiter primo loco, ipse secundo, Pluto autem tertio commemoratur, nempe Iliad. O. v. 186. &c. Ita etiam a Nicandro primogenitus inter fratres inducitur Juppiter: & quidem ubi cœlum eidem, sicut hoc etiam loco, obtigisse, aut ab eodem obtentum refert Theriac. p. 24.

Ὡς ὁπότ' Οὐρανὸν ἔσχε Κρόνου πρεσβύτατος υἱὸς.

Quod quando cœlum obtinuit Saturni major filius. &c.

de quo loco mox adhuc videbitur. Callimacho vero hic adsentiuntur Hesiodus ac Apollodorus: apud quos postremus inter fratres nascendi ordine statuitur Juppiter; nempe ut primus Pluto, secundus Neptunus, tertius demum exstiterit Juppiter. Quod priscis Ἀλληγοριῶν ad eundem Hesiodum eruditoribus referre licet ad naturæ ordinem, quo telluris primo loco, dein aquæ seu τῆς ὑγρᾶς φύσεως, tertio autem ætheris seu ignis elementaris productio innuitur.

V. 59. ἐπιδαίσιον οἶκον] Schol. exponit μεμερισμένον. Suidas contra ἐπικοινὸν, οὐ μεριστόν. Priorem interpretationem præfert H. Stephanus; posteriorem, quam patris etiam fuisse tradit, eruditissima Daceria. Cui favere, ut hoc addam, videtur, quod Homerus agens de ea divisione, qua mare Neptuno, inferi Plutoni, Jovi autem cœlum obtigerunt, prodat ibidem, *terram* tamen & *Olympum communem omnibus* remansisse.

Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ολυμπος.

Iliad. Θ. v. 198. Priorem haud minus & a Scholiaste traditam hic explicationem, omnino veriorem puto, ac vocis ἐπιδαισίου significationi magis consonam. Neque etiam, quod notandum, Ὄλυμπος, sed Οὐρανὸς *Jovis domus* hic a Poeta dicitur; quem postremum, seu *æthera* vel *aerem*, non vero *Olympum*, Jovi in ea divisione obtigisse aperte tradit Homerus, versu qui alterum modo adductum præcesserat.

Ζεὺς δ' ἔλαχ' Οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι;

Juppiter sortitus est cœlum latum in æthere & nubibus.

& ad quem videri possunt veteres apud Eustathium Critici, pag. 1011. Similiter in adducto modo Nicandri versu, ὡς ὁπότ' Οὐρανὸν ἔσχε &c. Mitto vero hic, quod non tam de *cœlo*, quam de *inferis*, κοινὸς vel ἐπικοινὸς οἶκος, sicuti hæc vox ἐπιδαίσιου hic in scholiis redditur,

a Poetis dici ſoleat, ſicut apud Sophoclem Electr. v. 137. Ἀΐδα παγκοίνου λιμνης, *Inferos omnibus communis paludis*; aut apud Euripidem κοινὸν ἐς Ἄδην, Suppl. v. 795. ac unde pridem apud Apollonium emendandum vidi de via ad inferos Argon. l. 1. v. 103. Πειρίθῳ ἑσπόμενον κοινὴν ὁδὸν, pro κεινὴν ὁδὸν, ut ibi hactenus legitur; quamquam &, ne quid diſſimulem, adlatam ibi Criticorum gloſſam κεινὴν pro κενὴν, adſtruere videatur Maro noto verſu, *Perque domos ditis vacuas, & inania regna.*

V. 60. Δηναιοὶ] Æſchyl. Prom. v. 793. de Gorgonibus, Αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι, *Phorcides habitant antiquæ virgines.* ubi Schol. δηναιαὶ ἀθάνατοι; alibi autem in eodem dramate de Saturno, quippe ut eum alibi vocat v. 222. Παλαιγενῆ, ab *antiquo ſolio* a Jove expulſo v. 911.

Ἣν ἐκπιτνῶν ἠρᾶτο δηναιῶν θρόνων.

Quam imprecabatur, antiquis ſoliis excidens.

Ibid. ἐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοὶ] Nempe juxta illud vetus dictum apud Plutarchum in audiend. Poet. Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ, *multa mentiuntur poetæ.* Quod ſibi ipſi dictum hic putet Battiades, dum hactenus hic hymnus in narrandis ſupremi Deorum Jovis natalibus, faſciis, vagitibus, & ejus nutricibus itidem occupatur. Sed haud inſolitum ſubinde Poetis, ut ii veritatis ſtudium præ ſe ferentes, eandem laudem prioribus ante ſe vatibus adimere haud detrectent. Ita ab Euripide inducitur Hercules, aniles Poetarum fabulas de illegitimis Deorum amoribus, aut ſimilibus, quæ eos dedecent, factis ſuggillans, & de quibus ait Hercul. Fur. v. 1346.

Ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι,

Poetarum hæ autem ſunt miſeræ fabulæ.

& qui verſus adducitur etiam, indicto tamen, ubi exſtaret, dramate, a Clemente Stromat. l. v. p. 583. cum eo, qui apud Tragicum præcedit, ſed qui ex eodem ibi obiter emendandus nempe

mirabiliter hoc vitium operarũ pro ovrως in versũ infert Sp. — Ern.

Δεῖται γὰρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐς ὄντων Θεὸς,
Οὐδενὸς.

Nam Deus, qui rerum quidem ſit Deus, indiget
Nullius.

Immo, quod huc propius facit, fabulis veterum Poetarum, hanc ipſam de diviſione cœli inter Saturni liberos, accenſet ſimiliter vates Colophonius loco indicato Ther. p. 24. & qui integer hic adſcribendus:

Ωγύγιος δ' ἄρα μῦθος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται,
Ως ὁπότ' Οὐρανὸν ἔσχε Κρόνου πρεσβύτατος υἱὸς,
Νειμάμενος κασίεσσιν ἑκὰς περικυδέας ἀρχὰς.

Priſca inter juvenes fabula narratur,
Quod quando cœlum obtinuit Saturni major natu filius,
Diſtribuens fratribus procul ſita inſignia imperia, &c.

Ut minus mirum ſit, ob aniles & indecoras de Deorum amoribus, aut inter ſe contentionibus, aliiſque id genus commentis fabulas, earun-

earundem auctorem & patrem, a Socrate apud Platonem e Republica ejici. Quamquam ea de re consuli potest, qui Homero ibi fert suppetias, pluribusque eum tuetur, Proclus in Quæstionibus ad Platonis Πολιτείαν; & qui ante eum id præstitit Dio Chrysost. orat. LIII. de Homero. In genere autem, quid de Poetarum fabulis statuendum sit, in aureo libello de audiendis Poetis Plutarchus docet.

V. 61. Ἀμφρίχα δώματα νεῖμαι] Miror non vidisse hic priores hujus Poetæ editores Ἀμφρίχα, hic non una voce legendum, sed Ἀμφὶ τρίχα δώματα νεῖμαι, more nempe Poetis familiari pro, τρίχα (h. e. τριχῇ vel τριχῶς) δώματα Ἀμφινεῖμαι. Ita etiam apud Homerum Odyss. l. v. 157. Ἀμφὶ δὲ τρίχα κοσμηθέντες. h. e. juxta Criticos ad eundem, ἡγοῦν τριχῇ διαταχθέντες. ac proinde sic legi etiam debet Iliad. B. v. 655. Ἀμφὶ τρίχα. Unde mox etiam Callimachus v. 69. τὰ δὲ τόσσον ὅσσον Ἀμφὶ πλεῖον ἔχουσιν, pro τὰ δὲ διέχουσιν τόσσον ὅσσον πλεῖον. h. e. *hæc autem distant tantum quantum plurimum*, ut bene hæc tria postrema verba ibi reddit eruditissima Daceria. Res ergo clara, τρίχα nempe, ut supra v. 31. Τὸ δὲ οἱ δίχα πουλὺ διέχη, ac sæpe apud Homerum pro τριχῶς, quandoque etiam τριχθά; & Ἀμφινεῖμαι pro Διαμερίσαι, ut eandem vocem reddit Hesychius. Neque hic obstat, quod Ἀμφίδιχα una voce exstare sciam apud Homerum, ac inde apud Apoll. Rhod. l. III. v. 490. Ἀμφίδιχα ναιετάοντες; pro quo dixit Hesiodus Εργ. v. 13. Ἀμφὶ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν, nempe pro Ἀμφίδιχα &c. ut bene ibidem monuit vir rara & eruditione & humanitate Grævius.

V. 62. τίς δέ κ' ἐπ' Οὐλύμπῳ] Verum nec hoc tradit Homerus, agens de ea divisione, qui aperte *Olympum*, ut ante vidimus, in ea sortitione locum negat habuisse, sed communem omnibus remansisse. Οὔλυμπον proinde hic cum Οὐρανῷ, præter clara Homeri, qui aperte ea ibidem distinguit, verba, confundit vel promiscue sumit, ut sæpe alias facturus Callimachus.

V. 63. νενίηλος] Exponitur hæc vox a Scholiaste, ματαιόφρων, & dicta quasi ἐστερημένος τοῦ αἰσθάνεσθαι τὸν νοῦν. Sed hoc Græculorum more: meminit ejusdem vocis Hesychius, a quo redditur, Νενίηλος τυφλός, ἀπέπληκτος, ἀνόητος. Formatur nempe a voce νενός, quæ eidem est ἀνήθης, nempe e particula στερητικῇ & voce νοῦς, idemque, ut jam viderunt alii, quod βλεννός. Sic νεννάζει eidem Hesychio, κακολογεῖ, idem proinde, quod δεννάζει, quæ vox apud Sophoclem legitur Ajac. v. 243. & Antigon. v. 770. & ubi δεννος ἡ λοιδορία a priscis ad eum Grammaticis, sicut ab Eustathio etiam ad Il. H. p. 668. traditur. Vox autem hæc νενίηλος una est ἐξ ἅπαξ λεγομένων; certe quæ alibi, quod sciam, hodie in veterum Græcorum scriptis non occurrit.

Ibid. ἐπ' ἰσαίῃ] Hesychius ἰσαία, μέρις. ubi supplendum omnino, ἰσαία, ἴση μέρις, ut paullo ante ἴσα, ἴση μοῖρα; & quo priori loco, ad hunc Callimachi procul dubio respexit Glossographus.

V. 66. Θεῶν ἐσσῆνα] Schol. notant ἐσσῆνα proprie dici *apum regem*, hic autem *deorum*. Idem tradit auctor M. Etymolog. adducto quoque eam in rem hoc Callimachi loco; nisi quod addit Ephesiorum lingua, ita

ita *regem* appellari, Εσσὴν ὁ βασιλεὺς κατὰ Εφεσίους. Pausanias vero l. VIII. p. 476. non *Reges* quidem, sed *Epulones*, Εσσῆνας ab Ephesiis dici memorat: quorum adstrictam vivendi, quamquam per annuas tantum vices, rationem ad instar Υμνίας Dianæ sacerdotis apud Martinenses Arcadas ibidem tangit. Quæ proxime accedunt ad ea, qnæ de Judæis Εσσαῖοις vel Εσσηνοῖς Philo ac Josephus tradunt, ille in libro, quod omnis probus liber, hic Ἀλωσ. l. II. c. VIII 788. Hinc emendandus etiam Hesychius, Εσσήνιοι, μάντεις. ubi Εσσῆνες legendum putem, aut potius Εσσαῖοι, vel juxta Salmasium Εσσηνοὶ: ut ad *Essæos* vel *Essenos* Judæos respexerit, inter quos μάντεις etiam fuisse, qui futura nosse promitterent, & quorum prædictiones raro etiam fallerent, testatur Josephus loco modo indicato. Mitto quod Εσσῆνες dictæ insuper fuerint juniores, seu *tenellæ capræ*, ut notat Eustath. Odyss. I. p. 1625; aut quod apud eundem Josephum, ni corrupti sint in hac voce ejus Codices, Ἐσσὴν Hebræis dicatur (nempe חֹשֶׁן) de Pectorali seu Λογίῳ summi sacerdotis. De voce itidem μονήρει juxta Vulcanium, βαλὴν pro *rege*, ea tamen, præter Æschylum Pers. v. 619, usus cum Autor libelli de Fluminibus Plutarcho adscripti, tum Sex. Empiricus adv. Mathem. p. 671, qui Phrygiam esse vocem ibidem tradunt. verius autem Phœniciam esse liquet, ut viderunt jam viri incomparabiles Salmasius & Bochartus. Sed de hac alibi.

V. 67. πέλας εἵσαο δίφρου] Sic Κράτος cum Jove conjungitur & Justitia Ultrice ab Æschylo Chœph. v. 242.

Μόνον Κράτος τε καὶ Δίκη σὺν τῷ τρίτῳ
Πάντων Μεγίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό μοι.
Modo Robur & Justitia una cum tertio
Jove omnium Maximo adsint mihi.

Βίη autem, de qua hic etiam mentio, Jovi σύνθρονος a Moschione dicitur apud Stobæum l. I. Eclog. Phys. c. XI. p. 18. Βία δὲ σύνθρονος Διὶ. ubi postremum e libris scriptis bene emendavit illustris Grotius. Quamquam βίην *Deos non attingere*, tradat Aristides Hym. in Jovem p. 11. Θεῶν βία οὐχ ἅπτεται. In Jovis autem Olympii solio in Elide, non βίη quidem aut Κράτος, sed Victoriæ tamen depictæ traduntur apud Pausan. l. V. p. 306.

Ibid. δίφρου] Δίφρος, quem hic per *currum* reddit Interpres, *sedem* etiam cum apud Homerum, ut de sedente domi Penelope, δίφρῳ ἐφέζεσθαι, Odyss. Δ. v. 717, tum apud scriptores Atticos frequenter notat, sicut liquet cum ex Æliani narratione, V. H. l. IV. c. XXII, de δίφροις quos priscis Atheniensibus in publicum prodeuntibus pone gestabant pedissequi, tum ex iis, qui a διφροφόροις dictis inde virginibus post κανηφόρους deferri solebant Athenis in pompa Panathenaica vel Thesmophorica; & quo respicit Aristophanes Avib. p. 611. & Concion. p. 746, ac inde Hesychius in voce διφροφόρος. Unde melius etiam hic δίφρον de *sede* cum Vulcanio seu θρόνῳ Jovis intelligas, quam de *curru*, quem raro utique Jovi tribui videmus in monumentis antiquis; eundem vero Deorum Patrem passim θρόνῳ aut δίφρῳ insidentem.

V. 68.

V. 68. οἰωνὸν] Hinc οἰωνὸς, quod vulgo notum, tam de *ave* seu avium regina *aquila*, ut hoc loco, quam de *augurio* passim dictus: unde quod apud Romanos scriptores *bonis* aut *malis avibus* appellatur, e Græcis etiam sumptum, sicut οἰωνῶν καλῶν apud Euripidem, Jon. v. 1333. & contra ἐν κακοῖς οἰωνοῖσι apud Apollon. Rhod. l. 1. v. 445, ut alia mittam, legitur. Spectatur autem hic Jovis ales, cum in adducto supra nummo Jovis Αἰγιέχου e Gaza Gallorum Regia, tum in ipsis Jovis incunabulis, seu in præclaro illo, de quo supra, thesauri Maurocœniani nummo, quo Rheæ puerperium & occultatus tinnitu Curetum Juppiter signatur. Duplex autem occurrit ea de re apud Servium fabula ad I. Æn. v. 394. Una, raptum ab aquila Jovem & ad latebras Cretenses perlatum, cum ubique a Saturno quæreretur; altera, formosum quemdam puerum Αἰτοῦ nomine exstitisse, qui Jovi, in antro Idæo nutrito, se in obsequium dederat; postea autem, ubi adolevisset Juppiter, velut pellicatus dolore, eundem a Junone in cognominem avem seu αἰτὸν fuisse mutatum.

Ibid. ἀγγελιώτην] Hinc de avibus auguralibus in genere Euripides, Jon. v. 179, τοὺς Θεῶν ἀγγέλλοντας φημούς, *Deorum nuntiantes oracula*; & Apollon. Rhod. l. III. v. IV. ἥτις ἀγγελος ὄρνις. Unde apud Porphyrium περὶ ἀποχ. l. III. p. 255. enumerantur aves Deorum nuntiæ, ut Jovis aquila, Apollinis corvus & accipiter, Minervæ crex & noctua, Cereris grus.

V. 69. Σῶν τεράων.] Sic τέρας passim apud Poetas de *augurio*, ut Euripidem Phœniss. v. 1197. δεξιὸν Διὸς τέρας. Epicrates Comicus de visa itidem aquila, ut hoc loco, apud Athenæum l. XIV. p. 570. Κάπειτα τοῦτ' εἶναι νομίζεται τέρας. Quo loco non prætereundum illud Theophrasti de Caus. Pl. l. v. c. III. p. 326. διὸ κ' οὐδ' ΟΙ ΜΑΝΤΕΙΣ ἐώθασι τοῦτο κρίνειν, ὡς ΤΕΡΑΣ· τὸ γὰρ εἰωθὸς, οὐ ΤΕΡΑΣ: *quamobrem augures hoc indicare tanquam ostentum* (ΤΕΡΑΣ) *non consueverunt. Quod enim solitum est, ostentum* (ΤΕΡΑΣ) *esse non potest.* Apposite autem, quod præterea notandum, eadem vocat hic *Jovis auguria*, Σῶν τεράων; quod Juppiter primus & verus haberetur Auguralis Deus, a quo μαντικὴν edoctus demum sit Apollo; immo qui Jovis tantum ea in re minister esset ac interpres, sicuti inde ab Æschylo, ut alia hic omittam, dictus Apollo, Eum. v. 19.

Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρὸς.
Jovis parentis Apollo est propheta;

ac Juppiter ipse inde Παιωμφαῖος ab Homero dictus, Iliad. θ. v. 250; qua de re alibi pluribus ad ipsum Æschylum.

Ibid. ἐνδέξια φαίνοις] Quod uno verbo Græci Διοσημίαν vocabant, quamquam frequentius iis de *malo augurio* dictam, ut apud Comicum Acharn. p. 379. & Plutarchum in Catone: pro *bono* tamen seu prospero *omine* occurrit eadem apud Julianum Imp. Ep. XXVII. ad Libanium p. 157. & apposite omnino ad hunc Poetæ nostri locum, καὶ ὁ Ζεὺς αἴσια πάντα ἐσήμηνεν ἐναργῆ δείξας τὴν διοσημίαν, *& Juppiter fausta omnia denuntiavit, clarissimum exhibens ostentum* (διοσημίαν). Nota alioquin

Διοσ-

Διοσημεῖα pro *prognosticis*, ut eadem vertunt Cicero & Avienus, seu signis futurorum, quæ a Jove scilicet seu e cœlo desumuntur. In auguriis autem veterum, diversa *spectio* seu φάσις, & *nuntiatio*, ut e Gellio liquet lib. v. c. XII. *Spectio* illa tamen auguralium avium, vulgo de *augurio* ipso Græcis dicta, ut δέξια φάσματα τρυφιῶν, de *augurio* duarum aquilarum apud Æschylum, Agam. v. 148. Unde Plutarchus de capto augurio, Numa regnum capessente, μέχρις οὗ ΠΡΟΥΦΑΝΗΣΑΝ ὄρνιθες ἀγαθαὶ ἢ ΔΕΞΙΟΙ, ἀπέτρεψαν, *quamdiu aparuerunt aves bonæ & faustæ*, (ΔΕΞΙΟΙ) *recesserunt*. Felix autem præter alios habitus inter augurales aves, & qualem hic sibi optat Callimachus, aquilarum conspectus, ad inde augurium. Ita augurium prosperum habitum a Xenophonte aquila dextra in somnis visa, & quidem addita ejus rei ratione, Ἀναβ. l. I. p. 373. ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη, καὶ οὐκ ἰδιωτικὸς; *quod insigne esset augurium, neque privati hominis*. Hinc faustum dicitur pro duobus Atridis ad Trojæ excidium proficiscentibus duarum aquilarum gravidam leporem vescentium augurium, loco apud Æschylum paullo ante indicato; sicut felix habitum ab Achivis contra Trojanos depugnantibus omen, aquila a Jove profecta, & demissus ab eadem ad illius aram cervi, quem unguibus tenebat, hinnulus. Iliad. θ. v. 248. Sic ex aquilæ volatu exauditas suas preces auguratur Hercules apud Pindarum, Isthm. Od. VI. & aquila senescens templo insidens, pro augurio habita, juxta Epicratem Comicum, apud Athenæum l. XIII. p. 570. Neque tamen, quod vere jam ad Catullum monuit Vir magnus Is. Vossius, *dextra* omina semper pro felicibus, ut hoc loco, aut *sinistra* pro infaustis habita. Immo, quod addere licet, nec *dextra* vel *sinistra* etiam *aquila* visa pro bono semper augurio ducebatur. Certe Theophrastus H. Pl. l. IX. c. IX. p. 179. observat in elleboro nigro effodiendo aquilam tam a dextra, quam a sinistra cavendam; periculum enim prædicere, si secantibus aquila prope advolarit, ἐκ δεξιᾶς καὶ ἐξ ἀριστερᾶς; *tam a dextra quam a sinistra*. Unde præterea illud obiter hic notandum, *sinistras* quandoque aves pro faustis, easdem autem δεξίους seu *dextras* pro infaustis olim ab auguribus habitas. Id observat utique Hippocrates de salubri victu, sect. XV. ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν. εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν: *Quoniam & augures eundem alitem, si sinister quidem appareat, bonum esse augurantur; si vero dexter, malum*. Quod exemplis illustrat ad eum locum Galenus; ubi vidisse se refert augures circa volatus dextros aut sinistros dissidentes; Arabem quidem dixisse, dextrum alitem laborantes mulieres, sinistrum autem viros: Asiaticum autem augurem contra statuisse, dextrum nempe alitem viris ægris visum, salutem iisdem, sinistrum vero, exitium portendere. Consulere poterit Pergameni Doctoris ea de re locum, si vacat, Lector, p. 41. Tom. v. edit. Basil. Græc.

V. 70. ἀιζηῶν] Hinc αἰζήεις de *viridi* ac *novella* myrica dixit Theopompus apud Athen. l. IV. p. 183. Quod obiter noto, quia Lexicographorum talia effugerunt diligentiam.

Ibid.

Ibid. *νηῶν ἐμπερόμους*] Scholiastes reddit per *ἐμπέρους*, quem sequuntur H. Stephanus & Vulcanius; & quomodo *magister navis* ab Horatio Od. VI. l. III. & *nauta* eidem Od. XVII. l. V. de *mercatoribus* dicuntur, ut vere de postremis conjecit Vulcanius, & ad utrumque Horatii locum nuper monuit eruditissimus Dacerius. Cui rei Homerus, quod observo, pridem præluxerat Odyss. ε. v. 162. Ἀρχὸς ναυτάων, οἵ τε πρακτῆρες ἔασιν; ad quem locum *scholia* Didymo tributa, πρακτῆρες, ἔμποροι, non, ut hactenus ibi legitur, ἔμπειροι; & firmat etiam omnino Eustathii ad eundem locum glossa p. 1590. πρακτῆρες δὲ οἱ ὕστερον πραγματευταὶ. Haud enim alii πραγματευταὶ sequiori ævo dicti, nisi *negotiatores*, ἔμποροι; unde in Philoxeni Glossario, πραγματευταὶ, *negotiatores*; ut mittam πράττειν, πρᾶξιν, & πράκτορες, voces olim fuisse, ut notum, fori Attici, pro *exigere debita* vel *usuras*, ac de iis qui talia exigebant. Quamquam & in hoc Callimachi loco, missa Scholiastæ de eo glossa, per νηῶν ἐμπερόμους optime intelligi etiam possint *rectores navium*, quæ olim in Castorum tutela; & qui Tyndaridæ inde navigantium, seu, ut alicubi apud Sex. Empiricum adv. Mathem. p. 325 dicuntur Σωτῆρες εὐσέλμων νηῶν: aut quod de iis Euripides Electr. v. 992.

Βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις,
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες;

Mortalium in maris fluctibus, Honores servatores habentes;

ac proinde qui e *Minoribus* his *Diis*, qua de re hoc & sequenti versu, quorum præsidio relicti id genus νηῶν ἐμπερόμους, sicut milites Martis, ut idem mox, fabri ærarii, Vulcani, aut Poetæ, Apollinis censebantur. Unde ut hic νηῶν ἐμπερόμους, sic ipsa Jovis mater Rhea dicta πάλης ἐμπερόμους, seu *luctæ perita*, apud Lycophron. p. 178.

V. 71. σακεσπάλου] Plutarch. de Dialect. Homer. σάκος retulit inter antiquas seu obsoletas voces, quas adhibuerit Homerus, qui recepta jam voce ἀσπίδος alibi sit usus. Eadem tamen vox σάκος diu post Homerum retenta, sicut apud superstites Tragicos, ubi illa sæpius legitur. Mitto, quod veteres ad Homerum Critici, notante id Eustathio ad Iliad. Ξ. p. 996. inter σάκος & ἀσπίδα discrimen ab Homero positum velint; quod tamen in eodem hodie, aut in antiquis illis Tragicis non comparet, ubi promiscue σάκος & ἀσπίδα, quod alibi e veterum monumentorum fide pluribus comprobo, sumi liquet. Ita hoc loco σακεσπάλος, idem, qui vulgo ἀσπιστης seu ἀσπιδηφόρος. Bene autem σακεσπάλος dicitur, quod vibrare olim seu protendere clypeos in hostem essent soliti, & sicut Tydeus σακεσπάλος Homero pridem dictus, Il. E. v. 126. ubi brevia ad Poetam scholia, notant σάκος de *clypeo* inde dictum, quod apud Σάκας sit inventus, *Sacas* autem esse Thracas. Sed hoc alterius loci & indaginis.

V. 72. Μακάρεσσιν ὀλίζοσιν] Ut nempe *Dii magni* crebro apud auctores ac sæpe in antiquis marmoribus ΘΕΟΙ ΜΕΓΑΛΟΙ occurrunt, sic etiam *Dii Minores*, & quales hic, quod notandum, præter Dioscuros, Mars & Apollo, ille σακεσπάλων, hic ἀοιδῶν, de quibus hic egit Poeta,

Deus,

Deus, denotantur; qui tamen inter Αἰθερίους, seu in numerum δώδεκα Ἀνάκτων Θεῶν, ut eos vocat Pindarus Od. X. Ol., quod aliunde liquet, & sicut inter Consentes Romanorum Deos referebantur. Immo Apollo inter *æternos*, ἀγήρατους, qualis utique non celebratur hoc hymno Juppiter, a Plutarcho traditur in Pelopida, p. 286. Idem tamen *Parvi* nomine Delphis a viro Larissæo *dicatus* legitur apud Pausaniam, l. x. p. 638; τὸν Ἀπόλλωνα ἀνέθηκε τὸν Μικρὸν. Vox autem ὀλίζωνες, quæ hic apud Poetam occurrit pro ὀλίγοι, præter Hesychium qui eam refert, legitur insuper apud Nicandrum, Ther. p. 8; ubi de Pleïadibus ait, ὀλίζωνες φοξέονται. Ut *Parvi* autem seu *Minores Dii* hoc loco, sic *Di minuti & patellarii* dicti apud Plautum, Cistell. A. 11. sc. 1; apud Arnobium vero l. III. *Plebs Numinum*; & similiter apud Plotinum, Δαιμόνων δῆμος, Ennead. P. III. l. II. p. 157.

V. 74. γεωμόρος] Apollonius Rhodius l. I. v. 1214. ἀμφὶ γεωμόρου ἀντιόωντα; alibi autem ob metrum, iidem γειομόροι ab eo dicti, ut l. III. v. 1386, ac inde γειομόροι μυρμῆκες l. IV. v. 1453. Apud Æschylum vero Suppl v. 621. γαιμόροι vocantur *terræ participes*, seu Danaïdes cum Patre Danao ad incolendam Argolicam regionem decreto eorundem Argivorum admissæ. Athenis autem nota ex Plutarcho in Theseo & Polluce p. 404. antiqua singularum tribuum in tria ἔθνη, Εὐπατρίδας, Γεωμόρους, & Δημιουργὸς distinctio. Unde Γεωμόρων sæpe mentio apud Platonem, ut l. v. de Legib. p. 737. & l. VIII. p. 843.

V. 76. ὑδείομεν] Eadem voce usi itidem tres alii σύγχρονοι, & ejusdem Pleiados Poetæ; Nicander Alex. p. 131. τὸ δὴ μελίφυλλον ὑδεῦσι; Apollonius Rhod. l. II. v. 530. καὶ τὰ μὲν ὡς ὑδέονται; ubi Critici, ὑδέονται; ἀντὶ τοῦ ᾄδονται καὶ λέγονται; ac præterea Aratus Phænom. v. 253. μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται.

Ibid. Ἡφαίστοιο] Hinc Vulcani etiam tanquam fabri simulacra in nummis & marmoribus antiquis; sedentis nempe cum incude, malleo, & forcipe, ac pileo præterea ut plurimum tecti. Qua de re etiam alibi agit hic Poeta; nempe hymno in Dianam v. 48. ac in Delum v. 144. Immo, tanquam fabrorum hic Deus, & Præses idem, in veteri nummo Gazæ Gallorum Regiæ, quem ad Juliani Cæsares vulgavimus, REX ARTIS inscribitur; qui cæteroquin τεχνήεις Apollonio Rhodio l. III. v. 229. & alibi; aut κλυτοτέχνης Homero dictus, Il. Σ. v. 378. Immo quomodo χειροναξίαν ipse vocat *artem* suam, apud Æschylum Prom. v. 45. Unde artium cultores Minervæ & Vulcano sacra facere jubentur ab Arriano de Venat. c. XXXV. nempe lanifici ac similium Palladi; fabrilium autem, Deo huic Lemnio; a Platone autem, Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν τὸ τῶν δημιουργῶν γένος. *Vulcano & Minervæ sacrum artificum genus* dicitur lib. XI. de Legib. p. 921.

V. 77. Τευχησὰς] Eadem voce pro ὁπλίτας, seu *militibus*, usus Apollonius l. III. v. 415. ἀνδράσι τευχεσῆσι; iisque antiquior Æschylus in in Sept. Theb. v. 650. ἄνδρα τευχήσιν. Schol. ὁπλίτην, qui alibi τευχεσῆρας eosdam vocat, Pers. v. 904. & τευχεσφόρους, Choëph. v. 625.

Ibid.

Ibid. ἐπακτῆρας] Sic ἐπακτὴρ de *venatore* apud Nicandrum, Ther. p. 45. Ideo ἐπακτῆρας dici *venatores* tradunt Critici ad Sophoclis Ajac. v. 7. ὡς ἐπαγομένους ὑπὸ τῶν κυνῶν; ac, ut ante dixerant, προέλκονται γὰρ τοὺς Κυνηγέτας οἱ κύνες ἐπὶ τὰ ἐπαγόμενα. Quamquam non *venatores* solum, sed *piscatores* ἐπακτῆρες etiam dicti, ut apud Apollonium Rhod. l. 1. v. 625, ἐπακτῆρες. ubi Schol. οἱ ἁλιεῖς; quæ etiam glossa in Nicandri Scholiis legitur, ad locum supra adductum. Idem nempe, qui ἰχθύος ἀγρευτῆρες a Theocrito vocantur, Idyll. κα. v. 6. aut ἀγρωστῆρες etiam, sicut a Nicandr. Alex. p. 163. ac ideo illa, quod ἄγρα etiam de *piscium captura* dicatur, ut apud Theocrit. Idyll. modo adducto v. 31, & alibi rursus, ἐξ ἁλὸς ἄγρα, Idyll. χ. v. 60.

Ibid. χιτώνης] Venatorum Præses Diana; unde Ἀγροτέρα, Κυνηγὸς, Ἐλαφηβόλος, & Ἑκαέργη dicta & culta hæc Dea, ut ex auctoribus & monumentis antiquis liquet; & eadem Venatricis habitu passim in nummis cælata cernitur; hoc cinctu nempe; & pharetra, arcu, ac sagittis armata, cum cervo præterea & cane; nonnumquam etiam cervo aut bigis cervorum vecta; & de qua Poeta noster infra, H. in Apollin. v. 60. Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα: at in Hym. in eandem dicetur opportunius. De simulacro autem hujus Deæ χιτώνης Miletum deducto a duce Coloniæ Nello Atheniensi, quod hic in scholiis dicitur, formatur a Poeta, H. Dian. v. 225, χαῖρε χιτώνη, Μιλήτῳ ἐπίδημε &c. Altera vero, quam tradunt eadem scholia, nominis hujus ratio de fasciis recens natorum Dianæ dicari solitis, non facit ad hunc locum.

V. 78. λύρης εὖ εἰδότας ὄιμους] Idem de Apolline, a quo essent κιθαρισταὶ & ἀοιδοὶ, dixerat pridem Ascræus vates; & a Themistio haud uno loco refertur orat. VII. p. 89. & orat. XIII. p. 170 ult. ed. Λύρης ὄιμοι de *cantu ad lyram*, seu νόμοις κιθαριστικοῖς, hic dicuntur; unde liquet errare Tzetzem ad Lycophr. p. 3, aliosque, qui ὄιμους de *via*, ὄιμην autem solum de *cantu* dici statuunt; quod postremum, præter hunc Callimachi locum, refellit etiam Philetas apud Stobæum in edit. H. Grot. p. 343. Μύθων παντοίων ὄιμους ἐπιστάμενος, *Fabularum omnis generis modos doctus.* ubi ὁ πάνυ, ὄιμους minus recte per *vias* reddit.

V. 79. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες] Ab Hesiodo mutuati id dein Poetæ; sicut de se Juppiter ipse apud Moschum, Idyll. B. v. 156.

Ἐξ ἐμέθεν δὲ κλυτοὺς μάλα φύσσεαι υἷας
Οἱ σκηπτοῦχοι ἅπασιν ἐπιχθονίοισιν ἔσονται.
A me autem celebres paries filios
Qui sceptrigeri erunt apud omnes mortales.

Unde etiam Æschylus Agam. v. 43. de duobus Atridis, διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου, *throni gemini a Jove, & gemini sceptri*; alibi Διοσδότοις σκήπτροισιν, & Plato in Alcibiade, p. 121, Regum continuam seriem ad Jovem usque deducit; βασιλεῖς εἰσὶν ἐκ βασιλέων μέχρι Διός. Quamquam juxta Homerum, non quosvis Reges, sed bonos tantum esse a Jove, tradat Dio Chrysost. orat. 1. de Regno p. 3. Immo hinc ipse Juppiter, & Θεῶν βασιλεὺς, de quo jam supra, & so-

lo etiam Βασιλέως nomine, cum alibi, tum Athenis dictus & cultus. Unde apud Æschylum haud uno loco idem invocatur Ω Ζεῦ Βασιλεῦ, ut Pers. v. 532. & Agam. v. 363. ac apud Dion. Chrysost. ead. orat. p. 8. μόνος Θεῶν πατὴρ καὶ Βασιλεὺς ἐπονομάζεται, *solus Deorum pater & Rex appellatur.* Alibi tamen Dii, præter Jovem, *Reges* etiam dicti, sicut Jovem cum fratribus vocat Pindarus, Od. III. Pyth. 226. καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας, & prout Ἄνακτες passim de Diis dicti.

Ibid. οὐδὲν ἀνάκτων θειότερον] Hinc ipsi Reges Θεοὶ cum alibi, tum ab ipsis Ægyptiis potissimum appellati; ac ille inter alios, in cujus laudes mox excurrit, Ptolemæus Philadelphus, qui ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ nomine cum conjuge & sorore Arsinoe, parentes autem Ptolemæus Lagi & Berenice ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ appellatione insigniti in præclaro ac veteri nummo, quem alibi illustravimus. Ἄνακτες autem tam de *Diis*, sicut de Jove supra, quam de *Regibus* seu *Dominis*, ut notum, dicti. Vertendus autem omnino hic locus est, quod bene etiam monuit eruditissima Daceria, non, *quoniam Jove nihil Regum est divinius*, sed *quoniam nihil Jovis*, seu a Jove datis, *Regibus divinius.*

V. 80. λῆξιν] Vel λᾶξιν Dorice, sicut hic Scholia, λᾶξιν, (non, ut ibi, τάξιν) λαχμὸν, κλήρωσιν. Ita enim in iis legendum, non τάξιν, abunde arguit addita eidem voci glossa: & cui similis in Scholiis Theocriti ad vocem λαχὼν, Idyll. VIII. v. 30; ubi Critici, ἀφ' οὗ λαχμὸς ὁ κλῆρος, ποιητικῶς. Eadem enim notant λῆξις vel λᾶξις, λαχμὸς, & κλήρωσις, aut κλῆρος; aliud autem τάξις; unde male Interpres τάξιν hic legit, & *ordinem* vertit, non *sortem.* Frequens certe vox λῆξις apud Oratores Atticos, ab antiqua voce λήχω pro λαγχάνω (aliud enim λῆξις a λήγω, pro παύομαι, quo sensu dixit Apoll. Rhod. l. 1. v. 1085. λῆξιν ὀρινομένων ἀνέμων) ac unde τὴν λῆξιν λαχεῖν, sæpe apud Isæum occurrit de Pyrrh. Hæredit. ut p. 372. 399. & 468. ed. Hanov. & apud Æschinem in Timarchum, p. 179. ed. Basil., λήξεις δίκων. A λήξει autem seu κλήρῳ Jovis, cujus hic mentio, dictus olim Ζεὺς Κλάριος, sicut apud Æschylum Suppl. v. 365.

Ἱκεσία Θέμις, Διὸς Κλαρίου.

Supplicum Præses Themis, Jovis distributoris (filia.)

ubi Critici, Διὸς Κλαρίου παντάπασι κληροῦντος καὶ κραίνοντος. Quod proinde Κλαρίου nomen eidem Jovi inditum, non ut Apollini a *Claro* fonte & oppido Colophoniorum, de quo infra ad H. in Apoll. v. 701, sed sicut alibi ab eodem Tragico dictus idem Juppiter Νεμέτωρ, Sept. Theb. v. 490, & in alio dramate, ὁ πάντα νέμων, *omnia distribuens*, Prom. v. 525. Quod firmat egregie Pausanias, qui apud Tegeatas Arcadas Jovem Κλάριον cultum docet l. VIII. p. 541, addita simul nominis origine, δῆλα δὲ ὡς ἐγίνετο ἡ ἐπίκλησις τῷ Θεῷ ΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ τῶν παίδων ἕνεκα τοῦ Ἄρκαδος, *cognomen manifestum est A SORTITIONE Arcadis filiorum dictum.*

V. 81. πτολίεθρα φυλασσέμεν] Nempe non πολιοῦχοι solum, seu πολισσοῦχοι, tanquam Tutelares urbium Dii apud Tragicos iidem passim dicti, sed φύλακες etiam & *custodes*, cum apud auctores, tum in veteribus

ribus Nummis JUPPITER CUSTOS & JOVIS CUSTOS, ac in genere DIS CUSTODIBUS, Unde Horatius l. 1. Od. XXVI. *Custodes Numidæ Deos*; de Jove autem ab Æschylo pridem dictum, & opportune quidem ad hunc & sequentem Callimachi versum, Suppl. v. 388. &c.

Τὸν ὑψόθεν Σκόπον ἐπισκόπει
ΦΥΛΑΚΑ πολυπημόνων
Βροτῶν.

Illum ex alto speculatorem respice, CUSTODEM arumnosorum mortalium.

Immo dictus etiam alibi in eodem dramate v. 277. Ζεὺς οἰκοφύλαξ ὁσίων ἀνδρῶν, *Juppiter custos ædium purorum virorum*; nempe sicut JOVI DOMESTICO legitur in veteri Inscr. in Misc. Sponii p. 78. Reges autem ipsi, Jovis aut aliorum etiam Deorum exemplo, ΣΩΤΗΡΕΣ seu urbium aut gentium integrarum *Conservatores* frequenter appellati; immo quandoque ΘΕΟΙ ΣΩΤΗΡΕΣ, sicuti Philadelphi, in cujus laudes mox excurrit hoc Hymno Callimachus, parentes, Ptolemæus Lagi & Berenice, in monumento Adulitano, ac præterea in veteri Nummo, de quo paullo ante.

V. 82. Ἄκρης ἐν πόλεσσι] In *arcibus* nempe, sicut ἐν πόλει ἄκρῃ apud Homerum Iliad. Z. v. 88. ubi brevia Schol. ἐν ἀκροπόλει, *in arce*; ac de Jove Dio Chrysosth. Orat. 1. p. 14. Βασιλείῳ ἄκρα, ἱερὰ Διὸς βασιλέως, *Regia arx, sacra Jovis Regis*. Unde ad Jovem, cui *arces* sacræ, respicere hunc Callimachi locum, opportune jam ad Hesiodum monuit Græcarum hodie Latinarumque litterarum decus Grævius. Ita Ἄκρα Agrigenti, ubi Jovis πολιέως templum, ædificare volebant Agrigentini, teste Polyæno Stratag. l. v. p. 375. ult. edit. & apud Apollonium, lib. II. v. 1011. Γενηταίου Διὸς ἄκρην, *Genetæi Jovis promontorium*. Immo unde Juppiter ΑΚΡΑΙΟΣ seu *arcium Præses* in antiquis Nummis, de quibus nos alibi, & sæpe apud auctores dictus. Neque tamen, quod hic Poetæ nostri locus videretur innuere, solus Juppiter Ἀκραίῳ, seu in Ἄκραις sive *arcibus* cultus; sed alii etiam Dii vel Deæ Ἄκραιοι, aut Ἀκραίαι; quales Juno, Minerva, Venus, Diana, ut alibi docemus, appellatæ. Unde notat Vitruvius l. 1. c. VII. Deorum loci Tutelarium, Jovis præterea, Junonis, ac Minervæ, templa, in excelsissimo urbis loco & arce, unde mœnium maxima pars conspicitur, locari. Idem de Martis templo Halicarnassi in summa arce exstructo observat eodem libro c. VIII.

Ibid. ἐπόψιῳ] Sic Ζανὸς ἐποψίου Apollonius Rhod. l. II. v. 1126. ubi Critici ἐπόψιῳ, ἐπόπης, non, ut ibi legitur, ἔποπῳ, & quam ἐπόπιον vocem *Soli* vulgo tribuunt; *Mercurio* etiam Æschylus Prom. v. 299. Immo Dii in genere ἐπόψιοι, seu *Inspectores*, dicti a Sophocle, Philoct. v. 1054. unde illud de Jove incerti Poetæ apud Stobæum Ecl. Phys. lib. 1. c. VII. ἔχ εὐδει Διὸς ὀφθαλμὸς, *non dormit Jovis oculus*; & de Diis in genere, Euripidis in Phrixo, apud eundem Stobæum,

Ὀξὺς Θεῶν ὀφθαλμὸς εἰς τὰ πάντ' ἰδεῖν.
Acer Deorum est ad omnia videnda oculus.

Ibid. *δίκησι λαὸν ὑπὸ σκολιῆς*] Δίκησι nempe hic pro *judiciis*, iisque tam *æquis*, seu *rectis*, quam σκολιῆς, seu *iniquis*, ut hoc loco; quæ proinde postrema non tam Reges, quam Tyranni exercent. Sic de Rege a Jove dato, opportune ad hunc locum Hesiodus Theogon. v. 85, *Δμηθέντα θέμιστας ἰθείῃσι δίκῃσι, reddentem jura rectis judiciis.* Utriusque autem generis Reges, tam juste quam inique imperantes, sub Jovis oculis, seu Ἐποψίου supremo regimine, ex æquo constitutos, præclare hic docet Callimachus: habere proinde eos *Inspectorem* non solum, seu Ἐπόψιον, vel Σκοπὸν (sicut ab Æschylo, uti paullo ante vidimus, idem dictus) sed vindicem etiam inique ab iis factorum, seu *obliquorum judiciorum*, eundem Jovem. Qui proinde locus illum Homeri habuit ante oculos, qui exstat Iliad. π. v. 386. &c.

Ζεὺς, ὅτε δὴ ῥ' ἀνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,
Οἱ βίῃ εἰν ἀγορῇ ΣΚΟΛΙΑΣ κρίνωσι ΘΕΜΙΣΤΑΣ,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
Juppiter, quando jam viris iratus savit,
Qui vi in foro OBLIQUA edunt JUDICIA,
Justitiam autem expellunt, Deorum ultionem non metuentes.

Quo spectant etiam præclara illa, quæ ex Euripidis Melanippe refert Stobæus Ecl. Phys. l. 1. c. VII. p. 8. & quæ merentur omnino hic adscribi.

Δοκεῖτε πηδᾶν τ' ἀδικήματ' εἰς θεὰς
Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτοις πτυχαῖς
Γραφῆναι τὴν αὐτὰ· ΖΗΝΑ δὲ ΕΙΣΟΡΩΝΤΑ ΝΙΝ
Θνητοῖς δικάζειν.
Creditis delicta subsilire ad Deos
Alata, deinde & in Jovis membranis
Aliquem eadem scribere, ILLIS QUE INSPECTIS JOVEM
Mortales judicare.

V. 83. Ὅι τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν] Reges nempe jura reddentes, non σκολιὰ, seu *obliqua*, sed prout decuit Διοσδότους βασιλέας seu a *Jove datos Reges*, & quod Hesiodus loco ante indicato dixit Ἰθείῃσι δίκῃσι, seu *rectis judiciis*; & similiter de Mosynœcorum Rege Apollonius, l. II. v. 1209.

Ἰθείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει,
Recte urbibus & populis dat jura.

Id quod rursus dixit alibi Hesiodus Ἐργ. v. 9. *δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας, juste rege judicia.* Ἰθύνειν quidem proprie de navis gubernatore, seu qui ad clavum sedet, dictum; sicut de Argonautis, qui ad simile munus adspirabant, Apollonius l. II. v. 899. Ὄρνυντ' ἰθύνειν λελιημένοι, *Surrexerunt clavum regere adspirantes*; alibi de Thetide ad clavum ejusdem navis Argus, lib. IV. v. 938. Θέτις δ' ἴθυνε κέλευθον, *Thetis autem cursus direxit*; & de primo istius navis rectore Tiphy. l. I. v. 562. ὄφρ' ἔμπεδον ἐξιθύνει, *quo certius dirigeret navim.* Hinc alter ejusdem Argus gubernator Ancæus Ἰθυντὴρ ab eodem dictus l. IV. v. 209. sicut pariter ὁιακὸν ἰθυντὴρ νεὼς, *clavi director navis*, apud Æschyl. Suppl. v. 725. & inde etiam

etiam apud Aratum Phænom. v. 44. Τῇ καὶ Σιδώνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται. *Qui etiam Sidonii certissime navigant.* Unde opportune de Regibus, seu qui ad clavum imperiorum sedent, vox illa ἰθύνειν, ut hoc loco, usurpata; & sicut de Cambyse Persarum Rege Æschylus, Pers. v. 775.

Κύρου δὲ παῖς τέταρτος ἴθυνε στρατόν.

Cyri autem filius quartus rexit populum.

seu commune Persarum, non *moderavit*, ut male hunc versum interpretatus est postremus etiam editor, ut ad eundem Tragicum notamus. In eodem vero dramate paullo ante legitur v. 766. σκῆπτρον εὐθυντήριον, *sceptrum directorium* seu *dirigens*; & quo modo ἰθυντειρα δίκη occurrit in Orphei Argonauticis v. 350. Immo inde εὐθύνω apud Atticos, *judicare*, *decernere*, quandoque etiam κολάζειν, ut notant Critici ad Sophoclis Ajac. v. 72. Eadem ratione nempe, qua Εὔθυνοι dicebantur in jure Attico, qui εὐθυνῶν δικασταὶ, seu *rationum reddendarum judices*, & quorum, præter Oratores Atticos, meminit etiam Aristophanes, Equit. p. 338.

V. 84. ὄλβου] Ὄλβος pro εὐτυχίᾳ, ut hoc loco, sæpe apud Tragicos; ut Æschylum Pers. v. 711. & Eumen. v. 540. ac alibi. Hinc Juppiter ipse ὄλβιος dictus ab eodem Æschylo, Suppl. v. 334. Ὄλβιε Ζεῦ, *Felix Juppiter.* Ὄλβον autem pro ὄλβου, juxta veteris codicis scripturam, haud male hic legebat Tan. Faber, tradente id ad hunc locum & probante eruditissima ejusdem Filia. Sic, quod observo, Theocritus Idyll. χ. v. 13. ἐγὼ δὲ ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος; *Ego autem non satis habeo acetum*, pro *aceti*; & quomodo apud Comicum, Θεσμοφ. p. 786. ἅλις ἔσθ' ἡμῖν σχολὴ, *satis nobis est otium*, (seu *otii*) non, ut ibi hactenus, σχολῇ, legendum liquet; nec opus proinde cum Biseto ibidem in σχολῆς mutare.

V. 85. Οὐ μάλα δ' ἶσον] De inæquali distributione a Jove Regibus facta notandus insignis hic locus, & qui ad Ptolemæi Philadelphi, quem laudare intendebat, aut vero filii ejus Evergetis (quem utique sequenti Hym. in Apollinem a Callimacho designari, notant ibidem Scholia ad v. 27) commendationem inde augendam eximie facit. Jure nempe suo, quo Νεμέτωρ dictus, aut Κλάριος, uti paullo ante vidimus, usus hic Juppiter. Quo spectat etiam illud Nausicaæ apud Homerum, Odyss. ζ. v. 188.

ΖΕΥΣ δ' αὐτὸς ΝΕΜΕΙ ΟΛΒΟΝ Ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν
Εσθλοῖς, ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ΕΘΕΛΗΣΙΝ ἑκάστῳ.

Juppiter vero ipse DISTRIBUIT FELICITATEM Olympius hominibus
Bonis atque malis, PROUT VULT, unicuique;

aut sicut alibi apud eundem legitur, Deos ex æquo non omnibus munera largiri, sed hæc illis, aliis alia, Odyss. θ. v. 167. &c.

V. 86. περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν] Notanda μετάθεσις Poetis familiaris, pro προβέβηκε γὰρ περὶ εὐρύ. Sic apud Æschylum Eumen. v. 848. ἀπὸ γάρ με, & mox, παρ' οὐδὲν ᾖραν. & quæ plura id genus apud veteres

 impri-

imprimis Tragicos occurrunt. A Senioribus autem, Gen. XXIV. v. 1, dicitur Abraham προβεβηκὼς ἡμερῶν, seu *ætate provectus*. De Jove autem, cujus instar in terris esset hic Ptolemæus, dixerat Pindarus, Olymp. Od. XIII. 114. Ὑπατ' ἐυρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας, *o Supreme, late imperans Olympiæ.*

V. 87. Εσπέριός γε τελεῖ] Ἑσπέριος hic Attice, pro ἑσπέριος, aut πρὸς ἑσπέραν, ut loquebantur vulgo Græci, seu *vespertinus*, pro *vesperi* dictum; sicuti ποδέσπερα, pro πρὸς ἑσπέρας apud Theocritum, Idyll. VIII. v. 16.

----- τὰ δὲ μάλα ποδέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι,

Numerant vero vesperi semper oves.

Sic νυκλερὸς pro νυκλὶ apud Sophoclem, Ajac. v. 217, & jam ante apud Æschylum, Sept. Theb. v. 733. Notandus cæteroquin hic Poetæ locus, qui singularem hic in Ptolemæo vigilantiam, seu τὸ ἐνεργητικὸν, laudat; qua factum, ut mane primum, quod mox ait, cogitata aut deliberata, citra ulteriorem ἀμβολιεργίαν, dicantur ab eo *vesperi*, seu eadem adhuc die, & quidem, quod mox addit, ubi res erant arduæ, *perfici* solita. Quam utramque celeritatis in consiliis, & diligentiæ in exequendis cogitatis laudem, Athenienſibus itidem tribuunt, uti mox dicetur, apud Thucydidem Corinthii. Quo proinde referas illud Suetonii de Augusto, cap. LXXVIII. *A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi, donec residua DIURNI ACTUS, aut omnia, aut maxima ex parte CONFECERAT, ad MULTAM NOCTEM permanebat.* Quamquam idem esset Augustus, qui illud Σπεῦδε βραδέως, *Festina lente*, crebro jactaret; & eandem in rem, *sat cito fieri, quidquid fiat satis bene*, ut ante idem auctor de eo dixerat cap. XXV. Δραστήριον itaque illud, seu ἀποτελεστικὸν, in Ptolemæo hic laudatur, ad instar quasi τελείου Jovis, de quo Sophocles Oedip. Colon. v. 1133. Τελεῖ, τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἦμαρ. *Perficit, perficit Jupiter aliquid quotidie.* Deorum nempe in operando velocitas, ἣ αὐτῷ τῷ νῷ ταχυτέρα ἀφλάμπει, *ipsa etiam mente celerius emicat*, ut de ea loquitur Jamblichus in Myster. Sect. II. c. IV. p. 43. Unde Heroas ibidem tradit, parem omnino Diis aut Geniis, in perficiendo quæ cupiunt, celeritatem non adsequi. Neque eo minus tamen Philadelphum, aut Evergetem Ptolemæum, πολιτικωτάτως quidem laudat hic Callimachus, quod non esset e cunctatorum genere, aut qui ἐς αὔριον rerum gerendarum momenta improvide differret, seu qui in deliberatione strenuus, in exequendo autem tardus & procrastinator haberetur. Immo quod ipsum de Philadelpho, ut jam vidit Vulcanius, tradit quoque Theocritus in Encomio hujus Regis, Idyll. XVII. v. 13. οἷος μὲν ἔην τελέσαι μέγα ἔργον, *qualis erat ad perficiendas res magnas.*

Ibid. νοῆσαι] Diis nempe solis tribuit Jamblichus, loco ante adducto, non autem Angelis, Geniis, aut Heroibus, ut *simul cum dicto*, quæ velint, *perficiant*, seu, ut ille loquitur, ἅμα τῷ λέγειν ἀποτελεστικὸν, seu juxta illud Aristophanis de Deo apud Clementem Stromat. l. v. p. 627. Δύναται δὲ ἡ ἴσον τῷ ὁρᾶν τὸ νοεῖν, *Idem enim in eo valet, cogitare*

ture ac facere. Haud aliter ac de Jove dixerat pridem Æschylus, Suppl. v. 606. πάρεστι δ' ἔργον, ὡς ἔπος; *adest opus, simul ac dictum:* & quo respexit, quamquam immutatis verbis, ut obiter noto, Apollonius, l. IV. v. 103. Ἐνθ' ἔπος, ἠδὲ καὶ ἔργον &c. *Ubi dictum, ibi etiam factum.* Haud aliter ac de Pallade quoque infra, hymno in ejus Lavacr. v. 131. Τὸ δ' ὠτελὲς οὐκ ἐπινεύσῃ, *idque firmum aut perfectum, cui annuerit.* Ptolemæum vero hic laudat Callimachus, quod proxime ad illud Jovis, *a quo Reges, & quibus nihil esse divinius* modo dixerat, ἀπτελεστικὸν accederet; dum ea, de quibus *mane cogitaverat*, & ubi res erat magna vel ardua, non eodem quidem, instar Jovis, temporis puncto, sed *eadem* tamen, ut ante dictum, *vespera*, seu die, citra ulteriorem moram, *perficere* valeret & consummare: Ut nempe τὸ βουλευτικὸν hic præcedat τὸ ἀπτελεστικὸν, ac ita providum non minus, neque cunctatorem tamen nimium in consultando, quam celerem in exequendo laudet hic Ptolemæum. In quo proinde conjuncta occurrant, quæ in summo Imperatore requirit Tullius pro Manilia, *celeritas in conficiendo, consilium in providendo.* Ad exemplum proinde Jovis Τελείου non solum, ut vidimus, sed Βουλαίου etiam, ut aliunde notum, & qualis in antiquis aliquot nummis comparet, dicti & culti. Immo quo spectat illud Athenienſium a Corinthiis profectum apud Thucydidem elogium, lib. I. p. 45. ed. Wechel. τὸ ΕΠΙΝΟΗΣΑΙ ὀξεῖς, καὶ ΕΠΙΤΕΛΕΣΑΙ ἔργῳ, ἃ ἂν γνῶσιν; *& AD EXCOGITANDUM celeres, & ad re ipsa PERFICIENDUM, quod cogitarint.* Auroram autem, seu *matutinum* tempus, non ut Musis solum, sed ut similibus Principum deliberationibus & consiliis amicam ac opportunam innuit hic quoque Callimachus. Unde nec vacuas ea cura ac sollicitudine eorum noctes, a quorum consiliis pendet aliorum salus, dixerat dudum Poeta, noto versu, Οὐ χρὴ βουληφόρον &c. Quod præclare etiam docet Dio Chrys. orat. III. de Regno, p. 47., ubi nauclero licere noctu minus dormire, quam nautis, tradit; ducemque exercitus magis vigilare, quam illos, qui eum custodiunt, milites. Ita conciones Athenienſium, ubi de summa Reipublicæ deliberarent, ἠοῖ, seu ἅμα ὄρθρου, vel *sub diluculum*, habitas, cum aliunde, tum ex Comici Concionatricibus abunde liquet, ubi etiam minatus dicitur præco, non habituros solitam trium obolorum mercedem, qui *ante lucem* non in concionem veniſſet, ὡς ἂν ἅμα πάνυ τῷ κνίφους &c. p. 732. Unde idem in Θεσμοφ. p. 786.

Ἐκκλησίας ποιεῖν ΕΩΘΕΝ τῇ μέσῃ
Τῶν Θεσμοφοριῶν,

Concionem facere MANE medio tempore *Thesmophoriorum.*

non, ut ibi absurde aut ambigue Interpres, *media die*, nisi id de *tertia* die intellexerit Cerealium, quæ *media* erat temporis quinque dierum huic festo destinati, ut aliunde liquet, & bene ibi observat Bisetus.

Ibid. νοήσῃ] Negotium faceſſit hic locus viris eruditis ob metrum seu pleonasmum litteræ ο in νοήσῃ; unde alii νήσῃ, alii, ut Tan. Faber, νώσῃ, alii aliter legendum hic putant, sicut H. Stephanus; aut eundem versum inde Politicis versibus, qui syllabis sæpe abundant,

ſicut Vulcanio factum, adnumerant. Verum nihil hic video quod turbare quemquam debeat, ſi vel vox νοήσῃ per συνίζησιν diſyllaba hic ſtatuatur, o conjunctim cum η pronuntiata; aut vero, ut, hoc miſſo, diphtongus in voce ἠοῖ corripiatur. Utrumque certe exemplis non caret apud caſtigatiſſimos etiam Poetas. Poſtremum utique in voce εἴη, apud Sophoclem, Philoct. v. 25. ubi correpta diphtongus εἴ, ut notant ibidem Critici; οἱ Τραγικοὶ γὰρ τῇ εἰ διφθόγγῳ χρῶνται ἀντὶ βραχείας. Sic in Tyrtæi Elegia apud Leocratum p. 169. ed. Hanov. correpta, quod viderunt alii, diphtongus αι in fine pentametri, Φεύγετε τὰς γεφυρώς. Quamquam in his duobus exemplis ſequens diphtongum vocalis id minus inſolitum reddat, & ſimilia etiam, cum alibi, tum in Homero quandoque occurrant, ut in verſu qui paullo poſt adducetur: ubi ſicut hoc apud Callimachum loco, diphtongus οι itidem corripitur, vel per συνίζησιν cum ſequenti vocali jungitur, Iliad. θ. v. 408. Αἰεὶ γὰρ μοὶ ἔωθεν &c. Ut diſyllaba autem per συνίζησιν ſtatuatur hic apud Callimachum vox νοήσῃ, diphtongo proinde in voce ἠοῖ intacta, nihil apud veteres Poetas frequentius; ſicut in triſyllaba voce πόλεως in duas contracta apud Æſchylum, Sept. Theb. ubi in fine Senarii Jambici, ſeu verſus 1014, legitur Καδμείας πόλεως; & ſimiliter apud Euripidem in voce Ἀχιλέως, Hecub. v. 24. duabus poſtremis ſyllabis in unam coalitis. Idem liquet in diſyllabis vocibus Θεοῖς & Θεαῖς in unam contractis apud Sophoclem, Ajac. v. 491. & Oedip. Colon. v. 715. & quæ plura id genus notant ad eoſdem alioſque Poetas veteres Grammatici.

V. 88. τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ] Adeo ut, Jovis ac Deorum inſtar, uti vidimus, ſe in talibus, quæ longam deliberationem haud poſtularent, exhiberet Ptolemæus; ut nempe ἅμα τῷ νοῆσαι ſequeretur, quod ait Jamblichus loco paullo ante laudato, τὸ ἀποτελεσικὸν, ὃν ἐφίεται ἐνεργεῖν, *perficiendi, quæ cuperet*, ſeu quæ cogitaverat, *facultas*; ſeu quod de Deo a Parmenide apud Clementem dicitur, Stromat. l. v. p. 627. τὸ γὰρ αὐτὸ νοεῖν ἐστιν τε καὶ εἶναι, *idem enim eſt cogitare ac eſſe*. Nempe ut in hiſce ei præſtaret Ptolemæus, quod de Achivorum Præconibus ait Poeta Iliad. τ. v. 242; unius vocis mutatione μῆτις pro μῦθος hic facta,

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῆτις ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.

Nam ſimul ubi erat cogitatum, illico perficiebatur factum.

Ut proinde in rebus parvis ταχύβουλον tradat hic Ptolemæum Callimachus, non autem ſicut Athenienſes eo nomine tanquam in rebus etiam arduis ταχυβούλους, ac inde poſtea μεταβούλους falſe perſtringit Comicus, Acharn. p. 401. Unde præterea ſumma commendatur ejuſdem Philadelphi in regni adminiſtratione providentia, qua factum, ut non maxima ſolum, ſed minoris etiam momenti negotia a ſe haud aliena exiſtimaret. Quum alioquin a Cotta dicatur apud Ciceronem de Natur. Deorum l. III. c. XXXV. *Ne in regnis quidem Reges omnia minima curant*, idque Deorum ſcilicet, de quibus paullo ante dixerat, exemplo, *minora Dei negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur.*

V. 89.

V. 89. πλειῶνι] Eadem voce pro ἑαυτῷ, præter Hesiodum, & si bene memini, Aratum, usus quoque Lycophron. p. 162. μέγαν πλειῶνα; ubi Schol. ὅλον ἑαυτόν; & cujus vocis originem alii ex antiquis Criticis a *Pleiadibus*, alii ab omnibus terræ fructibus completis seu congestis toto anno, seu vero quod eo compleantur tempora, arcessunt. Verior autem prima observatio; atque ideo quod a Pleiadibus, non æstatem solum, ἄμῳ δ' ἀντέλλοντι Πλειάδες, *cum vero Pleiades oriuntur*, ut loquitur Theocritus Id. XIII. v. 25, sed annum etiam inchoarent Græcorum plerique, ut hoc erudite jam ad Hesiodum monuit celeberrimus Grævius.

Ibid. τὰ δ' ἐχ ἑνί] Cunctatores nimium & lentos Principes hic pulcre redarguit, quorum nempe, juxta illud Diomedis apud Homerum Il. κ. v. 226,

Βραδέων τε νόῳ, λεπτὴ δέ τε μῆτις·

Tardior animus, debiliusque consilium:

aut quibus sequens cogitatio mutat continuo priorem; aut denique, quibus deest præsens illa ac vivida in perficiendis recte etiam penitateque cogitatis, & quæ Heroicarum prope mentium dos est, ἐνέργεια.

V. 90. Αὐτὸς ἄνην ἐκόλυσας] Ἄνην Schol. explicant hic per ἄνυσιν & τελείωσιν, *effectionem* & *complementum*. Ita quoque ad illud Æschyli, Sept. Theb. v. 719. Ἄν ὦν ἀνή τις; Critici ἀνὴ τις, τελείωσις ἔσαι, aut ἀνύσιμα καὶ τελεσθῆναι δυνάμενα. Præclarus iterum hic Poetæ locus, quo innuit, nihil invito aut sine Deo, a præstantissimis etiam Regibus posse perfici, ab unoquoque ejus nutu res ad exitum deduci. Unde illud ejusdem Æschyli, ab Argivorum quidem Rege & populo decretum, ut Danaïdes Argolicam regionem incolerent, verum, quod continuo addit, Ζεὺς δὲ ἐπέκρανεν τέλῳ, *Juppiter autem constituit finem*, seu *complementum*, Suppl. v. 632. Alibi autem idem in genere Diis tribuit, τοῖς Θεοῖς τελεσφόρους εὐχὰς, *Diis perfectiores preces*, Chœph. v. 210.

Ibid. ἐνέκλασας δὲ ῥφοιὴν] Respicit omnino hic locus, quod miror non observasse eruditos Poetæ hujus editores, ad illud Jovis de Junone, ipsius perpetuo interrumpente cogitata, apud Homerum Iliad. Θ. v. 408.

Αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν ὅτ|ι νόησε.

Semper enim mihi consuevit interrumpere, quidquid cogitaro;

aut sicuti mox eadem de re Iris, ἐνικλᾶν ὅτ|ι νόησῃ, & ad quem locum notant brevia Scholia, ἐνικλᾶν, τὸ ἐμποδίζειν; ac similiter Eustathius p. 720. ἐμποδὼν εἶναι καὶ κατακάμπτειν; metaphora, ut ibidem & paullo post ait, a plantis vel corporibus firmis & erectis sumpta, quæ infringere aut inflectere liceat. Idem proinde ἐνικλᾶν, quod simplex κλᾶν apud Hesychium, ubi κλᾶν, κάμπτειν, ἐμποδίζειν; aut quod κατακλᾶν apud Theophrastum de C. Pl. l. v. c. 14. πλὴν ὅσοι τῶν ἀπρεμόνων κατεκλάσθησαν, *præterquam ii rami, qui in prostratu perfracti*. Immo sicut opportune occurrit illud Comici Equit. p. 596,

Βουλὴν πατήσεις, καὶ Στρατηγὸς κλασθήσεις,

Senatum calcabis, ac Duces confringes.

Jovi proinde id tribuit Callimachus in conturbandis magnorum etiam Regum consiliis, quod in genere de Diis dicit alicubi Homerus, nempe Odyss. ψ. v. 11.

ὅι τε δύνανται
Ἄφρονα ποιῆσαι, καὶ ἐπίφρονα περ μάλ' ἐόντα.
Qui quidem possunt insipientem facere eum, qui vel prudentissimus fuerit.

V. 91. Κρονίδη παντιέρτατε] Ita in Orphicis Hym. in Solem v. 17. ἀεὶ παντιέρτατε; apud Theocritum autem Idyll. XXIV. v. 97. Ζηνὶ καθυπερτέρῳ. Idem nempe, qui *Exsuperantissimus* dicitur in Nummo Commodi, JOVI EXSUPER. & in antiquo Marmore apud celeberrimum Grævium, ac in Miscel. Sponii. p. 71, JOVI EXSUPERANTISSIMO; & qua de re egi ad Juliani Cæsares p. 422. & 493. Non Ὑπατος proinde dictus solum Juppiter, quod nomen, sicut etiam Καθυπερτέρου apud Æschylum Sept. Theb. v. 232, aliis etiam Diis quandoque tribuitur, ut apud eundem Tragicum Agam. v. 88. & Suppl. v. 25. Ὑπατοί τε Θεοί, sed etiam Ὑπέρτατος, ut in posteriori dramate, v. 681. Immo ut hoc loco idem παντιέρτατος, non *summus* tantum, sed, ut modo innui, *Exsuperantissimus*, & quomodo παναίτιος, πανεργέτης idem alibi apud eundem Tragicum dictus Agam. v. 1490, aut παγκρατης, Sept. Theb. v. 261. & de eodem alibi, πάντων Μεγίστῳ Ζηνὶ, Choeph. v. 203. Quo referri etiam debet Jovis Ὑψίστου simulacrum, ad unam e Thebarum portis Ὑψίστην inde dictam, juxta Pausaniam l. IX. p. 555. erectum, ac vetus Inscriptio in Sponii Miscel. p. 315. ΘΕΩ ΥΨΙΣΤΩ; nempe sicut apud Sophoclem Philoct. v. 1322, Ζηνὸς ὕψιστον σέβας, aut sicuti mallem, Ζηνὸς Ὑψίστου σέβας, *Jovis Altissimi Majestas.*

Ibid. δῶτορ ἐάων] Verum non ἐάων, sed *malorum* etiam *datorem* innuit Jovem Homerus, Iliad. ω. v. 528.

Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων.
Munerum qualia dat, alterum *malorum*, *alterum autem bonorum*;

e duobus nempe doliis in ejus domo exstantibus, & ad quem locum videri possunt veteres Critici. Eam autem opinionem videtur hic sequutus Callimachus, juxta quam a Jove Olympio bona, a Plutone vero seu χθονίοις Θεοῖς mala proficisci statuebant Gentiles; qua de re, ut alia hic mittam, videndus Plutarchus de Iside, p. 370. & Bisetus in Platonem p. 45. Hinc ad ea mala averruncanda, iidem ἀποτροπιασμοῖς, ut notum, placari soliti: inter quos tamen Ἀποτροπαίους, seu ad nocendum paratos, Juppiter etiam quandoque relatus, qua de re alibi.

V. 92. δῶτορ ἀπημοσύνης] Hinc ἀπήμιος Juppiter in Attica etiam cultus, teste Pausania lib. I. p. 60. Idem proinde qui Ἀλεξητήριος Thebis, ut ex Æschylo Sept. Theb. v. 8, & Græcis ad eum Criticis liquet, sacratus; aut qui etiam Ἀποτροπαῖος, sicuti modo diximus, habebatur, & qua de re præter alios Æschylus, Suppl. v. 898. & v. 1070.

Ibid. τεὰ δ' ἔργματα] Præclarum illud Æschyli de Jovis operibus supra jam adtuli, πάρεισι δ' ἔργον ὡς ἔπος, & sicut de eodem alibi,

Agam.

Agam. v. 53. ὡς ἔπραξεν, ὡς ἔκρανεν, *ut fecit, ut perfecit*; ac unde Τελέων Τελειώτατον κράτος, *perfectorum perfectissimum robur*. Occurrit alioquin eadem vox ἔργματα per metathesin, ut volunt, litterarum pro ῥέγματα, præter Hesiodum, apud Alcæum, Anth. l. 1. c. XI. ep. IV. ἔπνεε δ' ἵππου ἔργματα, *canebat autem equi* (Trojani) *facta*.

V. 94. χαῖρε, πάτερ] Proprium illud Jovis apud antiquos Theologos, quales utique vetustissimi Poetæ, adtributum; quod innuit Dio Chrysosthomus, loco jam supra indicato Orat. 1. p. 8. Adeo etiam ut ab ipso fratre Neptuno, quamquam, quod ante vidimus, majori natu, Juppiter eo nomine compelletur, Ζεῦ πάτερ, apud Homerum Odyss. N. v. 128. Hinc apud veteres Tragicos Ζεὺς πατὴρ, ut apud Æschylum Sept. Theb. v. 518. alibi etiam in eodem dramate v. 120.

Ὦ Ζεῦ Πάτερ παντελὲς πάντως.

O Juppiter Pater, omnium perfector ad summum; adde Marob. l. 6. 1. 17.

& similiter ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ, apud Sophoclem Trachin. v. 279. Unde, ad Jovis exemplum, Cyrus Πατὴρ ἀνθρώπων a Persis olim dictus, sicut ab Ovidio Augustus, *Hominum tu Pater, ille Deum*, Fast. l. 11. v. 132. teste autem de Cyro Pausania in Arcad. p. 526. male inde a magno Casaubono ad Capitolinum, quod jam alibi monui, reprehensus. Neque tamen illa *Patris* appellatio Jovi remansit propria, sed Baccho potius, seu *Libero Patri*; unde etiam illa Servii ad Virgil. Georg. l. 11. v. 4. glossa, *PATER licet generale sit omnium Deorum, tamen proprium LIBERO semper cohæret*. Adde quod *Pater* quoque appellatus fuerit, ut ex Eunapio liquet, Hierophanta in sacris Mithriacis, ac inde *Patrica* dicta eadem sacra, ut jam ad Lampridium in Commodo monuit ὁ πάνυ.

V. 95. Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος] Citatur hic versus apud Stobæum, Serm. c. 111. p. 552. ac præterea in Scholiis Pindari, ad simile proemium, Pyth. Od. v.

ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
Ὅταν τὶς ΑΡΕΤΑ κεκραμένον &c.

Divitiæ late potentes, quum aliquis VIRTUTE temperatas &c.

ad quem locum apposite insuper adducunt veteres Critici illud Sapphus,

Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀσινὴς πάροικος,

Divitiæ sine virtute haud innoxius incola.

Nempe quod, juxta illud Philosophi ad Nicomachum lib. IV. c. 1, καὶ ΠΛΟΥΤΩ δὴ χρήσεται ἄριστα ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρετήν; *DIVITIIS autem optime utetur, qui possidet VIRTUTEM, quæ est in rebus pertinentibus ad pecunias*. Quibus consona de varia utilitate, quæ e divitiis, sed a probis tantum, seu virtute præditis capiatur, tradit Plato de Republ. l. 1. p. 331; aut quod sub finem Tabulæ Cebetis legitur, non expedire iis, ut sint divites, qui divitiis uti nesciunt. Unde etiam, quod hic non prætereundum, ἀρετὴν, quam Dii, ut Homerus ait, hominibus largiuntur, per ὄλβον seu εὐδαιμονίαν interpretantur veteres Critici; nempe ad Odyss. ν. v. 45.

Θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν Παντοίην.

Dii

Dii autem virtutem seu *felicitatem largiantur omnem*;
ubi brevia Scholia ἀρετὴν, εὐδαιμονίαν. Neque aliter ibi Eustathius; qui addit insuper, eos, qui Homerum sequuti, ex hoc loco tradidisse, εὐδαιμονίαν e virtute proficisci. Hinc etiam eundem Ptolemæum a beneficentia laudans Theocritus, Idyll. XVII. v. 116.

τί δὲ κάλλιον ἀνδρὶ κεν εἴη
Ὀλβίῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἄρεσθαι;

Quid autem præclarius homini contingat
Diviti, quam ut gloriam illustrem inter homines consequatur?

Adde hic præclarum Philosophi effatum, l. x. cap. VI. ad Nicomachum, δοκεῖ δὲ ὁ εὐδαίμων βίος καθ' ἀρετὴν εἶναι· *videtur beata vita esse secundum virtutem*; & illud Ciceronis de Natur. Deor. l. XI. *sine virtute certe nullo modo beatus*; immo illud inter ejus Paradoxa secundo loco ab eo traditum & adsertum, Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, *quod sufficiens sit virtus ad felicitatem*; aut ejusdem Paradoxon VI, Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος, *Solum sapientem esse divitem*; totidem e Zenonis porticu, ut aliunde notum, petita.

V. 96 Οὐτ' ἀρετὴ ἀφένοιο] Scilicet juxta vetus illud dictum Bioni a Laertio, a Plutarcho autem Cleomeni in ejus vita, tributum, quod *Divitiæ sint rerum nervi*: ac præterea secundum illud Philosophi, eodem adducto paullo ante ad Nicomachum loco, ὁ ΠΛΟΥΤΟΣ ἐστὶ τῶν χρησίμων· ἑκάστῳ δὲ ἄριστα χρῆται, ὁ ἔχων περὶ ἑκάστων ΑΡΕΤΗΝ; *DIVITIÆ autem sunt ex iis, quibus utimur; una quaque autem re optime utitur, qui tenet VIRTUTEM, quæ in singulis rebus existit.* Unde *divitias* ei, qui recte scit iis uti, conducere, ut facilius a se agenda perficiat, benefaciat aliis, & cedere easdem in majus incrementum τῆς ἀγαθουργοῦ προαιρέσεως, notat ad Epictetum Simplicius cap. XXXVIII. p. 45. ed. Salmas. Quo spectat etiam illud Menandri apud Stobæum, loco superiori nota adducto,

Μακάριος ὅστις ΟΥΣΙΑΝ καὶ ΝΟΥΝ ἔχει.
Χρῆται γὰρ ἔντος εἰς ἃ δεῖ τούτῳ καλῶς.

h. e. Grotio interprete,

Felix qui MENTEM cum DIVITIIS possidet.
Nam solus ille novit divitiis frui.

Quo spectat proinde haud contemnendus Alexandri Aphrodis. qui etiamnum exstat, liber, & Ethicis Aristotelis edit. Græc. a Sylburgio additus, Ὅτι ἐκ αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, *quod virtus non sit sufficiens ad beatitudinem*; ac proinde Tulliano, seu Stoicorum, de quo paullo ante, Paradoxo, ὅτι αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, oppositus. Ibi vero, inter alia, inde adstruit Alexander, quod non idem sit (quod alioquin ad Homerum, uti paullo ante vidimus, notant veteres Critici) ἀρετὴ & εὐδαιμονία, *virtus* & *beatitudo*, quod ad beatitudinem non sufficiat virtus, vitæ secundum naturam & corporis habita ratione, e quo tamen & anima homo constet: multa enim esse, quibus ad feliciter vivendum indiget, qui virtute est præditus, ut sanitate, robore, multarum aliarum rerum copia; non sufficientem itaque esse virtutem ad

pos-

possessionem aut conservationem eorum quibus indigemus ; nec sufficere proinde virtutem ad finem consequendum beate vivendi. Addit præterea, idque contra Stoicos, si virtus sufficeret ut habeamus vitam felicem, quomodo laudanda esset spontanea emigratio ex hac vita ei, qui virtute quum sit præditus, beate vivere censendus est ; non dari enim satietatem virtutis & felicitatis, & quæ alia id genus ibidem leguntur ; quæ nunc fusius hic expendendi non est locus. Aliter quidem ea de re, ut notum, Stoici, quibus *omnes divites, qui cœlo & terra frui possunt*, sicut de iis tradit Cicero l. VII. Epist. Fam. VI ; aut quod de Virtute Brutus apud eundem Tullium statuebat, *præter se ipsam nihil censet ad se pertinere*, Tusc. v. cap. III.

Ibid. Δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.] iisdem verbis, quod jam vidit H. Stephanus, clauduntur duo breves in Vulcanum & in Herculem hymni, inter eos qui Homero tribuuntur. Utrumque nempe Dei donum agnoverunt ipsi Gentiles, sicut de *Virtute* docet Plato in Menone p. 99. ed. Steph. eam non a natura, aut ab institutione, sed Divino demum munere contingere. & qua de re exstat etiam pulcherrima Platonici Philosophi Maximi Tyrii Dissertatio, qua eos refellit, qui virtutem ἔργον εἶναι τέχνης θνητῆς, *opus esse artis humanæ*, statuebant ; atque e Dei perfectione & potentia colligit, illud quod est perfectissimum, qualis est virtus, ab eo hominibus dari ; docetque insuper, quomodo virtus a Deo proficiscatur ; nempe Dissert. XXII. ubi quæritur *An aliquis divinitus fiat bonus ?* Immo quod pridem a Theologorum non minus, quam Vatum, apud Græcos parente traditum fuerat, tum loco jam paullo ante adducto ex Odyss. ν. v. 45. ΘΕΟΙ δ' ΑΡΕΤΗΝ ὀπάσσειαν παντοίην ; tum ex alio Iliad. υ. v. 242.

ΖΕΥΣ δ' ΑΡΕΤΗΝ ἄνδρεσιν ὀφέλλει τε, μινύθει τε.

JUPPITER autem VIRTUTEM hominibus auget, minuitque.

quamquam ut in priori loco, sic in hoc etiam ἀρετὴν per εὐδαιμονίαν interpretentur veteres Critici, aut vero per ἀνδρείαν, quæ & ipsa præclaris vitutibus adnumerata. Unde Priamus Hectorem, ut observat Aristoteles sub initium l. VIII. ad Nicomachum, a singulari quadam ejus præstantia seu virtute laudans, addit continuo, inde *eum non videri mortalis hominis, sed Dei filium*, nempe Iliad. ω. v. 259.

ἐδὲ ἐώικει

Ἀνδρός γε θνητῷ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Divitias vero, quas juxta *virtutem* hic petit a Jove Callimachus, Deorum itidem munere contingere, vel ipsa docebit apud Tragicum Jocaste, quæ homines ait non proprias opes possidere, sed eas a Diis habere, quas etiam, ut velint, rursus auferant, Phœniss. v. 557. &c. Hinc Juppiter non Πλούσιος solum apud Amyclæos cultus, auctore Pausania l. III. p. 199, sed etiam πλουτοδότης in Orphicis dictus pag. 170. ult. edit. sicut in iisdem alibi Apollo ὀλβιοδώτα ; & Æsculapius eodem nomine appellatus a veteri Poeta, ex emendatione illustris Grotii apud Stobæum Ecl Phys. l. I. c. III. Carinus vero apud eundem Stobæum loco supra adducto, Serm. c. III, hominibus *colendam virtutem* præcipit,

pit, tanquam id in iis positum; *at a Diis vero feliciter agere petendum*,

Ἀσκεῖν μὲν ΑΡΕΤΗΝ, ΕΥΤΥΧΕΙΝ δ' αἰτεῖν Θεὸς,

juxta nempe illud Æschyli Sept. Theb. v. 631.

Θεῷ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτὸς,

Dei vero donum est mortales feliciter agere.

Utrumque vero hic a Jove, tanquam unico & supremo πλουτοδότῃ & ὀλβιοδότῃ flagitat: beatam nempe illam, quam prædicat Peripateticorum Schola, *divitiarum* cum *virtute* conjunctionem. Haud enim inter ἀδιάφορα, quemadmodum a Zenonis & Chrysippi sectatoribus, ita a Poetarum gente habitæ vulgo divitiæ; maxime ab iis, qui opulentiorum Regum erant clientes, qualis exstitit Ptolemæi paullo ante celebrati Callimachus, ejusque etiam laudator Theocritus; Hieronis Simonides; Antigoni Menander, &c. Neque proinde solus ex iis Pindarus, ut φιλόχρυσος ac divitiarum præco a veteribus ad eum Criticis, sicut ad Isthm. Od. V. p. 462. ac alibi, arguitur; haud aliter ac ab eodem Simonides, ut φιλοκερδὴς Isthm. Od. IV. p. 444; ac ille rursus una cum Sophocle, apud Comicum Ἐιρην. p. 673. sugillatur,

Ἐκ τῦ Σοφοκλέους γίνεται Σιμωνίδης,

Ex Sophocle factus est Simonides,

& quod de turpi in utroque lucri studio, seu κέρδους ἕκατι, continuo ibidem explicatur.



OB-

OBSERVATIONES IN HYMNUM IN APOLLINEM.

V. 1. Ἔσσατο δάφνιος &c.] Virgilii, qui huc omnino respexit, locum viderunt priores editores, & cui addendus ille Lucani de Phœbade, *nulloque horrore comarum excussæ laurus*, lib. v. v. 154. Nempe non templi solum Delphici postes *lauro* erant ornati, ut liquet ex Euripide in Jone v. 79. 80. vel adytum etiam Dei, seu penetrale, unde ea δαφνώδη γύαλα dicuntur in eodem dramate v. 76; vel qui ad aram ejusdem templi accederent, erant itidem laureati, ut docet ibidem Tragicus v. 422; sed cum Dei tripus *laureatus* erat, cujusmodi visitur etiamnum in antiquis aliquot Nummis, & quo respexit Proba Falconeria, Christiana Poetria, in Præfatione Poematis e Virgilii centonibus consuti, *Laurigerosque sequi tripodas*; tum Phœbades ipse seu fatidicæ, quæ Dei velut numine afflatæ & commotæ, oracula *laurum* tenentes reddebant. Qua de re videri possunt Aristophanis Scholia ad Plutum p. 6. item p. 23. ubi appositè ad hunc locum a Comico dicitur, sed quod opportune jam monuit, qui inter primos Battiadem nostrum illustravit, Frischlinus, v. Kust. ad Plut. 213.

Ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν ΣΕΙΣΑΣ ΔΑΦΝΗΝ.

Phœbus ipse respondit *Delphicam* EXCUTIENS LAURUM.

Unde de Phineo vaticinaturo Valerius Flaccus l. IV. c. 548.

------ *hic demum vittas laurumque capessit*
Numina nota ciens.

Quamquam non *laurum* quidem, sed *myricam* alibi ab Apolline fatidicis datam, qua instructi responsa darent, tradat Nicander Ther. p. 44, & ad quem consulere licet veteres Criticos, qui inde Apollinem in Lesbo Μυρικαῖον appellatum dicunt. De Scythis vero non jam *lauro* & *myrica*, sed virgis e *salice*, aut vero fronde *tiliæ* vaticinantibus, agit Herodotus l. IV. c. 67. & 68. Alioquin ἄσταχος dictus *lauri*, aut *myrti*, juxta Plutarch. Symp. l. I. qu. I. & Etymologicum, *ramus*, quem tenebant, qui hymnos Diis, teste Hesychio, accinerent. Adde, quod non cum *lauri*, sed *oleæ* ramis, Delphicum Oraculum, de bello contra Persas, denuo consuluisse Athenienses delegatos tradit Herodotus lib. VII. c. CXLI.

Ibid. ὄρπηξ] Apud Euripidem, Hippol. v. 921, Θεσσαλὸν ὄρπακα,

per

per *torquem Theſſalum* male reddit Canterus; melius per *ramum*, aut *ſtolonem*, quod propius ad *Theſſalicum*, de quo ibi agit Tragicus, *jaculum*, quam vox *torquis* accedit. Heſychius, ὄρπηκες, κλάδοι, ὄζοι. Idem vero paullo ante, ὄρπαξ, θρασὺς ἄνεμος, quo ſenſu hanc vocem alibi hactenus non legi; pro θρασὺς autem legendum ibi forte θρασκίας, ventus in Ponto dictus, qui Græcis Σκίρων, auctore Arriano in Periplo Ponti Euxini. Niſi θράσυς ἄνεμος ibi dicatur, ſicut Βορέας, σκληρὸς ἄνεμος a Senioribus, Prov. XXIX. v. 16. ſed hoc alterius loci.

V. 2. ὅλον τὸ μέλαθρον] Nempe juxta Maronem, non *laurus* ſolum & *limina Dei*, ſed, quod addit ibidem, *totuſque moveri Mons circum*; haud aliter ac Medea Hecatæ ſacra factura apud Ovidium Metam. l. VII. v. 205. *Jubeoque tremiſcere montes, Et mugire ſolum.* Unde apud Lucanum, de Phœbo abſente, nulloque ejus afflatu, *immotaque culmina templi* dicuntur, l. V. v. 155. Immo non mirum *adventante Deo*, commoveri totum ejus antrum, aut ædem, quum in apparitionibus Deorum, terram ipſam eis deſcendentibus non poſſe amplius conſiſtere, firmam nempe & immotam, tradat Jamblichus de Myſter. §. 11. c. IV. τήν τε γῆν μηκέτι δύνασθαι ἐφάπαξ αὐτῶν κατιόντων. Unde opportune θεασμὸν hic notant Scholia, eumque ἐπιδημοῦντος τοῦ Θεοῦ, ſive motum & afflatum divinum, in ſignum adventus Apollinis, ſeu Ἐπιφανείας, quam ſacris & hymnis ſolemnibus, uti mox dicetur, eliciebant, ſimili etiam in re, ſeu *adventante Dea*, a Virgilio itidem traditum, Æn. l. VI. v. 256. Immo haud aliter ac de Paulo & Sila HYMNIS *Deum celebrantibus*, dicitur Act. XVI. 25. ὕμνουν τὸν Θεὸν. Mox, ἄφνω δὲ ΣΕΙΣΜΟΣ ἐγένετο ΜΕΓΑΣ, ὥστε ΣΑΛΕΥΘΗΝΑΙ τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου; *ſubito vero* TERRÆ MOTUS *factus eſt* MAGNUS, *ita ut* MOVERENTUR *fundamenta carceris.* Μέλαθρα autem, ut hoc loco, de *templo* ſeu *antro* Apollinis, ſic de *ſede Oraculi Delphici* dicta, apud Euripidem, Jon. v. 738. Ελχ' ἕλκε πρὸς μέλαθρα. Cæteroquin μέλαθρον non de tota *domo* ſeu æde, ut hoc loco, ſed de *tecto* ſolum aut de *trabe* etiam dici, notant ad Apollonium Critici l. II. v. 1089. ac poſterius de trabe firmant e verſu Homeri, qui legitur Odyſſ. χ. v. 239. & qua de re conſuli inſuper poteſt Euſtathius p. 249. & 1925.

Ibid. ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρός.] Vulcanius, præter notum Virgilii verſum, *Procul hinc, procul eſte profani*, tradit ibi a Servio notari, hoc e Græcorum fontibus manaſſe, & ab eodem ita citari Callimachi verſum, ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι. Quod tamen hodie in Servio Danielis non legitur, nec in aliis, quæ ſequutæ ſunt, Servii editionibus; ac proinde, ut recentior gloſſa, quæ in antiquiores irrepſerat, merito inde cum pluribus aliis rejecta. Neque enim aliter ſe habet hic Callimachi locus, quam ut hactenus in vulgatis ejus Hymnis proſtat. Immo ſubeſſe etiam videtur ratio, cur hanc formulam hic potius adhibuerit, præ altera conſueta maxime in Græcorum Myſteriis, qua βέβηλοι, ſeu ἀμύητοι, h. e. nondum minoribus Myſteriis, aut vero aliis καθαρμοῖς, ac initiationibus debitis præparati, dicebantur. Quo ſpectabat proinde ſolemnis illa formula, ex Orphicis apud priſcos Eccleſiæ Doctores, Juſtinum,

num, Tatianum, Clementem, alioſque tradita, Θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις Πᾶσιν ὁμῶς, ut poſtrema verba in iiſdem emendarunt viri docti, pro βέβηλοι Πάντες ὅμως. Quamquam apud Galenum, quod obſervo, paullo aliter referatur eadem formula, & ubi eidem emendationi locus adeo non quadrat; nempe de Uſu Partium l. XII. c. VI. ὥσπερ ἐν ΤΟΙΣ ΩΣΙΝ ΕΠΙΘΕΣΘΑΙ ΘΥΡΑΣ ΤΟΥΣ ΒΕΒΗΛΟΥΣ κελεύσιν οὐ τοῖς μυστικοῖς λόγοις; ἔτω κἀγὼ νῦν ἐκ ἀνθρωπίνοις νομοθετήμασιν, ἀλλ' ἀυτοῖς τοῖς ἀληθεσάτων τελῶν μυσηρίοις ΘΥΡΑΣ ΕΠΙΘΕΣΘΑΙ κελεύω ΤΟΙΣ ΩΣΙ, τὰς ἀποδεικτικὰς μεθόδε ΒΕΒΗΛΟΥΣ; *ut igitur in ſermonibus myſticis imperant* PROPHANIS, *ut* SIBI AURES OBSTRUANT, *ita & ego nunc non humanis legibus, ſed veriſſimis myſteriis initians, eis denuntio,* UT SIBI AURES OBSTRUANT, *&c.* In quibus autem verbis, quem conſului ad eum locum, eruditus illius operis commentator Gaſp. Hofmannus, mendum eſſe, jam olim ſuſpicatum ſe & ſuſpicari hodieque notaſſe contentus, id tamen ut arbitrarium, quod ibidem ait, non tangit. Neque vero alia ibi emendatio, ſi admitti aliqua debeat, locum habere poſſe videtur, quam ut pro τοῖς ὡσὶν & βεβήλοις legatur, ſicut in Orphicis, prout eadem emendarunt viri docti, τοῖς πᾶσιν, ac dein βεβήλοις. Cui emendationi tamen totus loci contextus minus videtur favere, ac adverſatur etiam in aliis, ubi eadem formula occurrit, veterum codicum conſenſus, & quibus, præter Sex. Empiricum, Lucianum de Sacrificiis, alioſque, addi inſuper poſſunt antiqui ad Sophoclem Critici ad Oedip. Col. v. 10. a quibus eadem ita traditur, Ἀεἰδω ξυνετοῖσι· Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, non βεβήλοις. Dicti vero Græcis βέβηλοι, quod docent ibidem, & præterea ad Æſchyl. Suppl. v. 518. βέβηλον ἄλσος, veteres Grammatici, τὸ πᾶσι βατὸν, καὶ μὴ ἱερὸν, ſeu τόποι πᾶσι βάσιμοι; *loca* nempe, *quæ omnibus patebant, nec Diis erant conſecrata*; & contra ἄβατα, loca *ſancta* & *religioſa*, ſicut σηκὸς ἄβατος apud Euripid. Phœn. v. 1791. & Eleuſis vere ἄβατος ab Ariſtide dicitur, Eleuſin. p. 453. Hinc βέβηλα pro *vulgata* ſeu *trita* & quæ opponuntur *occultis*, ſeu κεκρυμμένοις, ut apud eundem Euripid. Heraclid. v. 405.

Ἤλεγξα κἀμὲ βέβηλα κἀμὲ κεκρυμμένα
Λόγια παλαιά.
Exploravi & vulgata & arcana
Vetera oracula.

Unde addunt veteres Critici ad Sophoclis locum ante adductum, ἐκ μεταφορᾶς δὲ βεβήλους κὴ τὰς ἀμυήτους φασὶ κὴ ἀκαθάρτους. Quod utrumque etiam, τὰ κεκρυμμένα nempe ſeu *occulta* illa *myſteria*, & βεβήλους opponit quoque Ovidius, Metam. l. VII. v. 156.

Et monet arcanis oculos removere profanos.

Unde myſteriis Eleuſiniis, pompa, templi ingreſſu, præter ἀμυήτους in genere, vel etiam quoſcunque, ut ex Iſocrate & Theone vidit jam Meurſius, lege prohibitæ meretrices & ſervi, ut liquet ex Iſæo de Philoct. Hæred. p. 469. ed. Hanov. Immo in genere denuntiabatur, ut puri eſſent lingua, manu, & voce, iidemque Græci, non Barbari, ſicut illud a Libanio traditur, Declam. XIX. p. 495. & quo referri itidem

debet illud Celsi apud Origenem l. III. p. 147. ὅσις χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετὸς &c. Hic vero, ubi non tam de occultis mysteriis, variisque ad ea rite peragenda requisitis, quam de Apollinis adventu & ἐπιφανείᾳ in solemni Καρνείων apud Cyrenæos festo, agebatur, eaque hymnis & choreis pro more, de quo mox, celebranda, ἀλιτροὶ uno verbo, seu *facinorosi* quicunque & *nocentes*, arcentur; juxta nempe illud Lucani, qui huc omnino, non vero ad Cereris mysteria respexit, lib. v. v. 139.

Seu Paan solitus templis arcere nocentes,

ac inde apud Statium l. III. Sylv. carm. III. *procul hinc, procul ite nocentes.* Quamquam id in mysteriis Eleusiniis itidem factum, nec proinde soli ἀμύητοι seu βέβηλοι excluſi, ut præter alia arguunt manifeste Lampridii in Alexandro Severo verba, *In sacris Eleusiniis dicitur, ut nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem norit.* De origine autem vocis ἀλιτηρίᾳ de *sacrilego* aut quovis *nocente* dicta, & per syncopen ἀλιτρὸς, quæ hic apud Poetam occurrit, videri potest Plutarchus περὶ πολυπραγμ. p. 323. ed. Wechel. & Scholia Comici ad illud Equit. p. 314. ὃν τῶν ἀλιτηρίων. v. Scian. Lucian. Sacrif. p. 537.

V. 3. τὰ θύρετρα καλῶ &c.] Ita Homerus Odyss. φ. v. 49. τόσ' ἔβραχε καλὰ θύρετρα, *tantum sonuerunt pulcra porta*, ut hoc loco ab Apolline ipso pulsatæ.

V. 4. Οὐχ ὁρᾷς] Omnia θεατρικῶν, quem ad primum hujus Poetæ versum opportune notant Critici, hic redolent. Illud vero, *Nonne vides?* sæpe apud Poetas etiam Latinos legitur, ut Lucret. l. II. v. 196. Virgil. Georg. l. I. v. 56. & alibi. Sed hoc leve.

Ibid. ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοινιξ] De *palma*, ad quam enixa in Delo Latona, idem infra, H. in Del. v. 210. φοίνικος ποτὶ πρέμνον, *ad palmæ truncum.* Quamquam id non de *palma* arbore, sed fonte ita dicto, explicet Plutarchus in Pelopida p. 286, qua de re infra.

V. 5. ὁ δὲ κύκνος ὦν ἦερι καλὸν ἀείδει] Hinc cygni *Phœbi cantores* dicti infra, H. in Del. v. 249. & ante apud Aristophanem, Avib. p. 582. κύκνῳ Πυθίῳ καὶ Δηλίῳ. Immo quo *candenti canoroque alite* Apollo *vectus*, cum a Martiano Capella dicitur lib. I. tum spectatur etiamnum in præclaro Calchedoniorum nummo Cimeliarchii Gallorum Regii, cum Tranquillinæ Augustæ effigie, in altera nummi area, & qualem vulgavit jam olim Tristanus Tom. II. p 549. Unde Plutarchus de EI apud Delphos p. 387. Apollinem dici *musica delectari & cygnorum vocibus.* μουσικῇ τε ἥδεται, καὶ κύκνων φωναῖς. Pulcher autem ille *cygnorum*, qualis hic dicitur, & quo Apollinem laudarent, *cantus*, in eodem Avium dramate paullo ante festive ab eodem Comico exprimitur p. 577; Τοιάνδε κύκνοι τιτιτιτιτίτιγξ. Unde de illa *cygnei cantus suavitate* potest judicium ferri, quam Callimachi exemplo prædicant cæteroquin antiqui, non Poetæ solum, sed Philosophi, qualis Plato in Phædone, ac alibi, ut lib. x. de Republ. ubi Orphei animam, odio humani generis, dicit *cygni* vitam elegisse; & quibus videtur illudere hoc loco Comicus. Et quo referre etiam licet, quod cygnus ad aram Phœbi Delphicam accedens, ab ædituo Jone inde repelli, & ad Deliacas

cas paludes remitti dicatur ab Euripide in Jone v. 161. &c. Quamquam ſicut aquilas Jovi adſidere, ſic *cygnos* a Tripode, nempe Apollinis, non repelli tradat in Dione Syneſius p. 54; ac præterea eorum ſe adſpectu & cantu mirifice delectari, adeo ut quantum in ſe eſt, nullus unquam cygnorum poſtremus cecinerit. Quam equidem voluptatem nemo τῶν φιλαοιδῶν ei facile, ut opinor, invideret.

V. 6. κατοχῆες ἀνακλίνεσθε] Haud aliter ac ad Hymnum Angelorum, qui gloriam Dei Excelſi celebrabant, additur continuo Eſai. VI. v. 4. *Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum a voce clamantis.* Pro eo autem, quod Exod. XXVI. v. 17 dicuntur *duo cardines*, ſeu juxta Seniores δύο ἀγκωνίσκοι, Symmachus κατοχεῖς vertit, ſeu *repagula*; & cui proinde voci, quæ neſcio an alibi legatur, lux inde aliqua accedit. Ab Heſychio quidem κάτοχα, unde altera illa formata eſt, *pars terebri*, ſeu τὸ τρυπάνου τὸ κατεχόμενον, dicitur; ab Æſchylo autem in Perſ. v. 223. γαίας κάτοχα, *terræ retenta*, ſeu juxta Græcos ad eum Criticos, ὑπὸ τῆς γῆς κρατηθέντα; & apud Sophoclem Trachm. v. 596. ὕπνῳ κάτοχον. Inde etiam κατοχὴ dicta, ut notum, de Vatum *afflatu* ſeu *inſpiratione*, ut apud Juſtinum Martyr. Paræneſ. p. 36. & κάτοχοι ita *afflati*, a Celſo apud Origenem l. VIII. p. 407, ſicuti vocem κορυβαντίζειν reddunt ad Comici Veſpas p. 438. Grammatici, ὡς μαινομένους καὶ κατεχομένους ὑπὸ θεοῦ, unde tales Gallis etiam *poſſedez* dici ſolent.

V. 7. Αὐταὶ δὲ κληῖδες] Ac proinde ſine τῶν κληδούχων opera, ſeu νεωκόρων, quorum hoc erat officium. Unde Ariſtides de fano Æſculapii ſerm. ſacr. T. I. p. 484. τὰς δὲ δὴ κλεῖς ἀνακομίζειν τῷ νεωκόρῳ, καὶ τυχεῖν οὐ τέτῳ κλειθὲν τὸ ἱερὸν, *& claves ædituo referre, atque ita claudi templum*; & ſicut alioquin κληδοῦχον Ἥρας, h. e. Junonis Argivæ *ſacerdotem* vel *ædituam* dixit Æſchylus Suppl. v. 299. ac Iphigenia apud Euripidem κληδοῦχος δόμα, ſeu *clavigera* ſacerdotis, Dianæ nempe, *ſerva* dicitur, Iphig. v. 132. & alibi in eodem dramate v. 1463. δεῖ τῆς δὲ κληδοῦχεῖν Θεᾶς, *oportet eſſe ædituam hujus Deæ*. Minerva autem ſola claves Deorum ædium habere ab Æſchylo dicitur, Eumen. v. 830. ſicut urbis Athenarum ab Ariſtophane, a quo, eo intuitu, κληδοῦχος eadem Dea ab eo vocatur, Θεσμοφ. p. 829.

Ibid. θεὸς ἐκεῖτι μακρὸν] Varia nempe erant indicia, e quibus Gentiles traduntur proximas Numinum ſuorum ἐπιφανείας, ſeu adventum, collegiſſe; fulgor loci aut ambientis aeris, divinus plane ac inſolitus, ſicuti e novo ſplendore ſupra ædem Delphicam repente exorto, Dei alicujus adventum continuo auguratur ejuſdem fani ædituus apud Euripidem in Jon. v. 1549.

Τίς οἴκων Θεοδότων ὑπερτελὴς
Ἀνθήλιον σέβασμον ἐκφαίνει θεῶν;
Quis ſupra ſacras ædes exoriens ſolis inſtar,
Splendentem oſtendit Deorum faciem?

Aderat enim continuo Minerva. Adde commota, uti paullo ante vidimus, loca, quæ adire credebantur iidem Dii, immo tellurem ipſam; ſalutarem præterea & plane mirificam lætitiam ac admirationem, quæ

animis ſubita & arcana quadam vi illabebatur, & qua de re conſuli præ aliis debet Jamblichus, ubi Porphyrii dubium ſolvere adgreditur, *quo* nempe *indicio cognoſcatur Deum apparere*: τί τὸ γνώρισμα θεοῦ παρουσίας, Sect. II. c. III. & ſeq. Unde etiam illæ Deorum apparitiones, ſeu Epiphaniæ, hymnis ac reliquo ſacrorum apparatu, non celebrari ſolum, ſed accelerari etiam & impetrari credebantur; quod e tentatis a Tullo ſacrificiis apud Livium lib. I. c. XXXI. & Eunapio in Proæreſio, ac θύειν τὰ Επιφάνια dictum, alibi dudum monui. Immo cui rei pridem præluxerat Theologorum haud minus quam Poetarum Græcorum parens, apud quem Deos demum hominibus præſentes tradit Alcinous, ubi fiunt illis Hecatombæ, Odyſſ. H. v. 201.

Ἀιεὶ γὰρ τοπάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ἡμῖν, ἐνθ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας.

Quamquam ſolos noſſe Theurgos, quod ſit perfectum ſacrificium, quo Deorum id genus Επιφανῶν præſentia elicitur, adſerat alibi idem Jamblichus, Sect. V. c. XXI. p. 136. Immo quam in rem non ſacrificia ſolum, ſed artes magicas nonnunquam adhibitas, alibi quoque agnoſcit ac docet, Sect. III. c. XXV. p. 93.

V. 8. νέοι μολπήν τε] *Puerorum* nempe, ſicut mox eadem de re agens eos vocat v. 13, hoc munus ſupra jam tetigi ad v. 1. Hymn. in Jov., ut nempe hymnos Diis, ſolemnibus eorum feſtis ac ſacris, iidem continuo accinerent. Quod in theatris etiam tum ab iis factum liquet e Themiſtio, dicente Orat. XXVI. p. 312. ult. ed. τοὺς πρὶν νεανίσκους, τοὺς ἀπαρξαμένους ὕμνους (ut bene Petavius, pro ὑμῖν) ἐν τῷ θεάτρῳ, *adoleſcentes illos, qui hymnum in theatro auſpicati ſunt.* Hinc de Hyacinthiorum apud Laconas ſacro itidem Apollini feſto, obſervat Didymus, apud Athenæum lib. IV. p. 139, *pueros* tunicatos ac præcinctos nunc citharam pulſare, nunc ad tibiam canere; &, quod addit, *cum acuto tono Deum canunt*: μετ' ὀξέος τόνου τὸν θεὸν ᾄδουσιν. Inde παιδικοὶ etiam & παρθένιοι αὐλοὶ, ſeu *pueriles* & *virginales tibiarum modi*, ab eodem Athenæo commemorantur p. 176. & 182. Immo unde illud extitit ſingulare veterum Græcorum ſtudium, ut pueri diſcerent Muſicam; de qua re Plutarchus de Muſica; ac proinde ut citharam ſeu lyram, quam μητέρα ὕμνων vocat Comicus Θεσμοφ. p. 772, pueris tredecim annorum, & quidem per triennium addiſcendam, tradat Plato l. VII. de Leg. p. 809. Neque illud a moribus Hebræorum alienum, ut de Davide adhuc adoleſcente citharam pulſare docto, eaque de cauſa adducto, qua de re jam ante, ad Saulum liquet 1. Sam. c. XVI. 18. & 23. & qui inde a Joſepho dicitur Αρχ. l. VI. c. IX. p. 187. λέγων τε τοὺς ὕμνους καὶ ψάλλων ἐν τῇ κιννύρᾳ, *hymnos quidem canens, & pulſans citharam.*

Ibid. καὶ ἐς χορὸν] *Chori* nempe & ſaltationes ad aram Apollinis fieri ab adoleſcentibus ſeu pueris olim ſolitæ; quod, præter hunc Callimachi locum, docet etiam Apollonius Rhodius l. I. v. 536. οἱ δ' ὡς ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν &c. Adde quod alioquin Chori apud veteres alii eſſent *puerorum* ſeu παιδικοὶ, alii *virorum* ſeu ἀνδρικοὶ; ut cum aliunde, tum ex Ariſtide liquet, Serm. ſacr. IV. p. 487; apud Laconas autem etiam *ſenum*,

num, juxta Plutarchum in Lycurgo. Hinc *choragi* itidem constituti ἐν παιδικοῖς χοροῖς, seu, ut loquebantur, παισὶ vel ἀνδράσι χορηγεῖν; sicut de his Lysias Orat. xx. p. 342, ed. Hanov.: de illis vero Philochorus apud Harpocrationem in Κατατομή. A quibus nempe *puerorum* seu *juvenum choris*, saltationes ἐν ῥυθμῷ, seu πρὸς ῥυθμὸν, fieri consueverant, de quibus infra ad *Hymn. in Delum* dicendi erit locus; ac sicuti de *choris* Deliacarum Nympharum in honorem Apollinis ac Dianæ videri potest Euripides, Hercul. Fur. v. 682. Omnia autem cum cantuum, tum saltationum genera, Diis consecrata apud Ægyptios, tradit Plato l. III. de Legib. p. 799.

V. 9 ἐ παντὶ φαείνεται] Respicit hic omnino Poeta ad illud Homeri, Odyss. Π. v. 161.

Οὐ γάρ πω πάντεσσι Θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς.
Non enim omnibus Dii apparent manifesti.

Nempe ubi Minervam, quæ Ulyssi apparet, ab eodem, non autem a Telemacho, visam dixisset, sicuti etiam eandem alibi *soli* Achilli *apparere*, *aliis autem inconspicuam*, tradiderat,

Οἰῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων ἔτις ὁρᾶτο,

Iliad. A. v. 198. Neque aliter apud Apollonium Rh. de Thetide manifesta soli Peleo, non autem aliis, dicitur, Οὐδέ τις εἰσιδέειν &c. lib. IV. v. 854. Cujus rei rationem alio etiam loco tetigit Vatum Parens, dum quærit, quis Deum nolentem, quamquam huc & illuc commeantem, videre se posse arbitratur, in fine Odyss. K. Et quo referre licet, quod infra legitur Hymn. in Lavacrum hujus Palladis v. 100, ubi haud impune ei fore dicitur, qui quempiam Immortalium, nisi Deus ipse voluerit, conspexerit. Unde iidem Dei, & ipse, de quo hic agitur, Apollo, multa nube circumfusi, dum inter homines agerent, & ne ab iis possent conspici, inducuntur ab eodem Vatum Patre, ut Iliad. O. v. 308, Π. v. 790. & adhuc alibi. Hinc Apollo etiam ab Ammiano apud Plutarchum de EI apud Delphos p. 385, Δήλιος & Φανεύς dictus, non quibusvis promiscue, sed iis tantum, *quibus jam aperitur & elucescit aliquid veritatis.* Δήλιος καὶ Φανεὺς οἷς ἤδη τι δήλεται καὶ ὑποφαίνεται τῆς ἀληθείας; ac unde circa finem ejusdem libri, idem non Δήλιος solum & Φανεὺς, sed Σκότιος etiam seu *Tenebricosus* dicitur. Aliter vero de Apolline locuti iidem veteres, ubi pro Sole habitus, sicut de Apolline Εὠῳ, seu Oriente Sole, Apollonius l. II. v. 689. &c. ἐπεὶ πάντεσσι φαάνθη Ἠῶος μετιών; *quando cunctis apparuit Oriens, seu matutinus, transiens.*

Ibid. ἀλλ' ὅ τις ἐσθλός] Hinc Bacchus impius, ac proinde Pentheo, quamquam præsenti, non manifestus ab Euripide dicitur, Bacch. v. 502. Σὺ δὲ ἀσεβὴς αὐτὸς ὤν, ἐκ εἰσορᾷς, *tu vero impius quum sis, eum* (hoc est, Bacchum) *non vides.* Ideo autem id de Deorum apparitionibus ab ipsis gentilibus dictum, quod salutares haberentur iis, qui eadem rite Deos colendo & invocando, ut paullo ante dictum, eliceret; in *bonorum* proinde, quales hic innuit Callimachus, qui ita erant animati, commoda & salutem ex eam demum fierent; & quidem sanitatem

 corpori,

Quæ à Stanleio hic & in aliis affert Spanh. aliena sunt. Jamblich. ea vetat ne philosophis noveris ritûs sacrarii fabulas tradi, ne cæcigeis tradit. ne commentitias ac deiosis gentilis superstitionis addendi comparatas. Saepe in hoc genere Spanh. peccavit.

corpori, animæ virtutem, menti puritatem largiendo. Qua de re videri iterum potest Jamblicus de Myster. Sect. II. c. VI. & c. IX, & qui rursus alibi docet, Deos illos præsentes, cum iis solis conversari solitos, qui per sacra rite purgati, ac ab affectibus liberi & immunes redditi fuerant, Sect. III. c. XXXI. p. 102.

V. 10. μέγας ἔτος] Ob rationem modo indicatam; adeo quidem ut ille Dei adventus, juxta eundem Jamblichum p. 51, præberet veritatem, potentiam, operum affectiones, & *bonorum maximorum largitionem*, δόσεις ἀγαθῶν μεγίστων. Soli proinde Divino consortio & adloquio digni habebantur, ac proinde Diis quodammodo æquales, quibus illi fiebant manifesti; ac vice versa pro impio & nullius pretii, seu *vili* homine, ut mox ait Callimachus, habendus, cui frui illo Deorum conspectu non liceret; addo, aut cui graves iidem & formidandi apparerent, juxta illud Homeri, χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς, *graves autem Dii, quum apparent manifesti.* Iliad. Υ. v. 131. Quod alioquin non de Deorum, quos visu salutares, sed de Dæmonum conspectu, quorum essent φοβερὰ φάσματα, seu *terribiles adspectus*, notat iterum Jamblichus p. 41. de Myster.

V. 11. ὦ Ἑκάεργε] Sic in carmine Branchii vatis apud Clementem Strom. l. v. p. 570, de puerorum, ut hoc loco, in Apollinem & Dianam insuper cantu; Μέλπετε, ὦ παῖδες, Ἑκάεργον καὶ Ἑκαέργην. *Canite, o pueri, longe jaculantes Apollinem & Dianam.*

Ibid. ἐσόμεθ' ὅππότε λιτοὶ] Quod nempe illo Dei adventu & conspectu perfectissime, quod tradit itidem Jamblichus p. 46, purgari animæ crederentur, nec proinde in priores sordes ac labes relabi; sed tum periculis in hac vita defunctæ, tum post mortem etiam feliciter agere, & frui haud uno prærogativarum genere. Quod utique non in Mysteriis solum Eleusiniis, sed aliis etiam, ut Dionysiacis, aut Cabirorum, aut Orphicis, aut Mithræ, cæterisque id genus mysticis Gentilium sacris, locum habuisse, ut iisdem rite initiati, eadem bona consequerentur, in veterum monumentis haud semel legitur. Λιτὸς autem hic, & superiori versu λιτὸν, non adeo pro ἀλιτροῖς seu *nocentibus*, ac proinde de quibus antea, ut censuit Vulcanius, egerat Poeta, quam, ut bene etiam monuit Anna præstantissima, pro ψιλοῖς, ὀντελέσι, *vilibus* & *contemptis* a Diis, dici hic liquet; & quomodo apud Catullum, Ep. LXXII. *Multo mi tamen es vilior & levior.* Inde λιτὸς opponitur τῷ μέγας in superiori versu, seu ei quem Deorum præsentia talem reddit.

V. 12. Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν] Sic infra H. in Del. v. 302. μήτε σιωπαλὴν ἔτ' ἄψοφον, *nec tacitam nec sine strepitu*, & paullo post ibidem v. 312, ἐγειρομένης κιθαρισμοῦ, de non *tacito* proinde, sed *excitato citharæ sonitu* a choro, circa aram Apollinis Deliacam; seu quod ait pro Roscio Tullius, *cantu vocum & nervorum.* Non *citharam* itaque *mutam* seu sine cantu, sed *garrulam*, qualis Apollinis etiam lyra seu cithara ab Ovidio dicitur l. IV. El. III, *Pendebat læva garrula parte lyra*, hic innuit Callimachus; citharam nempe ad cantum pulsare, seu φόρμιγγος ἐυκρέκτου καὶ ἀοιδῆς, ut ait Apollonius l. IV. v. 1194. Quod soliti olim dicti inde

citha-

citharœdi, & quomodo λυρῶν τε βοὰν dixit Pindarus Od. x. Pyth. p. 313. & Horatius lib. 1. Od. XXIV.

Cantus Melpomene, cui liquidam Pater
Vocem cum cithara dedit.

Nempe quod a vatum Patre hauſtum Odyſſ. Φ. v. 406. ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπισταμένως καὶ ἀοιδῆς, *vir citharæ peritus & cantus.* Unde de ejuſmodi *citharœdo* Galenus de Placit. Hippocr. & Platonis l. IV. CIV, εἰ δέ τις ἄφωνον εἶναι λέγοι τὸν κιθαρῳδὸν, *ſi quis ſine voce diceret eſſe citharœdum.* Diverſi vero ab his κιθαρισταὶ & ψιλοκιθαρισταὶ; qui nempe ſine cantu ſeu vocis acceſſione citharam, eamque proinde ἄφωνον ſeu σιωπηλὴν, ut hic dicitur, pulſabant; & quales Octava Pythiade, in Pythios Agones inductos refert Pauſanias l. x. p. 621, κιθαρισταὶς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων, *qui citharam ſine vocis acceſſione pulſarent*, ut bene ibi Amaſæum emendat Sylburgius; & quomodo a Themiſtio etiam dicitur Orat. XXVI. p. 311. οὐδὲ τοὺς κιθαρισταὶς ὑπὲρ τῶν κρουμάτων, nec *cithariſtas de pulſibus*, nempe citharæ, non, ut male ibi Petavius, *citharœdos.* Quod poſtremum ψάλλειν etiam Græcis dictum, & inde ψαλμὸς, *citharæ* ſine ea vocis acceſſione *ſonitus*, ut docent eruditi Critici ad Comici Aves p. 551. ψαλμὸς, ὁ κυρίως ὁ τῆς κιθάρης ἦχος. Unde de Davide apud Saulum Joſephus Αρχ. l. VI. c. XIV. p. 192. ἀφεστάλκει τῷ ψαλμῷ καὶ τοῖς ὕμνοις ἐξάδειν αὐτὸν, ſed quæ male explicat Gelenius, *juſſit pſalmos & hymnos incantare*, pro *juſſit ad citharam* ſeu κινύραν, de qua ibi ante, *pulſu & hymnis placare ipſum*, nempe Saulum a malo ſpiritu agitatum; & ſicuti de eodem Davide Seniores 1. Sam. XVI. 18. εἰδότα τὸν ψαλμὸν, non, ut ibi obſcure aut imperite Interpres, *ſcientem pſalmum*, ſed *ſcientem fides pulſare*; quod etiam paullo poſt dicitur v. 23. καὶ ἐλάμβανε Δαυὶδ τὴν κινύραν, καὶ ἔψαλλεν ἐν χερσὶν αὐτοῦ, *& David accepit citharam, & percutiebat manu ſua*, ſicuti rurſus c. XIX. v. 9. καὶ Δαυὶδ ἔψαλλεν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ; ubi proinde non *vocis*, ſed *manus* officium tangitur. Verum ea de re alibi plenius. Hic vero, adventante Apolline, non traditur ὕμνος ἀφόρμικτος, *hymnus ſine cithara*, qualis Furiarum hymnus dicitur apud Æſchylum Eum. v. 332. & quod alibi idem dicit, ἄνευ λύρας ὑμνοδεῖ, *ſine lyra* ſeu *cithara hymnum canit*, Agam. v. 999; nec rurſus ἄφωνα κρέμματα, *muti*, ſeu *citharæ* ſine cantu *pulſus*, & ſicut proinde hic dicitur, μήτε σιωπηλὴ κίθαρις, *neque tacita cithara.* Quod poſtremum, ſeu cantus ad citharam eo magis incumbebat huic juvenum ſeu puerorum choro, quod citharœdus haberetur, ut notum, ipſe Apollo, ac inde celebratam etiam a Poetis ſeu cantoribus ejus *citharam* tradat paullo poſt. v. 19.

Ibid. μητ' ἄψοφον ἴχνος] Ut modo egit de cantu ad citharam, ſic de *choreis* hoc intelligit; quorum utrumque ad celebrandum Phœbi adventum a pueris, quod paullo ante monuerat, fieri denuo hic jubet, *canere* nempe & *ſaltare*; nec proinde hic eſſet ἄχορος κίθαρις, ut apud Æſchyl. Suppl. v. 689. De *choreis* autem circa aram Apollinis fieri ſolitis, præter ea quæ paullo ante tetigi, docetur adhuc infra ad H. in Del. v. 313. κύκλιον ὀρχήσαντο. Βαίνειν autem Græcis dictum, de illo ἐκ ὠ-

ψόφῳ, cujus hic meminit, *incessu* ad cantum citharæ, ut liquet e Platone Alcibiad. I, p. 108. καὶ ἄδοντα δεῖ κιθαρίζειν ποτὲ αὖθις τὴν ὠδὴν καὶ βαίνειν, *canentem etiam oportet citharam pulsare subinde ad cantum, & incedere*; ac inde etiam βάσις, *signum motionis & quietis pedum* in veterum choreis, ut liquet ex Aristophane Θεσμοφ. p. 820.

Εὐκύκλε χορείας εὐφυὴ σῆσαι βάσιν.

Orbicularia choreæ concinnum constituere gressum;

ac insuper e priscis ad Pindarum Criticis Pyth. Od. 1. p. 187, & præterea ex Anonymo in Hermogenem p. 381. Quod etiam ὁρμὴ dicebatur, ut ibidem observat ille Anonymus, & cujus verba, quia non a multis teruntur, nec vulgo obvii iidem Commentarii, hic apponam. Βάσις ἐστὶν ὄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις; *βάσις signum est motionis & positionis pedum*; mox, ὄρσις ἐν καὶ θέσις, ἢ ἐν τῷ ἄρχεσθαι καὶ λήγειν τὴν χορευτικὴν, ὁρμὴ λέγεται. *Motio igitur est positio, quæ ubi incipit & desinit choreæ, ὁρμὴ dicitur*; quod postremum de voce ὁρμὴ, innuit iterum pag. 400. Hinc βηταόρμονες dicti apud Homerum, & quod obiter jam tetigi ad v. 52. prioris Hymni, βηταρμὸν ὀρχήσαντο, apud Apollonium lib. 1. v. 1135; h. e. ut notant ibidem Grammatici, ὅθεν τὴν ὁρμώδιον βάσιν αὐτῶν, seu ἀπὸ τῆς ὁρμοσμένως βαίνειν, *a concinno eorum gressu*.

V. 13. ἐπιδημήσαντος] Ἐπιδήμιος nempe seu *præsens* hic Apollo dicitur, ut infra de Diana Mileti, Μιλήτῳ ἐπιδήμιε, H. in Dian. v. 226; & sicut contra ἀποδήμιος Ἀπόλλων, seu *absentis Apollinis* meminit Pindarus Pyth. Od. III. p. 211. Ἐπιδημήσας itaque hoc loco, idem quod ἔνδημος ὤν apud Æschylum Choeph. v. 168; quamquam de discrimine ἐνδημιῶν & ἐπιδημιῶν νόσων videri potest Galenus in lib. 1. Epidem. Hippocratis; ubi ἐνδημίους morbos, sicut ἔνδημα νοσήματα, libro de Aeris locis & Aquis dici observat, qui loco quasi, seu singulis ejus incolis adnati; ἐπιδημίους autem, qui certo quodam tempore regionem seu locum infestabant; unde etiam ἀποδημία & ἐνδημότατοι opponuntur apud Thucydidem lib. 1. p. 45. ed. Wech. Quomodo ἐπιδημήσας seu ἐπίδημος hic Apollo dicitur, quasi non perpetuus loci ἔνδημος, seu *incola*, sed qui ut Φανὰξ (sicut eundem etiam appellatum supra e Plutarcho docui) seu Ἐπιφανὴς, statis temporibus aut festis præsens esset ac manifestus, & qua voce usus quoque Aristophanes ad chori ingressum, Ἐπιδημεῖ γὰρ θίασος Μουσῶν ἔνδον μελῴδων, *adest enim tripudium Musarum intra atria*. Thesmoph. p 767. Unde eo etiam sensu frequens Deorum ΕΠΙΦΑΝΩΝ seu PRÆSENTIUM, aut etiam PRÆSENTISSIMORUM, mentio in Scriptoribus & monumentis antiquis, & qua de re olim egimus Diss. v. de Præst. Num. quæ repetere hic non vacat, & jam ab aliis quibus eadem compilare libuit, haud semel factum. Immo ubi illud haud prætereundum, hunc morem, quem hic tangit Poeta, ut *præsente Apolline*, τῷ Φοίβῳ ἐπιδημήσαντος, pueri certatim cantu & choreis ejusdem adventum celebrarent, e veteri Fœdere, seu sacris Hebræorum ritibus, ut tot alia in Gentilium sacris, desumptum videri; nempe ubi legitur, condito a Salomone templo, & illata in idem arca, omni festivitatum genere, tanquam præsens ibi & conspicuum esset numen,

numen, ejus adventum continuo celebratum 1. Reg. c. VIII. v. 4. & IX. v. 65. Insignis maxime eam in rem Josephi, ubi factum illud memorat, & huc apprime spectans locus, Αρχ. l. VIII. c. 11. p. 263. ὡς ἅπαντα τὸν πέριξ ἀέρα πεπληρωμένον, καὶ τοῖς πορρωτάτω τυγχάνουσιν ἡδὺν ἀπαντᾶν, καὶ γνωρίζειν ΕΠΙΔΗΜΙΑΝ ΘΕΟΥ καὶ κατοικισμὸν κατ' ἀνθρωπίνην δόξαν εἰς νεοδόμητον αὐτοῖς καὶ καθιερωμένον χωρίον· καὶ γὰρ οὐδ' ΥΜΝΟΥΝΤΕΣ, οὐδὲ ΧΟΡΕΥΟΝΤΕΣ, ἕως οὗ πρὸς τὸν ναὸν ἦλθον, ἔκαμον, h. e. Rufino, seu Epiphanio Scholastico interprete, *ita ut omnis undique aer impleretur, & etiam longe consistentibus odor suavitatis occurreret, agnoscentes ADVENTUM DEI, & habitaculum secundum humanam opinionem crederent in nova domo ei nuper dicata esse faciendum. Nam neque HYMNOS dicentes, neque CHOROS agentes, donec pervenirent ad Templum, aliquo modo quieverunt.*

V. 14. Εἰ τελέειν μέλλουσι γάμον] Tria nempe eorum juvenum seu puerorum, qui Apollinem præsentem cantu & saltatione rite ac decenter colerent, commoda seu beneficia tangit Poeta; unum, quod *nuptias*, ut hic ait, *conficere*; alterum, ut mox addit eodem versu, ad senium pervenire; tertium, versu sequenti, urbes condere seu instaurare, ea lege demum possint. Primum quod adtinet, id τελέειν γάμον, proprio hujus rei vocabulo dictum, quo γάμος ἐξετελέσθη apud Theocritum Id. IZ. v. 131. & similiter, γάμος ἐκτετέλεσται a Sapphone apud Hephæstionem dicitur p. 58. & γαμήλιον τέλος, pro γάμῳ seu *nuptiis* apud Æschyl. Eum. v. 838. & γάμου τέλος itidem apud Apollon. l. IV. v. 1201. ac inde τέλειος ἀνὴρ de *conjugato* ab eodem Tragico dictus Agam. v. 981. Immo unde, quod jam supra ad H. in Jov. v. 57. obiter monui, cum Juppiter, tum Juno, τέλειοι seu γαμήλιοι dicti. Ita τελεῖν, pro *opus conjugii perficere*, dixit aliquoties Anacreon, ut Od. XXIII. τελεῖν τὰν Αφροδίταν, & alibi itidem, τελεῖν Κυθήρην. Nota autem, e Tragicis potissimum Græcis & aliunde, ut non opus sit ea hic commemorare, quæ de celebrandis nuptiis, ut præcipua juvenum vel puellarum spe ac felicitate, aut iisdem carere, ut summo quodam infortunio, haud semel dicitur.

Ibid. πολιήν τε κερεῖσθαι] *Canos radere* hic ait Poeta, pro ad senium pervenire. *Canos* alioquin non *radere* quidem, sed tingere ac inficere cerussa aut alio pigmento soliti, qui ex utroque sexu senium occultare ea arte conabantur, & quæ χρίσματα πολιῶν, qui in hunc morem non semel invehitur, vocat Clemens Pæd. l. III. p. 223. De quo etiam Eubulus apud Athenæum lib. XIII. p. 557.

Επὶ τῷ προσώπῳ δ' αἱ τρίχες φορούμεναι,
Εἴξασι πολιαῖς ἀνάπλεω ψιμμυθίου;
Qui vero capilli in facie volitant,
Canis similes, cerussa sunt pleni.

V. 15. ἑστήξειν δὲ τὸ τεῖχος] A Syracusana voce ἑστήκω, ut tradunt hic Scholiastæ, & qua proinde usus Syracusanus vates, Idyll. KE. v. 101. Εἱστήκει παρὰ βουσὶν ἀνὴρ, *stabat apud boves vir.* Eadem occurrit apud Hesychium, ἑστήξεται, σταθήσεται; & e quibus præterea liquet ἑστήξειν

 active

active, ut hoc loco, sicut στῆσαι etiam dici, nec opus esse proinde cum H. Stephano, ita hæc Poetæ nostri verba legere ac interpretari, ἐστήξει δὲ τὸ τεῖχος, quasi eorum mens esset, subaudire particulam εἰ, *si stabit murus super antiqua fundamenta*, quod a toto loci hujus sensu alienum. Ἐστήξειν τεῖχος nempe idem, quod ἵσαναι, vel στῆσαι: & Latini inde *statuere*, ut apud Maronem, eadem in re, Æn. IV. v. 655.

Urbem præclaram STATUI, *mea mœnia vidi.*

Ut magnum nempe quid & præclarum, juvenibus Apollinem rite celebrantibus auguratur hic Poeta, urbis alicujus mœnia reficere; sicuti Dido, adducto modo Maronis versu, eo nomine se extollit; ac unde in Codice Theodosiano l. XXXVI. de Oper. Publ. *Murorum institutio*, quod alibi dudum monui, inter publica Principum opera refertur. Sed opportunius adhuc id hoc loco a Poeta additur, quod de ipso Apolline tradat infra v. 56. eum condendis civitatibus, earumque jaciendis fundamentis delectari, ac præterea nota esset aliunde ab eodem præstita in exstruendis Trojæ aut Megaræ etiam muris opera. Neque vero hic, quod obiter addo, rejicienda ingeniosissima Tan. Fabri, quam tradit hic & probat τῷ πατρὸς τὸ παιδίον, conjectura, legentis, ἐστήξειν δέ τε τεῖχος, pro τὸ τεῖχος, quæ commodiorem etiam huic loco sensum parit.

V. 16. χέλυς ἐκέτ' ἀεργός] Idem quod paullo ante dixerat, μήτε σιωπηλὴν κίθαριν; nempe χέλυς hic pro *cithara*, quod notant etiam Scholia, ac sicut promiscue eadem & lyra sumi a Poetis, quod obvium, solent, ac ab Eustathio etiam adseritur ad Iliad. E. p. 574. Quamquam distincta eadem nonnunquam, ut a Bione, qui *chelyn* a *Mercurio*, *citharam* autem ab *Apolline* inventam tradit Idyll. III. v. 7.

Ὡς χέλυν Ἑρμείαν, κίθαριν δ' ὡς ἀϊδὺς Ἀπόλλων;

& a Philostrato, qui *lyram* & *chelyn* describens, aliquod, quoad nervorum seu chordarum situm, inter easdem discrimen tangit, Icon. l. I. p. 746. sed ea de re alibi plenius agendi erit locus.

V. 17. Εὐφημεῖτ'] Nota vox, quæ in Gentilium sacris aut solemnibus, tam de fausta acclamatione, quam de indicto silentio dicebatur. Utriusque significationis, quam confundunt nonnunquam Interpretes, obvia apud Poetas, & Tragicos imprimis, exempla; ut prioris apud Æschylum Pers. v. 388. &c.

Πρῶτον μὲν ἠχῇ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
Μολπηδὸν εὐφήμησεν,
Primo equidem cum sono a Græcis clamor
Modulate fausta ominatus est;

alibi Suppl. v. 702 Εὔφημον δ' ἐπιβοᾶν Μῶσαν θεαί τε ἀοιδοί; *Fausta vero acclament Musa Deaque cantatrices.* Sic aliquoties apud Sophoclem & Euripidem Εὔφημα φώνει, fausta loquere, ut Ajac. v. 363. & Heraclid. v. 1185. ac alibi Unde bene Hesychius, Εὐφημῆσαι, βοῆσαι μετ' εὐφημίας. De indicto autem ea voce in gentilium solemnibus sacris a Præcone silentio, ut vacivas nempe & faventes aures spectatores præberent, res itidem liquida; idque juxta formulam, quæ apud Comicum in Θεσμοφ. p. 767. legitur, Εὔφημος πᾶς ἔσω λεώς, Σῖγμα συγκλείσας, *Favens esto omnis*

omnis populus, Os *claudens*, seu comprimens; ac apud eundem rursus Equit. p. 361. Εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν. *Favere oportet, & os claudere.* Immo unde ἐυφημεῖν στόμα, pro *os comprimere* apud eosdem Tragicos, ut Eurip. Hecub. v. 664; alibi στόμα εὔφημον, de *silenti ore*, ut apud eundem in Jon. v. 98; & jam ante apud Æschylum Agam. v. 1256; apud Sophoclem autem Oed. Cal. v. 136. ἐυφήμει στόμα φροντίδος: ubi Critici, τὸ δὲ ἐυφημεῖν καὶ ἐπὶ τῶν σιωπᾷν τάττεται; h. e. ἐυφημεῖν *etiam pro silere ponitur.* Quo postremo sensu ἐυφημεῖν hic a Callimacho itidem sumitur, ut nempe cantantibus ad lyram in Apollinis honorem pueris, omnes ore faverent; silendo nempe; seu, ut Tullianis utar ea de re verbis, *audientiam facerent.*

Ibid. Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ] Non de *cantu Apollinis*, seu quem Apollo ipse faceret, hic intelligit, sed de Hymno, qui in ejus laudem a juvenum seu puerorum choro ad citharam canebatur. Idem itaque hic Ἀπόλλωνος ἀοιδή, quod εἰς Ἀπόλλωνα Ὕμνος, ut inscribitur hoc poema, & sicuti ἀείδειν pro ὑμνεῖν dici, ab initio Hymni in Jovem dictum.

V. 18. Εὐφημεῖ κὴμ πόντος] Nempe, quod ait Theocritus Id. B. v. 38, Σιγᾷ μὰν πόντος; & quomodo κῦμα κωφὸν καὶ ἄβρομον, *fluctus surdus & sine fremitu*, ab Apollonio dicitur l. IV. v. 153., cui opponitur proinde alibi ab eodem καγχάζον κῦμα, *fluctus* seu *unda cachinnans*; lib. II. v. 572; sicuti apud Æschylum κυμάτων γέλασμα, Prom. v. 89. Apud Maronem vero, ut hoc loco, *& seva quierunt Æquora*, Æn. l. IV. v. 523. Sicuti vero hic ad puerorum, qui Apollinem vocum & nervorum, ut ante dictum, cantu celebrabant, ἀοιδὴν, *favere* seu quiescere jubet *mare* Callimachus, ita ad similem ingressum Chori Musici, Aristophanes Θεσμοφ. p. 767.

Ἐχέτω δὲ πνοιὰς ἠνεμος αἰθήρ,
Κῦμα δὲ πόντε μὴ κελαδέιτω.
Contineat autem flatus tranquillus æther.
Unda etiam maris ne resonet.

More nempe Poetarum haud insolito, ut audientiam non homines solum, sed mare etiam & ventos facere, aut ab iis fieri testarentur.

V. 19. Λυκωρέως ἔντεα Φοίβε] Ita in Orphicis Hymn. in Apollinem Φοῖβε Λυκωρεῦ, & Apollonius Argon. l. IV. v. 1490. Λυκωρείοιο Ἀπόλλωνος, uti eruditi Critici, ἀντὶ τῦ Δελφικῦ. οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλῦντο. Quibus consona de Λυκωρείᾳ, ut antiqua Delphorum sede, & quæ Delphis postea conditis imminebat, tradit Geographus l. IX. p. 418. ac unde bene, quod jam liquet, putavit Vulcanius Λυκωρέως hic dici pro Δελφικῦ.

V. 20. κινύρεται] Ut hic Achillis, sic Jasonis mater apud Apollonium lib. I. 292. στεναχεσσα κινύρετο; ubi eruditi alioquin Critici notant κινυρεσθαι dici proprie de *boum ejulatu*, idque ἀπὸ κινῶν τὴν ὠδὴν. Sed imperite, ut fieri a Græculis solet, in vocibus peregrinæ originis. Fit enim a κινύρα, dicta a Senioribus pro Hebræorum כִּנּוֹר instrumento Musico, quod ab iisdem Senioribus, modo κιθάρα, modo ψαλτήριον, modo κινύρα reddi-

redditur, & de quo Joseph. Origin. l. VI. p. 187. ψάλλειν ἐπὶ κινύρᾳ. Unde erudita, ut solet, Hesychii Glossa, κινύρα, ὄργανον μυστικὸν, κιθάρα οἰκτρά, ut legi eadem citra distinctionem in postremis vocibus debet. Inde etiam petenda est origo eorum Veneris sacrorum in Cypro, quorum auctor Κινύρας, ac ab eo dicti Veneris sacerdotes Κινυρίδαι, a Græcis olim, ac inde a Clemente in Protrept. ac Arnob. lib. v. traduntur. Noti quippe aliunde Veneris, ob occisum Adonim, dictum Κινύρας filium, θρῆνοι, & sacra inde cum solemni lessu celebrari apud eosdem Græcos solita, de quibus ipsa Cyprum petens apud Ovidium Metam. l. X. v. 725. *luctus monumenta manebunt Semper, Adoni, mei.*

Ibid. αἴλινα] Notum θρηνητικὸν apud Græcos Tragicos ἐφύμνιον, ut Æschyl. Agam. v. 123. Αἴλινον, αἴλινον εἶπε, & inde Sophocl. in Ajac. v. 635. αἴλινον, αἴλινον, & cujus etiam originem aliunde, quam a Græcis, repetit barbarus Phryx apud Euripidem in Oreste v. 1397. &c.

Αἴλινον ἀρχὰν θανάτᾳ
Βάρβαροι λέγεσιν αἰ αἰ.
Lugubre initium mortis,
Barbari dicunt heu heu.

ac ubi λίνον de *hymno* ac θρήνῳ dici notant Critici, & quidem de ejusmodi lugubri cantu in Phœnice ac Cypro juxta Herodotum in Euterpe cani solito. Eum autem a luctu in obitum *Lini*, antiquissimi Poetæ, ita a Græcis dictum, ac inde etiam Οἰόλινον, *lugubre carmen*, quo eundem *Linum*, tum Adonim ipsum celebrabant, tradit Pausanias l. IX. p. 584. & 585. Ab hoc autem αἰλινῷ θρηνητικῷ, diversa αἰλινῳδὴ ab Epicharmo dicta, quæ τῶν ἐσφιγγόντων, seu *telam texentium* erat propria; ut liquet ex eodem Athenæo l. XIV. p. 618. (sed ubi male ἔλινος, quod jam ibi monuit ὁ πάνυ, legitur) ac inde apud Eustathium ad Iliad. Σ. p. 1164.

V. 21. ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον] De origine hujus acclamationis, qua Apollo invocari solitus, agit infra hoc ipso Hymno v. 97. & v. 103. Id unum hic monebo, una voce, non duabus, hoc Phœbi ἐφύμνιον apud Apollonium ac Græcos ad eum Criticos legi l. II. v. 704. Καλὸν ἰηπαιῆον' ἰηπαιῆονα Φοῖβον; & quomodo legendum etiam hoc loco foret; nempe ἰηπαιῆον, ἰηπαιῆον. Quamquam duo quoque inde formata hujus Dei epitheta Ἰηπαιεὺς & Παιάων, ut apud Æschylum Agam. v. 153. Ἰηΐον δὲ καλέω Παιᾶνα, & apud Aristoph. Vesp. 496. Ἰηπαιάν. Sed de his plura in sequentibus.

V. 24. Μάρμαρον ἀντὶ γυναικὸς] Ita de vetula, quæ ob detectam latentem in Cypro Venerem, ab ea in lapidem itidem fuit conversa, Lycophron. p. 133. καὶ πέμπελον γραῦν μαρμαρωμένην δέμας. *Et anum capularem factam marmoream*, seu *lapideam*. Μάρμαρος nempe de quovis *lapide*, seu saxo, a Poetis dictus; sicut de Dracone lapidis ictu a Cadmo interfecto Euripides Phœniss. v. 667. ὥλεσε μαρμάρῳ κρᾶτα φόνιον; ubi Canterus minus recte, *interfecit marmore caput*, pro *lapide*, ut bene ὁ πάνυ, alter hujus dramatis interpres; & sicut Aristophanes Acharn.

Acharn. p. 325. de eo ait, qui lapidem ad comminuendum alterius caput credebat se tenere, ἔχων τὸν μάρμαρον. Utrumque autem conjungit alicubi Homerus, πέτρον μάρμαρον, Idyll. π. v. 735, de *lapide* itidem dicto mox ab eodem, ὀξεῖ λαΐ; quo scilicet Hectoris aurigam percussit Patroclus; ac alibi itidem simili in re, Μαρμαρέῳ ὀκρυόεντι βαλὼν, *Lapide aspero percutiens.* Ita Niobe etiam, de qua hic agit Callimachus, λίθος ab eodem vatum patre dicta, ac *flebilis* itidem, Ἔνθα λίθος περ ἔῆσα &c. Iliad. Ω. v. 617; & similiter *lapis* a Propertio, l. III. El. x. v. 8. *Et Niobe lacrymas supprimat ipse lapis.* Id autem de Niobe in lapidem conversa dictum notat Philemon, quod præ doloris magnitudine nihil proloqui eadem potuerit, ac unde etiam factum observo, ut ab Æschylo in cognomine dramate, seu Νιόβῃ, eadem inducta fuerit velato capite, & tanquam κωφὸν πρόσωπον, seu πρόσχημα τῆς τραγῳδίας; quo nomine Æschylum, quamquam præter meritum, apud Aristophanem exagitat Euripides Ran. p. 254. Sed qua de re alibi. Missis vero veris aut fictis mulierum in lapideas statuas commutationibus, seu μάρμαρον, quod hic ait ἀντὶ γυναικὸς, Ἀνδρίαντα quendam μαρμάρινον legas, de *statua marmorea*, in Inscriptionibus antiquis, sicut in una Insulæ Pari in Spon. Miscell. p. 335, præstantissimo, ut aliunde notum, marmore feracis, ut inde *Marmoream Paron* vocet Ovidius Metam. l. VII. v. 465.

V. 25. Ἰὴ, Ἰὴ φθέγξεσθε] Illud Ἰὴ Ἰὴ modo in luctu, modo etiam, quod observo, in faustis acclamationibus dictum. Prius quidem liquet ex Æschylo Suppl. v. 119. Ἰὴ, Ἰὴ Ἰηλέμοισιν ἁρμοσθῆ, *Eheu! eheu! Lugubres cantilenas decentia* &c. Posterius cum ex hoc Callimachi loco, & infra v. 80, Ἰὴ, Ἰὴ Καρνεῖε, πολύλιτε, tum præterea ex Athenæo, qui Ἰὴ Ἰὴ acclamatum docet, quo Dii fierent Ἵλεω, seu propitii, unde Ἰήιον vocarent etiam Bacchum, eundemque Ἵλεων καὶ Ἱλαρὸν, *propitium & hilarem*; qua de re videri item potest l. VIII. p. 363. Eadem quoque ratione Ἰὺ, Ἰὺ, unde Latinorum *Jo*, *Jo*, in gaudio, a vigile, visa face captæ a Græcis Trojæ nuntia, acclamatum apud Æschyl. Agam. v. 25.; idem vero dictum præ dolore abeuntis heri apud Aristophanem Εἰρην, p 631. Ἰὺ, Ἰὺ, Ἰὺ, Ἰὺ, seu *hui, hui* &c.

Ibid. κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν] Nempe ab Homero rursus id mutuatus, Odyss. Δ. v. 78.

---- ἤτοι Ζηνὶ βροτῶν ἐκ ἄν τις ἐρίζοι,

Haud sane cum Jove ullus mortalium contenderit,

& cui consonum illud Pindari Pyth. Od. 11. χρὴ δὲ πρὸς Θεὸν ἐκ ἐρίζειν.

V. 26. ἐμῷ βασιλῆι, μάχοιτο] Id de Ptolemæo Evergete intelligi notant Scholia, ac unde hoc & sequenti versu præclarum illud & πολιτικώτατον elogium hujus Regis adornat Callimachus; ejusdem nempe esse vesaniæ, cum Rege Ptolemæo, ac cum Diis ipsis pugnare velle & contendere. Nempe sicuti priori in Jovem Hymno, captata itidem ejus rei ab ingeniosissimo Poeta occasione, non solummodo a Jove constitutos

tos esse Reges, nihilque iis in terris divinius, opes etiam iis & omnia prospera large a Deorum lege concessa, dixerat; sed quod addit ibidem cumulatius tamen hæc omnia in Ptolemæum singulari Jovis munere congesta, maxime autem vim illam ἀποτελεστικὴν, qua fiebat, ut quæ alii Reges haud uno anno possent proficere, ipse una die cogitare simul & feliciter conficere valeret. Adde, quod Ægyptiorum Reges, & hi etiam, ut supra jam innui ad v. 80. Hymn. in Jovem, Ptolemæi, pro Diis haberi & coli a suis vellent. Non ergo ideo solum, ut tradunt hic Scholia, *Dei* instar a Callimacho cultus hic Ptolemæus, quod nempe φιλόλογος esset, seu litterarum & omnis eruditionis studiosus.

V 29. δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διὶ δεξιὸς ἧσται] Præclarus utique locus, ut bene hic monet præstantissima Daceria, & dictum sacrarum litterarum ac inde Apostolici Symboli, *sedet ad dextram Dei Patris*, egregie illustrans aut explanans. Adeo ut iis *sedendi ad dextram*, adhibitis hic similiter a Poeta vocibus, non honoris solum prærogativam, aut mansionem augustam, sed *potestatem* etiam denotari, aperte innuat hic locus; quod ipsum vere in eadem sacri Fœderis *sedendi ad dextram* locutione, observarunt prisci Ecclesiæ Doctores, Augustinus, Hieronymus, aliique, & qua de re consuli ante alios potest Anglorum nuper doctissimus Pearsonius ad Symbolum. Unde conjiciendi foret locus, hausisse id forte Callimachum sub Ptolemæis, & quidem Alexandriæ, ac in eorum, ut volunt, Regia viventem, hausisse, inquam, e lectione veteris Fœderis in Græcam tum Linguam ibi a Senioribus conversi, & ubi Psalm. cx. v. 1. similis, ut notum, ac inde in novo Fœdere sacrata occurrit locutio; nisi quod non Apollini quidem, sed Minervæ idem plane tribuerat dudum ante Pindarus, ut ex eodem id refert Aristides, Hymn. in Minervam, p. 19. Πίνδαρος δ' αὖ φησὶ, δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς αὐτὴν καθεζομένην τὰς ἐντολὰς τοῖς θεοῖς ἀποδέχεσθαι. *Pindarus vero ad patris dexteram dixerat eam sedere, mandata Diis perferenda accipientem.* Neque minus memoranda quæ continuo addit de eadem Dea, haut minus sacris litteris de vero & unico Dei Filio consona: Αγγελου μὲν γάρ ἐστι μείζων. ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων ἄλλοις ἄλλα ἐπιτάττει, πρώτη παρὰ τοῦ πατρὸς παραλαμβάνουσα. *Est enim ipsa Angelis major, eorumque aliis aliud imperat, quod a patre primum acceperit* &c. E quibus insuper liquet, non unum hunc esse Callimachi locum, quod censuit supra sexum erudita & cultissimi ingenii Anna, quo illa ad *dextram Dei Patris sedendi* solemnis & sacræ formulæ dignitas ac facultas simul innuuntur. Quibus addi insuper potest id quod de eadem Jovis filia ait Callimachus Hymn. in ejus Lavacrum v. 131. &c. omnia nempe eandem perficere quæ velit; soli enim e filiabus Jovem concessisse πατρώϊα πάντα φέρεσθαι, *quæ sint patris omnia ferre*, ut ea vertit Vulcanius; aut quod de eadem Dea dixit Horatius, *Proximos illi* (Jovi) *tamen occupavit Pallas honores*. lib. 1. Od. XII. Haec loca comparari commode possunt cum Matth. 20. 27. non cum iis ubi sit ad dextram Dei sedere dicitur, quod in sacris longe aliud ac majus, quam apud Epi

V. 31. Ἔστι γὰρ ἔυυμνος] Adducitur hujus Poetæ versus in Βάκχῳ apud Hephæstionem p. 30. ubi eadem laus Apollini simul ac Jovi tribuitur,

Δαίμονες ἐυυμνότατοι, Φοῖβε τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχαι,

Dii

Dii laudum pleni, Phœbe ac Juppiter Didymorum parentes.

Quibus verbis, ut obiter hoc addam, & quorum pars posterior exstat etiam apud Etymologum in voce Διδυμαῖος, respicit Callimachus ad commune Jovi juxta & Apollini Didymeum apud Milesios Fanum & Oraculum, sicut hoc tradit etiam Stephanus. Eadem autem voce de Cycladibus insulis usus est quoque Callimachus Hymn. in Delum v. 4. Ἔυυμνοι &c.; ac jam ante Epicharmus in Megaride apud eundem Hephæstionem p. 5. ——Ἔυυμνον

Καὶ μουσικὰν ἔχουτα πᾶσαν φιλόλυρον Ἠχὼ.

Laudibus abundans & musicam habens omnem, lyræ amans Echo vel *sonus.*

Immo idem Apollini quoque tribuit, quod viderunt jam alii, Hymnus in eum Homero tributus.

V. 32. τό, τ' ἔνδυτον] Scholia hic ἔνδυτον, ἱμάτιον; qua postrema voce *vestis* in genere seu *tunica* etiam & stola debet hic intelligi, sicut ἐπένδυμα tantum *superius indumentum*; unde ἐπένδυμα Aquilæ dictum Exod. XXVIII. v. 4. quod Seniores ἐπωμίδα ibidem seu *humerale* vocant. Hinc ἔνδυτον ἔσθημα, de nobiliorum epheborum simul ac muliebri veste seu stola occurrit apud Æschylum Eum. v. 1031. φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασιν; ubi duas postremas voces *indutis vestibus* vertit postremus editor ac interpres, quum ἔνδυτα, sicut hic Apollinis ἐνδυτὸν, sint ipsa *indumenta* seu amictus, (quamquam apud Euripidem in Jone, v. 224, στέμμασι ἐνδυτὸς, *coronis indutus* seu *ornatus* dicatur) & sicut alibi ab eodem Tragico Chœph. v. 999., νεκρῷ ποδένδυτον dicitur de *talari* seu ποδήρει, eoque ferali *amictu*, quo involutus aut involvendus, pro funebri veterum ritu, recens cæsus ab Oreste Ægistheus. Adde ἔνδυτα etiam de *linteis* dicta, quibus amicti infantes, ut apud Euripidem in Jone v. 1414. σὰ ἡ ἔνδυτα de linteis, quibus involutus Jon recens natus a matre Creusa fuerat expositus; & ἔνδυσις apud Athenæum l. XII. p. 550. de vestitu juvenum apud Laconas, ac unde factum Latinorum *indusium*. Ita ὑποδύτης, ἐσώτερον ἱμάτιον seu *interior vestis* ab Hesychio redditur; a Senioribus autem Exod. XXVIII. 31. & Levit. VIII. 7, Ὑποδύτης dicitur summi Sacerdotis *Pallium*, seu *Tunica*, verius, eaque talaris seu ποδήρης, cui superimposita, ut ibidem dicitur, nempe Levit. VIII. 7, Ἐπωμὶς seu *Humerale*. Hic vero Apollinis ἐνδυτὸν dictum videtur de veste ejusdem seu palla citharœdica eaque talari, qua subinde in nummis antiquis amictus occurrit citharam gestans hic Deus, & de qua etiam palla, ut alia mittam, Propertius l. VIII. El. XXXI.

Actius in longa carmina veste canit.

Quamquam & cum chlamyde etiam a tergo rejecta, cætera nudus, in priscis itidem monumentis, quandoque visitur, sicut in præclaris illis hujus Dei signis, quæ olim Romæ cum in hortis Vaticanis, tum alibi videre & mirari sæpenumero contigit; & cujusmodi itidem affabre cælata vulgarunt industrii veterum id genus & selectissimarum quidem urbis statuarum promicondi.

Ibid.

Ibid. ἥ τ' ἐπιπορπὶς] Qualis fibula conspicua etiam in chlamyde hujus Apollinis modo indicata, eaque ibidem circa humerum sinistrum nexa, & cujusmodi fibulatæ chlamydes dictæ apud Etymologum M. ἄλλικες, sicut ab hoc Battiade in versu, qui ibidem legitur, ac inter fragmenta ejus jam a Vulcanio relatus,

Ἄλλικα χρυσείην ἐεργομένην ἐνέτῃσι,

Chlamydem auream retentam fibulis,

sicut postremam vocem exponit Hesychius, ἐνέτῃσι, πρόναις; priorem autem ἄλλικα, non de *chlamyde* cum Etymologo, sed de *tunica manicata* ab Euphorione dicta, seu χιτὼν χειριδωτός. In Scholiis autem ad hunc, quem versamus, locum, ἐπιπορπὶς, ἡ περόνη dicitur; quamquam discrimen aliquod inter περόνην & πόρπην alii e Græcis, sicut jam monuit ad Tertullianum de Pallio ὁ πάνυ, quæsiverint; ut nempe περόναι *humerales* seu ἐπώμιοι essent *fibulæ*, sicut eædem a Luciano vocantur in Amoribus p. 1060. ed. Salmur., πόρπη autem, quæ vestem & pectus stringeret. Qua de re videri potest Pollux lib. VII. c. XIII. p. 338. ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν ΠΕΡΟΝΑΙΣ κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο. Ἡ δὲ ΠΟΡΠΗ κατὰ τὰ στέρνα ἐνήπτετο; *scissa autem tunica fibulis* (ΠΕΡΟΝΑΙΣ) *circa humeros connectebatur*; ΠΟΡΠΗ *vero* (fibula itidem) *circa pectus stringebatur*. Et cujus postremi quidem generis *fibulas* innuere videtur Euripides, de Trojanis agens mulieribus, in Electr. v. 317.

Ἰδαῖα φάρη χρυσέαις ἐζευγμένα

Πόρπαισιν.

ut legendum ibi mallem quam ἐζευγμέναι, nempe *Idæa pallia* gestantes, *aureis religata fibulis*. Quod tamen discrimen inter has voces, περόνην nempe & πόρπην, & eas quæ ex utraque formantur, haud continuo servatum liquet. Unde, ut de promiscuo vocis περόνης usu nihil hic dicam, περονατρὶς vocatur apud Theocritum, de interiori veste muliebri fibulata ad pectus, ut bene ibi ὁ πάνυ Casaubonus, nempe Idyll. XV. v. 21. τ' ὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λαζεῦ, *cape amiculum & stolam fibulatam*. Πορπάματα vero de humeralibus fibulis dicta alibi video in adducto modo Euripidis dramate, Electr. v. 820.

Ῥίψας ἀπ' ὤμων εὐπρεπῆ πορπάματα.

Rejiciens ab humeris decoras vestes fibulis adstrictas;

& facta itidem a πόρπη vox πορπάζειν pro *infibulare* in genere seu *constringere*, qua usus est eo sensu Æschylus Prom. v. 61. alibi vero in eodem dramate δεσμῷ προπορπαρτὸς, vinculo constrictus, v. 141. *Auream* autem Apollinis *fibulam* dixit hic Callimachus; & de qua proinde usurpare licet illud Theocriti Idyll. IE. v. 79. Θεῶν περονάματα φασεῖς, *Deorum fibulas dices*; quamvis in promiscuo etiam, maxime ditiorum aut nobiliorum mulierum, usu fuerint aureæ id genus *fibulæ*; quarum etiam meminit in versu paullo ante ex Etymologo adducto Callimachus. Unde Trojanis, quamquam captivis tum mulieribus, ut Asiatici luxus reliquias, *fibulas* id genus *aureas* tribuit in adducto paullo ante versu Euripides, χρυσέαις πόρπαισιν; & similiter Jocastæ Sophocles, Oedip. Tyr. v. 1265. εἱμάτων χρυσηλάτους πρόνας, *vestium aureas fibulas*.

Fibulæ

Fibulæ quidem hujus Apollinis *aureæ* loco, παπύρῳ (Ægyptiaca nempe, e qua varia, quod aliunde liquet, πλέγματα fieri consueverant) eam in rem usum Cupidinem tradit Anacreon Od. IV. ὁ δ' Ἔρως χιτῶνα δήσας ὑπὲρ ἀυχένος παπύρῳ; *Cupido autem tunicam religans papyro supra collum. Fibula*, cujus hic mentio, *aurea* gestamen solis olim Syriæ Regum cognatis concessum; unde insignis muneris loco talis fibula missa ab Alexandro Bala ad Jonatham Pontificem I. Maccab. c. x. p. 89. & Joseph. Αρχ. l. XIV. c. VII. p. 436. item ad eundem ab Antiocho Balæ filio, ibid. cap. IX. p. 441. & I. Maccab c. XI. v. 58. Plutarchus vero in Gryllo de adolescente ad ostentationem amicto, ait p. 989. εἶχε δέ τι καὶ ἡ πόρπη χρυσοῦς ἕστα παίγνιον, οἶμαι, τοξείας διηκριβωμένον. *sed & fibula aurea habebat, si recte memini, aliquid operis elegantis cœlo parati subtilissime.*

V. 33. Ἥ τε λύρη] *Aurea* itidem Apollinis *lyra* seu *citharæ*, meminit Pindarus ab initio Pythiorum, χρύσεα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος, & similiter *testudinis aureæ* Horatius l. I. Od. III; ac præterea Ovidius l. IV. El. III.

Artis opus raræ fulgens testudine & auro
Pendebat læva garrula parte lyra.

Immo unde χρυσολύρατε Apollo invocatur apud Comicum, Lysistr. p. 783. Nemo autem mirabitur *citharam* inter Apollinis *arma* seu insignia, quæ celebrarent Poetæ vel cantores, jam ante a Callimacho relatam, hic Apollini cum chlamyde vel palla, aut reliquo ejus cultu tribui, qui Citharœdum Apollinem, seu cithara vel plectro, quo eam non sine cantu pulsaret, armatum vel instructum vidit sæpenumero in veterum nummis, aliisve monumentis antiquis. In quibus occurrit etiam subinde ἀφωνος seu στωπηλὴ eadem cithara vel lyra, nempe supra columnam, cui Apollo innixus, quiescens ac recumbens. Id vero inde factum obiter moneo, quod Orpheus Apollini lyram consecrans, ea cuidam columnæ ab eo fuerit imposita, ut me docuere eruditi ad Apollonium Critici, qui id e Promethide referunt ad Argon. l. II. v. 930. ἀν δὲ καὶ Ὀρφεὺς θῆκε λύρην, *Orpheus præterea lyram dedicavit*; ubi Scholia, ἔτος μὴν φησὶν ἐπὶ τῷ τὸ Ἀπόλλωνος βωμῷ τὴν ΛΥΡΑΝ ΑΝΑΤΕΘΕΙΣΘΑΙ ὑπὸ Ὀρφέως. ὁ δὲ Προμαθίδας ΕΠΙ ΣΤΗΛΗΣ τινος: *dicit ille quidem* (Apollonius) *super Apollinis aram, LYRAM ab Orpheo dicatam, Promethidas autem eam COLUMNÆ cuidam IMPOSITAM.* Ut hæc præterea mittam, quæ de deposita ab Apolline supra lapidem cithara, dum Alcathoo operam navat in fabricandis muris Megarensium, tradit Pausanias l. I. p. 78. Utrinque autem cum Citharœdi Apollinis, cithara nempe cum plectro, quo eam pulsaret, instructi, tum repositæ supra columnam cithara quiescentis simulacra, duo sequentes nummorum typi hic ante oculos ponunt. Prior equidem sub Commodo cusus, cum inscr. APOL. PALATINO, & simulacris citharœdi Apollinis simul & Victoriæ, exstat inter selectiora Numismata Illustrissimi Apamensium in Gallia Episcopi; alter cum nudo Apolline, cithara præterea columnæ aut basi imposita, inter Galieni nummos prostat.



Ibid. ἄειμμα] Ita de arcu Dianæ Hymn. in Dian. v. 10 ἐμοὶ δ' ἐυκαμπὲς ἄειμμα, *mihi etiam flexibilem arcum*; quo utroque loco Scholia de *arcus nervo* hanc vocem explicant, quæ pro arcu ipso, sicut apud Hesychium, hic sumitur. Ita κέρας de *arcu* dictum apud Lycophronem p. 95. σὺ χάρμασι ῥαιδῶσαι κέρας; quæ tria alioquin, κέρατα, νευρὰν, & τόξον, conjungit alicubi Euripides, Iphig. Ant. v. 33. ζεύγνυσθε κερόδετα τόξα νεύραις, ut ibi mallem quam νεύροις, quum νευρὰ de *tenso arcus nervo* proprie dicatur; & e quo præterea loco emendandus eadem opera Hesychius, κερόδετα, τόξα, non κεροδέκα; quod typothetæ erratum crederem, ni ita omnes, quæ prodierunt hactenus Hesychii editiones, Aldina, Hagenoensis, & Batava, hoc præferrent. *Nervi* autem illi *arcuum* vulgo olim e setis equinis, ut liquet ex Hesychio in ἱππεία, & Accio, cujus ea de re locum jam vidit ad Lycophronem Meursius.

Ibid. τὸ Λύκτιον] Seu Λύττιον verius, sicut dicta olim urbs inter Cretæ præcipuas Λύττος ab Homero juxta Strabonem, & Polybium, indicata etiam a Stephano ejus nominis, quod in edito loco sita esset, & proinde a voce λυττὸν pro ὑψηλὸν, origine; & quod hic palmarium, in monumentis etiam, quæ adhuc superstant ejusdem loci antiquis, qualia duo vulgavit Tristanus Com. T. 1. p. 444. in quibus ΛΥΤΤΙΟΝ. ΠΟΛΙΣ ac ΛΥΤΤΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ legitur. Neque hæc valent infringere, quod Λύκτος & Λύκτιος apud Strabonem, & Pausaniam, aut apud Latinos etiam Auctores Λύκτος & *Lyctus* aut *Lyctius*, sicut apud Ovidium Metam. l. VII. v. 490. *classis Lyctia*, hodie legatur. Unde emendandus etiam Clemens, a quo dicitur in Protreptico p. 20. Λυκτίους γάρ, (pro Λυττίους) Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διί, *Lyctios gentem Creticam Jovi homines immolasse*. Λύκτιος autem seu Λύττιος ideo dictus hic Apollinis *arcus*, quod τοξοφόροι seu sagittandi peritia celebres olim fuerint præ aliis, ut aliunde notum, Cretenses, quamquam non adeo *Lyctios*, quam *Gortynios* aut *Gortyniacos*, a loco ubi fiebant e caprinis cornibus, corun-

corundem arcus vocatos apud veteres legamus, ut Ovid. Metam. l. VII. v. 778. *Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu*; ac de sagittis itidem, *Gortynis arundo*, dicatur apud Lucanum l. VI p. 214. & *Gortynia spicula* apud Claudianum Paneg. IV. Conſ. Honor. v. 577.

V. 34. χρύσεα καὶ τὰ πέδιλα] Ita de Junone Heſiodus Theogon. v. 12. χρυσείοισι πεδίλοις ἐμβεβαυῖαν, *aureis calceamentis incedentem*; & ſicut inter cultus muliebris argumenta ἀνθοβαφῆ πέδιλα, ſeu *purpurei calcei*, a Luciano referuntur in Amorib. p. 1057. aut Adonidi etiam πέδιλα tribuuntur apud Bionem Idyll I. v. 83. aut unde ἀπέδιλος ſeu *diſcalceatus* dicitur Oceanidum Nympharum Chorus, apud Æſchylum Prom. v 135. Quamquam hæc non Dearum ſolum vel Nympharum, aut delicatiorum cæteroquin virorum vel mulierum calceamenta fuerint, ac unde καλοπέδιλα eadem vocat Theocritus Idyll. XE. v. 109, ſed ruſticis etiam tribuantur ab Heſiodo Εργ. lib. II. v. 118. Ἀμφὶ δὲ ποσὶ πέδιλα βόος &c. Immo πέδιλα de quovis pedum tegmine dici notant veteres Critici ad Pindar. Pyth. Od. IV. pag. 243. ubi de Jaſone dixerat ἀξήγνωτον πέδιλον, nempe παντὸ τὸ τοῖς ποσὶ εἱλιττόμενον μέρος, πέδιλα καλεῖται; *omnia quibus pedes involvuntur, vocantur πέδιλα.*

V. 35. πολυκλέανος] Idem, quod apud Euripidem Jon. v. 581. πολυκτήμων dicitur, ſeu multa poſſidens.

Ibid. Πυθῶνί κε τεκμήραιο] Nempe ob theſauros Delphicos, ſeu donaria aurea, aut ſummi cæteroquin pretii & exquiſitæ artis, ibi undique ſacrata ac recondita, & de quibus θησαυροῖς, præter Pauſaniam alioſque, conſulendus Euripides in Jone v. 1141.

Λαβὼν δ' ὑφάσμα θ' ἱερὰ θησαυρῶν πάρα,
Accipiens vero aulæa ſacra ex theſauris.

Qualia inde poſtea commemorantur deprompta, viſu, ut ibidem ait, miranda, *aulæa barbarica, aurea pocula*, ſeu χρυσέους κρητῆρας, & χρύσεα ἐκπώματα v. 1165. & 1175. ac unde etiam de eodem πολυχρύσου illius ædis Delphicæ cuſtode Jone, dixerat ante Tragicus;

Δελφοί σ' ἔθεντο χρυσοφύλακα τῷ Θεῷ
Ταμίαν τε πάντων πιστόν.
Delphi ipſum fecerunt cuſtodem auri ipſius Dei, & fidelem diſpenſatorem omnium;

quo loco ταμίαν *quæſtorem* minus opportune reddit Canterus. Quibus addi poteſt Plutarchus, qui de Pyth. Oracul. p. 408. *Oraculum Delphicum*, ſeu ejus ædem, *plenam Barbaricis & Græcanicis donariis* tradit, ἀναθημάτων δὲ καὶ δώρων ἐμπέπληκε Βαρβαρικῶν καὶ Ἑλληνικῶν τὸ χρηστήριον. Immo e quo inſuper liquet, & e Pauſania etiam in Phocicis, peculiares fuiſſe in ambitu ædis Delphicæ, variorum Græciæ populorum οἴκους, ut eos vocat Plutarchus p. 400. ſeu *cellas*, illorum nominibus, qui eaſdem erexerant ac donariis ibi a ſe dicatis impleverant, inſcriptas, & Corinthiorum quidem dictum proprio nomine Θησαυρὸν ibidem exſtitiſſe. Quod poſtremum docet etiam Pauſanias l. X. p. 633. qui in illo Delphico Corinthiorum theſauro ab iis, ut ibi memorat, extructo,

aurum a Lydis acceptum, fuisse ab iisdem Corinthiis repositum tradit. Idem vero de aureis donariis a Gyge Lydorum Rege Delphis in Corinthiorum thesauro reconditis pridem monuerat Herodotus lib. I. cap. XIV. eumque præterea thesaurum non Corinthii populi, sed Cypseli eorum Tyranni revera exstitisse; quod postremum monuit etiam Plutarchus, loco paullo ante indicato, de Pyth. Oracul. pag. 400. Aliorum vero ibidem εἴκων seu θησαυρῶν, ut Acanthiorum & Brasidæ, meminit insuper Plutarchus, ead. pag. 400. sicuti etiam Sicyonii thesauri, ac præterea Polemonis Delphici, qui librum de thesauris illis Delphicis ediderat, Sympos. lib. V. Qu. II. p. 675.

V. 36. ἀεὶ καλὸς καὶ ἀεὶ νέος] Qualis etiam in antiquis nummis aliisve monumentis antiquis conspicitur passim hic Apollo; prout id vere notavit jam olim Lucianus de Sacrificiis, ἀναπλάττουσι γοῦν αὐτὴν μὲν τὸν Δία, ΠΑΙΔΑ δὲ ἐς ΑΕΙ τὸν Ἀπόλλωνα, *exprimunt autem barbatum Jovem, SEMPER vero PUERUM APOLLINEM.* Quod monuit etiam Plutarchus ubi de Baccho agit & Apolline lib. de EI. Delph. p. 389. ἀγήρω τε τέτον ΑΕΙ καὶ NEON. οἰκεῖον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ὑπ γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιεργεῖσι. *Atque hunc* (Apollinem) *senectutis expertem ac SEMPER JUVENEM, illum autem* (n. Bacchum) *multiplici forma pingunt atque fingunt.* De utroque tamen Tibullus lib. I. El. IV. *Solis coma est Phœbo Bacchoque juventa.* Unde idem Apollo ΝΕΟΣ ΠΥΘΙΟΣ inscriptus in veteri Tarsensium nummo, quem olim in Cimeliarchio Mutinensi, Sereniss. tum Duce ALPHONSO illius lustrandi facultatem coram humanissime exhibente, adnotasse memini. Quamquam, ut barbatus haud semel occurrit Bacchus in Naxiorum, cujusmodi ad Juliani Cæsares vulgavi, aliisque antiquis nummis, sic talis Apollo etiam apud Hieropolitanos Syros fuerat expressus, sed ritu iisdem, ut liquet ex Luciano de Dea Syria, & Macrobio Saturn. l. I. qui illius meminere, plane peculiari; & quale barbati Apollinis simulacrum nuspiam hactenus vidisse memini.

V. 37. Θηλείαις ὁδ' ὅσον ἐπὶ χνόῳ &c.] Melius hæc verba vertit ligato sermone Vulcanius, *nulla teneras lanugine malas obducitur*, quam soluta oratione Interpres a præstantissima Daceria merito eo nomine reprehensus. Bene autem hic Scholiastæ glossam, quamquam alienam omnino ab hoc loco, χνόῳ, ψόφῳ, ξυσμὸς, ex Hesychio interpretatus est idem Vulcanius; ac sicut eidem glossæ, duo priora illius verba quod adtinet, præclara lux accedit ex Æschylo, Sept. Theb. v 379.

Σπευδῇ δι' ὠκων πομπίμους χνόας ποδῶν.
Festino gressu accelerans missos strepitus pedum:

non ut ibi χνόας ποδῶν absurde per *axes pedum* reddit Interpres. Χνόη nempe ibi idem quod χνόῳ pro ψόφῳ, sicut utraque vox eo sensu apud Hesychium etiam legitur, χνόην, τὸν ποδῶν ψόφον, quæ glossa est hujus Æschylei loci; item χνόῳ, ξυσμὸς, ψόφῳ, φθόγγος. Ita alibi in eodem hujus Tragici Dramate v. 115. occurrunt ἀξόνων χνόαι; quæ

quæ nihil aliud ibi quam *rotarum ſtrepitus*, ut ea de re pluribus quandoque ad ipſum Æſchylum.

V. 38. *Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβεσθον ἔλαια*] Nuſquam hanc vocem ἔλαια plurali numero efferri notant hic Scholia. Occurrit tamen eadem, ut obſervo, apud Athenæum l. xv. p. 688. & quidem ſatis opportune, ubi *odorifera* itidem ſeu θυόεντα ἔλαια, quorum hic meminit Callimachus, tangit; *ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων.* ΕΛΑΙΑ *δὲ αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτου, ἀροσόεντι δ' ἔχρισεν ἐλαίῳ, καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει, τὸ τεθυωμένον*; *Unguentorum autem uſum Homerus quidem novit, vocat autem ἔλαια, olea, adjuncto epitheto, ut, roſaceo perunxit oleo; alibi, odoribus conditum oleum.* Qui poſtremus Homeri locus, quem continuo ibi adducit Athenæus, integer legitur Iliad. Ξ. v. 172. Ita θυόεντα ἔλαια ſeu *odorifera olea* hic commemorat Callimachus, quibus perfuſa eſſet Apollinis coma, quod *oleum* ſicut & vinum, ad ſuſcipiendum retinendumque odorem, ut notat Theophraſtus de C. Pl. l. vi. c. xxviii. p. 387, ſint aptiſſima. Unde etiam idem libro de Odoribus p. 444. monet, ideo odores *oleo* condi, quod & ætatem iſtud diutiſſime ferre poſſit, & ad uſum valde ſit opportunum, quamquam ſuapte natura oleum, ut ibidem tradit, propter denſitatem & pinguedinem omnium minime odorem concipiat. Per *odorifera* autem illa *olea*, quibus *in terram*, quod hic dicitur, *ſtillaret Apollinis coma*, vel e *Nardo*, vel *Staction*, ſeu e *myrrha oleum*, cujus notus eam in rem ac a Poetis decantatus apud lautiores homines uſus, facile licet intelligere. Ut nempe Apollo hic dicatur, ſicut ille, qui apud Ariſtophanem Equit. p. 361. traditur *ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρὸς*, *antiquo cultu ſplendidus*, mox *σμύρνῃ κατάλειπτος*, ſeu *myrrha unctus*; aut, quod idem infert, apud Apulejum Metam. l. ii. *guttis Arabicis obunctus*, quas doctiſſimus Reineſius Syntagm. Inſcr. p. 125. minus vere de *balſamo*, quod Pſecades lautiorum capillis inſtillarent, interpretatur. Neque enim *balſamum* planta Arabica, quamvis eam apud Arabas naſci tradere norim Pauſaniam l. ix. p. 583. aut apud Sabæos Arabas etiam reperiri innuat Strabo, ſed Judaica verius, ut notum, in nobili ejus convalle ſeu tractu Hierichuntino, ſicut ex eodem Strabone, Theophraſto præterea, Joſepho, Plinio, Plutarcho, aliiſque auctoribus, qui de ea agunt, liquet, tantum proveniens. Adde, quod *myrrha*, *Arabica* omnino, ut conſtat, planta, perfuſi ſeu madentes luxuriantium olim crines occurrant ſæpe in antiquis Scriptoribus, ſicut de *ἀνδρογύνῃ* Athide Ovidius Metam. l. v. v. 53.

Et madidus myrrha, curvum crinale, capillus.

Immo unde *myrrheum crinem* dixit Horatius l. iii. Od. xiv. *Myrrheum modo prohibere crinem*, & quo ſpectat proinde illud ejuſdem Naſonis Heroid. Ep. xxiii. *non Arabum noſter dona capillus olet.* Immo jam hæc ſcripſeram quum opportune occurrit optimus hujus apud Callimachum loci interpres Tibullus, qui de eadem Apollinis coma ait l. iii. El. iv.

Intonſi crines longa cervice fluebant:

STILLABAT *Tyrio* MYRRHEA RORE COMA.

Nec miror quod *myrtea* (ſicut & apud Horatium vetus Interpres, a colore ſcilicet *myrti* medio inter flavum & nigrum) pro *myrrhea*, ut habent etiam veteres libri, malit ibi Scaliger, & pro *Tyrio*, quod eodem huc redit, *Syrio*, ac ideo, ut de *malabathro Syrio* (cujus nempe apud Horatium eundem in uſum fit mentio, lib. II. Od. VII.) id velit intelligi. Idem tamen Tibullus alibi de *nardo Tyrio*, inde nempe advecto, id ſe innuere aperte ſatis indicat lib. III. El. VII.

Jam dudum Tyrio madefactus tempora nardo.

& qui jam antea dixerat, ac appoſite rurſus ad hunc Callimachi locum, lib. II. Eleg. II.

Illius PURO DISTILLANT *tempora* NARDO;

quæ alioquin *Aſſyria* etiam *nardus* ab Horatio dicitur l. II. Od. XI. Quamquam ut *myrrhæ* vulgo & *nardi*, ſeu *odorati olei*, cujus hic Poeta noſter meminit, inde confecti, ſic *balſami* tamen eandem in rem uſum, quamquam rarius ob plantæ illiùs caritatem adhibitum, ex eodem Apulejo de Veneris cultu ſeu ornatu paullo ante agente liquet, a quo eadem ibi dicitur *Cinnama fragrans & BALSAMA RORANS*; item alibi Metam. l. VI. *fragrans balſamo Venus remeat*; ac unde etiam de cœna Cupidinis & Pſyches nuptiali a Diis celebrata, legitur iterum in eodem libro, *Gratiæ ſpargebant balſama.* Ut proinde ſive e *myrrha*, ſive e *nardo*, ut non ſolum ad ſimilem vulgo ornatum, ſed hujus etiam Apollinis comam, juxta adlatum ſcilicet Tibulli locum, adhibito, ſeu e *balſamo*, ut præſtantiori adhuc & Deo proinde convenientiori, liquores, aut quæ vocat hic Callimachus, *olea*, quibus ſtillarent juvenis perpetuo ac intonſi hujus e Dei crines, commode hic poſſent intelligi. Ni tamen quis malit illud e *croco* hic innui, eoque præſtantiſſimi celeberrimique apud Cyrenas (qua de re infra ad v. 83) odoris, & quo etiam *ſuavi croco* aræ hujus Dei, ut ibi Callimachus, Cyrenis erant reſperſæ. Qui proinde *crocus* eo magis hic etiam locum habere videtur, quod præſtantiſſimum inde *oleum*, *crocinum* dictum, idque *myrrha* melius adhuc redolens, ut de eo tradit Dioſcorides lib. I. c. LXIV. conficeretur: ἐστὶ δὲ αὐτοῦ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ τὸ κατακόρως ΚΡΟΚΟΥ ΠΝΕΟΝ, ὅπερ εἰς τὴν Ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει· δεύτερον δὲ ΤΗ ΣΜΥΡΝΗ παρέμφερον; *Eſt porro PRÆSTANTISSIMUM, quod abunde CROCUM ſpirat; eſtque id uſui Medicinæ aptum; proximum vero, quod* MYRRHAM *redolet.* Quæ ſingula utique apprime huic loco conveniunt, de *Apollinis coma* crocino id genus *oleo ſtillante*, non Medicinæ ſolum, ut mox a Poeta traditur, inventoris, ſed quod continuo hic addit de eadem coma, e qua non *pinguedo*, ſed πανάκεια ſive præſens adverſus omnes morbos remedium, *in terram*, ſeu Cyrenæorum *campum* diſtillaret. *Crocino* certe illo vel *oleo* vel unguento, & exquiſiti uſus ac odoris, comas & caput perfundere veteres conſueverant; unde de eo ait Moſchus in Europa v. 83. ξανθοῖο κρόκου θυόεσσαν ἐθείρην, *lutei* ſeu *rufi croci odoratam comam*; ac de crocino unguento Propertius l. III. El. X.

Et crocino nares myrrheus ungat onyx.

Hinc

Hinc etiam Proverb. VII. 17. ubi in Hebræo & aliis antiquis Tralationibus dicitur, *adsperſi cubile meum* מר ſeu *myrrha*, ibi Seniores διέῤῥαγκα τὴν κοίτην μου κροκίνῳ vel κρόκῳ juxta Codicem Alexandrinum; & alio rurſus loco, Prov. IV. 14, *nardus*, quo itidem perfuſas olim diximus τῶν τρυφηλῶν comas, & *crocus* conjunguntur. Immo ſicuti olim tota theatra *croco*, eo quippe reſperſa, *fluere* ſunt dicta, ut apud Spartianum in Hadriano, ac in Gloſſis antiquis, κρόκος ὁ ῥαινόμενος, aut κροκόρανσις, *croci ſparſio*, ut notarunt ibidem viri ſummi, ſic idem de *croco*, Cyrenaico ſeu *oleo* inde præſtantiſſimi, ut vidimus, odoris, quod ſpargeret ſeu quo *ſtillaret*, ut de eadem ſupra Tibullus, *Apollinis coma*, dictum a Cyrenæo vate videtur, & quod ψεκάζειν alioquin ab Anacreonte dicitur Od. IX. Quibus addo denique, quod de nato recens Apolline a Theognide dicitur,

Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη
ΟΔΜΗΣ ΑΜΒΡΟΣΙΗΣ;
Omnis quidem repleta eſt Delus ingens ODORE DIVINO;

aut ſimiliter quod de divino quodam odoris halitu, e quo Dianam in paternis ædibus præſentem colligit apud Euripidem moribundus Hippolytus in cognomine dramate, dicitur v. 1391.

--- ὦ ΘΕΙΟΝ ΟΔΜΗΣ πνεῦμα, καὶ γὰρ ἐν κακοῖς
Ὢν, ἠσθόμην σου, κἀνεκουφίσθην δέμας,
o DIVINUM ODORIS HALITUM, *etenim licet in extremis ſim, tamen ſenſi te*, (Dianam) *& levatus ſum corpore.*

V. 39. οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι] Nempe ideo, quod non unguentis ſeu μύροις e variis odoribus compoſitis caput haberet Apollo perfuſum & madefactum, ſicut illa apud Comicum Concion. p. 757.

Ητις μεμύρωμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν.

Quæ ungor caput unguentis, ſed ſimplici tantum *oleo*, e ſola *myrrha* aut forte *balſamo*, vel potius *croco*, ut modo vidimus, conſtante. Cujus equidem generis fuiſſe veterum στακτὴν, vel Athenæus docet l. XV. p. 688. ἥγε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης, *ſtacte etiam dicta e ſola illa*, de qua ibi agit, *myrrha*; ac ſicuti *puro* h. e. ſimplici & impermixto, *nardo diſtillare tempora*, ſeu caput vel comam dixit, loco ſuperiori nota adducto, Tibullus. Cujuſmodi etiam, ex una nempe re non e pluribus aromatibus conſtans, ψιλὸν ἁπλοῦν καὶ μόνον, *tenue, ſimplex, & ſolum oleum* a Galeno dicitur de ſimpl. Medic. Facult. l. II. c. VIII. Ἔλαια proinde dixerat ſuperiori verſu, non μύρα ſeu *unguenta*, quæ ſpargeret Apollinis coma, ſicut infra idem Poeta de Pallade Hym. in ejus Lavacrum v. 15, unguenta ab ea abeſſe tradiderat, Μὴ μύρα λωτροχόοι &c. ac ſicut Berenices coma apud Catullum dicitur, Poematio in eandem, *omnibus expers unguentis*; ad quem locum vir magnus Iſ. Voſſius, Dianam (Apollinem debuit dicere) & Minervam apud Callimachum, nullis unguentis mixtis, ſolo oleo uſos, erudite alioquin monet. Quo ſpectat rurſus illud Galeni ejuſdem Operis Simpl. Medicam. l. II. c. XXVII. de mixto e pluribus aromatibus ſeu odora-

mentis oleo, οὐκ ΕΛΑΙΟΝ ἔτι τοιοῦτο, ἀλλὰ ΜΥΡΟΝ ἤδη προσαγορεύουσιν, *non jam illud* OLEUM, *sed tum* UNGUENTUM *vocant*. Neque vero hic obstat, quod idem Apollo cum Diana, λιπαροπλοκάμου Latonæ liberi, ut obiter observo, a Pindaro dicantur in versibus, qui a Philone adducuntur, περὶ ἄφθαρσ. κόσμου p. 960. Non enim adeo *pinguem comam* ea voce λιπαροπλοκάμου ibi denotari, quam *nitentem* & *pulcram*, & quo sensu λιπαρὰ ἔθειρα apud hunc Poetam in quodam Epigrammate, ac ab aliis etiam dicitur. Quamquam λιπαρὸν & λίπος, quod hic ab *oleo*, de quo in superiori versu, distinguitur, de *oleo* etiam dicatur, ut pridem ab Homero de Junone Iliad. Z. v. 171. ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ, *& uncta est præstanti oleo*, λίπῳ nempe ibi pro λιπαρῷ seu λιπαρῶς, ἢ εὐέκτως, ut explicant eandem vocem brevia Scholia ad Iliad. K. v. 577. Unde etiam opportune ad hunc Callimachi locum Eustathius p. 979. ἐπίτριπτα μῦρα, *contrita* seu *composita unguenta*, a temperantiæ addictis olim studiose vetita observat, additque, καὶ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐλαιώδεσι μύροις ἐχρῶντο, ὡς αἱ ἱστορίαι δηλοῦσι σαφέστατα, *& ideo quod veteres oleariis unguentis utebantur, ut historiæ clarissime ostendunt*. Idem vero alibi nempe p. 1300. observat ἔλαια vocasse *unguenta* Homerum, μύρου autem voce primum usum esse Archilochum; quod ab Athenæo, ut solet, hausit, a quo id traditur l. XIV. p. 688. λίπος autem de oleo quoque dicitur, cum alibi, tum apud Theophrastum, ut de Odoribus p. 444. ubi de oleo ait, loco supra jam indicato, ἐπεὶ φύσει ἥκιστα δεκτικὸν ὀσμῆς διὰ τὴν πυκνότητα καὶ τὸ ΛΙΠΟΣ· αὐτῶν δὲ τούτων τὸ ΛΙΠΑΡΩΤΑΤΟΝ τὸ ἀμυγδαλινὸν; *quandoque oleum suapte natura omnium minime odorem concipit, propter densitatem ac* PINGUEDINEM; *eorumque* PINGUISSIMUM *quodque ex amygdalis*: unde etiam de iisdem amygdalis Athenæus l. II. p. 53. λιπαρώτερά τε φαίνεται, καὶ ἀναδίδωσι χυμὸν γλυκὺν καὶ λιπαρὸν; *pinguiores quidem illæ sunt, pinguemque succum ac dulcem præbent*. Theophrastus vero alibi eos, qui ex ῥιζοτομῶν præscripto, thapsum aliasque quasdam herbas secabant, dicit ἀλειψαμένους λίπα, *oleo perunctos*, Gaza interprete, id præstitisse H. Pl. l. IX. p. 179; & Galenus etiam τῆς ἐλαιώδους καὶ λιπαρᾶς οὐσίης, *oleosæ pinguisque substantiæ* meminit de simpl. Medicam. Facult. l. II. c. XVIII. Adde λίπος ἐλαίου, seu *pingue oleum*, a Sophocle dictum in iis versibus, qui apud Clementem leguntur Strom. l. IV. p. 476. Solitos autem veteres in compotationibus *caput ungere pingui oleo*, κεφαλὴν λιπαίνειν, tradit Athenæus l. XIV. p. 692. quod inde vini vim imbelliorem & capiti minus noxiam crederent. Unde melius hic etiam Interpres λίπος, per *pinguedinem*, seu *pingue oleum* vel *unguentum*, quam per *adipem*, quæ vulgo Græcis στέαρ aut πιμελὴ, vertisset; quo nempe, compotatorum id genus more, non esset perfusa Apollinis coma, sed uti superiori versu vidimus, maxime simplici tenuique odorato oleo, ac ut Theophrasti iterum verbis utar p. 444. de Odoribus, ἀλιπεστάτῳ καὶ λεπτοτάτῳ, *minime pingui & tenuissimo*, seu juxta Turnebum libri illius Interprete, *liquidissimo*, & opportuno proinde, quod ex eadem *intonsi* illius Dei *coma* undique in *terram deflueret*. Ut vero λίπος hic, sic πῖον ἔαρ, seu *pingue oleum*, dixit alibi Callimachus;

chus; eo nempe versu, qui non in Etymologo solum, unde inter hujus Poetæ fragmenta fuit ab Anna præstantissima relatum, ult. vers. pag. 165, sed emendatior adhuc in Nicandri Scholiis ad Alexiph. legitur p. 55. ac ubi additur, εἶαρ, τὸ λίπος. Ad hujus autem & superioris apud Callimachum loci aliquam lucem, nihil omnino adtulerunt priores editores, quod tamen alicujus operæ pretium videbatur.

V. 40. Ἀλλ' αὐτὴν πανάκειαν] Ipsam nempe salutem seu morborum omnium medelam hominibus largiendo, tanquam Ἰατρὸς non minus ac vates, & a quo, ut mox ait Callimachus, Medici artem remorandi mortem didicerunt. Unde Ἰατρὸς idem & Παίων olim dictus, item Οὔλιος a Deliis & Milesiis, quod jam supra monui ad v. 52. Hymni in Jovem, Οὔλιον εἶα ὑγιαστικὸν καὶ παιωνικὸν· τὸ γὰρ ἑλεῖν ὑγιαίνειν, *Apollinem quendam Oulion & Milesii vocant & Delii, utpote salutiferum & ad curandos morbos opportunum.* Est enim ἑλεῖν *sanum esse*, ut tradit Strabo l. XIV. p. 635. Hinc ΣΩΤΗΡ idem quoque sacratus in nummis, qui adhuc supersunt, antiquis; ut de eo ait Philo legat. ad Cajum p. 1006. σωτηρίων φαρμάκων εὑρετὴς ὡς ὑγείαν ἀνθρώποις, *salutarium remediorum repertor ad hominum salutem.* Unde opportuna hic Hesychii glossa, πανακεία, θεραπεία. Immo unde illud Hippocratis jus jurandum, ubi Apollinis Medici & simul πανακείας fit mentio, ὄμνυμι Ἀπόλλωνα Ἰητρὸν καὶ Ἀσκλήπιον, καὶ Ὑγείαν καὶ ΠΑΝΑΚΕΙΑΝ, *Juro Apollinem Medicum & Æsculapium & Hygeam* (sanitatem) & PANACEAM. Nota alioquin ex Theophrasto, non herba solum πανάκεια, quam circa Psophidem in Arcadia nasci tradit H. Pl. l. IX. c. XV. p. 188; sed præterea τὸ πανακὲς τὸ Ἀσκληπίειον, & peculiaris, quem ibidem tradit, in eodem secando ritus, H. Pl. l. IX. c. IX. p. 179. editionis Heinsianæ. Quo loco omitti non debet alius Callimachi inter inedita ejus Fragmenta versus, & ab incomparabili Salmasio jam ad Solinum adductus, p. 1275.

Ἡ πανακὲς πάντων φάρμακον ἡ σοφία.

V. 41. ὠδῖνες ἔρυζε πέσσων] Citatur idem locus in Scholiis Theocriti ad Idyll. IV. v. 6. & qui hinc etiam debet emendari, ac a sequenti versu, qui ibidem additur, omnino distingui. Quod a magno Casaubono, qui de eo Callimachi loco ab illis Grammaticis adducto aliter statuerat, Lect. Theocr. cap. IV, non animadversum, sed jam occupavit vir clarissimi nominis D. Heinsius ad eundem Vatem p. 321. Ipsa vero Theocriti verba, quæ Poetæ nostri testimoniis in Scholiis ad eundem illustrantur, non sunt hic prætereunda,

Μὴ ὠδῖνας στιτίζεται ὥστως ὁ τέττιξ;
Numquid rore vicitat sicuti cicada?

ubi præterea Grammatici, τὴν ταγόνα τῆς δρόσου, ὠδῖνα λέγουσι, ἀπὸ τοῦ ὠδοῖ πέμπεσθαι; *roris guttam* ὠδῖνα *dici, quod mane* (ὠδοῖ) *defluat.*

Ibid. ἀκήρια παῦ' ἐχῴοντο] Non *immortalia*, ut vertit hic Interpres, sed *salva* & *incolumia*, sicut bene jam hic monuit H. Stephanus. Ita Apollonius Argon. l. III. v. 466. ἀκηρία ἐξαλέασθαι; ad quem eruditi

Critici, ἀπαθὴς, μηδὲν παθών. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀκήλητον. Nec aliter Hesychius, Ακήλεα, σῶα.

V. 42. Τέχνη δ' ἀμφιλαφὴς] Sic χορὸς ἀμφιλαφὴς, seu *chorus multiplex*, infra v. 3. Hymn. in Dianam. Usus etiam haud semel hac voce Æschylus, pro *amplo* & *copioso*: Agam. v. 1024, δῶτις ἐκ Διὸς ἀμφιλαφὴς, *donum a Jove amplum*; alibi ἀμφιλαφὴς ταραχθείς, Chœph. quem locum minus commode ibi vertit Interpres, *ab utraque parte conturbatus*, pro *valde* seu *totus perculsus*, παντελῶς, ut habent ibidem Critici, ταραχτόμβου. Occurrit etiam eadem vox ἀμφιλαφὴς aliquoties apud Apollonium, & quam varie ibidem explicant veteres Critici, modo de platano *procera* ac *patula*, ut l. II. v. 735. modo de *opportuno utrinque portu* insulæ Ceraunie lib. IV. v. 983. modo de *ingenti* equo marino, eoque *vario*, *magno*, aut *utrinque setoso*, ἀμφιλαφὴς ἀντὶ τοῦ ποικίλου, ἢ μέγας &c. Quæ ποικίλον tributa inter alia eidem voci ab eruditis illis Grammaticis significatio, haud male huic Callimachi loco quadrat, ubi de variis, quibus excellebat Apollo artibus, agitur; de quibus etiam Galenus Protrept. c. I. ζηλῶν μὲν τὴν Ἀσκληπιοῦ τέχνην Ἰατρικὴν, ζηλῶν δὲ Ἀπόλλωνος αὐτήν γε ταύτην, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ἃς ἔχει, τοξικὴν, μουσικὴν, μαντικήν; *amulatus quidem Æsculapii artem Medicam; amulatus vero Apollinis cum eandem artem, tum alias omnes præterea, quibus excellit, Sagittariam, Musicam, Divinatricem*; & quales etiam singulæ mox a Poeta eidem tribuuntur. Quod ab Horatio itidem factum, a quo Apollo Augur, Arcitenens, Musagetes, & Medicus describitur in Carmine Seculari, *Augur & fulgente decore arcu* &c. Neque aliter in Scholiis ineditis ad Homer. Il. Δ. v. 101. τεσσαρῶν γὰρ τεχνῶν εὐφορός ἐστιν ὁ Ἀπόλλων, Τοξικῆς, Ἰατρικῆς, Μυστικῆς, καὶ Μαντικῆς; *quatuor enim artibus abundat* seu *excellit Apollo, Sagittaria, Medica, Musica, & Divinatione.*

ἔφορος leg. Valck. De cod. Homer. Leid. p. 94.

V. 43. Κεῖνο δίζυτὴν &c.] Magnus Scaliger ad Propertii lib. IV. El. VI. hunc locum legit, sicut inde etiam retulit Vulcanius, φοῖβο δίζυτὴν ἔλαχεν γέα, φοίβος ἀοιδὴν. Sed quamquam elegans sit ac ingenioſa hujus versus lectio aut emendatio, haud necessaria tamen eadem, nec citra veterum librorum consensum, qui alteram, quæ in editis exstat, hactenus tuetur, facile admittenda.

V. 45. Κείνου δὲ θέμιστες] Nota quæ de hac voce θέμιστες, qua cum πεπρωμάντιες, seu πεπρωμάντιες, tum fatidicæ sortes, seu ψῆφοι, fuerint dictæ, non a Scholiastis solum ad hunc locum, sed ab aliis priscis Grammaticis, Stephano, Hesychio, Zenobio, ac Etymol. M. Auctore, & proverbio inde orto, πολλοὶ θεοφόροι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες, enarrantur. Neque ignota, quæ de vaticiniis olim inter varia eorum genera, per *sortes* quoque seu ψήφους redditis, apud veteres leguntur, quorum meminit etiam Jamblichus de Myst. S. III. c. XVII. Unde etiam talorum adhibitus eam in rem usus, qui in sacra mensa erant repositi, & quos jaciebant vaticinantes, ita ut si starent iidem tali, signum esset, rem, de qua consulerent, eventuram; contrarium vero, si ii non starent, quod me docuerunt prisci Grammatici ad Pindar. Pyth.

Pyth. Od. IV. p. 255. Quod addunt proinde hic Scholia, dici inde juxta nonnullos θριὰς, quod a *tribus* Nymphis reperti essent illi *calculi fatidici*, ac ita θριὰς quasi τρεῖς dici, illustrare possent, quæ de tribus ejusmodi lapillis seu ψηφιδίοις sortilegis, ab aliis dicuntur. Plutarchi locus de EI apud Delphos p. 391, ubi agens de Pythia in Delphorum Prytaneum solemni quadam die deduci solita, τριῶν κλήρων, qui ibi jacerentur, meminit. Ut mittam illud Tibulli l. I. El. III.

Illa sacras pueri SORTES TER *sustulit.*

Adde hisce quæ de more *sorte* oracula Delphis *sortiendi* a veteribus traduntur; unde pridem Pythias πρόμαντις apud Æschylum, Eum. v. 32.

Ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται.

Eant sorte sortiti, ut moris est.

Id autem ita fiebat, ut quum olim ac diu quidem, notante id Plutarcho Q. Græc. p. 292, semel tantum in anno, & stata quadam die, postea singulis mensibus, liceret Delphicum Oraculum consulere, tum adventante die, sorte electi e Delphis primates viri, qui Tripodi Delphico adstarent, ibique ab iis sortes jacerentur, quinam & quo ordine ex iis, qui nomina tum Delphis ad consulendum Oraculum, oblatis prius pro more Deo donariis, ediderant, essent admittendi. Quod factum solemni illa formula, & quæ referri huc debet, ut observo, non ad eos, qui consulendi ipsius Oraculi caussa venerant; ea nempe, quæ a Simplicio traditur lib. II. Physic. pag. 75. & nuper etiam a doctissimo Kuhnio ad Æliani V. H. p. 245. erudite animadversa, Δελφοῖς δὲ καὶ προκατῆρχεν ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν, ὦ Τύχη καὶ Λοξία, τῷ δὲ, τίνι θεμιστεύεις; *Delphis etiam primum locum* (Fortuna nempe) *in interrogationibus tenuit, o Fortuna & Apollo: hic autem, cuinam respondes* seu *vaticinaris?* Ubi vero sors exiisset ei cui illa obtigerat, tum laxatis templi foribus & mactata prius ad aram ovi, patebat in sacellum ejusdem ædis, odore suavi fragrans, ac ad sacrum ibi Tripodem septo vallatum, aditus. Ibi tum lauream gestans ac in eadem cella seu sacello sedens, sciscitatus ea de re, cujus caussa accesserat Oraculum, a vate Pythia, quæ prius antrum, cui impositus erat tripus, ut eidem insideret, subierat, & tota quasi tum a Deo commota & afflata, immo tanquam Apolline præeunte, ferebat responsum; illudque versibus plerumque hexametris, quandoque trimetris, rarius autem soluta oratione. Quæ singula ex antiquis auctoribus, maxime Tragicis, ac priscis præterea Græcorum Grammaticorum commentariis, obiter nec alieno loco, ubi de Apollinis hujus *sortibus* & vaticiniis agitur, paucis commemorare libuit. Addo hisce id quod ab Eustathio notatur ad Iliad. p 418, Ευριπίδης δὲ καὶ μαντικάς τινας ψήφους ΚΛΗΡΟΥΣ καλεῖ, *Euripides autem & divinatorios quosdam* CALCULOS (κλήρους) SORTES *vocat.*

V. 46. Ἰητροὶ δεδάασιν] Hinc Apollo, ut paullo ante vidimus, Ἰατρὸς nomine, in sacramento Hippocratis primo loco adjuratus, & Pindaro etiam dictus Pyth. Od. IV. p. 264. Ἰατὴρ ἐπικαιρότατος, *Medicus opportunissimus*, & de eodem apud Lycophronem v. 180. χρησμοῖς Ἰατροῦ, *Oraculis*

lis Medici; a Comico autem in Plectro p. 3. Ἰατρὸς ὢν καὶ Μάντις, *Medicus existens & Vates.* Unde etiam apposite una voce Ἰατρόμαντις ab Æschylo dictus, Eum. v. 62. eodemque nomine Apis ejus filius, Suppl. v. 271. sicut utramque hanc laudem Aristæo, ejusdem Apollinis scilicet & Cyrenes filio, tribuit Apollonius Rh. l. II. v. 504. Immo unde utramque artem, Ἰατρικὴν, tanquam proinde mere conjecturalem, & Μαντικὴν, ut communem quodammodo, Melampodis etiam ac Polyidi exemplo e priscis Auctoribus notat Eustathius Il. A. p. 48. Quod vero hic tradit Callimachus, ab Apolline Medicos scientiam medendi edoctos, seu ad *prolationem mortis remedia*, innuunt itidem Pindarus Od. V. Pyth. p. 274. & Euripides in Alceste v. 969. &c. a quo postremo Apollo inde Ἀκέσωρ alibi dicitur, Andromach. v. 900. sicut παίων τῆς δὲ μελέμνης, *Medicus hujus sollicitudinis* ab Æschyl. Agam. v. 99. & Οὐλιος, ut paullo ante vidimus, a Deliis & Milesiis cultus. Quibus addendus hic Pausanias, ubi sui cum Sidonio quodam colloquii meminit, adserente juxta Phœnicum Theologiam, Æsculapium, nihil aliud esse, quam aerem, ex quo Ὑγιεια existit; Apollinem inde, qui idem cum sole, jure Æsculapii patrem perhiberi, & cui narrationi subdit Pausanias, eandem esse Græcorum ea de re, quæ erat Phœnicum, opinionem, lib. VII. p. 443.

V. 47. καὶ Νόμιον κικλήσκομεν] Cujus etiam, præter Macrobium, quem hic citat post Frischlinum Vulcanius, ejusque ut *perfectissimi Dei* meminit Syracusanus Vates Idyll. XXV. v. 21.

--- Ἀπόλλωνος Νομίοιο
Ἱερὸν ἀϊστὸν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο,
Et Apollinis a pastoribus culti sacellum sanctum, o hospes, perfectissimi Dei.

Addo Hippocratem de morbo sacro cap. II. ubi a magis & incantatoribus adscribi dicit *Apollini Nomio*, ubi epileptici *tenuiorem & densiorem vocem edunt instar avicula*, ἢν δὲ λεπτότερον καὶ πυκνότερον οἷα ὄρνιθες, Ἀπόλλωνι Νόμιος. Qua ratione hujus Apollinis filius Aristæus Νόμιος etiam dictus juxta Pindarum Pyth. Od. IX. p. 303. & qui id ab eo hausit, iisdemque verbis, quod observo, refert Apollonius l. II. v. 509. ὃν καλέουσι Ἄγρέα καὶ Νόμιον, *quem vocant Venatorem & Pastoralem.* Unde alios Auctores omnino sequutus est Justinus, qui pro uno Aristæo, *Agreo* præterea & *Nomio* appellato, tres fratres præter quartum Anthœum, eosque Apollinis & Cyrenes filios, memorat; *Nomium* scilicet, *Aristæum*, & *Agreum*, lib. VIII. c. VII. Sed præter Apollinem, Mercurius Νόμιος itidem invocatus apud Comicum Θεσμοφ. p. 820; Ἑρμῆν τε Νόμιον ἔντομαι, *Mercurium etiam Nomion* seu *Pastoralem precor*; sicut rursus ὁ Τραγόπους seu *Capripes* ejus filius, Νόμιος apud Arcadas cultus; ac unde Νόμια ὄρη in eadem regione denominata tradit Pausanias l. VIII. p. 518. Adde hisce νόμιον μέλος, quale fistula modulabatur apud Apollon. Rhod. l. I. v. 578.

--- σύριγγι λιγείῃ
Καλὰ μελιζόμενος νόμιον μέλος.

Fistula

Fistula sonora suaviter modulatur pastoritium carmen, non *legitimum carmen*,

ut ibi eruditus alias sed morosior interpres; melius autem ad hunc locum Critici qui νόμιον μέλος, ποιμενικὸν ᾠδὴν τὴν νομέως, *nomion carmen, pastoritium apud pastores* ibidem interpretantur. Quamquam Νόμιον dictum Apollinem, vel ἀπὸ τῆς νομῆς seu *pascuis*, vel ἀπὸ τῶν νόμων i. e. *lege chordarum* tradat Servius ad Georg. l. III. v. 2.

V. 48. ἐπ' Ἀμφρυσῷ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππας] Ζευγήτιδες ἵπποι hic dicuntur, qui alioquin ζύγιοι & ζευγηφόροι ab Æschylo apud Eustathium in Hom. p. 1157. & Euripide Hercul. Fur. v. 125. & in Rheso v. 301. non semel dicuntur *jugales* seu *subjuges* equi; qui medium nempe Quadrigarum locum occupabant; sicut στεριγοφόροι vocabantur, qui a lateribus. Non *equas* autem, ut hic dicitur, sed *boves* pavisse Apollinem apud Admetum tradunt Euripides in Alcestide, ac Poetæ præterea Latini, Ovidius, Tibullus, Horatius, ut viderunt jam ad hunc locum viri docti. Sed mirum, quod eosdem fugerit, id ab Homero hausisse Callimachum, qui meminit itidem *equarum*, quas in Thessalia, ubi fluvius hic *Amphrysus*, pavit in Admeti famulatu hic *Pastor ab Amphryso*. Exstat locus Iliad. Βοιωτ. v. 270. &c.

Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν φηρητιάδαο,

Mox,

Τὰς αὖ Πιερίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

Equæ quidem multo præstantissimæ erant Pheretiadæ.

(h. e. Admeti Pheretis filii.)

Has in Pieria nutrivit argenteum arcum gestans Apollo.

Immo, ubi Brevia ad Homerum Scholia notant, sicut hic Callimachus, dictum inde Νόμιον hunc Deum. Unde aliter forte intelligendus Euripidis ea de re locus, ubi de suo hocce ministerio Apollo ait Alcest. v. 8, ἐβοφόρβαν ξένῳ, *boves pavi hospiti*; ut ea voce nempe illa harum *equarum*, haud minus quam reliqui armenti, cura intelligatur, pro noto vocis βουκόλια de *quovis pastore* usu, prout notant Critici ad Euripidis Andromach. v. 280, βουκόλοι καινῶς οἱ νομεῖς, sicut dictus etiam inde ἱπποβουκόλος in Scholiis ad Sophoclis Ajac. v. 232. Quamquam norim, in eodem Alcestidis dramate, vers. 1031. βοφορβίαν dici *boves* tantum aut *juvencas*, & distingui ibidem ab *equis*.

V. 49. ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένῳ Ἀδμήτοιο] Citant etiam eam in rem hunc versum Brevia ad Homerum Scholia, loco supra indicato Iliad. B. v. 273. Eandem hanc fœdam vilis hujus famulatus causam tradiderunt alii, ut Rhianus juxta Scholiasten Euripidis in Alcest. p. 606. Non sponte tamen, sed Jovis jussu, ob interfectos Cyclopas, eo se adactum, ut serviret Admeto, tradit ipse Apollo in ejusdem Dramatis Prologo.

V. 51. ἐπιμηλάδες] Notant hic Scholia ita *capras* vocari, quæ cum *ovibus* pascuntur, & μῆλα etiam de *capris* dici, adducto eam in rem Homeri versu, μήλ' οἷές τε νῶϊ ἄιγες ἰαύεσκον, qui exstat Odyss. l. IX. v. 184. Ita Hesychius, μῆλα, πρόβατα, ἄιγες. Quibus addi potest

alius

alius locus ex Iliad. Π. v. 353. ὑπ' ἐκ μήλων αἱρεύμενοι, *e pecoribus surripientes*, ac ubi notant inedita ad Iliadem Scholia, quæ olim evolvere mihi licuit, beneficio viri magni Is. Vossii, προβάτων καὶ αἰγῶν; adduntque similiter de voce πρόβατα, πάντα γὰρ τοῖς παλαιοῖς κοινῶς τὰ θρέμματα, πρόβατα ἐκαλοῦντο. καὶ Εὔπολις προβατικὸν χωρίον, τὸν ἐξ αἰγῶν φησὶ τόπον: *omnia enim a veteribus pecora, πρόβατα communiter vocabantur, & Eupolis, προβατικὸν* solum *dixit, locum e capris constantem.* Idem de voce πρόβατον, qua significari πάντα τὰ βοσκήματα tradit Hippocrates lib. de Articul. tex. XXVI, ac in eundem Galenus, qui & alium ibi eam in rem ejusdem Hippocratis locum, e libro nempe de morbo Comitiali, adducit, & e quo itidem liquet eum pecora quævis aut armenta, tum in specie *boves* & *capras* eadem voce denotasse. Nempe prout legitur integer ille divini senis locus de morbo sacro cap. 11, ubi agit de Libyæ mediterraneæ incolis: οὐ γὰρ ἐστὶν αὐτοῖς ἄλλο προβάτων οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες; *non enim alia ulla ipsis sunt pecora, quam capræ & boves.* Additque præterea loco ante adducto Galenus, simile quid apud Homerum exstare, πολλά τε οἱ πρόβατ' ἔσκε, ut legi ibidem debet Poetæ locus, qui exstat Iliad. Ξ. v. 124; & ad quem monent quoque brevia Scholia, omnia quadrupeda dicta a veteribus πρόβατα.

V. 53. οὐδ' ἄκυθοι] *Steriles* seu ἄγονοι juxta Scholia; κύθος enim τὸ κύημα. Paullo aliter Hesychius, ubi ἀκυθῶν, ἀγρυπνῶν; deinde juxta litterarum seriem, ἄκυτος, ἄτοκος, στερίφη. Idem proinde ἄκυθος, seu ἀκύηθος, quod ἀκυήμων, tum apud eundem Grammaticum pro στεῖρα &c. μὴ ἔχουσα κύημα, tum apud Euripidem legitur, Androm. v. 158. Ναδὺς δ' ἀκύμων. *Venter enim sine fœtu.*

Ibid. ὕπαρνοι] Præter Hesychium, ubi eadem vox legitur, Ὕπαρνοι, ποίμνη ἄρνας ἔχουσα, occurrit eadem, quod observo, apud Euripidem, in adducto modo dramate de Andromacha cum parvulo filio ad necem ligata, *instar ovis agnum sub se foventis*, Ὕπαρνος γάρ τις ὡς ἀπόλλυσαι, Andromach. v. 556. Ὕπανδροι vero dictæ mulieres, non quæ sub se viros haberent, sed quæ sub virorum imperio, conjugatæ scilicet, forent; sicut apud Athenæum l. IX. p. 388, de Porphyrione ave, castitatis mulierum custode, dicitur, τὰς ὑπάνδρους τῶν γυναικῶν τηρεῖν πικρῶς, *feminas virorum conjuges severe custodire*; ac præterea a Senioribus Numer. cap. V. v. 20. & 29; παραβέβηκας ὕπανδρος οὖσα, de conjugata muliere, quæ violato viri thoro cum altero concubuit.

V. 54. διδυματόκος αἶψα γένοιτο] Sic de Diana, Lucina nempe, quibus ea favet, infra Hymn. in eandem v. 130.

——εὖ δὲ γενέθλη
Τετραπόδων, εὖ δ' ὄλβος ἀέξεται,
Feliciter autem genitura quadrupedum, & feliciter opulentia augetur.

Apposite etiam ad hunc locum Eumenides apud Æschylum, gemellos fœtus pecoribus Atheniensium, ubi earum ira, Palladis monitis, desævierat, adprecantur, Eum. v. 947. &c.

Μῆλα

Μῆλα τ' εὐθυνοῦντ' ἄγαν
Ξὺν ΔΙΠΛΟΙΣΙΝ ἐμβρύοις
Τέκοι χρόνῳ τεταγμένῳ.

Ovesque partu valde fecundas cum GEMELLO *fœtu pariat stato tempore*,

ut bene ibi τέκοι pro τρέφοι legendum vidit Auratus, & qua de re ad ipsum Æschylum. Idem etiam de pecorum fecunditate Danaidum votum apud eundem Tragicum, Suppl. v. 699. πρόνομα δὲ βοτὰ τὼς πολύγονα τελέθοι, *Pascentia autem pecora sint fecunda.* Διδυματόκος autem hic in Callimacho legendum viderunt jam alii, & quæ vox de Latona *Geminipara* in Orphicis legitur Hymn. in eandem, nempe θεὰ διδυματόκε.

V. 55. Φοίβῳ δ' ἑσπόμενοι πόλιας &c.] Conditores nempe urbium aut deducendæ coloniæ autores, soliti vulgo apud Græcos, prius Oraculum Delphicum consulere, quo auspicato id ab iis fieret. Consulebatur autem, tum de loco eam in rem opportuno; tum, an facile potiri eodem liceret; tum subinde, quo duce id iis agendum; aut quibus sacris vel legibus condendæ urbes essent instruendæ; ut hæc duo postrema tangit Plato l. v. de Legib. pag. 738. ac dein pag. 759. ubi leges de rebus divinis Delphis petendas ab illis Οἰκισταῖς docet. Adeo etiam, ut non feliciter illud condendæ urbis consilium cedere censerent, ubi istud inconsulto Oraculo adgrederentur. Luculentus eam in rem Celsi locus apud Origenem l. VIII. p. 407, & qui meretur proinde hic adscribi; μεστὸς τούτων ὁ πᾶς ἐστὶ βίος· πόσαι μὲν ΠΟΛΕΙΣ ἐκ ΧΡΗΣΤΗΡΙΩΝ ὠρθώθησαν, καὶ νόσους ἀπέθεντο, καὶ λοιμοὺς; πόσαι δὲ ἀμελήσασαι τούτων, ἢ ἐκλαθόμεναι, κακῶς ἐφθάρησαν; πόσαι δὲ εἰς ΑΠΟΙΚΙΑΝ ἐστάλησαν, καὶ μετελθοῦσαι τὰ προσταχθέντα, εὐδαιμόνησαν; *Plena est omnis vita exemplis, quam multæ* URBES *ex* ORACULIS *sint conditæ, aut morbos famesque evaserint; quam multæ male perierint, securæ Oraculorum aut immemores; quam multæ horum monitu deductæ sint* COLONIÆ, *auctæque magnis felicitatibus, dum jussa non negligunt.* Firmat hæc Herodotus lib. V. c. XLII. ubi meminit deductæ infeliciter a Dorico Spartano in Libyam coloniæ, non consulto prius, pro more, Oraculo Delphico, in quam terram, ad urbem condendam, tenderet. A quo proinde facto alieni exstiterunt, qui *Apollinem*, quod hic ait Poeta, *sequuti*, seu eo Auctore vel etiam Duce, ut sæpe de eo traditum, ac mox etiam de Cyrenis dicetur, urbes condere sunt adgressi. Quod de Græcis quoque in genere monuit Cicero l. 1. de Divinat. *Quam vero Græcia* COLONIAM *misit in Ætoliam, Joniam, Asiam*, (addere potuisset Africam) *Siciliam, Italiam* SINE PYTHIO, *aut Dodoneo, aut Ammonis Oraculo?* de Athenienſibus autem, & Apolline signanter, Justinus l. VIII. c. 2. eo loco, quem jam opportune hic notavit Anna eruditissima, *quod* ILLO DUCE *tot urbes auspicato condiderant.*

Ibid. πόλιας διεμετρήσαντο] Pro more satis noto in condendis urbibus ac ducendis coloniis, ut locum eam in rem Oraculorum responsis placitum, auspicato etiam dimetirentur οἱ Οἰκισταὶ, aut *Mensores*; in extruendis

truendis nempe mœnibus, Deorum fanis, viis, domorum divisione, singulis denique urbis partibus constituendis. Quod a Platone inprimis lib. v. de Legibus accurate præscriptum videas; ac unde similiter Lucianus de Astrolog. οὔτε ΠΟΛΙΑΣ ὤκιζον, οὔτε ΤΕΙΧΕΑ περιεβάλλοντο &c. πρὶν ἂν δὴ παρὰ ΜΑΝΤΕΩΝ ἀκοῦσαι ΕΚΑΣΤΑ; *adeo ut nec* URBES *conderent, nec* MOENIA *circumducerent, priusquam* DE SINGULIS *a* VATIBUS *responsum accepissent.* Unde novæ in Sicilia urbis conditor Æneas apud Maronem l. v. v. 755. *Urbem designat aratro, sortiturque domos.* Quam in rem proinde, ut apud Romanos, Duumviri, Triumviri, aut plures etiam delecti, qui hoc rite & solemniter obirent, ita apud Græcos quoque, sicut, ut alia mittam, de Heraclea Trachinia a Lacedæmoniis, deductis in eam colonis, & tribus Spartanis Οἰκισταῖς condita, tradit Thucydides, l. III. p. 235. ed. Wechel. De more cæteroquin ex Etruscorum disciplina observato in condenda Roma, eoque dein adhibito in deducendis coloniis, videndus Plutarchus in Romulo. Quibus addi possunt, quæ de adhibitis ea occasione, auspicii caussa, pullariis, *aut posita auspicaliter groma*; aut de *Mensorum* seu *Metitorum* officio in coloniis deducendis, apud Ciceronem & Rei Agrariæ Scriptores, Frontinum inprimis & Hyginum, leguntur. Adde, in coloniam, quæ ita auspicato, pro more, deducta fuerat, dum ea esset incolumis, novam coloniam, ob religionem prioris auspicii, deduci non potuisse; inculpari proinde a Cicerone Antonium Philipp. II. *qui omni auspiciorum jure turbato, Catinam coloniam deduxisti, quo erat paucis ante annis deducta, ut vexillum videres & aratrum circumduceres.* quod postremum nempe, ut e Luciano modo vidimus, & aliunde constat, nonnisi auspicato fieri poterat.

V. 56. ἀεὶ πολίεσσι φιληδεῖ κτιζομέναις] Hinc autor condendarum urbium vulgo a Græcis, ut jam vidimus, habitus; ac unde de eodem Apolline, Lucanus l. v. v. 107.

Sæpe dedit sedem totas mutantibus urbes,

ac inde toties ea de re, idem vel Pythius, vel Didymeus, vel Clarius, vel apud Branchidas consultus in veterum monumentis legitur. Unus hic Celsi, præter eum jam adductum, apud Origenem locus abunde id comprobat l. VII. p. 333. τὰ μὲν ὑπὸ τῆς Πυθίας, ἢ Δωδωνίων, ἢ Κλαρίου, ἢ ἐν Βραγχίδαις, ἢ ἐν Ἄμμωνος ὑπὸ μυρίων τε ἄλλων θεοπρόπων προειρημένα, ὑφ' ὧν ἐπιεικῶς ΠΑΣΑ ΓΗ ΚΑΤΩΚΙΣΤΗ. *Illa vero aut Pythiæ, aut Dodoneæ, aut Clarii, aut in Branchidis, aut Ammonis, aut ab aliis innumeris Oraculis præmonita, a quibus ferme* UNIVERSA TERRA FUIT HABITATA, *seu coloniis frequentata.* Unde inter ingentia beneficia ab Oraculo Apollinis Delphico, in universum genus humanum collata, κτίσεις, seu *urbium exstructiones*, recenset continuo Plutarchus de Pyth. Oracul. p. 435. Adde Julianum Imp. Orat. IV. p. 288. de Apolline dicentem, ἐκόσμησε δὲ ἱεροῖς καὶ πολιτικοῖς ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ θεσμοῖς· οὗτος ἡμέρωσε μὲν διὰ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΑΠΟΙΚΙΩΝ τὰ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης. *Sacris ac civilibus institutis URBES ornavit. Hic est, qui* GRÆCIS COLONIIS *frequentatis, maximam orbis partem mitiorem ad cul-*

tum

tum composuit. Verus proinde, quod hic a Callimacho innuitur, φιλόπολις hic Apollo, quales alioquin dicti Tutelares Thebarum Dii apud Æschylum Sept. Theb. v. 182, & cui opponitur μισόπολις apud Aristophanem Vesp. p. 458. Voce autem φιληδῆν, quam hic adhibet Poeta, præter eundem Comicum Græcum, usus quoque Theophrastus H. Pl. l. IX. c. XVI. p. 184. τὸ τέτον (agrum nempe dictamno feracem) οἱ αἶγες ἐκπίμονται, διὰ τὸ φιληδῆν, *eumque capræ depascunt, quod* (dictamno) *delectentur.*

V. 57. αὐτὸς δὲ θεμείλια φοῖβος ὑφαίνει] Nempe non Consultor ille solum condendarum urbium, sed earum etiam, vel Κλισὶς, vel Οἰκισὶς, vel Ἀρχηγέτας, *Conditor* nempe & *Fundator* quandoque a Græcis dictus. Unde de Apolline, ut Cyzici conditore, Aristides Paneg. Cyzic. p. 414. ὃς ταῖς μὲν ἄλλαις ΠΟΛΕΣΙ ἐξηγητὴς ἐστὶ· τῇ δὲ πόλει ταύτῃ καὶ ΑΡΧΗΓΕΤΗΣ· τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ΠΟΛΕΙΣ, διὰ τῶν Οἰκιστῶν ὤκισεν, ἃς ἀπέστειλεν ἑκασταχόσε· ταύτης δὲ ἐκ τῆς ἐυδίας αὐτὸς γέγονεν ΟΙΚΙΣΤΗΣ; *qui aliis quidem* URBIBUS *interpres, huic etiam* AUTOR *est; alias enim* URBES *per conditores quoquo versus dimissos condidit; hujus ipse protinus* FUNDAMENTA JECIT, ut ea postrema vertit Canterus. Quamquam Apollinem, non Cyzici solum, sed aliarum etiam urbium Οἰκισὴς seu Ἀρχηγέτης dictus, ut *Cyrenarum*, de qua urbe mox apud Pindarum; *Naxi* præterea in Sicilia, teste Thucydide l. VI. p. 412. ac sicut in antiquis præterea nummis Siculis *Messeniorum* & *Tauromenitarum*, idem inscriptus adhuc hodie legitur, nempe circa laureatum ejus caput, ΑΡΧΑΓΕΤΑΣ, ita apud *Æginetas* eidem, tanquam Οἰκισὴ non solum, sed Δωματίτη etiam sacrificatum docent veteres Grammatici ad Pindarum Od. VII. 347. ac idem Apollo cum πολιεὺς, tum πατρῶος, seu *patrius*, Athenis cultus, ut liquet ex Demosthene de Corona, Pausania Attic. l. I. Polluce, aliisque.

Ibid. ὑφαίνει] Notandus obiter hic vocis ὑφαίνειν θεμείλια de jactis urbium fundamentis, ac proinde pro *struere* aut *construere*, usus, juxta illud Poetæ haud ignotum de Ulysse Odyss. π. v. 422. δόλους καὶ μῆτιν ὑφαίνων, *dolos & consilium texens.* Adde Pindarum Pyth. Od. IV. p. 249. ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλβον, *texere felicitatem in reliquum tempus*, & Aristophanem Lysistrata p. 876.

Ἀλλὰ ταῦτ' ὑφῆναι ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ τυραννίδι.
Sed hæc struxere nobis viri tyrannidi imminentes.

Ad quæ proinde respexit Hesychius, ὑφαίνει, καταζκευάζει. Alibi ῥᾳψῳδίαν vocat Callimachus in Scholiis Pindari, Od. II. Neme. p. 341. τὸν ἐπὶ ῥάδδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. Sic *opus* & *epistolas texere* dixit Cicero; & *menses texunt annos*, Apulejus de Mundo.

V. 58. θεμείλια φοῖβος ἔπηξε] Quo spectat forte opportuna Hesychii Glossa, ἔπηξεν, ἔστησεν; sicut supra v. 15. ἐστήξεν τεῖχος, & pro nota itidem & ibi obiter adducta vocis *statuere* apud Romanos significatione. Sic præter Trojæ muros una cum Neptuno ab hoc Apolline erectos, eundem deposita, quod antea obiter monui, supra lapidem cithara, Alcathoum in fabricandis Megarensium muris adjuvisse ex eorundem Megarensium fide, refert Pausanias l. I. p. 78.

Xaec exempla nō satis apta sunt. Latini texere de adificatione dicit. C. att. IV. 16. Paulo basilicā texuit. Q. fr. III. 5. tametsi texebatur opus diligenter. Sed Graecus simulat. Ita fortasse Onomacr. in Protea: παρὰ Φωκεῦσι κρηνὴν ἐφήνατο. Lege ὑφήνατο. κρηνὴν ὑφαίνειν in rerum natura plane sc. quod in adificatione Theocr. p. 339. volebat reponi ὑφ. pro 28. 7. 8. tamen ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοις ἔρεπτον, quod recipiendum erat, ἐπαποδιδόντες ἀρ ἔρεπτον ἐπαποδιδόντες ἀρ ἔρεπτον.

V. 59. Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ] Dictam ita *Delum* innuunt hic Scholia a Latona, Junonem fugiente, in ὄρτυγα, seu *coturnicem*, mutata, ac in insulam illam appulsa. Alii vero id eidem Latonæ a Jove sub ὄρτυγος specie compressæ tribuunt, ut Critici ad Pindari Pyth. p. 185; alii autem, non Latonæ, sed Asteriæ ejus sorori, Jovis concubitum fugienti id contigisse memorant; & a qua insula, quæ e mari, in quod eadem deciderat, emersit, *Ortygia*, sicut & *Asteria* nomen (quod ei quoque largitur Callimachus H. in Del. v. 224.) inditum tradunt, ut Tzetzes ad illud Lycophronis p. 71.

Τύμβος δὲ γείτων ὄρτυγος πλεξιμένης,
Sepulcrum vero vicinum alatæ coturnici.

Postremum etiam innuunt eruditi ad Apollonium Critici ad l. 1. v. 308. qui tamen alibi cautius, non ab hac *Asteria* Latonæ sororis metamorphosi, sed ab *Ortygia* Ætolica, cum Delum insulam, juxta Nicandrum in Ætolicis, tum alia ejusdem nominis loca denominata tradunt; nempe ad Argon. l. 1. v. 419. Quod ideo tango, quia istud in nuperis virorum doctorum ea de re ad Stephanum Observationibus & Notis præteritum video; neque alibi, quod sciam, *Ætolica* illius *Ortygia*, quæ aliarum hujus nominis exstitit Metropolis, facta occurrit mentio. Ut mittam hic, quod in Orphicis Hymn. in Latonam, Diana in Ortygia, Apollo autem in Delo, diversis proinde locis aut insulis, nati dicantur,

Τὸν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ.

Et qua de re infra ad partum Latonæ in Delo opportunior dicendi erit locus; nempe ad Hymn. in Delum.

Ibid. καμπὴν ἐγγύθι λίμνης] *Curvam prope paludem* reddit hic Interpres; melius *rotundam*, seu *orbicularem*, prout hanc vocem καμπὴν per κυκλοτερῆ explicant hic Scholia, ac infra Hymn. in Delum v. 198. Κυκλάδας ὀψομένη καμπύλας, *Cycladas inspectura rotundas*, bene ibi explicatum legas. Neque aliter Apollonius Argon. l. III. v. 138. ἄψιδες καμπύλαι, ac ibi Critici καμπύλαι, καμπυλεῖς, καμπύδρομοι; sicut eodem lib. v. 1031. βόθρυν καμπύλον reddunt iidem, τὸν καμπυλῆ καὶ στρογγύλον.

V. 60. ἀγρώσασα] Hinc ἀγρῶται *venatores*, οἱ κυνηγοί, cum apud Euripid. Rhes. v. 266. tum apud Apollonium Rhod. l. IV. v. 175.

Ibid. καρήατα συνεχὲς αἰγῶν] Præter Plutarchum de Solert. Animal. Ovidium Epist. ad Cydippen, & Martialem Spectac. Epig. 1. qui *aram* hujus *cornea* ab Apolline in Delo exstructæ, ac inter septem Mundi miracula relatæ, meminerunt, ut videre jam ad hunc locum priores editores, addendum omnino fuerat Poematium Aræ, quæ vulgo Dosiadæ dicitur; & eo magis, quod *Cynthii* Apollinis ac pascentium in *Cynthio* monte *caprarum*, e quarum *cornibus* compacta hic dicitur ab Apolline ara, ibidem fiat etiam mentio; οὐδ' ὁ Κυνθογενὴς ἔτευξε φύτλη, λαοῖν τὰ μηκαδὰν κέρα &c. *Nec quam Cynthigena struxit proles accipiens balantium cornua.* Ejusdem vero βωμοῦ in Delo κερατίνου meminit quoque Laertius in Pythagora l. VIII. ἀμείλει καὶ βωμὸν ἀθσκυνῆσαι, μόνον ἐν Δήλῳ τῷ Ἀπόλλωνος

τῷ

τῷ Γενέτορος, ὅ ἐστιν ὄπιθεν ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΙΝΟΥ. Ἀφ' τὸ πυρὸς καὶ κριθὰς καὶ τὰ ποπανὰ μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτῷ ἄνευ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδὲν, ὡς φασὶν Ἀριστοτέλης ἐν Δήλων πολιτείᾳ; *Denique Deli ſolum Apollinis Genitoris aram veneratus eſſe fertur, quæ pone corneam eſt; quod in ea frumentum, & hordeum, & placentulæ ſolæ abſque igne, nulla autem victima apponeretur, quemadmodum ait Ariſtoteles in Deliorum Republica.* Falſus autem eſt Licetus, qui hanc Apollinis Delii *aram incruentam*, & ἄνευ πυρὸς, (quales ἄπυροι aræ & ab ἔμπυροις diverſæ, aliunde etiam notæ) cum hac *ara cornea* confundit in ſua, quam vocare ei libuit, ad *Aram Nonarii Terrigenæ Encyclopedia.* Præter clara enim Laertii verba, conſuli poteſt Clemens, qui hoc ipſum Pythagoræ factum, idque ad aram illam in Delo ἀναίμακτον, ac ubi nullæ mactarentur victimæ, refert Stromat. l. VII. p. 717. ac præterea Porphyrius, qui aræ itidem in Delo incruentæ, illiuſque, quod idem nos docet, Εὐσεβῶν dictæ meminit περὶ ἀποχ. l. II. p. 172. Quæ loca ideo tango, quia nulla in iis aræ hujus κεραστίνης fit mentio, ac præterea a viris doctis ad Laertium ſint prætermiſſa. *Aram* autem κεραστίνην, quam ibidem memorat Laertius, non in *Delo*, ſed *Epheſi*, præter aliorum auctorum fidem, ab Euſtathio collocari ad Iliad. VIII. obſervat ſimul ibi ac miratur haud immerito magnus Caſaubonus, quem adeat, ſi lubet, Lector. Id vero forte inde factum obſervo, quod ante oculos habuerit hunc Poetæ noſtri locum Euſtathius, ubi καλῇ ὑπ' Ὀρτυγίῃ, quod paullo ante vidimus, exſtruxiſſe hanc e cornibus aram Apollo dicitur; Epheſus autem *Ortygia* dicta etiam fuerit, ut præter Plinium ac Stephanum docent eruditi ad Apollonium Critici; ubi Ὀρτυγίην, cujus ibi a Poeta fit mentio, lib. I. v. 419, quandoque ab aliis de Delo intelligi notant; οἱ μὲν τὴν Ἔφεσον, οἱ δὲ τὴν ὑστέρου Δῆλον καλουμένην, *illi quidem Epheſum, hi autem prius ita dictum Delum.* Quamquam nomen illud Ὀρτυγίης alii ad lucum ita dictum ante Epheſum reſtringunt, cujus meminit, ut ante vidimus, Tacitus Annal. l. III. c. LXI.

V. 61. Κυνθιάδων] Ita, ut modo innui in Ara Doſiadæ, de hac *ara cornea* ab Apolline exſtructa; e cornibus nempe caprarum paſcentium in monte Deli *Cynthio*; λιασθῶσιν ἀμφὶ δειρήσιν ὅσσαι νέμονται Κυνθίαις, *ac levia circa cacumina quotquot paſcuntur Cynthiæ.* Quamquam Euſtathius ad Iliad. Δ. p. 450. notet in hac inſula Delo exſtare magna cornua, ut arietis & hirci, aliunde, ceu e mari Rubro, eo advecta.

Ibid. ἔπλεκε βωμὸν] Sic eadem de re veteres Gloſſæ ad Aram Doſiadæ, quas adfert ibidem ὁ πάνυ pag 135. λέγεται δὲ ὁπλιῶν κεράτων ΠΕΠΛΕΧΘΑΙ ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ μόνον, ἐκ δὲ ἀριστερῶν ἑδαιωῶς; *fertur autem e dextris cornibus ſtructam ſolum aram, e ſiniſtris autem neutiquam.* Aræ alioquin veterum vulgo e lapide compactæ; aut e viridi etiam ceſpite paratæ, quales ſubitariæ, & de quibus Lucanus l. IX.

Erexit ſubitas congeſti ceſpitis aras.

aut e cineribus collectis, & aduſtis victimarum femoribus paratæ; quales vel Jovis Olympii in Elide, vel Junonis Samiæ, aliæque id genus aræ traduntur apud Pauſaniam lib. V. Eliac. p. 312. ſed hæc obiter.

V. 63 Ἐκ κεράων] Et quidem ſine ullo glutine, aut alio, quod eadem cornua coagmentaret, vinculo, ac præterea e ſolis, ut modo diximus, cornibus earundem caprarum dextris; ac unde meruit compacta ita hæc ara, ut inter ſeptem Mundi miracula referretur, notante hæc omnia Plutarcho de *Solert. Animal.* Quo factum etiam, ut præter Poetæ hujus morem, βραχυλογίας ſtudioſum ac præconem, pluribus verſibus Apollinis in eadem ara exſtruenda ſolertia hic celebretur. Poſtremum vero illud juxta Plutarchum, de dextris tantum cornibus adhibitis, ſeu, ut ille ait, Ἀφ᾽ μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε καὶ συνήρμοσται κεράτων, *e ſolis dextris compacta eſt & conſtructa cornibus*, memorant etiam Gloſſæ ad aram Doſiadæ, in fine ſuperioris notæ jam adductæ. Aliter tamen idem Plutarchus in Theſeo, ubi eandem aram Deliacam, quod vidit jam Licetus, e ſiniſtris tantum cornibus compactam tradit, ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸν κερατῶνα βωμὸν, ἐκ κεράτων συνηρμοσμένον ἐυωνύμων ἁπάντων; *ſaltavit autem circa cornutam aram, ex cornibus ſiniſtris omnibus compactam.* Quæ graviſſimi alioquin auctoris eadem de re adverſa plane verba conciliari utique non poſſunt, niſi ut vel μνημονικὸν ἁμάρτημα ſtatuatur, quod eidem haud ſemel contigit, dum diverſimode rem eandem pluribus locis tangit; vel de mendo ſuſpectus alteruter in eodem locus, & quidem potius, qui poſtremo e Theſeo adductus, exiſtimetur. Neque enim ἐυώνυμα de *dextris*, niſi quatenus *fauſta* vulgo appellantur δεξιὰ, dici hactenus putem; ac unde χερσὶ δεξιονόμοις pro *fauſtis manibus*, exſtare novi apud Æſchylum Suppl. v. 615. Idem vero alibi δεξιὰς & ἐυωνύμους h. e. ἀριστερὰς opponit Prom. v. 488. οἵ τινες τε δεξιοὶ φύσιν, ἐυώνυμοί τε, & *qui natura dextri, & qui ſiniſtri*; ſcilicet pro recepta vulgo poſteriori vocis ſignificatione.

Ibid. κεραὸς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους] E quo proinde loco patet, non *aram* fuiſſe ſolum κερατίνην, ſed *parietes* loci, ubi poſita fuit eadem ara in Delo, itidem κερατοφόρους, ſeu appenſa quoque iiſdem, ut fieri adhuc hodie conſuevit in Magnatum, aut alioquin τῶν κυνηγῶν atriis aut porticibus, *cornua*. Πέριξ autem non ſoluta ſolum, ſed ligata oratione Scriptoribus familiare, ut Callimacho coævis Nicandro Alex. p. 164. Apollonio Rh. l. IV. v. 272. & præterea Euripidi in notis verſibus, καὶ γῆν πέριξ ἔχουσ᾽ &c. qui præter Clementem Protrept. p. 15. & Stromat. l. V. p. 603, a Plutarcho adducuntur περὶ Ηγεμ. παιδ. p. 780, & a Stobæo Ecl. Phyſ. l. I. c. 111; a Cicerone autem Latine verſi exſtant lib. II. de Natur. Deor. c. XXV.

V. 65. βαθύγειον ἐμὴν πόλιν] *Cyrenas* patriam ſuam, βαθύγειον *urbem* hic vocat Poeta, eodem ſenſu, quo eandem condidiſſe dicitur Battus apud Pindarum Pyth. Od. IV. ὦ ἀργινόεντι ματρῶ, ſeu *in ubere terra ſinu*, ſicut eundem locum ibi explanant veteres Critici. Adeo ut de hac Cyrenarum urbe, ſeu ejus agro, tradat Arrianus in fine Indicorum, eam, quamvis in deſertioribus Libyæ locis ſitam, haud eo minus fertilem, herboſam ac *irriguam*, ſeu ἔνυδρον, exſtitiſſe, *omniſque generis fructibus & jumentis feracem*, καρπῶν παντοίων καὶ κτήνεων πάμφορον. Apud Theophraſtum autem de C. Pl. l. VI. c. XXVII. p. 384. ager Cyrenarum

De cornea Apollinis ara v. Plut. Thes. p. 9 D. Hodie qoq in Persia turres brevi e cornibus ferarū exstruū caesarū, ex Itinerariis Sampsoni et Olearii docet Rsk. ad anthol. ep. 398. βωμον τοι κεραοχον τετυκτο τοξ. Σελινικες. qi tamen ignij nō (ut ovid. Rsk) ara ad similitudine apollineae factam indicat. κεραοχος non st. cornu; factij e cornibj, sed „cornutaj" habens cornua, nec aliter analogia arcipi patitr, cum nullū ubi hjs compositionis significet materiam vel partes, e ubi qid factū sit, sed qa qd instructū, praeditū sit, quod de eo teneatr etc. Arde autem cornua quij ignorat, quibe etiam in sacris libris occurrunt?

narum haud nimium fervidus, aer autem purus ac ſerenus dicitur, καθαρὸς καὶ ἄνυδρος, ſeu non *pluvius*: quod proinde Arriano non repugnat, qui eandem urbem vocat, uti vidimus, ἔνυδρον h. e. *irrigium*; fontibus nempe, ſicut id de Cyrenis aperte etiam tradit Juſtinus, & qua de re infra ad v. 88. πηγῆς κυρνῆς, dicetur opportunius. Quam inſuper vocem βαθύγειον de *fœcundo* arvo uſurpat Chryſoſtomus, nempe βαθύγειον καὶ λιπαρὰν ἄυλακα, *fœcundum frugibus & pinguem ſulcum*, Serm. II. In Obſcur. Vet. Teſt. p. 618. Tom. VI. edit. Savil. Neque aliter, & appoſite quidem ad hæc Callimachi verba Lemnus inſula vocatur γαῖα βαθυλήϊος, i. e. *frugibus abundans ſolum*, apud Apollonium l. I. v. 830. Ita apud Æſchylum *prædives* dictus βαθύπλουτος, Suppl. v. 263; & leo Nemæus βαθύστερνος, ſeu *magni* vel *ampli pectoris*, apud Pindarum Iſthm. Od. III. 451; in quibus nempe ac aliis id genus compoſitis illud βαθὺς ſeu βαθὺ, *copioſum* & *multum* aut *valde* notat; quomodo etiam a Theocrito non ſolum βαθὺς ὕπνος, Idyll. VIII. v. 65, ſed παίσδειν ἐις βαθὺν ὄρθρον, *ludere uſque ad altum diluculum* ſeu *ſummum mane* dicitur, Idyll. XVIII. v. 404; ſicut eadem locutione uſus Polyænus, Stratag. l. II. c. XXVIII, de Maga Cyrenarum rege, qui ſpeculatoribus præſcripſerit, facem ſub veſperam tollere, καὶ πάλιν βαθέος ὄρθρου τὸν αὐτὸν, atque *iterum ſummo mane eandem*; & quibus obiter illuſtratur ſimilis locutio a Luca adhibita Euang. c. XXIV. v. 1. ὄρθρου βαθέος ἦλθον. ubi vetus Interpres, *valde diluculo venerunt*. Adde quod ſicut βαθύγειος πόλις hic de *Cyrenis*, a Cyrenæo vate dicitur, ſic λευκόγειος eadem traditur ab Hierocle in Scholiis ad Pindari adductum ſupra locum, p. 232. V. Olear. ad Philostr. p. 6.

Ibid. ἔφρασε Βάττῳ] Notus Cyrenarum, duce Apolline, conditor, de quo tradunt hic Scholia, eum qui mutus fuiſſet hactenus, viſo repente leone, clamorem ſuſtuliſſe, ac inde linguæ uſum recuperaſſe. Idem tradit Pauſanias lib. X. p. 617. Herodotus vero, Plutarchus, & Græci Pindari enarratores, loco modo citato Od. IV. Pyth. pag. 232, infelicitatem ſolum vocis, ſeu ſono eum vocis exili ac balbutiente tantum eum fuiſſe referunt, ἰσχνόφωνον καὶ τραυλὸν. Quæ poſtrema ſunt Herodoti ea de re verba, & a quo præterea Βάττος *regem* apud Libyas denotare dicitur; e quibus ſingulis conſtat Heſychii, qui ab eo id hauſit, gloſſa, Βάττος, Βασιλεὺς, Τύραννος, Λίβυες: τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος. Quæ præterea inſigniter illuſtrant, quæ de eodem *Batto* tradit Plutarchus de Pyth. Oracul. p. 405; eum, conſulto Oraculo, ab Apolline miſſum ut Cyrenas conderet, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν καὶ ἰσχνόφωνος, βασιλικὸς δὲ καὶ πολιτικὸς καὶ φρόνιμος; *ideo quod blæſa quidem & exili voce eſſet, regio autem animo & civili prudentia ac ſapientia inclytus.* Quibus addere liceat aliud Plutarchi præclarum de eodem *Batto* teſtimonium, Politic. Præcept. p. 821, ubi ait e ſingulari civium erga Archytam (Corinthium nempe, Syracuſarum conditorem) & in Battum benevolentia, magna, ob utriuſque exiſtimationem, illos qui eorum opera ſunt uſi, commoda conſequutos. Quod vero hic additur a Poeta, de Apolline, qui Cyrenas indicaverit Batto, ἔφρασε Βάττῳ, ad illud Ora-

culum respicit, ab Apolline eidem de condendis Cyrenis datum, quale etiamnum apud Herodotum & in Scholiis Pindari, locis ante indicatis, legitur, Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες &c. Quin aliud Oraculum eidem ab Apolline redditum, ubi de loco condendæ coloniæ, postquam a via aberrasset, Deum denuo consuluisset, & quale itidem apud Plutarchum exstat de Oracul. defectu p. 408. Signatus vero inde idem *Battus*, pro more aliarum quoque urbium erga suos κτίσας, in Cyrenæorum nummis, qualis etiamnum prostat in Cimeliarchio Electorali Brandenburgico, antea Palatino, & de quo aliisque id genus alibi agimus. *Battus* alioquin *Cyrenæus* dictus legitur a Clemente Stromat. l. III. p. 233. ac præterea auctor *μαντείας*, *quæ Mopsi dici consuevit*, φασὶ δὲ τὴν Μόψου καλουμένην μαντείαν συμμίξαι τὸν ΚΥΡΗΝΑΙΟΝ; & quomodo *Aristoteles*, idem alias qui *Battus*, Κυρηναῖος pariter a Clemente alibi dictus, & qua de re mox ad v. 76. Sed quum plures fuerint *Batti* apud Cyrenæos, ita a primo eorum Κτίστῃ appellati, ut vel ex Herodoto, qui de iis agit, constat l. IV. cap. CLX. &c. Non opus proinde ut illud Clementis ad priorem eorum *Battum*, qui non *Cyrenæus* erat, sed *Theræus*, continuo referatur. Immo ipse hic Callimachus *Batti* etiam cujusdam filius dicitur in ejus vita a priscis Grammaticis scripta, & ut vere *Cyrenæus* subinde etiam ὁ Κυρηναῖος dictus κατ' ἐξοχήν, sicut a priscis Sophoclis enarratoribus ad Oedip. Colon. v. 262. Ipse autem Callimachus, *Batti* etiam cujusdam, e posteris forte primi illius Batti, juxta Græcum vitæ Cyrenæi hujus vatis Autorem, filius, ac inde *Battiades* in Græcis Epigrammatibus & apud Ovidium præterea ac Petronium dictus.

V. 66. κόραξ ἡγήσατο] *Corvo* id tribui notant hic Scholia, quod sacer idem esset Apollini, ac inde etiam inter animalia eidem accepta, juxta cygnum, lupum, ac accipitrem, a Plutarcho relatus de Pyth. Oracul. p. 400. Quod cum aliunde insuper, tum e priscis nummis obvium, eoque potissimum, in quo Apollinis corona cum *corvo* in eadem, desuper autem delphinus spectatur, & de quo alibi dudum egimus. Hinc inter augurales aves, ut notum, corvus, & ad vaticinia, ut & de iis ait Clemens Protrept. p. 9, adhibitus, & qua de re etiam agit Porphyrius περὶ ἀποχ. l. III. p. 249. sicut voce *corvus*, auguris Apollinis avis, in fausti proinde ominis signum, præivisse hic Theræis dicitur cum Batto, ad condendas Cyrenas profectis, ita Cretensium coloniam, Cyrrham, duce *delphino* ab Apolline immisso, deductam refert Plutarch. de Solert. Animal. p. 984. Haud aliter ac de *bove* aut *pico* avi, itidem Cadmi in Bœotiam, aut Picenorum ex agro Sabino migrantium ducibus, quod viderunt hic alii, apud veteres legitur; aut sicuti, ut hoc insuper addam, Musæ creditæ, *apum* specie, duces deductæ Ephesum ab Athenienfibus coloniæ, ut tradit Philostratus Icon. l. II. p. 793. ac unde, quod præterea observo, apis in priscis Ephesiorum nummis, ad declarandam scilicet originem, sæpe insculpta visitur. Quod ideo hic noto, quia a diligenti & sagaci Italo Antiquario in notis ad Ephesiorum nummos cum apis insigni, & ab Auctore de Nummis

mis urbium illustratis, id præteritum video. Adde Cumas in Italia ferri a Chalcidensibus conditas, *columbæ* antecedentis volatu, ut refert Vellejus l. 1. c. IV. & quod *serpens* dux quoque dicatur exstitisse deductæ coloniæ ab Antinoe Cephei filia, ac unde Ὄφις urbs dicta in Arcadia, teste Pausania l. VIII. p. 467.

V. 67. Δεξιὸς οἰκιστὴρ] *Corvus* nempe, isque, ut auguralis, appositе δεξιὸς, seu *faustus* hic dictus, quo auspicato conditas Cyrenas indicaret Cyrenæus vates. Ipsum vero Battum, ut Cyrenarum conditorem, οἰκιστῆρα vocat Pindarus Pyth. Od. IV. p. 230. Apollo autem, ut verus autor illius coloniæ, Ἀρχαγέτας ab eodem Thebano vate, ut obiter id supra monitum, dictus Pyth. Od. V. p. 274. Nota autem abunde, & jam ante indicata, veterum cura & sollicitudo in condendis urbibus, & exstruendis mœniis, ne id nisi auspicato fieret.

V. 68. Ἡμετέροις βασιλεῦσι] Ptolemæis nempe, quod innuunt etiam Scholia, sub quorum imperium, postquam Macedones Ægypto potiti, transiit Cyrenaica. Factum id temporibus primi Ptolemæi Lagi, seu Soteris, dicti, utriusque Philadelphi & Evergetæ, sub quibus vixit & floruit Callimachus, parentis, idque duce ejus Ophella, a quo urbes Cyrenaicæ cum agris expugnatæ, ac inde Cyrenæi cum vicinis urbibus, quod ait Diodorus l. XVIII. p. 605, ὑπὸ τὴν Πτολεμαϊκὴν βασιλείαν ἐτάχθησαν, *Ptolemaico regno subjuncti fuere.* Idem etiam a Justino compendiose pro more traditur, ubi ei de eodem Ptolemæo Lagi sermo l. XIII. c. VI. *terminos quoque imperii acquisita Cyrene urbe ampliaverat.* Unde primum sub Maga, ejusdem Ptolemæi fratre, dein sub Philadelpho hujus filio, ducta unica patrui Magæ filia ac hærede Berenice, & successoribus dein, remansit Cyrenaica, donec testamento Ptolemæi Apionis, Cyrenarum regis, ad populum Romanum hæredem ab eo relictum eadem pervenit A. V. C. DCLVIII; a Lucullo postea novis legibus ordinata; tandem in provinciæ formam fuit redacta; quod ex Strabone, Plutarcho, Appiano, Justino, &c. obiter hic commemorandum fuit. Neque tamen Ægypti, ut olim sub Ptolemæis, sed Cretæ Romanis Rectoribus addita eadem Cyrenaica; quæ primo juxta eandem Cretam, inter Proconsulares populi Romani provincias a Prætoriis viris administratas, ut e Strabone constat in fine operis, & Dione lib. LIII. p. 503. ab Augusto fuit relata; postea etiam Cæsaris quandoque provinciis adnumerata, ut liquet rursus e priscis inscriptionibus, in quibus LEGATI ET PROPRÆTORES CRETÆ ET CYRENAICÆ haud semel occurrunt. Unde mirari subit a doctissimo Petavio in Notis ad Synesium p. 81. tradi, Pentapolitanam Provinciam, seu Cyrenaicam, sub Augustalis Præfecti (h. e. Ægypti Rectoris) ut & Libyam, *dispositione perpetuo fuisse*; quod tamen clarissime Strabo ac Dio locis modo indicatis, ubi ille ait, Κρήτη μετὰ τῆς Κυρηναίας, *Creta cum Cyrenaica*, hic vero, Κρήτη τε μετὰ Λιβύης τῆς πρὸς Κυρήνην, *Creta cum Libya quæ circa Cyrenen*, & Inscriptiones præterea veteres, redarguunt, qui unum *Cretæ* & *Cyrenaicæ*, uti modo vidimus, Rectorem tradunt, adeo etiam ut utraque sub unius *provinciæ* nomine censeretur. Unde de

Vespasiano Suetonius cap. 11. *Quæstor Cretam & Cyrenas* PROVINCIAM *sorte cepit*. Sed hac de re alibi, & quidem in peculiari ad ipsum Dionem, de diviso sub Augusto administratoque Romano orbe agentem, commentatione, Romæ quondam a nobis, ita ferente tum occasione, scripta, quamquam nondum edita, accuratius agimus.

Ibid. ἀεὶ ἔυορκος Ἀπόλλων] Quod decebat eum, cui recens nato Veritas, juxta Κορυθάλειαν, nutrix obtigerat, ut legitur in Plutarchi Sympos. l. 11. Qu. IX. p. 657. Unde etiam Apollo μάντις ἀψευδής, seu *vates non mendax*, apud Æschylum dicitur, Choeph. v. 557; quin ipsemet opportune ait de se apud eundem, Eum. v. 618. Μάντις δὲ ὢν, ἃ ψεύσομαι, *Vates quum sim, non mentiar*; ac deinceps in eodem dramate Areopagitas de caussa Orestis cognituros monet, ut sua Jovisque Oracula revereantur, nec ut successu eadem careant, efficere cogitent; ibid. v. 716. &c. Sic de Orestis jure jurando, quod Apollinis Oraculo confirmatus ac impulsus nuncupaverat, de matre nempe, quæ patrem interemerat, tollenda, dixerat idem Tragicus, Choeph. v. 901.

Τὰ Πυθόχρηστα, πιστὰ δὲ ἐυορκώματα.

Delphis edita Oracula, & *fida sacramenta*; haud aliter nempe ac solius *Apollinis* vera seu *firma Oracula* dixit Euripides in Electra v. 399. Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι χρησμοί; alibi vero, Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον χρὴ θεσπιῳδεῖν, *Phœbum hominibus solum debere vaticinari*, qui versus a Plutarcho adducitur de Pyth. Oracul. p. 407. Sicut vero Ἔυορκος Apollo, ita frequenter *per Apollinem* jurare soliti Athenienses, ut observat Demosthenes adv. Polydem. p. 708. ac unde per Apollinem πατρῷον, eundemque qui Πύθιος, jurasse eos in Ardetto tradit Pollux. l. VIII. c. X. p. 406. Cujus rei obvia etiam exempla in auctoribus Atticis, ut in sacramento populi Athenienssium apud Aristophanem, Equit. p. 341. ἃ δῆτα μὰ τὸν Ἀπόλλω; aut *per Jovem*, *Apollinem*, & *Minervam*, apud Demosthenem, adv. Midiam. p. 412. ed. Basil. idque Solonis lege, teste Platone in Euthydemo; aut *per Jovem*, *Apollinem*, & *Cererem*, Demosth. adv. Calippum p. 719. Ut mittam quod Plato l. XI. de Legib. p. 936. statuit ut *per Jovem*, *Apollinem*, & *Themidem* adjurentur, qui in judicium vocati erant. Adeo ut mutatis subinde aliis numinibus Ὁρκίοις, suus semper Apollini locus in iisdem sacramentis remaneret. Adde etiam insuper legem a Solone latam, cujus meminit Lysias, Orat. VIII. p. 128. ed. Hanov. ut *fidejubere* cogeretur, *qui per Apollinem pejeraverat*, ἐπεσγυᾶν δὲ ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. Et quæ ideo obiter adducuntur, quod abunde inde liqueat ac illustretur, cur Apollo hic tanquam semper ἔυορκος a Callimacho dicatur.

V. 69. Βοηδρόμιον] Quod hic notant Scholia, dictum inde ab Athenienssibus Apollinem, quia ejus Oraculo moniti in hostem subito clamore irruere, victoriam de iis reportaverunt, tradunt itidem veteres Grammatici, Harpocration, Etymologus, Suidas, qui hoc ad tempora Erechtei regis, & latas ab Jone contra Eumolpum, Neptuni filium, Athenienssibus suppetias referunt; indeque non Apollinem solum, sed mensem ipsum, quo id contigerat, Βοηδρομιῶνα, & festum Βοηδρόμια dicta

dicta obſervant. Aliam tamen tradit hujus feſti originem Plutarchus in Theſeo; nempe a debellatis a Theſeo Amazonibus menſe *Boedromione*; quod procul dubio, ut a P. Caſtellano in Syntagmate de Feſtis jam ante obſervatum, omiſit diligentiſſimus rerum Atticarum promicondus Meurſius, a quo unus adducitur de hoc feſto agens Etymologici Auctor, atque inſuper ex eo dicit *originem* fuiſſe huic feſto *ab auxilio Eumolpi*; quum dicere debuerit Meurſius, ab *auxilio* ab Jone Athenienſibus *contra Eumolpum* lato, ſicut juxta alios tradit quoque ille, cujus verba ibi refert, Etymologus. Sicut vero Apollo Βοηδρόμιος ab irrumpentibus cum clamore in Eumolpum Athenienſibus dictus fertur, ita βοηδρομεῖν de ſimili Cyzicenorum facto, contra Pytharchum tyrannidem affectantem, occurrit apud Athenæum lib. I. pag. 30. ἠβὴ οἱ Κυζικηνοὶ ἐξορμήσαντες ἐπ' αὐτὸν ΕΒΟΗΔΡΟΜΟΥΝ; *verum Cyziceni in eum irruentes cum impetu* aut *clamore accurrerunt*, non ut ibi Interpres, *ſe ipſos tutati ſunt*. Ita pro *accurrere* apud Euripidem cum alibi, tum Heraclid. v. 122.

Βοηδρομήσας τὴν δ' ἐπ' ἐχάραν Διὸς,
Accurrens ad hanc aram Jovis.

Unde erudite, ut ſolet, *Heſychius*, Βοηδρομεῖν, μετὰ σπουδῆς βοηθεῖν.

V. 70. Κλάριον] Unde nobile hujus *Clarii* in Colophoniorum ditione Apollinis fanum & Μαντεῖον, ad quod θεωροὶ etiam e vicinis remotiſque locis mitti conſueverant, ut a Smyrnæis factum memorat Pauſanias l. VII. p. 405. & ab Epheſiis ſimul ac Smyrnæis, in gravi, qui tum Aſiæ urbes concuſſit, terræ motu, Ariſtides Serm. Sacr. III. p. 501. & quidem, quod mox addit, ita ut *de eodem Oraculo Clario illa urbes inter ſe pugnarent*; καὶ τοῦτο μὲν εἰς Κλάριον θεωρὸς ἔστελλον, καὶ ἐξεμάχοντο ἦν τὸ Μαντεῖον. Ad quem proinde *Clarii* Apollinis apud vicinos Smyrnæos cultum referre continuo licet Neronis nummum, qui e modo dictis illuſtratur, qualem alias vulgarunt nobiles Antiquarii Triſtanus & Patinus; & exſtat in Gaza Gallorum Regia, cum Meletis Smyrnæorum fluminis effigie & inſcr. ΚΛΑΡΟC. ΖΜΥΡΝ. ΕΠΙ ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ, *Clarus Smyrnæorum ſub Hermogene*. Dictum cæteroquin *Clarii* hujus Apollinis a ſitu prope Colophona, quod in hujus ditione Colophoniorum Μαντεῖον ſeu *Oraculum*, ut apud Philoſtratum Vit. Apoll. l. IV. c. 1. ἐκ τῆς Κολοφῶνι Μαντείας, ex *Oraculo quod eſt in Colophone*; apud Plinium Græca voce, ut alibi etiam, retenta, l. V. c. XXX. *Ab Epheſo Manteium illud Colophoniorum, & intus ipſa Colophon*; & inde Germanicus apud Tacitum An. l. II. *appellitque Colophona, ut Clarii Apollinis Oraculo uteretur*. Immo hinc hujus Κλαρίου ſedentis cum lauro, aut plectro quandoque & cithara, ſimulacrum in priſcis aliquot *Colophoniorum* nummis Cimeliarchii Gallorum Regii, quos videre nobis haud ſemel contigit, & cujuſmodi duos ſub Gordiano & Voluſiano cuſos, vulgavit jam in Numiſm. Imper. laudatus modo Celeb. Patinus. Alium iiſdem antiquiorem ſuppeditat eadem Gaza, in quo hinc figura imberbis ſedens cum inſcr. ΠΥΘΕΟΣ, qualis in Imaginibus Illuſtrium a Fulvio Urſino olim collectis, a Gaſp. Scioppio & J. Fabro illuſtratis,

ac denuo ab optimo veterum monumentorum promicondo ac interprete P. Bellorio vulgatis comparet, & de *Pytheo* Poeta Colophonio ibidem explicatur; cujus tamen, qui illius e veteribus meminerit, nullus adducitur index vel Auctor; in aversa autem parte non Musa, ut censebant iidem viri præclari, sed ipse Apollo Clarius stans dextra plectrum, sinistra lyram tenet, cum inscr. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Mitto vero hic alium Cimeliarchii Gallorum Regii nummum, in quo hinc caput urbis turritum, illinc mulier stans, dextra hastam, sinistra victoriolam ante columnam tenens, cum epigraphe, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΥΘΕΟΣ. Adde hic vero quod etiam ΚΛΑΡΙΟΙ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΙ vocentur in alio veteri nummo ejusmodi Cimeliarchii Regii, & e quo præterea liquet, præter Apollinem, Dianam Ephesiam ibidem cultam. Exstat enim in eo Deæ hujus polymammæ effigies, cum inscr. ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙ. ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ, *Diana Clariorum Colophoniorum*; adscripto nempe ibi Ἀρτέμιδος nomine, quod apud Tristanum, & qui ex eo similem Trajani nummum refert, Harduinum, non comparet. Quem nummum cum altero, qui *Clarii* hujus Apollinis simulacrum exhibet, ejusque sedentis cum lauri ramo & lyra ac inscr. ΕΠΙ ϹΤΡ. ΚΛ. ΚΑΛΛΙϹΤΟΥ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ, *sub Prætore Claudio Callisto Colophoniorum*, quem videre etiam licet inter Volusiani nummos a clarissimo amicissimoque Patino editos Numism. Imp. p. 400, opportune hic conspiciendum damus.



Alium insuper nummum proxime ibi tangit Harduinus, sed non indicato ubi idem exstaret loco aut Museo, cum inscr. ΑΡΤΕΜΙϹ ΚΛΑΡΙΑ ΚΟΛΟΦΩΝΙΑ, *Diana Claria Colophonia.* Unde, ut obiter hoc addam, mirari subiit eruditione ac ingenio præstantem Tan. Fabrum, negare in vitis Poetarum Græcorum Nicandrum, quamquam id a Suida dicatur, fuisse *Colophonium*; quod ipse Nicander sub finem Theriacorum, se in Claro oppido natum aut educatum memoret; nempe,

Τὸν ἔθρεψε Κλάρος νιφόεσσα πολίχνη,
Quem nutrivit Clari nivosum oppidum.

Verum nec unus Suidas *Colophonium* tradidit Nicandrum, quum exstet in eundem vetus Epigramma Anthol. l. 1. c. xxxiv. Ep. iv. ubi Colophon inter reliquas urbes celebris traditur natalibus duorum insignium

Poeta-

Poetarum, Homeri primo, dein Nicandri, ἠδὲ Κολοφὼν &c. ac præterea Clarii, *Colophonii* etiam, in quorum nempe erant ditione, ac inde Clarium Oraculum, *Colophonium*, ut modo vidimus, dicantur a Scriptoribus, ac in aliis antiquis monumentis, ac unde etiam Colophon juxta Miletum antiqua sedes Apollinis a Themistio vocatur, Orat. xxvii. p. 334. De ipsa autem Κλαρίς hujus Dei & Oraculi nomenclatione aut origine adire licet erudita Scholia Apollonii Rh. l. 1. v. 308. ubi nempe triplex traditur, pro varia auctorum ea de re mentione, origo; una a Manto Tiresiæ filia, & nato ibidem e lacrymis ejus fonte; altera, a Claro Heroe; tertia, quod κατὰ κλῆρον, seu *forte*, Apollo sit eum locum nactus. Quo postremo etiam sensu dictum olim Jovem Κλάριον, quasi παντάπασι κληρωτὰ, seu ἀπὸ τῆς κλήρου, a *forte* nempe vel *distributione*, supra jam monui ad Hymn. in Jovem v. 80.

Ibid. πάντη δέ τοι ἑνομα πελὸ] Quod cum aliunde, tum in antiquis Nummorum Lapidumve monumentis potissimum obvium, in quibus illa non Apollinis solum, sed reliquorum etiam Numinum πολυωνομίη abunde se prodit. Id vero, ut præcipua in laude positum, a Jove parente tenella adhuc Diana contendit in Hymn. sequenti v. 7. & quidem ut eo decore sit adhuc fratre Apolline superior, Καὶ πολυωνομίην &c. Idem, præter hæc Poetæ nostri loca, docet Aristophanes in Pluto p. 111. ubi ait de Mercurio,

Ὡς ἀγαθὸν ἐς ἐπωνομίας πολλὰς ἔχειν;

Quam bonum est multa habere cognomina.

Hinc de matre Aratæa in Orphicis, πολυώνυμε Μῆτερ; ac de Baccho in iisdem, πολυώνυμε Βάκχευ; *multa habens nomina furiose Bacche*; ac de Venere Theocritus Id. xv. v. 109. πολυώνυμε καὶ πολύναε, *multa habens nomina & multa fana.*

V. 71. Ἀυτάρ ἐγὼ Καρνεῖον] Quod eo potissimum nomine Apollo apud Cyrenæos coleretur, & quale proinde sibi esse πατρώϊον addit Cyrenæus vates, non ut ibi male aut obscure Interpres, quasi illud *patrium* esset eidem vati nomen. Πατρῶϊον nempe ille Cyrenarum Deus, ac unde mox pluribus originem ac solemnem illius Καρνείης apud Cyrenæos cultum tangit ac celebrat Callimachus. Scriptus proinde ab eo hic Hymnus in patrio Καρνειων Festo, quod sequentia comprobant.

V. 72. Σπάρτη τοι, Καρνεῖε] A Spartanis nempe eo nomine primum dictus & cultus Apollo, quod e Festo Κάρνεια apud eos solemni abunde constat; cujus apud antiquiores etiam Callimacho auctores, Herodotum, Thucydidem, addo Euripidem, de quo infra, præterea σύγχρονον Callimacho Theocritum, & dein apud alios recentiores Plutarchum, Pausaniam, Athenæum, præter Criticorum commentarios, fit mentio, & de quo possunt consuli, ne actum hic agamus, P. Castellanus ac Meursius in libris de Festis Græcorum. Hinc autem a Spartanis ad colonias ab iis deductas, Theræos primum, dein Cyrenæos transiit, pro more coloniarum, de quo nos alibi accurate, ejusdem Καρνείης Apollinis nomen & cultus. Immo ab omnibus Doribus cultum eundem Καρ-

νείου

κεῖον, haud una etiam ratione seu origine hujus rei indicata, tradit Pausanias l. III. p. 184. quem vide.

V. 73. Δεύτερον αὖ Θήρη] Nota e Geographis, Pindaro præterea & Apollonio Rhodio, Ægæi maris Insula, a Cadmo primum & Phœnicibus, dein a Spartanis, duce quodam *Thera*, de quo mox, inhabitata, ac nomen etiam inde nacta, quum primum Καλλίστη diceretur. Quod præter Pindarum & Apollonium, docet hujus Callimachi Epigramma infra inter ejus Poematia adscriptum, Καλλίστη τεττάρων &c. Inde autem oriundus Battus Cyrenarum Οἰκιστὴς, Θηραῖος a Pindaro dictus Pyth. Od. IV. p. 232.

Ibid. τρίτατόν γε μὰν ἄρουραν Κυρήνη] Sic de Cyrene Nympha, Africam seu tertiam Orbis partem inhabitante, Pindarus Pyth. Od. IX. p. 297. ῥίζαν ἀπείρου τριτάταν, *radicem terræ continentis tertiam*; de Cyrenis vero urbe idem, quam alibi vocat ἀστέων ῥίζαν, *urbium radicem*, Pyth. Od. IV. p. 233, ob deductas nempe ab ea aliquot colonias, *Apolloniam* puta ac *Teucheira*, sicut in Scholiis ibidem dicitur, & quæ ut totidem Cyrenaicæ oppida recenset etiam Strabo l. XVII. p. 837. & firmat præterea, ut obiter hoc addam, qui Τευχείρων tanquam Pentapoleos Cyrenaicæ oppidi, meminit haud uno loco Cyrenæus Antistes Synesius, Epistol. III. p. 158. & XCIII. p. 232. Adde, quod hic corripiatur prima syllaba in Κυρήνη, quæ apud alios subinde producitur, ut apud Apollonium l. II. v. 502. qui ita incipit, Κυρήνη πέφαται &c. & Periegetem, v. 213. Κυρήνη τ' ἐυιππος. Quod tamen Callimachi exemplo a Catullo etiam factum, *Laserpiciferis jacet Cyrenis*, ut ad eundem monuit Scaliger; & quomodo, ut alios adhuc mittam, sæpe apud Nonnum, idque quoties ab eodem, ut infra videbitur, Κυρήνης fit mentio. Immo adde hisce antiquiorem Pindarum Pyth. Od. V. p. 271. σε λαθέτω Κυρήνα; est enim ibi, quod notant Grammatici, Ἰαμβικὸν δίμετρον καταληκτικόν.

V. 74. Ἐκ μὲν σε Σπάρτης] Ubi Καρνεία, quod dixi, Apollinis cultus & festum: inde ibidem Καρνεια, cujus præter autores a diligentissimo Meursio libro de Græcia Feriata adductos, meminit Euripides, illudque verno tempore in plenilunio celebratum docet, Alcestid. v. 447. &c.

Σπάρτα κύκλος ἀνίκα
ΚΑΡΝΕΙΟΥ θεωίσεται ὥρα
Μηνὸς, ἀειρομένᾳ
Παννύχῳ σελάνας.

Sparta, quando orbis CARNEI *redit tempus vernum mensis, exoriente per totam noctem* plena *luna.*

Reliqua de hoc Spartanorum Deo, Festo, & Agone, vide apud Meursium.

Ibid. ἕκλον γόνον Οἰδιπόδαο] Nempe juxta seriem hic in Scholiis traditam, *Oedipus*, *Polynices*, *Therσander*, *Antesion*, *Tisamenus*, & *Theras*, a quo postrema deducta fuit in insulam *Theram* ab eo dicta colonia. Eadem horum *Oedipodum* series in Scholiis apud Pindarum occurrit, Olymp. Od. II. p. 22; nisi quod *Tisamenus Antesioni* præponitur, ita ut hic *Tisameni* filius statuatur, non contra. Cui suffragatur etiam Apollo-

Apollonius Rhodius, a quo *Theras* itidem, non *Tisameni*, sed *Antesionis* filius traditur, Argon. l. IV. v. 1761. &c.

——ὁκ δὲ λιπόντας
Σπάρτην Ἀντεσίωνος ἐὺς παῖς ἦγαγε Θήρας
Καλλίστην ἐπὶ νῆσον,
Digressos autem Sparta generosus Antesionis filius Theras duxit (non *Theram* cum Apollonii Interprete) *in Callistam insulam*;

& ad quem locum videri possunt veteres Grammatici. *Sextus* tamen, quod hic a Callimacho traditur ab *Oedipo Theras*, ab iisdem ex æquo statuitur.

V. 75. Ἦγαγε Θηρσῖνα ἐς ἀπόκλισιν] Iidem ad Apollonium Critici alibi notant deductam hanc coloniam, omissa omni *Thera*, cui eandem Apollonius ipse paullo post adscribit, mentione, a Sesamo quodam ex Euphemi, qui Laconicam regionem inhabitaverant, posteris, & e qua, ut mox etiam dicetur, oriundus fuerat Cyrenarum conditor Aristoteles seu Battus; nempe ad Argon. l. IV. v. 1750. & qua de re sequenti nota dicetur opportunius. Ἀπόκλισιν autem haud necesse arbitror hic in ἀποίκισιν, cum Tan. Fabro, quod innuit præstantissima ejus Filia, mutare. Nihil enim obstat, ut ἀπόκλισις dicatur sicut ἀποίκισις, quum neque istud, quod sciam, alibi legatur, κλίσις autem & quidem de condendis urbibus vel apud Plutarchum exstet, satis etiam opportune ad hunc locum; nempe de Oracul. Defect. p. 135. ubi inter varia, quæ recensent, Græcis collata ab Oraculo Delphico beneficia, illud primo loco ponitur, ἓν τε πολέμοις καὶ κλίσεσι πόλεων, *in bellis & condendis urbibus*. Unde non κλίσω solum, sed a Poetis etiam κλισορες & κλίτυς, ut postremum ab Euripide in Oreste v. 1623, dicti urbium *conditores*; illudque ἀπόκλισις, ut magis etiam Poeticum, & Callimacho apprime conveniens, qui voces minus adhuc usitatas, pro ævi illius (ut ex aliis συγχρόνοις ejusdem Pleiados Poetis, Nicandro & Apollonio, abunde constat) indole, sectatus est.

Ibid. ὁκ δέ σε Θήρης Οὐλιάδης Ἀριστοτέλης] *Aristoteles* non Stagirita quidem, sed *Theræus*, idem autem qui *Battus*, ut notant hic Scholia, & veteres itidem ad Pindarum Critici Pyth. Od. v. p. 277. Ita etiam Eusebius in Chronico ad annum MCCLIX, *Therai Cyrenen condiderunt, Oraculo sic jubente. Conditor urbis Battus, cujus proprium nomen Aristoteles.* Idem Θηραῖος a Pindaro etiam dictus, Pyth. Od. IV. p. 232; ac præterea, ab Euphemo, primo Καλλίστης, dein Θήρας, cujus hic mentio, conditore decimus septimus traditur. In eruditis autem ad Apollonium Scholiis l. I. v. 1750. de eodem *Aristotele* seu *Batto* Cyrenarum conditore dicitur, Εὔφημος ᾤκει τὴν Λακωνικὴν παρὰ τὸν αἰγιαλόν. ἐξ δὲ τις αὐτῶν τῶν ἀπογόνων Σήσαμος ἀπῴκισε Θήραν, ἧς ἀπόγονος γέγονεν Ἀριστοτέλης. *Euphemus habitavit Laconicam prope littus; unus autem ex ejus posteris Sesamus, coloniam deduxit Theram, e cujus posteris fuit Aristoteles.* Non *Sesamus* tamen, sed *Theras*, deductæ in *Theram* ab eo dictam coloniæ auctor hic in Scholiis Callimachi dicitur; & cujus non *Sesamus* quidem,

sed

ſed *Samus* filius traditur in Scholiis Pindari Olymp. Od. II. p. 22. cujuſque duo fuerint filii Telemachus & Clutius; quorum ille in Siciliam tranſiit, hic *Theræ* manſit, & e cujus proinde poſteris ortus Cyrenarum conditor *Theræus* hic *Ariſtoteles*. Eundem vero e Lemniis mulieribus ortum tradunt alibi ad eundem Pindarum Critici, Pyth. Od. IV. p. 263; quod ille nempe ex *Euphemi*, unius ex Argonautis, qui e Lemnia muliere, Μαλάχῃ dicta, liberos genuit, poſteris cenſeretur. Didymus vero ibidem alium ab eo *Euphemum* tradit, qui nempe *Batti*, in condendis Cyrenis ſocius & adjutor exſtiterit. Quamquam de tempore conditæ Cyrenes, aut primis etiam deductoribus, non conſtet ſibi Euſebius; dum ad A. DCLXXX *his temporibus Cyrenes civitatem in Libya conditam tradit; ad annum* autem MCCLIX. & Olympiad. V. loco jam paullo ante adducto *a Theræis Cyrenen conditam*, & quidem *conditore urbis Batto*, ſeu *Ariſtotele* memorat; alibi autem ad A. MCCC LXXXVIII. & Olympiad. XXXVII, *Battus condidit Cyrenen*. A quo rurſus, ſi tempus ſpectes, abit Solinus, qui cap. XVII. Olympiade demum XLV. non ut in Delriana editione XLI (quamquam eam in animadverſionibus ad Euſebium & in Græca Olympiadum Collectione retinuit ὁ πάνυ, & qua de re videri poteſt ad Solinum alter ὁ Σαλμάσιος) conditas a *Batto* Cyrenas refert, ita tamen, ut eidem *Batto* ſeu *Ariſtoteli* hanc laudem ibi tribuat. Tempus etiam conditæ ejuſdem urbis obiter tangunt Theophraſtus H. Pl. l. VI. c. III. & Plinius l. XIX. c. III. quod ad annum Olympiadis XLII, ut vere obſervat ad Solinum vir incomparabilis, & qui ejus veſtigiis hic inſiſtit, ſed diſſimulato duce, poſtremus ac eruditus Plinii enarrator. Euſebium vero ob diverſos de tempore vel auctoribus conditæ primum Cyrenes calculos abſolvendum putat illuſtris Scaliger, quod ea e diſſidentibus auctorum ea de re narrationibus hauſerit: inde tamen conſtare non ab uno *Batto*, neque etiam primum ab eo, deductam eandem coloniam. Quod poſtremum tamen Herodoti, Pindari, Callimachi, Pauſaniæ, Juſtini, Solini, ac veterum Criticorum ad utrumque illum Poetam, & Apollonium Rhodium, immo aliis, uti vidimus, ipſius Euſebii teſtimoniis, qui non alium, quam *Battum* ſeu *Ariſtotelem*, de quo hic ſermo, primum Cyrenarum κτίστην agnoſcunt, omnino adverſatur. Ut mittam indices ejuſdem rei veteres adhuc Cyrenarum nummos, in quibus, ut verus loci conditor ſeu Ἀρχηγέτης, ſignatur idem *Battus*. Neque proinde de eodem *Ariſtotele*, ſeu primo Cyrenarum conditore, cujus hic meminit ipſe Cyrenæus Battiades, continuo explicandus eſt Clemens, apud quem ὁ Κυρηναῖος Ἀριστοτέλης, *Cyrenæus Ariſtoteles* dicitur, Stromat. l. III. p. 447; & a quo decepta fuerit Lais, ac ejus loco imago tantum ejuſdem Cyrenen advecta. A primo enim illo *Ariſtotele* ſeu *Batto* Cyrenarum Κτίστῃ, neque eo *Cyrenæo*, ſed *Theræo*, ſeu *Theris*, ut hic dicitur, oriundo, plures dein ex eorum poſteris, ſeu alii e Cyrenæis, iiſdem deinceps apud eos nominibus, uti jam antea vidimus, appellati. Longe etiam ab ætate conditæ a primo *Theræo Ariſtotele* Cyrenes, vixit utraque *Lais*, ſicuti duas hujus nominis exſtitiſſe vere ad Pauſaniam adſeruit eruditiſ-

ſimus

simus Palmerius; quarum prior septennis adhuc e Sicilia Corinthum advecta, Chabria Athenis Archonte, in Scholiis ad Comici Plutum dicitur, pag. 19. h. e. Olympiade XCI. altera vero junior, seu πολυθρύλητος, ut eam vocat Athenæus l. XIII. p. 570. & cujus adolescentulæ formam laudasse Apelles dicitur apud eundem Deipnosoph. l. XIII. p. 588. qui Alexandri Magni, ut notum, temporibus demum floruit, h. e. circa Olympiadem CXI. ac CXII. Ut de Demosthene συγχρόνῳ sileam, qui ad eam etiam Corinthum adiisse apud Gellium traditur l. I. c. VIII. Οὖλος vero, ut postremo loco id tangam, hic a Callimacho dicitur idem *Theræus Aristoteles* ob vocis usum, quem ea occasione deductæ illius Cyrenarum coloniæ ex Apollinis Oraculo recepit. De hac cæteroquin voce ἕλος pro *fanus*, vide, quæ supra notavi ad v. 52. Hymn. in Jovem. Pro *Aristæo* autem legendum *Aristotelem* apud Justinum l. XIII. c. VII. ubi conditæ ab eodem Cyrenes meminit, monuerunt jam eruditi.

Ibid. Ἀσβυσίδι πάρθετο γαίῃ] Ita vero dici hanc terram, ubi nempe condita Cyrene, quasi *albam* notant hic Scholia; apud Herodotum vero l. IV. c. 170. Ἀσβύσῃ gens Africæ supra Cyrenen dicitur, cujus insuper meminere, præter Geographos, Lycophron ac Dionysius Periegetes, & de qua consuli possunt ὁ πάνυ ad Solinum p. 381. ubi Scholiastæ hic glossam merito sugillat, Ἀσβυσίδα δὲ τὴν λευκὴν λέγει, ὡσεὶ τὴν ἄσβεστον, ac Holstenius ad Steph. in Ἄσβυσα.

V. 77. καλὸν ἀνάκλοσον] Frequens vox de *templo* apud Poetas, Tragicos imprimis; unde Critici ad Aristoph. Aves p. 578. Ἄνακλας, τοὺς Θεούς. ἔνθεν καὶ Ἀνάκλοσα, τὰ ἱερά. *Anactas, Deos; unde etiam Anactora, templa.* Pro *adytis* etiam seu μαντείῳ, ac inde pro *altari*, apud Christianos usurpatam hanc vocem alibi monui; nempe ad Juliani Cæsares, p. 358.

V. 78. Θῆκε τελεσφορίην ἐπετήσιον] Nempe Κάρνεια; unde τελεσφορίην hic per ἑορτὴν & θυσίαν reddunt Scholia, sicut eodem sensu hæc vox de Thesmophoricis, Cereris festo ac solemni sacro, dicitur infra Hymn. in Cerer. v. 130., & alibi etiam legitur, ut de Cabirorum sacris apud Apollonium, lib. I. v. 917 De eodem vero Apollinis apud Cyrenæos solemni festo, eoque e Thera Metropoli ibi a colonis pro more inducto, dixerat pridem Pindarus Pyth. Od. V. p. 276. ἔνθεν (nempe Thera, de qua egerat) ἀναδεξάμενοι ΑΠΟΛΛΟΝ-ΤΕΑ ΚΑΡΝΕΙΑ, σὺν δαιτὶ σεοῖ-ζομεν ΚΥΡΑΝΑΣ ἀγα-κλειμβρύαν πόλιν; *inde suscipientes, o Apollo,* TUA CARNEA, *in convivio celebramus* CYRENES *valde insignem ædificiis urbem.* Plura alioquin de hoc festo, ut non Spartano solum, de quo jam ante, sed in genere *Dorico* appellato, & Apollini cum in Peloponneso, tum in coloniis inde deductis sacro, consuli possunt Theocriti Scholia ad Idyll. E. v. 83. τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφόρτει, *nam Carnea* festa *jam imminerent*, P. Castellanus de Græcorum festis, ac denique Meursius in Græcia Feriata; a quibus tamen superior & præclarus Pindari ea de re locus est prætermissus.

V. 79. πίπλωσιν ἐπ' ἰχίον] Nempe ubi securi prius a popa, seu βυτό-

πῃ,

πῳ, percussi, in cornua procidentes jugulantur; quod apud Apollonium dicitur l. 1. v. 431,

Ἤριπε δ' ἀμφοτέροισι περιῤῥηδὴς κεράεσσιν.

Decidit autem recurvus in utrumque cornu;

ac ubi in Scholiis Poetæ locus citatur, περιῤῥηδὴς δὲ τραπέζῃ κάππεσεν, *resupinus autem mensa decidit*, qui nempe exstat Odyss. χ. v. 84, & a Galeno pariter adducitur ad Hippocratem de Articulis cap. XXI. Procidentes vero nonnunquam iidem tauri, & quod in omen ducebatur, antequam ullo ictu essent percussi; & de qua simili hostia Virgilius Georg. l. III. v. 487. *inter cunctantes cecidit moribunda ministros*; & Ovidius, *Haud exspectato ceciderunt vulnere tauri.*

Ibid. ὦ ἄνα] Apposite ad Apollinem, qui frequenter solo illo Ἄνακτος nomine apud Poetas designatur, sicut infra v. 90. τοὺς μὲν Ἄναξ ἴδεν αὐτὸς; & sicut id ad Juliani Cæsares, adlatis aliquot ex Homero & Sophocle exemplis, olim monui pag. 356. Hinc Πυθιος ἄναξ apud Æschyl. Agam. v. 578. Quamquam ut Ἄνακτες in genere *Dii* appellati, ita ὦ ἄνα, non de *Apolline*, sed de *Baccho* dicitur a Chirone apud Pindarum Pyth. Od. IX. p. 301.

Ibid. Ταῦροι] Quorum, tanquam in solemni festo opportuna fit mentio; quod nempe juxta Maronem Georg. l. II. v. 146. *maxima taurus victima*; pluris etiam bobus feminis ad sacrificia æstimarentur *tauri*, juxta Pausaniam l. VII. p. 442. Adde, quod iidem rite Apollini, sicut & Neptuno, ut notat ad Maronem (Æn. l. IV. v. 201.) Servius, immolarentur. Quod vero ibidem addit Servius, non *autem Jovi*, & monet iterum ad Æn. l. III. v. 21. quod *contra rationem* dicatur ibi Æneas *Jovi taurum sacrificasse*, mox *ubique enim Jovi juvencum legimus immolatum*, abunde utique refellunt, quæ de mactatis haud semel Jovi tauris, passim apud veteres auctores occurrunt. Unde ταυροκτονεῖν de Jovis sacrificiis etiam dictum, ut apud Sophoclem Trachin. v. 773. sicut de Deorum sacris in genere eadem voce usus ante fuerat Æschylus Sept. Theb. v. 282. ταυροκτονοῦνται θεοῖσιν; quod ταυροσφαγεῖν alibi vocat in eodem dramate; nempe v. 43. Apollinem vero quod adtinet, *capras*, *oves*, & *boves* eidem immolari solitos, tradit Antonius Liberalis *Metam.* c. XX. *Lupi* vero apud Argivos Apollini Λυκείῳ mactati, ut notant veteres Critici ad Sophocl. Electr. v. 6. Notæ alioquin non *taurorum*, sed *asinorum* Hecatombæ, Apollini apud Hyperboreos immolari solitæ, de quibus Pindari Pyth. Od. X. p. 331.

V. 80. Ἰὴ Ἰὴ] Vide quæ de hac acclamatione jam supra monui ad vers. 25.

Ibid. Καρνεῖε πολύλλιτε] Hesychius πολύλιστον (mallem πολύλλιστον) πολυλιτάνευτον; quæ eadem est hujus vocis πολυλλίστου glossa, in brevibus Scholiis ad Odyss. E. 445; occurrit etiam eadem vox in Hymn. in Latonam in Orphicis, πολυλλίστη βασίλεια, sicut τρίλλιστε Ceres invocatur a Callimacho, ult. vers. Hymn. in hanc Deam. Apollo autem hic πολύλλιτος, nempe qui passim & crebro βωμίοις λιταῖς, quarum mentio apud Euripidem Phœn. v. 1738, coleretur.

V. 87.

V. 81. Ἄνθεα μὲν φορέεσι] Aræ nempe veterum, ut herbis seu frondibus, sic floribus etiam vinciri & coronari solitæ, quæ in genere *verbenæ* a Romanis, ut notum, dicebantur; unde Terentius, Andr. Act. IV. Sc. IV. *Ex ara hinc sume verbenas.* Quæ στεφανώματα βωμῶν (prout ea vocat Pindarus Isthm. Od. IV. p. 459; alibi de hieronica, ἐπεστεφάνωσε βωμὸν, Ol. Od. IX. p. 94,) obvia etiamnum, & quidem e floribus, ut hoc loco, in monumentis antiquis, & quod vel e vulgatis veterum nummorum ectypis liquet. Aras vero in Ægypto coronari demum solitas planta, seu herba, dicta iis ἄνιγα, notat Theophrastus H. Pl. lib. I. c. XV. p. 13. Ut mittam coronas aureas, quibus coronatas in pompa Dionysiaca aras aureas tradit Athenæus l. V. p. 202.

Ibid. οὐ ἔαρα, τόσα ὧραι] Unde etiam flores ἔαρος τέκνα dicuntur a Chæremone Tragico apud Athenæum l. XIII. p. 608. Imperite autem hunc locum aut ambigue per *horas* vertit interpres, quæ scilicet *flores vere produxerint.* Notæ enim abunde Ὧραι cum in genere de singulis anni temporibus dictæ, tum maxime, ut hoc loco, Ἐαρινὰ ὥρα, de *verno tempore*, sicuti vocantur in veteri Epigrammate Anthol. l. VII. ep. 126. Ἐαρινῶν Ὡρῶν, & apud Euripidem in Cyclope v. 501. Ἔαρος ὥραις, de *verno tempore*, ac in adducto jam ante ejusdem Tragici versu ex Alcestide v. 449, ὥρα μηνὸς, h. e. *tempus vernum mensis*, quo Κάρνεια Spartæ celebrabantur. Ὧραι nempe *temporis filiæ*, omniaque proinde, non flores solum, ut hoc loco, *producere* dictæ, in versu veteris Poetæ apud Stobæum Ecl. Phys. l. I. c. III.

Ἡ δὲ χρόνος παίδων Ὡραι, αἳ πάντα φύουσι,
Aut temporis filiæ Horæ, quæ omnia producunt.

Unde etiam Græcorum more *horæ* vocem usurpavit Horatius, lib. II. Od. XVI. *Et mihi forsan, tibi quod negavit, porriget hora*; ut proinde haud necesse existimem *horam* ibi pro *Parca*, cum nupero, eoque cultissimo eruditissimoque Gallico hujus Poetæ interprete & commentatore, explicare. Neque vero de anni solum, sed de diei etiam temporibus Ὧραι itidem dictæ, ut μεσημβρινὴ ὥρα, seu *meridianum tempus*, infra H. in Lavacr. Pallad. v. 73.

V. 82. ποικίλ'] Ποικίλαι legit hic Interpres, qui reddit *variæ*, ut ad *Horas* referat; utrumque rursus imperite; ποικίλα enim legendum fuit, ut ad ἄνθεα, quorum mentio in priori versu, omnino referatur. Res clara, & de qua miror nihil a prioribus hujus Poetæ eruditis editoribus animadversum.

Scilicet, ne ea elisio videatur, quod nō offendere debet, si adhuc ταῦτα ἀν θεα ποικίλα dicatur. Sed Horæ ego me ποικίλας dicturum ἀν θεα intelligo sertis florea e loco Virgil.

V. 83. χείματι δὲ χρόνον ἦδυν] Præclaram omnino huic loco lucem affundunt, quæ de *croco Cyrenaico*, eoque eximii præ aliis odoris, tradit cum alibi Theophrastus, tum H. Pl. l. VI. c. VI. p. 127; sicut hic ea de re locus haud parum sincerior ac emendatior apud Athenæum legitur l. XV. p. 682. male vero ibidem ab interprete acceptus; quod utrumque tamen intactum reliquit in animadversionibus ὁ πάνυ. Meretur autem idem Theophrasti locus, prout apud Athenæum bene comparet, opportune hic adscribi: Εὐσμούστατα δὲ τὰ ΕΝ ΚΥΡΗΝΗ ῥόδα, διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον· καὶ τῶν ἴων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ΑΝΘΕΩΝ ἄκρατοι, μάλιστα καὶ θέρους

αἱ ὀσμαὶ. ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣ δὲ Η ΤΟΥ ΚΡΟΚΟΥ; *Odoratissima, quæ apud* CYRENAS *rosæ, unde etiam unguentum rosaceum illic suavissimum; violarum etiam & reliquorum* FLORUM *odor ibi eximius ac divinus*; MAXIME *autem* CROCI; non vero, ut ibi perperam Dalechampius & contrario plane sensu, *præterquam* CROCI *diversa a reliquis natura*; aut sicut apud Theophrastum nullo etiam sensu, in editione Heinsiana, omissa omni ibi *croci* mentione legebatur, μάλιστα δὲ ἐκείνης αἱ ὀσμαὶ, διαφέροντος δὲ τῆς χρόνης, pro διαφερόντως δὲ τῆς κρόκης. Quibus tamen præter clara Theophrasti apud Athenæum verba, præibat ipse Theophrastus, gemino plane, & qui huc etiam spectat, ea de re loco, qui exstat de C. Pl. l. VI. c. XXVII. p. 384. Ἐπεὶ δὲ τὰ περὶ ΚΥΡΗΝΗΝ διὰ ταῦτα ΕΥΟΣΜΑ, τὰ τ' ἄλλα καὶ ΜΑΛΙΣΤΑ τὸ ῥόδον, καὶ Ο ΚΡΟΚΟΣ, *nam ea quæ* CYRENIS *proveniunt ea de caussa* (agri nempe tenuis ibi & sicci) ODORATA *sunt cum cætera, tum vel* MAXIME ROSA *&* CROCUM. Hæc vero ad superiorem Athenæi e Theophrasto locum, ipsumque Theophrastum, uti plura id genus alia ex eodem Athenæo ac aliunde, quæ corrupta nobis reliquit editio Heinsiana, tanti nominis & venditatæ in Titulo ac Præfatione operæ mensuram utique non adimplens, pridem notaveram, & quorum alibi specimen σὺν Θεῷ dabitur. Quamquam corruptum eundem quod adtinet de *croco Cyrenaico* locum, vidi postea animadvertisse postremum Theophrasti Historiæ editorem Batavum Bodæum, & a quo forte id hausit, qui obiter ejus rei, & tacito quidem indice, meminit ad Plinium l. XXI. c. XVII. ingeniosus alioquin ac industrius Harduinus. Haud male vero ad laudatum ibi *rosa* juxta & *croci* Cyrenaici divinum quendam odorem conjunguntur eadem inter maxime εὔοσμα apud Plautum Curcul. Act. I. Sc. II. *tu cinnamomum, tu rosa, tu* CROCINUM &c. Quibus addere mihi insuper licet aliud de eodem *croco Cyrenaico*, ejusque præstantia, Cyrenæi Scriptoris seu Antistitis luculentum testimonium, quo cum lasere seu silphio, nobilissima & decantata adeo a veteribus Cyrenæorum planta, *crocus* conjungitur; Synesius nempe Epistol. CXXXIII. p. 271. Τρύφωνι τὰ δῶρα παρεσκευάσαμεν, ὅπου Σιλφίου πολὺν. Βάττου γὰρ ἀκούεις αὐτὸ δήπου, καὶ ΚΡΟΚΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ. ΑΓΑΘΟΝ γὰρ Η ΚΥΡΗΝΗ καὶ τοῦτον εὐτρέφει; *Tryphoni dona paravimus, Laseris magnam copiam. Hic enim de Batto scilicet accepisti; adhæc* CROCUM OPTIMUM. *Nam & hoc* PROBUM CYRENIS *provenit.* Qui de *croco* hoc *Cyrenaico* locus non debuit doctissimo Synesii editori negotium facessere, aut mendi ab eo redargui; ut e modo adductis clarissimis Theophrasti & Athenæi, adde & isto Callimachi, locis abunde constat. Inde vero opportune, ut liquet, hic a Cyrenæo vate, aræ Cyrenis Apollinis Καρνέϊος, omissa etiam aliorum florum, quorum ibi in genere tantum meminit, speciali nomenclatione, *croco* tamen, ut eximio eo in tractu, traduntur respersæ. Id vero *hyeme* insuper contigisse, inde quoque hic memorat Callimachus, quod nempe *crocus* esset e genere *florum serotinorum*, ut de eo Theophrastus, circa finem cap. modo adducti H. Pl. p. 128. ὀψιανθὲς δὲ σφόδρα καὶ ὀψιβλαστές; & quidem, ut mox addit, πλειόδι γὰρ ἀνθεῖ, h. e. interprete non Ga-

za

za solum, sed Plinio, l. XXI. c. VI. s. XVII. *Floret Vergiliarum occasu*; melius tamen *sub Vergiliis*, post æquinoctium nempe & durante adhuc autumno, ut ex alio ejusdem Theophrasti loco liquet, cap. seq. p. 130. ac proinde paullo ante *Vergiliarum occasum*, qui *principium hyemis ac finis autumni* a Galeno dicitur sect. in Tex. 1. Epidem. ac alibi, ἡ δύσις τῆν πλειάδος, ἀρχὴ μὲν χειμῶνος ἐστὶ, τελευτὴ δὲ τῦ φθινοπώρε. Unde etiam aliud πλειάδι ἀνθεῖν, uti ibi de floribus croci autumnalibus Theophrastus, aut ὑπὸ πλειάδος, *sub Vergilias*, sicut apud Hippocratem S. 1. Tex. 1. Epidem. φθινωπώρε περὶ ἰσημερίην τὴ ὑπὸ πλειάδος, *autumno circa æquinoctium & sub Vergilias*; aliud ὑπὸ aut μετὰ πλειάδος δύσιν, *Vergiliarum occasu*; aut *post* eundem; sicut de abiete alibi Theophrastus, quam ἄνθος κρόκινον, seu *flores crocei coloris* ferre dicit, fructum autem dimittere μετὰ δύσιν πλειάδος H. Pl. l. III. c. VI. pag. 45. Sed quamquam ita vix *hyeme* superfuissent croci flores, quem paucis *diebus florere* ait ibidem Theophrastus, ac ab eo Plinius, atque ita illi haud statuendi essent ex eo genere florum, quos autumnalibus prorogatis, ac ubi hybernum tempus clementius, hyeme etiam durasse tradit eodem loco Theophrastus, haud eo minus *croci*, qui *viret bruma & colligitur*, ut de eo rursus Plinius, spicis aut foliis, aut vero etiam odorato e croci floribus liquore, de quo jam supra ad v. 38. ac mox iterum, Apollinis apud Cyrenæos aræ, *hyeme*, quod hic dicitur, adspergi potuerunt ac repleri. Ut mittam quæ hic in Scholiis opportuna eam in rem, quamquam inepta cæteroquin, hujus vocis etymologia traditur, nempe κρόκον dici ὡδὶ ἀπὸ τὸ ἐν κρύει θάλλειν, *quod in frigore floreat*; quum occurrat obvia & opportunior ab Hebr. כרכם *carcum*, Cantic. IV. 14. seu κρόκος in Seniorum versione aliisque antiquis ex ea, aut Hebræo fonte, tralatis. Immo eodem *croco* repleta hic Apollinis ara. haud aliter ad suffitus sacri confectionem adhibitus ab Hebræorum Magistris idem perhibetur; ac Romanorum insuper theatra, uti jam supra obiter diximus, eodem *croco*, ob odoris præstantiam, perfusa olim constat, vel e noto Lucretii versu l. II. v. 416.

Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.

Quod tamen ibi non de *floribus* ipsis *Cilicii croci* interpretari debuit ingeniosissimus Tan. Faber, quibus profecto e tam longinquis oris, & quidem quovis ludorum scenicorum tempore, non poterant Romana theatra perfundi, verum quod aliunde etiam constat, & pridem a viris summis observatum, de croco aqua aut vino etiam diluto, & quo odorato velut imbre eadem theatra respergebantur. Unde Martialis spectacul. epigr. III. *Et Cilices nimbis hic maduere suis*; ac Spartianus in Hadriano, *Balsama & CROCUM per gradus theatri* FLUERE *jussit*. Quomodo *crocini* olei vel unguenti frequens etiam ac pretiosus in veterum luxu usus ex Athenæo in pompa Antiochi Epiphanis, & Græcis Latinisque etiam Poetis notus. Immo ad quem theatralem Romanorum morem, seu *croci* itidem *sparsionem*, respexit Apulejus Metam. l. X. *per quandam latentem fistulam in excelsum prorumpit vino* CROCUS *diluta*; *sparsimque* DEFLUENS *pascentes circa capellas* ODORO *perpluit*

 IMBRE.

IMBRE. Quo tamen referri non debet in theatralibus Athenienſium Dionyſiis ſeu Liberalibus, alius e *croco* luxus, iſque in illis ab Apollonio, ut hoc e Philoſtrato didici in ejus Vita l. IV. c. VII. p. 178, graviter reprehenſus, κροκωτὸς ἡμῖν καὶ ἀλυργία καὶ ΚΡΟΚΟΒΑΦΙΑ τοιαύτη πόθεν; οὐδὲ γὰρ αἱ Ἀχαρναὶ γ' ὧδε ἐκόσμουντο, οὐδὲ ὁ κολωνὸς ὧδε ἵππευε. *Unde enim vobis crocotulæ, & purpura, & e* CROCO TINCTURA? *Neque enim ita Acharnenſes mulieres ornabantur, aut Colonus* (notus uterque inter antiquiſſimos Atticæ δήμους) *eo cultu olim equitavit.* Quem locum ideo adſcribere libuit, quod eum male, ut illi ſæpenumero eo in opere contigit, reddiderit interpres, ac præclarus ſit hujus in theatris Athenienſium, & quidem Liberalibus, moris index. Quomodo etiam κροκωτὸς, ſeu *crocotula*, Baccho vulgo tribuitur, ſicut apud Athenæum in pompa Dionyſiaca l. v. p. 198. & apud Comicum in Ranis p. 212. ac ubi Critici κροκωτὸν, Διονυσιακὸν φόρημα, & proinde, quod, ut hic Philoſtrati locus arguit, in Dei hujus theatro, ſeu Dionyſiis Athenienſium, geſtari ſolitum. Ut mittam *crocotis* etiam indutos Deum Matris miniſtros ſeu Gallos apud Apulejum Metam. l. VIII, iiſque *crocotis Phrygiis* inde etiam ab eo alibi appellatis Metam. XI. *Croco* nempe, non ad odores ſolum ſed ad *tincturas* etiam, ſeu, ut paullo ante, κροκοβαφίᾳ, uſi olim veteres. Unde noti *infectores crocotarii* apud Plautum, Aulul. Act. III. Sc. V. Hinc etiam appoſite ad hunc Philoſtrati locum de *croceis* & *purpureis* theatralibus id genus veſtibus, apud Virgilium ſimiliter de muliebri Trojanorum luxu Æn. l. IX. v. 614.

Vobis picta croco & ſplendenti murice veſtis;

ſicut alioquin apud Pindarum, Pyth. Od. IV. p. 259, κρόκεον, aut juxta Schol. κροκόεν Jaſonis εἷμα *crocea* ejus *veſtis* dicitur; ubi Critici, κροκόεν ἢ τὸ κροκοβαφὲς, ἢ τὸ ὑφαντὸν ἐκ τῆς κρόκης, nempe κρόκεον h. e. *croco tinctum*, aut *ſubtegmine textum*, quod utrumque rurſus notant ad κροκωτὸν σπάργανον, apud eundem Pindarum Nem. Od. I. pag. 337. κροκωτὸν δὲ, ἤτοι ἀπὸ τῆς χρόας τὸ κροκοειδὲς, ἢ ἀπὸ τῆς κρόκης τὸ ὑφαντόν. Aliud enim Græcis, ut notum, κρόκη *trama* vel *ſubtegmen*; aliud κρόκος *crocus* vel *crocum*, de quo hic agimus; ac unde ab utroque, diverſo quamquam ſenſu, dici potuit, ut volunt iidem Grammatici, κροκέον aut κρόκεον, ſicut poſtremum etiam legitur apud Ariſtophanem Θεσμ. p. 823. ὃς ἐμὲ κροκόεν τ' ἐνέδυσεν, *qui me croceis veſtibus induit*, ut ibi haud male interpres; aut quomodo rurſus φοινικόκροκον ζώναν iidem Grammatici apud Pindarum, Ol. Od. VI. p. 50, *de zona quæ punicei coloris trama intexta eſſet* explicant, τὴν ἐκ φοινικῆς κρόκης ὑφασμένην, ut ibi omnino legendum. Unde etiam a κρόκη, ſeu ſerici ſubtegmine, κροκωτὰς vel κροκωτὲς dictas volunt veteres ad Comicum Critici ad Ran. p. 212. κροκωτῷ γυναικείῳ ἐκ πήνης ἐνδύματι, muliebres Athenienſium veſtes, quarum ſæpe apud eundem Comicum mentio, & ad quas reſpexit etiam Clemens Alex. Pæd. l. II. c. X. p. 201. ubi agens de mulierum luxu, illud e Comœdia adducit, ἐξηνθισμένην, κροκωτοφορεῖσαν &c. quæ nempe, ut obſervo, leguntur in Ariſtophanis Lyſiſtrata p. 837. & iis gemina p. 850. Adeo ut κρόκας etiam pro *veſtibus* dici norim apud eun-

eundem Pindarum Nem. Od. x. p. 421. ubi nempe agit de Pellenensium μαλακαῖσι κρόκαις, *mollibus vestibus*, seu delicatis & τρυφεραῖς, quæ nempe olim inter agonum præmia, & quales proinde e subtegmine pretioso, serico puta, vel aureo, vel purpureo, vel *croceo*, seu diversicoloribus alioquin filis, parabantur. Verum haud eo minus dictæ etiam a κροκοβαφίᾳ seu *croceo* colore, quo tinctæ essent vel infectæ id genus vestes. Quomodo κροκοβαφῆν χλαμύδα, *croco tinctam chlamydem*, Meleagro tribuit Philostratus Jun. p. 861. aut στολίδα κροκόεσσαν, non *stolam fimbriatam* juxta Canterum, sed *croco tinctam*, seu, illustri Grotio interprete, *satiatam croco stolam*, dixit Euripides, Phœniss. 1498. Ad quam etiam e croco βαφὴν respexit Empedocles, eo versu, qui apud Plutarchum legitur de Oracul. Defect. p. 433.

Βυσσῶ δὲ γλαυκὴς κρόκη καταμίσγεται,

Bysso autem flavus crocus miscetur.

Unde κροκωτὸν σπάργανον adducto jam apud Pindarum loco, *fascias crocei coloris* verti mallem, sicut alibi ab eodem dicitur σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις, *fasciis in purpureis*, Pyth. Od. IV. p. 246. & a quibus sequiori ævo *Porphyrogennetas* appellatos constat. Immo sicut utrumque illud, tum ὑφαντὸν ἀ κρόκη seu *subtegmine textum*, tum κροκοβαφὶς *croco tinctum* a Latinis sæpe, ubi cæteroquin illa nominis ambiguitas κρόκης & κρόκα haud habere potuit locum, *subtegminis* nempe & *croci*, opportune conjungi videas, ut apud Virgilium Æn. l. v. v. 649.

Et CIRCUM TEXTUM CROCEO *velamen acantho*,

ac in nuptiali Medeæ veste, Jasoni, cui κρόκεον etiam vestem, ut ante vidimus, tribuit Pindarus, *nuptura*, & qua eandem induit Venus apud Valerium Flaccum l. VIII. v. 234.

Ipsa suas illi CROCEO SUBTEGMINE *vestes*
Induit;

ubi nempe κρόκην simul & κρόκον, *subtegmen* & *croceum* seu κροκοβαφὶς de eadem veste dici liquet. Quo refero etiam, quod apud Euripidem in Hecuba legitur, non solum v. 467. de κροκέῳ πέπλῳ, qui nempe Minervæ a virginibus Athenienſium texi ad Panathenaicam pompam solitus, sed quod additur ibidem, ποικίλλετ' ἀνθοκρόκοισι πήναις, *picturans* CROCEO SUBTEGMINE (qualis dicta modo Veneris aut Medeæ vestis) seu CROCO *tinctis filis*, sicut apud Virgilium Æn. III. v. 483. *picturatas auri subtegmine vestes*; idque pro nota apud veteres vocis πήνης pro κρόκῃ, seu *subtegmine* aut *trama* significatione. Immo quo spectant etiam *Cæremonis* apud Athenæum versus l. III. p. 608.

Κρόκον δ' ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα
Πέπλων, εἰς εἴδωλον εἰσομάργνυται.

h. e. illustri Grotio interprete in Exc. Tragic. p. 846. CROCIQUE FLOREM (nempe illud Euripidis ἀνθόκροκον) *purpureis suppari infectus rutilum solis imitatur jubar*, quamquam minus accurate ibi *purpureum* cum *croceo* confundat ὁ πάνυ, qui postremus *solaris* seu ad *solis jubar* accedere a Poeta ibi dicitur, ac unde κροκόπεπλον *cum croceo peplo* Auroram, ceu primis Solis radiis illustratam, dici notant brevia ad Ho-

merum Scholia ac Euſtathius. E quo præterea ξανθῷ, vel *rutilo* potius, quam *flavo*, *croci* hujus colore, *rubentis* proinde a Virgilio Georg. IV. v. 182. *crocumque rubentem*, & ab Ovidio *rubri* itidem appellati Amor. l. II. El. VI.

Tincta gerens rubro Punica roſtra croco;

e quo nempe *croci* colore, κρόκε βαφῇ & κροκοβαφὴς ϛαγών, non de odorato *croco*, quo perfuſa eſſent theatra, aut de veſtis etiam *tinctura crocei coloris*, ſed de *ſanguine* dicitur ab Æſchylo Agam. v. 247. & 1130. Idque rurſus appoſite, quod de *ſanguine Croci* adoleſcentis, diſci ictu cæſi, natus flos *crocus*, non ab Ovidio ſolum obiter tractatur Metam. l. IV. v. 283, ſed fuſius a Galeno ad Philonis ea de re verſus ab eodem adlatos ἀῤῥ. Συνθέσ. φαρμ. lib. IX. cap. IV. Ut mittam communes Arabum voces زعفران quibus *crocus* juxta, & *ſanguis* aut *ſanguinis macula* ab eodem *rutilo* colore deſignatur. Sicut vero *crocus Cyrenaicus*, mira odoris ſuavitate, ac proinde merito ἡδὺς hic a Callimacho ſeu *ſuavis*, ut vertendum potius fuit, quam *dulcis*, ſic *Corycius* præſtantia ac uſu omnium olim celebratiſſimus, Horatio proinde, ut alios mittam, memoratus lib. II. Satyr. IV. v. 68. ac unde *Corycium* in Cilicia antrum, ubi idem naſcebatur, a Galeno viſum, prout ipſe teſtatur de Antidotis c. XIII. Immo inde *Corycium* illud antrum vel montem ab Hebræa vel Phœnicia voce ſupra indicata כרכם ſeu κρόκος, bene deduxit ὁ πάνυ Bochartus de Col. Phœn. p. 378. Dictus vero Atticis, ut poſtremo hoc addam, κρόκος, cum *crocus* ipſe, tum *locus*, ubi idem naſcebatur, quod me docuit Euſtathius ad Odyſſ. Λ. p. 1698. Sed neſcio quomodo hæc præter inſtitutum fuſius ad hunc locum adnotarim; quamquam ab eodem forte haud aliena, & illuſtrandis præterea aut explicandis aliis veterum de *croco* aut κροκέοις vel κροκωτοῖς veſtibus, quæ haud ſatis adtenderunt aut confundunt nonnunquam viri in his litteris ſummates, opportuna, ſed quorum omne penes lectorem cordatum ac eruditum eſto judicium.

Ibid. ἀεὶ δέ τοι ἄϑνατον πῦρ] E quo loco diſcimus in templo Καρυϛίε Apollinis apud Cyrenæos, perpetuum ignem ſervatum, ſicut in æde hujus dei Delphica factum aliunde conſtat, ut e Chœphoris Æſchyli v. 1036.

Πυρός τε φέρϒ᾽ ἄφθιτον κεκλημένον,

Ignis autem lumen inextinguibile appellatum:

& quo ſpectat de igne ex ara Delphica ab uno e Platæenſibus petita narratio apud Plutarchum in Ariſtide. Adde, ut hic apud Cyrenæos, ſic in delubro Jovis Ammonis apud eoſdem Libyas λύχνον ἄσβεϛον exſtitiſſe, cujus meminit alibi Plutarchus, nempe de Defectu Oracul. De more autem illo veterum, ſeu cuſtodia perpetui ignis, cum in Græcorum Prytaneis, tum alibi, ac inde apud Romanos Veſtæ, plura obſervo in *Diatriba*, denuo, eaque auctiore longe & accuratiore vulganda, *de Veſta & Prytanibus Græcorum*.

V. 84. ἀνθρακα τέφρη] Unde inſuper liquet, non lampade ſolum ſemper accenſa, quod nonnunquam, ſicut modo in Jovis Ammonis delubro

bro factum diximus, sed igne supra aram ardente, eoque ἀσβέστῳ, cultum a Cyrenæis Apollinem. Quod cum alibi, tum in Græcorum Prytaneis locum etiam habuisse contra magni Casauboni sententiam, a quo ad Athenæum ignis ille Vestæ nil nisi lucerna semper ardens statuebatur, dicta modo Diatriba, abunde, ut opinor, evicimus.

V. 86. ὠρχήσαντο μετὰ ξανθῇσι Λιβύσσῃς] Nempe in solemni illo Καρνείου Apollinis apud Cyrenæos festo, ut notant etiam Scholia. Notæ autem in festis veterum, maxime Apollinis ac Dianæ, juvenum ac virginum choreæ, de quibus plura in sequentibus Hymnis in Dianam ac Delum dicenda occurrunt. Λιβύσσῃς vero quod hic legitur, de Africanis seu *Libycis* mulieribus, occurrit etiam apud Pindarum Pyth. Od. IX. 307. Λιβύσσας ἀμφὶ γυναικὸς, ac apud Synesium Epist. IV. p. 165. αἱ Λίβυσσαι. Ita Λίβυσσαν ἅλα *mare Libycum* legimus in ejusdem Callimachi Epigrammate, inter ejus Poematia vulgato. Pro Λιβύσσῃς vero, seu *Libycis mulieribus*, Λιβυστικαῖς γυναιξὶν dixit Æschylus Suppl. v. 287, sicut alibi τόποις Λιβυστικοῖς de *locis Libyæ* circa Tritonem, Eumen. v. 292.

V. 87. τέθμιαι ὥραι] Haud aliter de Panathenæis Pindarus Pyth. Od. IX. 306; τελεταῖς ὡρίαις ἐν Παλλάδος, *in solemnitatibus Palladis quæ certo tempore recurrunt*. Bene etiam hic scholia τέθμιαι, νόμιμοι, ὡρισμέναι, seu legitimum tempus Καρνείων apud Cyrenæos. Hinc de sacris Dianæ Tauricis, τέθμια Ταύρων, infra Hymn. in Dian. v. 174. Ita apud Pindarum τεθμὸς haud semel dicitur de *lege*, juxta quam laudari soliti Hieronicæ, ut τίμα μὲν ὑμνῶ τεθμὸν, *honora hymni legem*, Ol. Od. VII. p. 71. & στεφάνων ἐγκώμιον τεθμὸν, *coronarum laudatoriam legem*, Ol. Od. XIII. p. 114. ubi notant Critici, τεθμὸν δὲ τὸν νόμον φησὶ. νόμος γάρ ἐστι τοὺς Ὀλυμπιονείκας ὑμνεῖσθαι; & quod innuunt rursus ad Nem. Od. IV. p. 360. ἐρύκει με τεθμὸς, *prohibet me lex, &c.* Quæ loca ideo tango, quod hæc intacta reliquerint Thesauri, eorumque Epitomatores; & ex quibus τεθμὸς & τέθμιος Dorice dictum liquet, haud insolita litterarum μεταθέσει, & præterea σ in τ mutatione Doribus familiari, quod Atticis θεσμὸς & θέσμιος dicebatur. Dores autem erant, sicut etiam mox a Callimacho vocantur, ἄνωθεν Cyrenæi, & ipse proinde hic Cyrenæus vates.

V. 88. πηγῆς Κυρῆς] Fontem eo nomine Cyrenis exstitisse tradunt Scholia, & in quibus non Κυρνῆς sed Κυρῆς legitur; sicuti etiam apud Stephanum in Κυρήνη, & quomodo apud Eustathium ad Dionys. p. 32. Κυρῆς πάγης pro Κυρήνης omnino legendum liquet, quod occupavit jam ad Stephanum postremus ejus editor. Justini etiam locum idem vidit opportune, qui exstat l. XIII. c. VII. ubi ille *Cyræ montis*, & *fontium ubertatis* meminit, quo loco conditæ a Batto & comitibus Cyrenæ, & quem pridem ad hunc Callimachi locum notaveram. Ejusdem fontis, sed omisso illius nomine, meminisse Pindarum Pyth. Od. IV. p. 267. erudite hic observat præstantissima Daceria, quem nempe Ἀπόλλονος κράναν ibidem vocat, & ad quem solemnia convivia agitare solitos Cyrenæos innuit Pindarus.

V. 89. Δωριέες] Primi nempe, quod Scholia etiam notant, & supra jam vidimus, Cyrenarum conditores, quorum majores e Sparta in insulam Theram profecti, inde ipsi ad deducendam Cyrenarum coloniam in Libyam primum sunt appulsi. Ab his etiam *Doribus* promanasse Καρνείε Apollinis ad Cyrenæos nomen & cultum, jam ante vidimus.

Ibid. πυκινὴν δὲ νάπαις] Νάπη nempe Græcis, ut notum, de *nemore* aut *sylva*; inde ἱερὰ νάπη de *luco*, in quo aliquot Deorum fana essent, dicitur in veteri inscriptione, quæ in Cl. Sponii Misc. legitur p. 363. nempe τὸν δὲ περίβολον τῆς ἱερᾶς νάπης, ἧμ τᾶς ἐν αὐτᾷ ναὸς Δάματρος, καὶ Κόρης, καὶ Διονύσω; *ambitum autem sacri luci, & in eo templa Cereris, Proserpinæ, & Bacchi, &c.* Pro Νάπη autem, νάπος dixit Euripides Phœn. v. 808. πολυθήρατον νάπος, *abundantissimum feris nemus*; ubi Critici Νάπος, ὁ σύμφυτος τόπος, quæ eadem est Hesychii glossa vocis Νάπη. Eo autem Νάπης nomine, dictum primum *Pythunem*, seu Delphici Oraculi sedem, tradunt veteres Grammatici, ad initium Pindari Pyth. Od. I. a quo alibi κοιλόπεδον νάπος Θεᾶ, seu *cavus saltus Dei*, de eodem loco dicitur Pyth. Od. v. 272; de Nemea autem, λέοντος ἐν βαθυφέρνᾳ νάπᾳ, *in leonis ampli pectoris sylva*, Isthm. Od. III. p. 451.

Ibid. Ἄζιλιν ἔναιον] Idem ab Herodoto traditur l. IV. c. CLXIX. καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊός λιμὴν ἔστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρήναιοι ᾤκεον, *atque in continenti portus est Menelaius, & Aziris, quam Cyrenæi incoluere.* Dici vero promiscue hunc locum Ἄζιλιν & Ἄζιριν monuit Stephanus, & quod postremum, præter Herodoti adducta modo verba, postremus Stephani editor Berkelius hoc firmat Callimachi loco, quasi *haud aliter* apud eundem legeretur, nempe Ἄζιριν ἔναιον; quum tamen in H. Stephani editione, sicut & in postrema Parisina, quam ad vocem Κυρήνης citat idem vir doctus, Ἄζιλις dicatur, in sola autem Vulcanii Ἄζιρις, quod sciam, editione compareret. Quod autem *montem* juxta & *fluvium* dictum Ἄζιλιν notant hic Scholia, locum & fluvium itidem fuisse monet Stephanus.

V. 90. ἐξῆ δ' ἐπεδείξατο νύμφῃ] Habuit hic ante oculos Poeta Pindari de hac Cyrene ab Apolline rapta & in Libyam translata locum, Pyth. Od. IX. pag. 302. πότνια σοι Λιβύα δέξεται ἐυκλεῶ νύμφαν, *venerabilis Libya excipiet illustrem nympham*; ubi νύμφην, sicut hic apud Callimachum, melius per *conjugem* seu *recens nuptam* reddidisse crederem utriusque Poetæ interpretes. Γάμιον enim, seu *nuptias* inter eam & Apollinem a Venere conciliatas, ipsumque inde πόσιν illius Cyrenes seu *maritum* futurum, modo ante dixerat Pindarus, ac in sequentibus nuptias illas Chirone consultore ab Apolline confectas tradit. Unde hæc eadem Od. pag. 298. 302. & 303. Quomodo etiam explicandus, ubi de eadem Cyrene & Apolline agit, foret Apollonius l. II. v. 510.

Τὴν ῥὰ ἧ φιλότητι Θεὸς ποιήσατο νύμφην
Ἀυτῇ μακραίωνα, καὶ ἀγρότιν.

Hanc

Hanc enim Cyrenen præ *amore Deus fecit conjugem suam, longævam & agrestem;*

quamquam aliter eadem hæc ibi tradat Latinus Poetæ illius Interpres. Νύμφην autem Græcis de *sponsa* non solum, sed *recens nupta* dici notius, quam ut probatione id indigeat: unde Hesychius, Νύμφη, ἡ νεωστὶ γαμηθεῖσα, & Æschylus Agam. v. 1188. νεογάμου νύμφης. Immo apposite admodum de simili connubio, Jovis nempe cum Europa, Moschus circa finem cognominis Idyllii,

Ἡ δὲ πάρος κούρη, Ζηνὸς γένετ' αὐτίκα Νύμφη,

Illa autem ante virgo, Jovis subito facta est Nympha, seu *nova nupta.*

Unde νυμφηΐον etiam dictum de *thalamo* seu *lecto connubiali* apud hunc Callimachum, loco jam alia occasione ad superiorem Hymnum indicato, & qui exstat Hymn. in Delum v. 118. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφηΐον, *Pelion o Philyræ thalamus*; ubi nempe cum nympha concubuit Saturnus.

V. 91. Μυρτούσης κερατώδεος] Ita Μυρτώσιον αἶπος, seu *Myrthosium promontorium*: idem Libyæ mons & Cyrenæ vicinus dictus apud Apollonium l. II. v. 507. ubi eruditi Critici, Μυρτώσιον, τόπος ἢ ἄκρα περὶ Κυρήνην, *Myrtosion locus seu promontorium prope Cyrenen.* Nomen loci Μυρτοῦσα vel Μυρτοῦσσα, ut postremum apud Stephanum legitur; unde pro Μυρτοῦσα dixit Apollonius Dorice Μυρτῶσα, sicut vulgo ο & ω pro ου apud Doras, ut κόλχως pro κόλχους Theocrit. Id. IΓ. ult. versu, & γαυλῶς pro γαύλους, Id. E. v. 58.

V. 91. & 92. ἧχι λέοντα ὑψηὶς κατέπεφνε] Eandem Cyrenen *Hypsæi* Lapitharum regis *filiam*, in monte Pelio, dum apud patrem adhuc ageret, cum *leone* solam & sine armis luctantem, ab Apolline deprehensam tradit Pindarus Pyth. Od. IX. p. 299. Hic vero de alia hujus Cyrenes venatione in Libya, quo nempe translata ab Apolline fuerat, agitur; quod tamen confundunt veteres ad Pindarum Critici, a quibus hic Callimachi locus, quasi de eadem ageret *leonis* cæde, adducitur, & ubi pro ἧχι λέοντα legunt ἔνθα λέοντα. De hac *Cyrene* vero, ut insigni ferarum, quas conficeret, venatrice, dixerat ibidem Thebanus vates, κεραΐζεν ἀγρίους θῆρας, *conficiebat feras bestias.* Ita hanc interempti ab eadem leonis cædem celebrat quoque Nonnus Dionys. l. XXV. p. 652.

Χερσὶ λεοντοφόνοισιν ἀριστεύουσα Κυρήνη.

Manibus leonem interficientibus vincens Cyrene, &c.

ac unde haud cum alio, quam illo λεοντοφόνοιο elogio, eandem Cyrenen aliquoties ibi memorat, ut l. XXIV. pag. 624. l. XXVII. pag. 715. &c. Libyæ autem illum tractum, ubi conditæ Cyrenæ, *leonibus* abundasse, liquet præterea ex eodem Pindaro, qui ad Batti in oram illam adventum *territos & fugatos leones* tradit Pyth. Od. V. pag. 274. λέοντες περὶ δείματι φεῦγον; & ad quem ex Aristarcho in Scholiis dicitur, datas Batto ab Apolline quasdam incantationes, quibus eosdem *leones* abigeret, locumque ab iis in posterum tutum & quietum redderet.

V. 92. κατέπεφνε βοῶν σίνιν &c.] Hinc de eadem Cyrene dixerat loco ante indicato Pindarus Pyth. Od. IX. p. 299. eam assidua venatione ferarum in monte Pelio, *magnam & tranquillam pacem bobus paternis præstare*,

——πολλάν τε καὶ ἀσύχιον
Βεστὶν εἰρήνην παρεχέσα πατρώαις.

Idem vero beneficium peregrino in solo adtulisse eadem hic dicitur *bobus* seu armentis *Eurypyli*, qui Neptuni filius, idemque rex illius tractus ubi postea Cyrenæ, & occiso ibi ab hac viragine leone, qui eam regionem vastaret, regnum ab hoc Euripylo, qui illud in præmium fuerat pollicitus, eadem est consequuta. Tradunt id ex Acestore veteres ad Apollonium Critici, l. II. v. 500. quod jam vidit & monuit ad Callimachum Frischlinus, sed qui Pindarum ut eadem tradentem perperam citat; a quo ibi tamen de prima illa leonis, non in Myrtoo Libyæ, sed in Peleo Thessaliæ monte, venatione tantum agitur. Adducitur vero hic Callimachi locus ab illis Græcis Apollonii interpretibus ad lib. IV. v. 1561. ubi hujus *Eurypyli* fit mentio, & cui in eodem regno successisse dilecta hæc Apollinis conjux Cyrene, ex Acesandro traditur; Ἀκέσανδρος δὲ ἐν πρώτῳ φησὶ Κυρήνης μετ' αὐτὸν βασιλεῦσαι φησὶ Λιβύης Κυρήνην τῆς Ὑψέως. μνημονεύει τε Εὐρυπύλε καὶ Καλλίμαχος λέγων, βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο, φησὶ Κυρήνης ποιήσας τὸν λόγον; *Acesander in primo libro de Cyrenis post eum regnasse in Libya tradit Cyrenen Hypsei filiam. Meminit etiam Eurypyli Callimachus dicens, boum perniciem Eurypyli, de Cyrene verba faciens.* Ita enim legendus ille apud eruditos Criticos locus, expunctis τῆς Ὑψέως post prima illa ἐν πρώτῳ φησὶ Κυρήνης verbis. Neque enim Acesander de *Cyrene Hypsei filia*, sicuti statim eadem ibi dicitur, sed de *Cyrenis*, urbe nempe ab ea ita dicta scripserat; unde alibi etiam citatur ab iisdem Grammaticis, ut ad lib. IV. v. 1570. καὶ ὁ Ἀκεσάνδρῳ ἐν πρώτῳ φησὶ Κυρήνης; item in Scholiis ad Pindarum Pyth. Od. IV. p. 235. nempe a quo Acesandro ibi dicatur, hunc Eurypylum Neptuni & Celænes filium, Tritonis fratrem, ducta Sterope Solis filia & Pasiphaes sorore, e qua duos genuerit filios Lycaonem & Leucippum.

Ibid. βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο] Ita de alio leone exitiali toti Priami domui, Paride nempe, apposite hic omnino, & quo respexit forte Callimachus, dixerat Æschylus Agam. v. 737. λέοντα σίνιν δόμοις, *leonem, perniciem & dium*, quem paullo post nempe v. 744. vocat μέγα σίνος πολύκλονον, & qua voce, ut obiter hoc addam, σίνος pro βλάβη seu *damno*, frequenter uti Hippocratem notat Galenus ad Coi senis verba de Morbor. acutor. victu. Sect. XV. σίνεα μεγάλα; additque ibidem, σίνειν ab Ionibus dici pro βλάπτειν: quod tamen, ut obiter addo, Atticis etiam Scriptoribus haud insolitum, e Xenophonte, qui sæpe voce σίνεσθαι eam in rem usus, liquet. Notus alioquin infamis ille latro Isthmicus *Sinis*, alias *Scinis*, nomine, idemque πιτυοκάμπτης dictus, & de quo Ovidius Metam. l. VII. v. 440. *Occidit ille Sinis* &c. Plutarchus in Theseo, & Pausanias l. II. p. 86. Quo nomine etiam σίνις seu σίνης ἀνὴρ, alius latro Sciron dictus

dictus a veteri Poeta apud Aristotel. Rhetor. l. III. c. III. καὶ Σκίρων σίννις ἀνὴρ; idque, quamquam diversi essent latrones *Sinnis* seu *Sinis* & *Sciron*; uterque a Theseo cæsus, & quorum præter Plutarchum in Theseo, meminit etiam Xenophon Memorab. l. II. p. 736. ἐξ ὅτε καὶ ὁ Σίννις καὶ ὁ Σκίρων καὶ ὁ Προκρύστης ἀπέθανον, *ex quo Sinnis & Sciron & Procrustes interfecti sunt*; ac similiter de hac prædonum triga, & qui huc forte respexit, Ovid. Epist. Phyll. v. 69. *Cum fuerit Sciron lectus, torvusque Procrustes, & Sinis &c.*

V. 94. ὀφέλιμα] Vox quæ alibi, ut puto, non legitur, eademque pro ὀφελιμος ab ὀφέλειν, pro ἐυεργετεῖν, nonnunquam usurpata, ut apud Apollonium l. II. v. 803.

Ἐυτ' ἄρξωσιν ἀρείονες ἄλλοι ὀφέλειν,
Sicuti inceperint potiores aliqui prodesse;

ac ubi eruditi Critici, ὀφέλειν, τὸ ἐυεργετεῖν. Hesychius autem ὀφέλλειν, ἄυξειν; quo sensu eadem frequenter occurrit apud Poetas, ac inter alios, apud Æschyl. Sept. Theb. v. 198. & 255. ac apud Pindarum Pyth. IV. p. 263.

Ibid. τοσσα Κυρήνη] Haud mirum a Cyrenæo vate patriam laudari, cujus multa, & quæ jam suis locis attigimus, fuerint olim decora; coloniæ in eam a Græcis, duce, ut ferebatur, Apolline, deductæ celebritas simul ac nobilitas; aer purus ac serenus; situs, vel agri, quamquam in desertioribus Libyæ locis, ubertas singularis & amœnitas, adeo ut κῆπος Ἀφροδίτας, seu *hortus Veneris* idem locus dici a Pindaro meruerit, Pyth. Od IV. p. 271. Accedebat non incolarum duntaxat celebrata in alendis equis & equestribus agonibus peritia, sed nobilitatum insuper præclaris ingeniis solum, Carneade, Aristippo, Callimacho, aliis. Hinc felix etiam & florens olim Cyrene, adeo ut Plato a Cyrenæis rogatus, quo leges scriptas iisdem relinqueret, id inde legatur recusasse, quod diceret, difficile esse leges Cyrenæis imponere, rebus eorum ita prosperis, χαλεπῶς εἶναι Κυρηναίοις νομοθετεῖν οὕτως εὐτυχοῦσιν. Tradit id Plutarchus ad Princip. Inerudit. pag. 779. Unde de mutata ejusdem urbis fortuna alius Cyrenæus Scriptor Synesius Epist. L. p. 188. ὀδύρομαι δὲ τὸ ΚΑΕΙΝΟΝ ΕΔΑΦΟΣ ΤΗΣ ΚΥΡΗΝΗΣ, ὃ πάλαι μὲν εἶχον Καρνεάδαι τε καὶ Ἀριστίππου, *Equidem* CYRENES ILLUSTRE SOLUM *deploro, quod Carneadæ olim habebant & Aristippi*; & alibi, Oratione nempe de Regno p. 2. de eadem; πόλις ΕΛΛΗΝΙΣ, ΠΑΛΑΙΟΝ ΟΝΟΜΑ ἔχουσα ΣΕΜΝΟΝ, ἣ ἐν ᾠδῇ μυρίαι τῶν πάλαι σοφῶν; GRÆCA *civitas*, ANTIQUUM & VENERABILE NOMEN, *infinitis olim doctorum celebrata carminibus.* Hæc autem omnia veteris Cyrenes decora, quo magis eadem celebraret, ad unum Apollinem tanquam verum propitiumque urbis illius Auctorem & Ἀρχηγέταν refert hic Cyrenæus vates. Adde, quod sequutis temporibus *Flaviæ* etiam nomenclationem a Vespasiano, quondam ejus, uti supra jam vidimus, Quæstore, eadem urbs meruerit; sicut liquet e veteri Titi nummo qui exstat hodie in Gaza Gallorum Regia, & quem jam vulgavit Celeb. Patinus, cum inscr. ΦΛΑΥ. ΚΥΡΗΝΗ, *Flavia Cyrene.*

V. 98.

V. 98. Δελφὸς &c. λαὸς] Sic apud Æschylum Eumen. v. 15. λεὼς Δελφὸς. ubi Critici, καὶ ὁ Δελφὸς λεὼς, ὅς ἐστι τῆς χώρας ἄναξ, *Delphus* seu *Delphicus etiam populus, qui regionis est dominus.* Nempe Δελφὸς gentile ὁμωνύμως τῇ πόλει, ut vere Stephanus, ac sicut Δελφὸς dictus, non solum Apollinis filius, juxta Pausaniam l. IX. p. 619, & a quo urbi nomen, sed Apollo ipse, ut ad Juliani Cæsares olim monui p. 382. Nempe idem quandoque urbis conditoris & gentile etiam nomen, ut in voce Δάρδανος notat Stephanus, & de urbe ac gentili ὁμοφώνῳ idem monet in voce Ἀκριώρειος, & Δρέπανα de Lyciæ urbe, ac alibi.

Ibid. ἐφύμνιον εὕρετο] Nempe illud, quod præcedenti versu dixerat, Ἰὴ Ἰὴ παιῆον, de quo jam supra actum ad v. 21, & qua de re itidem Claudianus Præfat. in Rufin. v. 11. *Omnis Jo Pæan regio sonat*; ubi scilicet cæsum ab Apolline Pythonem illum, & *liberum* inde *Parnassum* ac *puriorem Cephisum* enarrasset. Hinc etiam, qui ejusdem ἐφυμνίου meminit Apollonius, illud non adeo a *Delphorum populo*, ut hic Callimachus, quam a Coryciis in Parnasso Nymphis repertum tradit lib. II. v. 714.

—— Ἰὴ Ἰὴ κεκληγυῖαι
Ἔνθεν δὴ τόδε καλὸν ἐφύμνιον ἔπλετο Φοίβῳ,
—— *Ie Ie acclamantes.*
Hinc sane pulcrum hoc hymni intercalarium natum est Phœbo.

Vocatur etiam ἐφύμνιον, cum ab Athenæo l. XV. p. 501. tum a Græcis Aristophanis interpretibus, uti mox dicetur. Immo adde his omnibus antiquiorem longe Æschylum, Pers. v. 393. Παῖαν ἐφύμνουν, *Pœana canebant*, quamquam ibi de Pæane ante pugnam cani a Græcis solito agatur, eoque juxta Græcos Thucydidis enarratores ad lib. I. p. 35, non Apollini, sed Marti sacro, & qua de re ad ipsum Æschylum. Quid sit autem ἐφύμνιον, docet Hephæstio p. 70. & veteres Grammatici ad Æschyli Metrica, Agam. v. 123. nempe ubi legitur,

Ἄιλινον, ἄιλινον, τὸ δ' εὖ νικάτω,
Næniam, næniam dixit, bene autem eveniat;

quod scilicet in fine cum antistrophæ, tum epodi repetitur.

V. 100. πυθώ τοι κατίοντι] Citantur hic & tres sequentes versus in Scholiis ad Aristophanis Εἰρην. pag. 654. ubi simile in hunc Apollinem, de quo ante, ἐφύμνιον occurrit Ἰὴ παιὼν, Ἰὴ; notant vero ibi Critici, ἐφύμνιον εἰς Ἀπόλλωνα; τὴν δὲ αἰτίαν Καλλίμαχος ᾖσε διὰ τούτων, πυθώ τοι κατίοντι &c. Πυθὼ autem, ut vulgo notum, tam de *loco* seu sede *Oraculi Delphici*, quam de *serpente* ipso dicta. Grammatici ad initium Pythiorum Pindari, notant Νάπην primo, ut jam supra monui, dein Πετρήεσσαν, postea Κρίσσαν, tandem Πυθὼ, ab occiso nempe ibi serpente *Pythone*, dictum eundem locum.

V. 101. Αἰνὸς ὄφις] Quem *Pythona*, ut notum, vulgo apud scriptores dictum, Δελφύνην πελώριον vocat Apollonius l. II. v. 708. ubi notant Critici, ab aliis masculino, ab aliis feminino genere hoc serpentis seu δρακαίνας nomen efferri; a Leandro vero & Callimacho tradit hunc Δελφύνην dictum custodem Oraculi Delphici. Qui Poetæ nostri ea de re

re locus hodie alibi, quod sciam, non legitur; quamquam istud de custodia Oraculi Delphici eidem serpenti credita, ab aliis, Apollodoro, Pausania, Æliano, sit traditum; immo quem ea de caussa ab Apolline cæsum tradit Apollodorus, quod ab ingressu Delphici adyti eundem arcuisset hic serpens. Hyginus vero insuper ait Fab. CXL. eundem Δελφύνην, seu *Pythonem draconem ingentem, ante Apollinem, ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitum.* Δελφίνην πελώριον, juxta Apollonium, vocat eundem serpentem Heliodorus, apud Tzetzem ad Lycophronem pag. 43; eumque ab Apolline occisum, vim Latonæ inferre parantem,

Δελφίνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν,
Delphinen sagittis ingentem confecit;

& quomodo etiam apud Apollonium ac in Scholiis ad eundem, Δελφίνην pro Δελφύνην legendum mallem. Inde quoque dictus & cultus videtur Apollo Δελφίνιος, quamquam ab aliis, ut e Plutarcho de Solert. Animal. p. 984, a *Delphino*, quem ducem Cretensium coloniæ Cyrrham appulsæ immiserat Apollo, *Delphinii* nomen nactus statuatur.

Ibid. κατηναρεις] Inde Apollinem a Simonide Ἑκατὸν dictum, quod centum sagittis Pythonem interfecerit, eoque nomine magis eum delectatum, quam *Pythii*, tradit Julianus Imp. Epist. XXIV. p. 157. De hac autem hujus serpentis cæde, quam quarta a natalibus die peregisse Apollinem tradit Hyginus Fab. CXL. consuli præ aliis potest Claudianus, a quo perempti Rufini, tanquam alterius *Pythonis* cædes, cum hoc serpente ab Apolline interempto, eleganter confertur Præf. supra jam memorata librorum in Rufinum,

Phœbeo domitus Python cum decidit arcu,

& quæ plura ibidem ea de re leguntur; ac dein in vers. 15.

Nunc alio Domini talis Pythone perempto.

Ob quam tamen diri illius serpentis cædem, novennale exilium passus Apollo, tandem vero expiatus, Oraculi Delphici Præses demum exstitisse dicitur. Sed quæ omnia, Apollinis nempe de Oraculo cum serpente pugnam, sequutumque inde exilium, ut fabulosa redarguit Plutarchus de Oracul. Defect. pag. 417; aliaque de ea serpentis hujus cæde barbari hominis narratio, in sequentibus ibidem traditur pag. 421. In Creta vero apud Chrysostomidem, illam Apollinis ob cæsum Pythona expiationem contigisse referunt Grammatici ad Argum. Pyth. pag. 286. quod tamen non *Chrysostomidi*, sed ejus parenti *Carmanori* tribuit Pausanias lib. X. p. 620. Adde solemne quoddam Delphis Σεπτήριον dictum, nono quoque anno celebratum, quod imitationem haberet pugnæ Apollinis cum Pythone, & a pugna, fugæ Dei ad Tempe, ut auctor est Plutarchus Quæst. Græc. pag. 293. Eundem quoque Pythonem tradit sequenti pag. 294, mari ejectum in regionem Locrorum Ozolarum, atque ibi computruisse.

V. 105. ὁ φθόνος] Hoc & sequentia de Apollonio Rhodio dici creduntur, quod in Vita Callimachi, scripta a veteri aliquo Grammatico, dicatur idem Ibin carmen in hunc Argonauticorum scriptorem, qui inimicus

micus ei factus fuerat, composuisse. Quamquam idem Apollonius, in ejus Vita, quam nobis itidem reliquit vetus aliquis Grammaticus, Callimacho Alexandriæ operam navasse tradatur, immo in eodem cum eo monumento sepultus. Nihil obstat tamen, quin hæc de Apollonio dicta statuantur, quod & σύγχρονοι, ut vel inde liquet, fuerint; & Alexandriæ præterea sub iisdem Ptolomæis, Philadelpho & Evergete, vixerint ac floruerint; & longi Poematis, quod adhuc terimus, auctor exstiterit idem Apollonius. Ita etiam ut nonnulla Callimachi imitatus dicatur eodem in opere Apollonius ab eruditis ad eum Criticis, ut ad lib. I. v. 1309. Καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε; ubi Scholia, Καλλιμάχῳ ὁ στίχος, *Callimachi versus*; & cujusmodi etiam haud pauca deprehendisse credimus, quæ suis ad hunc Poetam locis adnotantur. E quibus proinde facile inter eosdem oriri potuit æmulatio, qualem inter συγχρόνους Pindarum & Bacchylidem Poetas exstitisse, ex eodem Pindaro & Græcis ad eum Criticis liquet. Vide Olymp. Od. IV. p. 27. & Nem. Od. III. p. 255. & ibidem Scholia. Ipse vero Callimachus de se alibi in quodam Epigrammate, de quo mox, *invidia se dulcius cecinisse* confidenter adserere non dubitavit, ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης. sed quod de Apollonio dictum, clarius adhuc ex sequenti versu, & iis quæ ad eum adnotamus, elucescit.

Ibid. Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν] Quod *in aurem alicujus aliquid insusurrare* dixit itidem Tullius III. in Verrem, ac ut invidorum proprium, non palam sed clanculum alterius laudi insidiari, venuste hic ait Callimachus. Idem alioquin, quod *aurem vellere*, non *Apollinis* quidem, ut hoc loco fieri dicitur ab obtrectatore Callimachi βραχυλογίας Poeta, sed ab Apolline ipso, dimovente Virgilium, ne ille magnum aliquod aut heroicum poema scribere adgrederetur, Eclog. VI. vers. 2.

Cum canerem reges & prœlia, CYNTHIUS AUREM
VELLIT *& admonuit* &c.

Ut vero Battiadæ nostri æmulus, λάθριος (Græcorum more, pro λαθραίως) eum sugillasse apud Apollinem traditur, sic ipsius Apollinis λαθραίη templum prope Calydonem, primariam Ætoliæ urbem, exstitisse docet Strabo l. X. p. 459. Verum ubi pro Λαθραίη in scriptis codicibus Λαφραίη legitur; ac unde Λαφρίη legendum jam vidit eruditissimus Palmerius Græc. Antiq. pag. 472. Λαφρίας certe Dianæ apud eosdem Calydonios cultæ meminit Pausanias l. IV. p. 275; & cujus simulacrum Patrensibus ab Augusto dicatum, ac inde in arce Patrensium, erecto eidem deæ fano, dicatum idem tradit, & cui anniversarium sacrum patrio ritu celebrent Patrenses, l. VII. p. 432. &c. sed qua de re, ut & Romano nummo cum inscr. DIANA LAPHR. seu *Laphria*, ad sequentem Hymnum in hanc deam, dicetur opportunius.

V. 106. ἐκ ἀγαμοσ τὸν ἀοιδὸν] Tradunt hic Scholia irrisum Callimachum, quasi auctor longi carminis esse non posset, eaque occasione adactum *Hecalen* scribere. Unde mirari subit, cur eruditissimus Tan. Faber in vitis Poetarum Græcorum tradat Callimachum, alienum utpote

pote a conscribendis magnis libris, tota vita unum reliquis prolixiorem, nempe τὰ Αἴτια edidisse. Hujus vero *Hecales*, (ut de altero illo τῶν Αἰτιῶν opere nihil dicam) præter ea quæ de eo Poemate, & qua occasione id a Callimacho scriptum sit, memorant hoc loco Scholiastæ, aut quæ de eodem monuerunt alii, facta etiam mentio in veteri Epigrammate, in laudem hujus Poetæ scripto, & quod exstat Anthol. l. 1. c. LXVII. Ep. XXIV.

Ἀείδει δ' Ἑκάλης τε φιλοξένοιο καλιὴν,
Canit vero Hecales hospitibus amabilis casam.

Ejus quoque *Hecales* fragmenta nonnulla observavi in veterum Græcorum Commentariis, sicuti ad Pindari Nem. Od. v. ubi corrupte Καλλίμαχος ἐν Αἰκάλῃ pro ἐν Ἑκάλῃ legitur; ad Aristophanis præterea Acharnenses p. 377. item ad Apollonium l. 1. v. 1116. & in Brevibus Scholiis ad Homeri Il. B. v. 547, aut alibi, quæ suo etiam loco tradentur. Notum vero illius Poematis argumentum, *Hecale*, anus paupercula, quæ Thesæum (cujus rei apud Plutarchum in Theseo, Julianum Imp. Epist. XLI, aliosque fit mentio) hospitio excepit, & ad quam proinde respicere notat illustris Scaliger duos illos versus in Priapeiis. *Æqualis tibi, quam domum revertens Thesæus reperit in rogo jacentem;* sed quod monuerat jam ante flos ingeniorum Politianus Misc. c. XXXV. de quo tamen silet ibi ὁ πάνυ.

Ibid. ἔδ', ὅσα πόντος, ἀείδει] Varias hujus loci explicationes tangit in Notis Frischlinus, sed ab ejus mente, si quid judico, alienas: nec melior videtur, quam ex iis prætulit Vulcanius, *qui non mare versibus æquet*, & retinuit in versione ligata interpres, *qui non tantum, quantum mare, cantat.* Ἔλλειψις hic est Poetis familiaris, vocis ἔχει, nempe ὅσα Πόντος ἔχει; & quo haud obscure innuitur, eum Poetam non videri admiratione aut adflatu Apollinis dignum, nisi qui tale Poema possit condere, quo omnia, quæ mare aut *Pontus* ita dictus continet vel adluit, potis est enarrare. Quod utique Apollonio Rhodio apprime liquet convenire, ac respicere omnino ejus Argonautica, quæ de *Pontica* Heroum illorum expeditione agunt; inde etiam initium ducunt, sicuti ab invocatione hujus Apollinis, Ἀρχόμενος σέο ΦΟΙΒΕ &c. Μνήσομαι οὔ ΠΟΝΤΟΙΟ κατὰ κῦμα &c. *Tuis* PHOEBE *auspiciis, Memorabo, qui in os* PONTI &c. ac toto dein Poemate illam profectionem maritimam in Pontum, & ex eo reditum, omniaque inde quæ utrumque illud mare Internum & Ponticum adluunt loca, & singulas, quæ eadem incolunt gentes, aut cæteroquin quæ in longinqua illa expeditione memoranda, celebrat aut enarrat Apollonius. Haud alius quærendus est nec magis opportunus, qui hactenus eruditos fugit, hujus loci sensus; & qui insuper egregie firmat ac illustrat, quæ de eodem Apollonio, tanquam invido illo, qui Callimachum, quod tale Poema, quale ipse conscripserat, procudere non posset, hisce sugillarit, ad superiorem versum sunt adnotata.

V. 107. Τὸν φθόνον ὦ πόλλων ποδὶ τ' ἤλασεν] Adeo ut Apollo, tanquam verus & æquus talium judex aç supremus arbiter, hic adimpleat, quod

quod a Trajano petebat in Panegyrico Plinius, cap. LXII. *ne respexeris clandestinas existimationes, nullisque magis quam audientibus insidiosos susurros.* Continuatio proinde hæc est prioris προσοπωπείας, juxta quam φθόνος hic iterum pro φθονερῷ, *invidia* nempe seu *livor*, juxta illud Poetæ, *livorque secundis anxius*, pro *invido* seu æmulo & obtrectatore, qualis erga Callimachum Apollonius. Neque aliter apud Pindarum Ol. Od. VIII. p. 78. Μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος, *ne petat me lapide aspero invidia*: h. e. ut ibi Critici, *nemo mihi invideat*, μηδεῖς μοι φθονείτω; & quo referri etiam possunt similes formulæ, ut apud Æschylum Agam. v. 913. φθόνος δὲ ἀπέστω, pro quo pariter Latini, *absit verbo invidia*; aut sicut apud Ovidium Epist. Phyllid. v. 79. *Illa (nec invideo) fruitur* &c. Ita adhibita quandoque vox νέμεσις, sicut apud eundem Græcum Tragicum in Thebana virginum chorus ad Eteoclem, ab eo de sua sollicitudine in imploranda Tutelarium urbis Numinum adversus imminens ab hostibus periculum ope reprehensus, ait vers. 241. τί τάδε νέμεσις στυγεῖ; *cur hæc aversatur invidia?* cui respondet continuo Eteocles, οὔτε φθονῶ σοι δαιμόνων τιμᾶν γένος, *non invideo tibi, ut Deorum colas genus*; ac similiter ab hoc Poeta, οὐ νέμεσις, Hymn. in Dianam v. 64. ac præterea in ejusdem Epigrammate, quod in Anthologia l. III. c. XXV. epig LIX. ac inde etiam inter ejus Fragmenta legitur; ubi nempe dixerat, quod paullo ante tetigi, *se invidia dulcius cecinisse.* Ὁ δὲ ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης; addit, Οὐ νέμεσις; quæ formula erat arrogantiam seu reprehensionem a se dictis amovendi. Ipsum vero φθόνου & νεμέσεως discrimen abunde tradit Aristoteles Rhetor. l. II. c. VIII. errareque eos, qui utrumque pro eodem aut simili statuunt; hanc enim in virtute poni & Diis etiam, νέμεσιν nempe & νεμεσᾶν, cujus quidem rei crebra apud veteres Tragicos exempla, tribui, non autem φθόνον aut φθονεῖν. Unde Proclus in Platonis Theologiam pag. 41, Diis inter alia largitur, βούλησιν ἄφθονον, seu *voluntatem invidiæ expertem*, alibi autem in Timæum nempe l. III. p. 141. inter σκέμματα Platonis refert, ἀγαθῷ δὲ οὐδενὶ οὐδέπωτε περὶ οὐδενὸς ἐγγίγνεται φθόνος, *nulli autem viro probo unquam de ullo nascitur invidia.* Quod φθόνου quoque & Νεμέσεως, seu *Adrasteæ*, discrimen præclare quoque indicat illud Euripidis in Rheso v. 342.

Ἀδράστεια μὲν, ἡ Διὸς παῖς,
Ἔργοις στομάτων φθόνον.

Adrastea, Jovis filia, Prohibeas oris invidiam, seu *arrogantiam*; & Sophoclis itidem in Electra v. 1594.

Ω Ζεῦ, δέδορκα φάσμ' ἄνευ φθόνου μὲν οὐ
Πεπτωκὸς. εἰδ' ἔπεστι Νέμεσις, οὐ λέγω.

O Juppiter, video spectaculum, quod non sine invidia accidit. Utrum vero adsit Nemesis, non adfirmo.

Immo sicut, quod modo vidimus, dictum a veteribus φθόνος ἀπέστω, *absit invidia*, sic contra invocata, ut adsit dicenti, favens scilicet Nemesis seu Adrastea, uti ab Aristide fieri observo Gratul. Smyrn. pag. 477. καλοῦμεν δὲ Ἀδράστειαν, ad verbum, *invocamus autem Adrasteam*, & quod Canterus ibi vertit, *absit verbis invidia*; & similiter, sacr. serm.

11.

11. p. 512. 513. ἡ δὲ Ἀδράστεια κεκλήσθω σὺν αὐτῷ, *Adraſtea autem cum ipſo invocetur*; Canterus autem, *quod ipſius ac Nemeſis pace dictum ſit.* Quo itidem ſpectat illud Euripidis in Rheſo v. 468. σὺν Ἀδραστείᾳ λέγω, *cum bona Adraſtea venia dico*; quod tumidis nempe ac vanis oſtentatoribus infeſta haberetur hæc Dea, ut bene ad Heſiodum obſervat ὁ πολυμαθέστατος Grævius, & vel unus hic Lucani locus abunde arguit lib. v. v. 233.

Et tumidis infeſta colit qua Numina Rhamnus.

Quamquam, ut obiter hoc addam, φθόνος etiam ſubinde a Græcis Tragicis pro νεμέσει ſumi, ac Diis inde tribui liqueat, ſicut ab Euripide Iphigen. in Aul. v. 1097. Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ, *ne qua Deorum invidia veniat*, nempe *ira* vel *indignatio*, ſeu νέμεσις.

V. 108. Ἀσυρίᾳ ποταμοῖο μέγας ῥόος] *Perſarum Euphratem* his deſignari notant Scholia, quod de Callimachi ætate nemo facile intelliget, qua ad Euphratem uſque Ptolemæorum, ſub quibus ille vixit, Philadelphi puta & Evergetis, porrigebatur ferme imperium; aut alias idem fluvius, excuſſo veteri Perſarum jugo, in Alexandri primum, dein Seleucidarum ditionem majori ex parte, tranſierat. Limes idem poſtea, ut notum, ſub Auguſto Romani Imperii, ſeu *amnis*, ut de eo Tacitus, An. l. xv. c. xvii. inter Parthos & Romanos *medius*, ita ut eoſdem Parthos apud Lucanum Pompejus vocet l. viii. v. 213. *populoſque bibentes Euphratem*, ac unde etiam *Parthia fluvius* dicitur ab auctore libelli de Fluminibus Plutarcho adſcripti; donec ſub Trajano Romani quoque juris factus, ac inde etiam una cum Tigride, in præclaro Trajani nummo ſignatur, quo ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTA dicitur. Quamquam ideo ὁ τῶν Περσῶν *Perſarum Euphrates* dictus in his Scholiis, ſeu quod ad Perſas rediiſſet ſequutis temporibus & ab ævo Alexandri Severi Parthorum ad Euphratem uſque imperium extendebatur; ſeu vero, quod in *Perſide* fontes Euphratis ac Tigridis, qui tamen erant in Armenia, nonnunquam ſtatuantur, ut apud eundem Lucanum l. iii. v. 253.

——cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diverſis fontibus edit
Perſis.

Et ſicut *Perſicus* etiam fluvius idem a Nonno dicitur Dionyſ. l. xxiii. pag. 604.

Περσικὸς Εὐφράτης ἀκ ἔκφυγε γείτονα Πέρσην,
Perſicus Euphrates non effugit vicinum Perſam.

Nec minus obvium, cur *Aſſyrii fluvii* nomine idem hic a Callimacho vocetur; quum notum ſit, & monuerint ſæpe eruditi, *Aſſyrios* & *Syros* paſſim confundi apud veteres ſcriptores, maxime autem apud Poetas Græcos Latinoſque; unde Phœnicius Adonis, *Aſſyrius* a Bione dictus, & purpura Tyria a Virgilio, *Aſſyrium venenum* Georg. lib. ii. v. 465, & *Aſſyria*, ut obſervo, de *Cappadocia* etiam ab Apollonio Rhodio l. ii. v. 948. quod nempe, ut notant ibidem Critici, ἡ πάλαι Συρία, ſeu *antiqua Syria*, eadem regio fuerit appellata. Unde *Aſſyriam mediam*, τὴν μέσην σφῶν Ἀσυρίην, ſeu *Meſopotamiam*, quod ibidem additur, *ab incolis appellatam*, Euphrate ac Tigride terminari dicit Arrianus, Ἀναβ.

l. VII. Ut mittam Babyloniam, pluribus Euphratis alveis irriguam, *Assyriam* haud semel, cum alibi, tum apud Ammianum nuncupari, & notanter l. XXIII. v. 11. de Juliani in Persidem expeditione, *læva per Adiabenam & Tigridem, dextera per Assyrios & Euphratem.* Quamquam ratione veteris *Assyriæ* ita dictæ, quæ haud alia erat, ut aliunde notum, & ipse Ammianus testatur, c. VI. p. 371. quam quæ *Adiabena* postea fuit vocitata, non *Euphrates*, sed Tigris, *Assyrii fluvii* nomine debuisset potius designari. Mitto quod non *Assyrius* solum, ut hoc loco, sed *Medus* etiam primum dictus Euphrates tradatur ab auctore, vulgo Plutarcho, de Fluminibus.

Ibid. μέγας ῥόος] Quomodo *flumen magnum Euphrates*, dicitur Deuter. c. 1. v. 7. ac apud Thargumistas נהר seu *fluvius* absolute positus, de *Euphrate* dici consuevit. Hinc Lucanus loco paullo ante adducto, *cum Tigride magnus Euphrates*, & apud Ammianum l. XXIII. c. VI. p. 372. *flumen regium & Euphrates cunctis excellens.* A quo etiam fluvio, quod paullo ante dixerat Ammianus, sicut a *fluminibus maximis* Ægyptus, India, *Euphratensis* quoque dicta, quæ antea *Commagene* vocabatur. Qua de re consuli etiam potest Procopius, Bell. Pers. l. v. c. XVII. p. 47. Unde etiam ex Josephi loco, ubi de Euphrate dicitur Αρχ. l. 1. c. 1. Καλεῖται δὲ ὁ μὲν Εὐφράτης Φορὰ σημαίνει δὲ ἤτοι σκεδασμὸν, ἢ ἄνθος, h. e. juxta veterem interpretem, *vocatur Euphrates quidem Phoras, quod significat dispersionem*, seu *flos.* Pro ἄνθος, doctissimus Is. Vossius ὄνθος *stercus* seu *fimum* legendum existimavit, ob lutulenti fluvii illius limum.

V. 109. λύματα γῆς] Quod, ut alia mittam, abunde firmatur ex iis, quæ de altissimo limo supra Euphratis aquam coeunte, & quidem per L stadia præter alios tradit Procopius libro & cap. loco modo indicato, ubi de Euphratis & Tigridis ortu ac fluxu agit accurate. Idem de magnis aliis fluviis, ut Nilo, dictum, & cujus ὕδωρ ἰλυῶδες seu *aqua limosa* cum ab aliis, tam a Galeno traditur, qua de re mox. Immo Euphratem desinere in aquam palustrem & limosam, seu τεναγώδη, adducta ejus rei caussa, refert Arrianus, Αναβ. l. VII.

Ibid. ἐφ' ὕδατι συρφετῶν] Idque inde, quod Euphrates longe Tigride altior, suis aquis terræ altitudinem exæquat, ac verno & æstivo tempore, ripis superatis, Assyriorum campos inundare ac πλημμυρεῖν fuerit solitus, ut a Strabone, Arriano, Plinio, aliisque traditur.

V. 110. ἐκ δὲ παντὸς ὕδωρ] Singularis nempe veterum cura in Numinum suorum cultu, ut lotionibus & καθαρμοῖς rite adhibitis is perageretur. Eam vero in rem, non promiscuus, sed status ac solemnis destinatæ *aquæ*, seu *marinæ*, seu *fluviatilis*, seu *fontium*, usus adhiberi solitus, ut observat etiam Philo περὶ Θυσιῶν p. 848. οἱ μὲν ἄλλοι χεδὸν ἅπαντες ἁμιγεῖ ὕδατι περιῤῥαίνονται, θαλάττῃ μὲν οἱ πολλοὶ· τινὲς δὲ ποταμοῖς, οἱ δὲ κάλπεσιν ἐκ πηγῶν ἀρυόμενοι; *cæteri fere omnes aqua pura lustrantur, marina plerique, nonnulli autem fluviatili, aliique etiam urnis eam e fontibus haurientes.* Ita Aristides Serm. sacr. II. pag. 545. de crebris lotionibus sibi ab Æsculapio præscriptis, ἐγὼ μὲν ὅσα ἂν ποταμοῖς,

μοῖς, πηγαῖς, ἢ καὶ θαλάττῃ προσέταξε χρήσασθαι, *nam quoties fluviis, fontibus, aut etiam mari uti jusserit.* Frequentem utique *aquæ marinæ* ad lustrationes id genus aut piamenta usum exstitisse, e plurimis veterum auctorum, ac Poetarum, imprimis Tragicorum, locis liquet, & qua de re alibi. Tanagræorum utique, ut alia hic mittam, matronas Bacchi sacris initiatas, ad mare καθαρσίων ἕνεκα descendisse, auctor est Pausanias l. IX. p. 572. & statuam Dianæ Tauricæ, ut ab Oreste pollutam, aqua marina lustrandam, Euripides Iphigen. Taur. v. 1034. Haud aliter (ut de distincta etiam certorum aut *fluviorum* aut *fontium*, ad sacros id genus usus aqua, obiter hoc tangam) ac Minervæ lavacrum, non ex Argolicæ regionis fontibus, sed ex Inacho fluvio advectum tradit Callimachus Hymn. in Lavacrum hujus Deæ v. 46. & 50. Ita Cybeles simulacrum quotannis a Gallis sacerdotibus, non alibi, cujus exempli opportune hic meminit præstantissima Fabri filia, quam in Almone fluvio lavari solitum, ut, præter Ovidium in Fastis, tradit Lucanus l. I. v. 60.

Et totam parvo revocant Almone Cybellen.

Adde hisce, quod in Hercyna fluvio lavari soliti, qui Triphonium Oraculum consulerent, bibendaque iis insuper aqua e fonte Lethes dicta, indice utriusque illius ritus Pausania l. IX. pag. 603. sic aqua ex Hippocrene adhibita ad expiandum Orestem, juxta eundem Pausan. l. II. p. 145. ac e solo latice, qui Delphis prope delubrum Musarum, libari tantum solitum, quod tradit Plutarchus de Pythiæ Oraculis pag. 402. ὅθεν ἐχρῶντο πρὸς τὰς λοιβὰς ὕδατι τούτῳ, *unde ea aqua ad libationes utebantur;* sicut etiam Sacerdotes seu Ministri templi Delphici, Castalia aqua se abluentes, antequam templum adirent, ut liquet ex Euripide in Jone v. 96. Sic in Ilisso, Atticæ fluvio, lavari tantum soliti minoribus Mysteriis initiandi; & Olympiæ cinerem aqua Alphei amnis aræ affusa circumglutinari, cum nulla alia aqua id possit efficere, ut tradit Plutarchus de Oracul. defectu p. 433. Ἐκ τοῦ Αλφειοῦ παραχέοντες ὕδωρ, ἑτέρῳ δὲ πειρώμενοι ποταμῷ, οὐδενὶ δύνανται συναγαγεῖν οὐδὲ κολλῆσαι τὴν τέφραν; *Ex Alpheo fluvio affundentes aquam, nullius vero alterius fluvii, facto ejus rei periculo, aqua potuerunt eosdem cineres coacervare aut conglutinare*, sicut verti locus ille debuit.

Ibid. ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι] Quomodo Ὑδροφόρια una voce dicta Delphinii hujus Apollinis apud Æginetas sacra, juxta Criticos ad Pindari Nem. Od. v. p. 374. *Aquæ* nempe varius in sacris veterum usus, cum ad Sacerdotum, victimæ, altaris, aut ob cædem admissam expiandorum ablutiones, seu piamenta; eademque aqua in templorum χέρνιβας & περραντήρια inferri solita, qua inde lavari aut adspergi fana ipsa Deorum ingredientes consueverant. Adde, quod eadem fana nonnisi puro pede adiri debuerint; unde a custode templi Delphici Jone petit Chorus apud Euripidem, Jon. v. 220.

Θέμις γυάλων ὑπερβῆναι
Λευκῷ ποδί γ';
Est ne fas septa templi transire puro pede?

non *albo*, ut ibi vertit Canterus. Quam in rem, ut alia nota aut trita hic mittam, occurrit præclarus apud Hippocratem locus, lib. de Morbo sacro, cap. 11. ubi postquam tradidisset Deum esse, qui majora & graviora peccata purget ac purificet, quique *liberatio*, ut ibi ait, *nostra existat*, καὶ ἔρυμα ῥυόμενον ἡμῖν, addit, αὐτοί τε ὁρᾶς θεοῖσι τῶν ἱερῶν καὶ τῶν τεμένεων ἀποδεικνύμενοι, ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνοι, ἢ μὴ ἁγνεύοι, εἰσίοντές τε περιῤῥαινόμεθα, ἐκ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλ' εἴ τι καθάρσιον ἔχομεν μῶσθ', τοῦτο ἀφαγνιζόμενοι; *ipsique terminos templorum ac delubrorum Dii designamus, ut nullus, qui non purus sit, eos transcendat; & ingressi respergimur, non ut inquinemur, sed, si quod etiam antea scelus admiserimus, purificemur.* Μελίσσας autem dictas Cereris sacerdotes, præter hunc locum tradunt qui inde forte id hausere veteres Grammatici, quæ antea Μητροπόλοι, ut notat in postrema hac voce Hesychius, vocabantur. Quamquam apud Pindarum eo Μελίσσας nomine, quod jam viderunt alii, *sacerdos Delphica* designetur Pyth. Od. IV. p. 239. χρησμὸς ὥρθωσε μελίσσης Δελφίδων, *Oraculum erexit sacerdotis Delphici*, ad quem locum adiri possunt Critici, qui proprie *Cereris sacerdotes* ita dictas, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰς πάσας observant, & quarum præterea insigne, coronam, papaver, & clavim ex humeris pendulam exstitisse, tradit Callimachus H. in Cerer. v. 45, qua de re ibidem. Ἱεροφάντιδες vero eædem *Cereris sacerdotes*, appellatione aliis quoque communi, ut Minervæ sacerdoti apud Plutarchum in Sylla, dictæ a Sophocle Oedip. Col. v. 530. Peculiaria vero *sacerdotum* id genus *feminarum*, certis dicatarum numinibus, nomina exstitisse, aliunde etiam liquet; ut Θυιάδας, auctore Hesychio, quæ Δηοῦς hujus filiæ Proserpinæ operabantur; & Κιρνοφόροι, quæ Rheæ apud Nicandrum Alex. pag. 144. Sic Minervæ sacerdos apud solos Cilicas, Ὑπεκκαυσφία appellata, juxta Plutarchum Qu. Gr. p. 292; & Apollinis non Delphici solum, quod aliunde liquet, sed Λυκείᾳ etiam apud Argivos, Προφῆτις ab eodem Plutarcho dicta, in Pyrrho pag. 404. Ita Γέραιραι mulieres Athenis, occultis Bacchi sacris ministrantes apud Demosthen. in Neæram. p. 527. & 528. sicut Βάκχαι θυάδες & Μιμάλλονες etiam apud Lycophronem p. 210. appellatæ, eidem Patri Libero consecratæ feminæ. Deabus autem, e sequiori sexu easque *virgines* ut plurimum, delectas, quæ sacra earum procurarent, cum ex auctoribus, tum ex aliis monumentis antiquis, in quibus sacerdotum id genus feminarum haud semel fit mentio, obvium. Adeo etiam ut Athenis lege cautum fuerit, ut *sacerdos femina virgo esset*, notante id Marcellino in Hermogenem p. 65. τὴν ἱέρειαν νόμος παρθένον εἶναι: contigisse autem, ut sacerdos id genus abortum passa, μοιχείας accusaretur. Sic aliam sacerdotem tradit in iisdem Commentariis pag. 319. (quos ideo tango, quia, ut supra jam innui, non in multorum adeo manibus ii versantur) Syrianus lenocinii accusatam, sed absolutam. Unde non Ἱέρειαι solum, sed Ἀρχιέρειαι etiam leguntur nonnunquam in monumentis antiquis, sicut in Cl. Sponii Misc. p. 335. & 349. Hinc Philo de Vitæ Contemplat. p. 899. adducit virgines Hebræas, quæ Essæorum exemplo castitatem colerent, idque voluntarie, seu, ut addit, *non coacta*, sicut non-

nonnullæ Græcorum ſacerdotes, παρθένοι τὴν ἁγνείαν ὐκ ἀνάγκῃ καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν. Hinc ſubinde ſacerdotes id genus uſque ad nubilem ætatem tantum adhibitæ, ut Dianæ in Ægira Achaiæ apud Pauſan. l. VII. p. 45. & pariter Minervæ Aleæ apud Tegeatas Arcadas, eodem teſte l. VIII. p. 530. Nonnullæ vero etiam apud Græcos ſacerdotes mulieres, ſed *viduæ* ac *univiræ*, & quæ cœlibes deberent poſtea permanere, ut Telluris ſacerdos in Achaia, Pauſan. l. VII. p. 450. & Delphis ac Athenis non virgines, ſed viduas, cuſtodiendo ibidem æterno igni præfuiſſe, auctor Plutarchus in Numa.

V. III. καθαρή τε καὶ ἀχράαντος] Quales vulgo fontium ſcaturigines, aut inde profluentes aquæ; ac unde de Cadmo Ovidius Metam. l. VIII. v. 56. &c.

Sacra Jovi facturus erat, jubet ire miniſtros,
Et petere e VIVIS LIBANDAS FONTIBUS UNDAS.

Talis proinde aqua, quæ ita liquida & illimis in vivis id genus fontibus labitur, non quæ e limoſis fluviis hauſtis, pura demum fit percolata per vaſa fictilia, ut de Nili aqua limoſa olim factum tradit Galenus de Simpl. Medic. Facult. l. I. c. IV; ἔστι δὲ δή πω καὶ ΤΟ ΙΛΥΩΔΕΣ ΥΔΩΡ σύνθετον πῶς ὡς καὶ τὸ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ τὸ κατ' Αἴγυπτον, ἀλλὰ διὰ τῶν κεραμείων ἀγγείων διηθούμενον. *Eſt porro etiam* AQUA LIMOSA *quadantenus compoſita, velut* NILI, *quæ in Ægypto eſt, ſed ea per fictilia vaſa percolata plane pura efficitur*; ubi addit inſuper ejuſmodi aquam, quo καθαρὴ efficiatur, bis terve percolandam.

V. 112. Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς] Πίδαξ nempe de ſalienti e ſaxo fonte ſeu aqua dicitur, ut apud Apollonium l. IV. v. 1394. πίδακα μαστεύεσκον, *ſalientem aquam quærebant*, ac unde Euripides in Andromacha v. 116.

Τάκομαι ὡς πετρίνα πιδακόεσσα λιβάς,
Colliqueſco ſicut gutta ſcaturiens e ſaxo.

Sacra autem, ſeu ἱερὰ, eadem hic dicitur, ſicut quævis aquæ ad ſacrorum uſum deſtinatæ, & quomodo de loco ταῖς Σεμναῖς dicato Sophocles ait Oedip. Col. v. 482.

ΙΕΡΑΣ ἐξ ἀνειῤῥύτου χοὰς
ΚΡΗΝΗΣ ἐνέγκον δι' ὁσίων χειρῶν θίγων.
SACRAM *undam ex perenni* FONTE *puris manibus affer.*

Immo ſicut fluvii *ſacri*, ſeu ἱεροὶ, vulgo a Græcis Latiniſque Poetis appellati, ut ἱερῶν ποταμῶν in genere apud Euripidem Mede. v. 410. & 846. & apud Apollonium l. III. v. 165. καὶ ποταμῶν ἱεροὶ ῥόαι, & *fluviorum ſacri fluxus*; & *ſacri fluctus marini* etiam dicti, ut ab Euripide Cycl. v. 264. μηθ' ἱερὰ κύματα, ac unde Græcorum, ut ſolet, more Horatius lib. I. Od. I. *aquæ lene caput ſacræ*. Ideo autem hæc appellatio iis indita, quod ſingulis fluviis aut fontibus totidem Genii tributi, aut vero a veteribus ii pro Diis, & quidem primis & maximis haberentur, ſicut docet Ariſtides Hymn. in Neptun. T. I. p. 34. καὶ ὡς ΘΕΟΥΣ ΠΗΓΑΣ καὶ ΠΟΤΑΜΟΥΣ ἐνόμιζον οἱ πρῶτοι, μεγίστους τε καὶ πρώτους, καὶ ἔτι γε νάματα, *tum quod veteres* FLUVIOS *&* FONTES *pro* DIIS *maximis & pri-*

mis habuerint atque etiam LATICES. Unde *ſacra aqua*, ſeu *vivus ex antro Nympharum defluens* dicitur apud Theocritum Idyll. VII. verſ. 136.

——τὸ δὲ ἐρρύηεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφᾶν ἐξ ἀντροῖο κατειβόμενον κελάρυσδεν.

Adde quod *aquæ* Diis vulgo etiam *ſacræ*, ut Pharis aqua Mercurio ſacra dicitur apud Pauſaniam l. VII. p 441.

Ibid. ὀλίγη λιβάς] Quod ab Apolline hic dictum, in gratiam illius βραχυλογίας, cujus ſe valde ſtudioſum oſtendit Callimachus, cum pervulgato illo dicto, quod ei Athenæus tribuit, *magnus liber*, *magnum malum*; tum præterea eo Epigrammate, quod infra legitur, ſcripto ab eo εἰς τὰς βραχυλόγους; ac ubi inter alia de ſe ait ad Bacchum, ἐμοὶ δ', ὦ ναξ, ἡ βραχυτυμβίη, *mihi autem, o domine, breve carmen.* Quo ſpectat inſuper, quod de Callimacho, ut ad ſcribenda grandia poemata, ſicut Jovis cum Titanibus prœlia, impari, tum de ſe etiam, ejus exemplo, ſcribit Romanus Callimachus, Propertius l. II. El. I. verſ. 39 &c.

Sed neque Phlegræos Jovis Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus.
Nec mea conveniunt duro præcordia verſu
Cæſaris in Phrygios condere nomen avos.

Hinc illud Antipatri de breviloqua itidem Erinna, Lesbia Poetria, opportune ad hunc locum, quo melior dicitur exilis cygni ſonus, quam alta graculorum crocitatio, Anthol. l. III. c. XXV. Ep. LXIX.

Παυροεπὴς Ἐρίννα, καὶ ὀ πολύμυθος ἀοιδαῖς,
Ἀλλ' ἔλαχεν Μούσης τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.

Mox:

Αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
Μυριάδες λήθῃ ξεῖνε μαραινόμεθα·
Λωίτερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἢ κολοιῶν
Κρωσμὸς, οὐ ἐαρναῖς κιδνάμενος νεφέλαις:

Breviloqua Erinna & non verboſa cantibus, ſed ſortitum eſt Muſas hoc exiguum carmen; dein, *ac vero innumeræ recentiorum coacervatim Poetarum myriades oblivione, o hoſpes, contabeſcimus. Eſt melior cygni parvus* ſeu *exilis ſonus, quam graculorum crocitatio, in vernis quæ diſſipatur nubibus.* Quamquam haud ſemper βραχυλογίας ſtudioſum fuiſſe Callimachum e Luciano liceat colligere, qui ubi Homerum dixiſſet, licet Poetam, Tantalum, Ixionem, Tityrum, alioſque breviter percurrere, addit de Conſcr. Hiſtor. pag. 704. Tom. I. edit. Salm. εἰ δὲ Παρθένιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ἔλεγε πόσοις ἂν ὄιει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄγαγε διὰ τὸ χεῖλος ἤγαγεν, *ſi Parthenius, vel Euphorion, vel Callimachus eadem tractaret, quam multis puta vocibus aquam ad labia uſque Tantali adduxiſſet?* Verum non de noſtro Callimacho, ſed forte de altero juniore e ſorore ejus nato, & qui poema heroicum ſcripſiſſe a Suida traditur, id a Luciano hic dictum. Quamquam fatendum ſit, quod ſolo Callimachi nomine noſter Battiades, maxime ubi de poetis ſermo, ſoleat a veteribus

veteribus designari; ut nunc de *Callimacho Colophonio* taceam, cujus e Tatiano meminit Eusebius Præpar. Evangel. l. x. pag. 491. edit. Græc. Latin.

Ibid. ἄκρον ἄωτον] Sicut *sacra aqua* hoc loco, sic vini *Lesbii florem* seu præstantiam eadem voce innuit in Epigrammate, quod infra legitur, Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης; quomodo *florem vini* pariter alii dixerunt, aut sicut ῥώδων ἀώτοις in alio ejusdem Callimachi Epigrammate dicitur. Notus autem promiscuus & familiaris, maxime Pindaro, hujus vocis ἀώτη de quavis re suo in genere eximia, usus, ut μαστικῆς ἄωτον, Ol. Od. II. Ἡρώων, aut clarorum progenitorum, ἄωτον, Ol. Od. II. & Nem. Od. VIII. στεφάνων ἄωτον, de corona Hieronicarum, Ol. Od. V. & Isthm. Od. VI; ac similiter alibi apud eundem modo σοφίας ἄωτον, modo ζωᾶς ἄωτον, modo γλώσσας ἄωτον, modo χαρίτων ἄωτον, modo ἵππων etiam ἄωτον dicitur.

V. 113. ὁ δὲ Μῶμος] Idem nempe, quem φθόνῳ seu *invidiæ* vel *livoris* nomine paullo ante indicaverat, seu Apollonius revera fuerit, seu quis alius Callimachi Musis iniquus, ac proinde sicuti μῶμος & φθόνος apud auctores nonnunquam conjunguntur, sicut apud Plutarchum Polit. Præc. p. 820. ἄχραντον ὑπὸ φθόνου καὶ μώμου τιμήν, *purum ab invidia & livore* seu *reprehensione honorem*. Usi vero seniores hac voce μῶμος, pro *vitio*, non *animi*, sed *corporis*, ut Levit. XXII. v. 20. pro quo in Hebr. מוּם in Chald. & Syriac. מוּמָא, unde factum illud Græcorum μωμος, ab aliis de *animi macula* reprehensione digna seu ψόγος dictus, & pridem ab Homero Odyss. B. v. 86. ac in brevibus ad eum Scholiis μῶμος, ψόγος, quæ eadem est Hesychii de hac voce glossa. Inde μῶμος Deus aliorum irrisor & obtrectator ab iisdem appellatus.

Ibid. ἵν' ὁ φθόνος, ἔνθα νέοιτο.] Nempe quod Græci dixerunt non solum ἐς κόρακας, sed hic magis apposite, εἰς φθόρον, aut εἰς φθορῶν, vel εἰς ὄλεθρον, quo in *perniciem* seu in *malam rem* quis abire jubetur. Prioris exemplum, ut hoc loco, occurrit apud Æschylum Sept. Theb. v. 258.

Οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀναχήσῃ τάδε;
Non in malam rem abiens tacita hæc tolerabis?

Ubi veteres Critici, ἐκ εἰς φθορῶν ἀπελθοῦσα, ἄφων (ita melius quam ἀφώνως) ῥήσεις; posterioris apud Sophoclem in Oedip. Tyran. ubi bis legas vers. nempe 438. & 1167. ἐκ εἰς ὄλεθρον; Idem vero dixit Comicus in Equitibus p. 354.

Ἄπαγ' ἐς Μακαρίαν ἐκποδών. Αλ. σύγ' ὦ φθόρε,
Apage hinc in Macariam (seu *in malam rem*) *Al. apage, tu vero perdite*;

ubi eruditi Grammatici notant ἐς μακαρίαν pro εἰς ὄλεθρον dici; dein φθόρε δὲ ὀλέθρε (non ὄλεθρε) φθοροποιέ: φθόρος nempe ibi non pro φθορᾷ, aut *perditione*, ut in hoc Callimachi, aut adducto Æschyli loco, aut sicuti apud Theocritum, vir pravus pecuniæ dispensator ab uxore dicitur, φθόρος ἀργυρέας Διοκλείδας, *pernicies argenti Dioclidas*, Idyll. XV. v. 18. Sic de Herodis filio dicitur apud Josephum Αλωσ. l. I.

cap. XVII. Αντιπάτρῳ τῷ φθόρῳ, non, ut ubi vetus Interpres, *Antipatro ſpurio*, ſed *perditis moribus*, ut id bene jam in nupera editione Oxonienſi hujus libri eſt adnotatum. Φθόρῳ pro *perdito*, ſeu ὀλεθρίῳ, ſicuti ſupra in hoc Poeta φθόνος pro φθονερῷ, ut vidimus, dictus. Idem autem quod dicebatur, ἐς φθόρον vel εἰς ὄλεθρον, uno verbo ἀνφλαξῆναι dixit alibi Ariſtophanes, nempe Εἰρην. p. 629.

Ἐχθὲς δὲ μετὰ ταῦτ' ἀνφλαξεῖς.

Heri autem poſthac cum infortunio abiens;

& quæ Græci Interpretes, ἀνφλαξεῖς ἐξελθὼν· ἤτω γὰρ λέγεται τὸ ἐπὶ κακῷ ἐξελθεῖν πᴓ. E quibus præterea abunde, ut opinor, firmatur, abſurde omnino, quod bene etiam cenſuit Vulcanius, φθόνον hic apud Callimachum pro φθόρον legi; ſicut nempe in libris aliquot ſcriptis, ac inde in editione Stephaniana, ad oram hujus loci adnotatur.



OB-

OBSERVATIONES IN HYMNUM IN DIANAM.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΡΤΕΜΙΝ ΥΜΝΟΣ] Quales Ὀυπιςγοι olim, uti obiter antea ad initium Hymn. in Jovem monui, dicebantur. Docuit id cum Athenæus, qui ita in genere nuncupatos IN DIANAM HYMNOS tradit, ſicut Ἰέλως in Cererem, l. XIV. pag. 619; Ὀυπιςγοι δὲ εἰς Αρτεμιν· tum eruditi ad Apollonium Rhod. Critici, qui ſpeciatim de Troezeniis id notant l. 1. v. 972. Ὕμνος εἰς Δήμητρα (nempe Ἰέλος) ὡς Ὀυπιςγος, ὥσπερ Τροιζηνίοις εἰς Ἄρτεμιν, *Hymnus in Cererem* (Ἰέλος) *ſicut* Ὀυπιςγος *apud Troezenios, Hymnus in Dianam.* Quam in rem præclarus occurrit apud Theodoritum locus, ſed gravi mendo, quod illum ibi obſidet, deformatus, quodque eadem opera hic eluendum, nempe Ελλην. Θεραπευτ. Serm. IV. p. 540. T. IV. μήτε τῇ Δηοῖ τὸν Ἰέλον ἄσωμεν, ἢ τὸν Λιτυέρσην, μὴ τῷ Διονύσῳ τὸν Διθύραμβον, μὴ τῷ Πυθίῳ μάντει τὸν Παιᾶνα, μὴ ΤΗ ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΤΟΝ ΟΥΠΙΓΓΟΝ, (non ut ibi vox nihili, librariorum lapſu vel incuria, legitur, τὸν ὕποιπον) h. e. *nec Julum Cereri canemus; nec* Rheæ *Lityerſam; nec Baccho Dithyrambum; nec Pæana Pythio vati, nec* UPINGUM (non *Upoepum*) DIANAE. Quæ vox Ὀυπιςγος petita procul dubio a voce Ὄυπις, nota Dianæ appellatione, & de qua infra in hoc Hymno v. 204. Ὄυπι ἄναστα &c. Ut ita Ὀυπιςγοι dicti ſint Hymni in hanc Deam Ὄυπιν, ſicut Ἰέλοι modo dicti *Hymni in Cererem* Ὀυλὼ, ut ex iiſdem Apollonii Scholiaſtis liquet, nuncupatam. Quamquam utrumque illud omiſſum videam a Menandro Rhetore, apud Aldum una cum aliis Græcis Rhetoribus edito, p. 594. ubi ille *Hymnos* a Diis, quibus iidem erant ſacri, peculiariter appellatos obſervat, ut *Pæanas* & Ὑπορχηματικὺς in Apollinem, in Bacchum *Dithyrambos* & Βάκχας, in Venerem Ερωτικὺς· Ὕμνους autem in genere de *aliis Diis*, & ſpeciatim quidem de Jove dictos. Ut nunc mittam aliud *Hymnorum in Dianam* apud Laconas genus, qui Καλαϛίδες dicebantur, ut docet Heſychius, Καλαϛίς, (vel Καλαϛίδες) ἐν τῷ τῆς Δερεατιδος (vel juxta Pauſaniam pag. 201. Δερριάτιδος, Stephanum Δερρεατιδος) ἱερῷ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἀδόμενοι ΥΜΝΟΙ, nempe Καλαϛίδες, *qui in Dereatidis* (vel *Derreatidis*) DIANÆ *fano canebantur HYMNI.* Eſt autem hic IN DIANAM HYMNUS ex eorum genere, quos μυθικὺς vocari notat idem Rhe-

tor; quosque a Γενεαλογικοῖς, qui partem tantum constituant τῆς μυθικῆς Numinis alicujus Ἱστορίας, ibidem distinguit pag. 597. Hoc certe HYMNO celebrat Poeta DIANÆ velut incunabula, ac prima tenellæ adhuc puellæ ad patrem Jovem vota; studia dein, quibus ea capiebatur; artes varias, quibus excelluit; amata eidem præ aliis loca aut Nymphas; profectiones; venatus; singulares Britomartidis & Atalantæ Nympharum casus; Ephesii Deæ templi, ab Amazonibus conditi, originem repulsosque hujus Deæ ope ac tutela ab eodem Scythas; denique DIANÆ virginitatem: singula μυθικῶν ejusmodi Ὑμνων, & a Κλητικοῖς &c. de quibus sigillatim agit dictus modo Menander Rhetor, diversorum, argumenta. HYMNIS autem IN DIANAM accensëri debet Chori & Hippolyti in cognomine apud Euripidem dramate ad Dianam Ὠδὴ a vers. 51.

Ἕπεσθ' ἀείδοντες, ἕπεσθε
Τὰν Διὸς ἁγανίαν Ἄρτεμιν,

Sequimini canentes, sequimini Jovis filiam, cœlestem Dianam, cujus Hymnum auspicatur continuo ibidem Chorus, πότνια, πότνια &c. *veneranda, veneranda.* Adde utrumque Catulli & Horatii seculare carmen ad eandem.

V. 1. Ὃν ἡ ἐλαφρὸν ἀείδοντεσσι λαθέσθαι] Tum quod Phœbi soror, cosdemque vulgo juxta eum cultores nacta; choris præterea & choreis, uti mox dicetur ad v. 3, neque iis sine cantu peractis, præ cæteris numinibus coli ac delectari credita; tum denique ob varia ejusdem Deæ in universum genus humanum beneficia, quæ cum passim apud Poetas, tum maxime hoc Hymno & seculari utroque carmine modo indicato, enarrantur. Hinc, ut alia mittam, illud de eadem Dea in Orphicis 1. Hymno legitur,

Ὥσπερ ἔφυς ἀιεὶ Σώτειρα πᾶσι πάντων,
Sicuti nata es semper omnium Sospita;

digna proinde, juxta illam Gentilium Theologiam, quæ ab omnibus celebretur, & cur Σώτειρα itidem in antiquis aliquot nummis dici eadem meruerit. Adde, quod Ευκλείας *gloriosæ* nempe seu *illustris* nomine hæc Dea a Bœotis fuerit culta, ut observant Sophoclis enarratores ad illud Oedip. Tyr. v. 168. ubi Diana dicitur, θρόνον ἐυκλεᾶ θάσσει, *thronо* seu *sella gloriosa insidet*; quibusque lux insuper accedit e Pausania, qui Ευκλείας Dianæ delubrum Thebis tradit exstitisse, l. IX. p. 567.

V. 2. λαγωβολίαι] Hanc vocem per *retia* hic vertit Interpres, quæ in genere de *leporum*, haud aliter ac ἐλαφηβολία de *cervorum venatione* dicitur. Neque etiam λαγωβόλον de *rete* apud Theocritum Idyll. IV. v. 48. & VII. v. 128. Sed, ut bene ibi Interpretes, de *incurvo pedo* seu κορύνῃ *clava*, ut notant ad postremum locum veteres enarratores, sicuti rursus in secundo ejusdem vatis Epigrammate, de *pedo* itidem sumitur, Pani a pastore Daphnide dicato, τὰς τελοσὲς δονακας, τὸ λαγωβόλον, *tres calamos, pedum* &c. quo nempe usi antiqui ad *venandos lepores*, sicuti jaculis in venatione cervorum, aut venabulis seu θηβολίοις in venandis apris. Qua de re, seu *clava*, tanquam λαγωβόλῳ, usu in

leporina

leporina venatione, audiendus Xenophon in Κυνηγετ. p. 984 ed. Wechel. τὸν δὲ κυνηγέτην ἔχοντα ἐξιέναι, ἡμιελιμβώνην ἐλαφρὰν ἐσθῆτα ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον, καὶ ὑπόδεσιν, ὡς τε τῇ χειρὶ ΡΟΠΑΛΟΝ· τὸν δὲ ΑΚΡΥΩΡΟΝ, ἕπεσθαι, *venator autem, neglecto levique veſtitu amictus, manu* CLAVAM *geſtans, eumque* RETIUM *cuſtos ſequatur*; & paullo poſt de ejuſmodi venatore, ᾧ τὸ ῥοπαλον ἀναλαβόντα κατὰ τὸν λαγὼ, *clavaque ſumpta contra leporem* &c. Alius proinde RETIUM ſeu ἀρκύων, alius λαγωβόλων in eadem venatione uſus; illorum, quibus irretiti *lepores*, pro eo, qui in iis etiam venandis tum obtinuit more, capiebantur; horum ſeu λαγωβόλων, quibus iidem in curſu a venatore feriebantur, ac unde λαγαβολίαι eædem *leporinæ venationes* dictæ, ut hoc loco. Sic Ελαφηβόλος Diana, de qua nempe v. 19. mox dicetur, μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι, *neque cervos dejiciam*, ſeu *proſternam*, ſagittis nempe, aut jaculis, quibus in ea, ut modo dixi, venatione locus, unde *jaculatricemque Dianam* dixit Ovidius Faſtor. l. II. v. 113; non vero ita eadem a *retibus* dicta, a quibus ἀκρυωφοὶ illi, de quibus Xenophon, appellati, penes quos nempe erat eorum cura & cuſtodia. Hinc de hac ipſa λαγωβολίαι, ſeu *leporina venatione* exſtat ejuſdem Callimachi Epigramma, inter Fragmenta ejus relatum, quod vulgarunt jam viri magni Joſ. Scaliger & D. Heinſius, ac ubi de Epicyde venatore dicitur, ὃν ἔρεσι πάντα ΛΑΓΩΝ, mox τῇ, τόδε ΒΕΒΑΗΤΑΙ τὸ θηρίον, *in montibus omnem leporem* &c. *cape*; *jacet* ſeu *proſtrata eſt fera*. Unde etiam apud Suidam, λαγωβολεῖον, non *pedum* quidem, ut ibi male Portus, aut vero *rete*, ſed locus ipſe dicitur ſeu campus, *in quo lepores venabantur*, ὃν ᾧ τὰς λαγωὸς ἀγρέυεσι· qui nempe non debuit eſſe cultus, ſeu frugibus conſitus, quod lege venatoria, teſte in Κυνηγ. Xenophonte p. 983, vetitum; quique præterea caſſibus, plagis, ut aliunde ex eodem auctore liquet, ſepiebatur. Ut vero λαγωβόλον, ita κορωνοβόλον ὄργανον dicitur in Anthol. l. III. c. XIX. Epigr. 111, inſtrumentum aliquod, quo venator, de quo ibi agitur, non quidem *cornices*, quod nomen videretur continuo indicare, ſed *volucres anſeres petere* erat ſolitus, ᾧ πλωνὰς ἠκροβόλισε χήνας. Unde alia ibi quærenda videtur hujus vocis κορωνοβόλος origo, eaque potius, qua κορωνη, juxta varias ejus ſignificationes, a Grammaticis traditas, ἄκρον τῆ τόξε, *ſummitas arcus*, vel in genere πᾶν τὸ ἐπικεκαμμένον, *omne quod inflexum eſt*, redditur, ut apud Euſtathium p. 1429; atque ita non adeo de *funda*, juxta Interpretes, κορωνοβόλον dici in adducto Epigrammatis loco, quam de alio inflexi teli genere ad hanc *anſerinam* ſimilemque *venationem* olim adhibiti. Certe κορώνη, quamquam ea de re ſileant Grammatici, inter inſtrumenta venatoria ab Oppiano recenſetur, Κυνηγ. l. I. v. 155. μολιβδοσφιγέας τε κορώνας, ut in Rittershuſii non ſolum, ſed antiquioribus etiam hujus Poetæ, Aldina & Regia Turnebi, quas poſſideo, editionibus legitur, quod vertit Bodinus, quamquam minus erudite, *plumboque revinctas cornices*; Rittershuſius autem, quaſi κορώνας legiſſet, *plumbo præfixas clavas*, qui tamen κορώνας, ut dixi, in Græco contextu retinuit, neque quidquam ea de re in Commentario monuit. Quomodo nempe, ſi opus foret, pro

pro κορωνοβόλον, legi posset apud Epigrammatarium, κορυνοβόλον, juxta traditum jam κορύνης seu *clavæ*, in prisca, & minorum quidem ac innoxiorum animalium, venatione usum. Quamquam etiam in genere dicat Aratus de Orione strenuo venatore, Phœnom. v. 638. &c.

——Ὅτε θηρία πάντα
Καρτερὸς Ὠρίων τιθαρῇ ἐπέκοπτε KOPYNH,
Quando feras omnes fortis Orion valida percutiebat CLAVA.

Unde, sicuti λαγωβόλον de *clava* itidem seu *pedo ad feriendos lepores* dici a Theocrito vidimus, ita λαγωφόνον τρίαιναν *leporicidam tridentem* dixerat eodem, ubi de venatoriis instrumentis agit Oppianus, loco, nempe v. 154. & rursus vers. præcedenti lib. 1. Κυνὴν ἁρπάλαγον, seu juxta eruditum Interpretem, *telum leporarium*, totidem nempe λαγωβόλα. Ut τριστοβόλον seu *multicidam*, ἁλιευτικὸν proinde ὄργανον, cujus meminit Plutarchus de Solert. Animal. p. 966, hic mittam. Haud male autem hic Vulcanius, ea voce λαγωβολίας, quamlibet hujus Deæ *venationem* intelligi statuit; maxime quum eandem vulgo venantem cervos, vetera nobis monumenta, & inditæ inde illi, uti vidimus, appellationes abunde arguant. Neque tamen omissa censebatur ab hac Dea Κυνηγῷ, quod vel ex aliis in hoc Hymno locis liquet, ut v. 95. & v. 1151. omnis *leporum* aut *leporinæ venationis*, de qua hic Callimachus, *cura*; quum eandem Dianam ob gravidam leporem comestam a duobus aquilis (βοσκομβρίοις λαγίναν &c.) in Agamemnonis ædibus, eidem domui infensam, tradat in cognomine dramate Æschylus v. 137. &c. Unde etiam quoscunque recens natos *lepores*, a venatoribus in gratiam Dianæ dimittendos, præcipit in Cyneget. Xenophon pag. 980. & qui eodem auctore id tradit, junior, uti se venditat, Xenophon, sub Arriani autem nomine editus, de Venatione cap. XII. Tradit vero idem cap. XXXIV. pro *lepore* capto, duos obolos thesauro Dianæ inferri solitos. Quo referri insuper debet, quod κυνηγὲς in insula Icaro, *lepores*, quorum magna ibi copia, venari impetrata ejus rei a Diana primum venia, non petita autem eadem, frustra θηρεύειν, & pœnas etiam luere tradat Ælianus de Animal. lib. IX. c. IX. Quæ singula utique *leporinæ venationis curam*, a Diana scilicet, *habitam*, seu, quod ait hic Callimachus, λαγωβολίαν τε μέλοντας, abunde arguunt ac illustrant; & a qua tamen, ut innoxio juxta capreas animali, eandem vellet abstinere Battiades infra v. 155. De qua cæteroquin λαγωβολίᾳ, seu *leporina venatione*, uti maxime jam olim familiari ac obvia, pluribus agit in commemorato paullo ante κυνηγετικῷ Xenophon; ac unde ex Herodoto refert Athenæus l. IX. p. 400, quod omnia *leporem venentur*, feræ, aves, homines. Nec opus tamen, ut hic aves illas *leporum venatrices*, seu λαγωφόνες aut λαγωθήρας aquilas huc advocem; cujusmodi obvias in nummis antiquis icones, data forte ejus rei occasione, nuper admodum exhibui ac illustravi.

V. 3. χορὸς ἀμφιλαφὴς] De voce ἀμφιλαφὴς supra actum ad v. 42. Hymn. in Apoll. Haud mirum vero hic *multiplicem*, seu potius *orbicularem*, juxta varias Criticorum de hac voce notationes, *choream* inter

ter ea commemorari, quibus impenſe delectaretur Diana; quum de eadem dicant Trojanæ mulieres in Euripidis Troadibus v. 553. Διὸς κόραν, Ἄρτεμιν, Εμελπόμαν χοροῖσι; *Jovis filiam Dianam celebrabam choreis*; ac inde virgines Dianæ choros ducentes, legantur ſæpe apud auctores, ut de Lacænis apud Pauſaniam l. IV. p. 247. Unde etiam Δόλων dictus mulierum cœtus ſeu *chorus* Dianam colens apud Cyzicenos, ut ex Æliano tradit Suidas in voce Δόλων. Immo quales eſſent illæ virginum *choreæ*, quæ in honorem Dianæ ab iis fiebant ad tibiarum ſonum, cum varia capitis, manuum, pedum, ac lumborum etiam motione, ad inſtar ſalientis motacillæ, docent Autocratis ea de re verſus, qui, & quod indicaſſe hic ſufficiat, apud Ælianum leguntur de Animal. l. XII. c. IX. p. 703. οἷα παίζουσι φίλαι &c. Quo ſpectat itidem id quod in utroque ſeculari carmine Catulli ac Horatii a puerorum ac virginum *choro* laudes Dianæ celebrari dicantur; in primo nempe, *Dianam pueri integri puellæque canamus* &c. in altero, *Dianam teneræ dicite virgines* &c. Adde, quod ipſa Diana Delphis χορὸς ἐξάρχουσα, *choreis præcinere* dicatur ab auctore Hymni in eandem, qui cum aliis Homero tribuitur. Sed de his ſacris Dianæ *choris* ſeu *choreis* adhuc infra agendi erit locus; nempe ad v. 242. ubi ejus Nymphæ dicuntur in Deæ honorem, κύκλῳ στησάμεναι χορὸν, *in orbem choream agentes*; & circa finem Hymni v. 267. ubi haud impune Hippo Nympha dicitur renuiſſe circa Deæ aram κυκλώσασθαι, ſeu *in orbem ſaltare*; & ita hic χορὸς ἀμφιλαφὴς, *orbicularis*, ut paullo ante monui, ſeu *in orbem chorea*.

Ibid. ἐν οὔρεσιν ἐψιάασθαι] Hinc eadem Diana de ſe ait v. 20. Οὔρεσιν οἰκήσω, *montibus inhabitabo*; eademque cum Ορέστειρα, haud aliter ac Mater Idæa, dicta ab Euripide Troad. verſ 852. & Ουραία ſeu *Montana*, Iphigen. Taur. v. 127. *montium* autem *domina* apud Catullum in ſecul. Carm. & *montium cuſtos* ab Horatio l. III. od. XXII. Sed ea de re adhuc infra ad verſ. 18. ubi Diana a Jove inter alia contendit, Δὸς δὲ μοὶ οὔρεα πάντα, *da autem mihi montes omnes*. Voce autem ἐψιάασθαι, poſt Homerum uſus quoque Callimachus infra Hymn. in Cererem v. 39. ποτὲ τ' ὤνδιον ἐψιόωντο, *circa meridiem ludebant*, ſeu *ſe oblectabant*, ſicuti, ut jam viderunt alii, coævus Poeta Apollonius. Inde Heſychii etiam gloſſa, Ἔψεια, παίγνια. Εψείη, γέλως, παιδιὰ, & paullo poſt, Εψία, γέλως, παιδιὰ, quaſi nempe diverſæ forent voces, & non una eademque ἐψία, & ob metrum, ἐψεία vel ἐψείη: ſed quorum hodie apud Heſychium ὅσα κόνις. Ita eruditus Græcus Nicandri Interpres p. 40. ἐψίη, τοῦτ' ἔστι παίγνιον, nempe ad illud ejuſdem vatis Theriac. p. 63. ἐψίη ἔπλετο κούροις, *luſus erat juvenibus*. Hinc apud eundem Alexiph. p. 144. ἐνεψιήματα κούραις, *luſus* aut *oblectamenta puellis*, & quam priorem vocem fruſtra in Theſauris aut in aliis Helleniſmi Promptuariis quæras.

V. 4. πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι] A vatum patre, quod opportune jam hic monuit Græcus Interpres, id mutuatus, nempe Iliad. E. verſ. 408.

Οὐδὲ

Οὐδέ τι μὴν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν,
Neque ipsum filii ad genua patrem appellant.

Ab hoc *patre* autem ceu Deorum Rege, dicta Diana ἐυπατέρεια, tanquam *patre nobilis* ab Apollonio Rh. l. 1. v. 570. prout cæteroquin eadem vocatur ab Euripide Hippol. v. 68. pulcherrima Dearum, quæ habitant ἐυπατέρειαν αὐλὴν, *nobilem patris* Jovis *regiam*. Haud aliter ac ἐυπατρίδας, seu nobili ortus genere, Theseus dicitur in eodem dramate v. 152. & v. 1283. & quomodo ἐυπατρίδαι appellati apud Athenienses *patritii*, nempe οἱ ἐκ τῶν ἐπιφανῶν οἴκων, *qui illustribus familiis erant prognati*, ut de iis Dionys. Italic. Antiq. l. 11. p. 83. (nempe ut similiter ab eodem Euripide dictum Alcest. vers. 920. τῶν ἐυπατριδῶν γεγὼς οἴκων, *quæ ex nobili familia nata erat*) & e quibus alioquin ἐυπατρίδαις creabantur apud eos Archontes, ut id observat Sopater in Hermogenem p. 30. Adde quod Parcæ etiam ἐυπατέρειαι dicantur in Orphicis p. 156. ult. ed. ac similiter Nympha Ὠκυρόη ab Apollonio Rh. in deperdito opere, apud Athenæum l. VII. p. 283. χησιὰς ἐυπατέρεια, quorum illud cæteroquin de Diana infra dicitur v. 228. χησιὰς Ἰμβρασίη, ut de ea appellatione ibidem.

V. 5. παῖς ἔτι κερίζουσα] Redduntur hæc a Latino Interprete, *puella adhuc adolescens*, pro *puella adhuc ludens*, seu *puellarum adhuc lusibus se oblectans*, ut jam vidit H. Stephanus, & quo sensu etiam dixit de Apolline idem Callimachus v. 324. Hymn. in Delum, παίγνια κερίζοντι, seu *juveniliter ludenti* Apollini, aut vero prout Jovis a partu κερίζοντος seu *vagientis* facti mentio v. 54. Hymn. in Jov. & de quibus locis ibidem. Apud Hesiodum vero Theogon. v. 347. ἄνδρας κερίζειν dicitur de Nymphis Oceaninis, quibus viros a teneris educandi sors incumbit.

V. 6. Δός μοι παρθενίην] Unde eandem Dianam, tanquam voti hujus compotem factam, ἀεὶν ἀδμήταν, *semper indomitam* vocat Sophocles Electr. v. 1352, & quo nomine ἀδμήτας, seu *indomitæ*, h. e. *nunquam subacta ferre jugum cervice*, ut Horatius loquitur l. 11. od. v. adactæ, ab Æschylo eadem etiam dicitur Suppl. v. 155. Quomodo παρθενικὰὶ ἀδμῆτες ab Apollonio itidem vocantur l. 1. v. 671. & ἀδμῆτες τε κόραι v. 811. ejusdem libri. Unde illud Epicratis apud Ælianum de Animal. l. XII. c. X.

——ὡς δάμαλις, ὡς παρθένος,
Ὡς πῶλος ἄδμης,
Ut juvenca, ut virgo, ut pullus indomitus.

Quo factum proinde, ut de eadem Diana dicatur in Hymno in Venerem, qui Homero additur, quod eam nunquam Venus δάμασεν ὑφ' φιλότητι, *domuerit in amore*. Quibus proinde opponuntur apud eosdem Tragicos, νεόδμητοι κόραι, ut apud Euripidem Mede. v. 623. & νεόζυγες apud Apollonium l. 11. v. 1191. nempe *recens nuptæ* seu *vinculis jugalibus nexæ*; quamquam ἄμμα κορείας *nexus* seu *vinculum virginitatis* dicatur in veteri Epigr. Anthol. l. VII. ep. XXIX. Quo priori autem sensu *innuptæ*, ἀγναὶ ἀτανδρώτου ab Æschylo Agam. v. 251. dicitur, ac inde similiter,

similiter, quod præterea observo, ἀταυρώτη apud Comicum Lysistrat. p. 850. h. e. interprete rursus Horatio (quod ad eundem haud notasse adhuc novi eruditos ejus Commentatores) *nec tauri ruentis in Venerem tolerare pondus.* Mitto hic, quod ταῦρον de virili ἀιδοίῳ alibi in eodem dramate usurpet Comicus p. 540. ac unde procul dubio idem de illa voce observant veteres Grammatici, ut Eustathius Il. E. p. 527. Ut vero ad ἀταύρωτον seu ἀδμήταν Dianam redeam, ab ea *perpetua*, quam a teneris hic a Jove parente petiisse scilicet fingitur, *virginitate*, factum, ut cum ἀγνὰ aut παρθένῳ simpliciter a Poetis antiquis dicatur, sicuti ab Euripide Hippol. v. 17. παρθένῳ ξυνὼν ἀεὶ, *cum Virgine semper versans*, Hippolytus nempe cum Diana; quandoque etiam cum addito Deæ nomine, ut in Epigrammate post Græcorum victoriam ad Artemisium apud Plutarchum in Themistocle p. 116. παρθένῳ Ἀρτέμιδι, & apud Valerium Flaccum l. v. v. 380, *virginis ora Dianæ*: immo prout illa ab eodem, de quo modo, Hippolyto celebratur in cognomine dramate v. 71.

Κάλλιστα τῶν κατ' Ὄλυμπον
Παρθένων Ἄρτεμι,
Pulcherrima in cœlo degentium virginum Diana.

Immo unde mos olim obtinuit, ut virgines nupturæ ad eandem placandam, tum juvencas ei, juxta eundem Tragicum Iphig. Aul. v. 1113. immolarent,

Μόσχοι τε, πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεών,
Juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari Deæ.

nempe Dianæ; tum etiam ut canistra in solemni ejus pompa gestarent, tanquam Deam, ne illa iis succenseret, ob imminuendam mox virginitatem, deprecaturæ, sicut id notant veteres Grammatici ad Theocriti Idyll. B. v. 66. Hinc Ægiræ in Achaia, virgo Dianæ sacerdotio fungebatur ad nubilem usque ætatem, teste Pausania l. VII. p. 451. apud Orchomenios vero, eodem auctore l. VIII. p. 476. sancitum, ut sacerdos femina & mas pariter toto vitæ spatio sint in casto, non tantum quoad Venereos congressus, sed in cæteris omnibus, quæ ad victum, balnea &c. & quod ab Ephesiæ Dianæ antistitibus annuis itidem observatum tradit. Unde etiam virginibus, non autem mulieribus, patuisse antiquitus templum Dianæ Ephesiæ, sicuti & lucum a tergo illius ædis, tradit Achilles Tatius l. VII. p. 431. & l. VIII. p. 475. immo castrati ejusdem Dianæ sacerdotes, dicti Megalobysi, auctore Strabone l. XIV. p. 641. Sicut vero Diana hoc loco, ita, quod alibi noto, Vestam post debellatos Titanas, optione habita petere quod vellet, continuo *virginitatem*, a Jove itidem, instar Dianæ hoc loco, *flagitasse*, ex Aristocrito tradunt eruditi ad Aristophanem Critici, Vesp. pag. 491. Adde, quod Dianam ἀπειρολεχῆ, seu *tori connubialis expertem* vocat idem Comicus Θεσμοφ. pag. 772. immo circa finem hujus Hymni præcipiatur, *ne quis ambiat hanc virginem*, μηδέ τινα μνᾶσθαι τὰν παρθένον, neque vero impune id iis cessisse, qui easdem nuptias expetiverint. Quod de solis utique inter Cretites Diana & Minerva virginibus, & quidem, ut hujusce consilii, virgi-

virginitatem nempe perpetuo servandi, auctor Dianæ fuerit, ubi Latonæ eam parienti obstetricata est, Minerva, tradit Aristides Hymn. in hanc Deam p. 25. Unde consuli insuper potest, qui veterum circa illam utriusque hujus Deæ naturam & communionem θεολογέμενα explanare adgreditur, Proclus in Platonis πολιτείαν p. 353. ubi de iis ait, ἐκ ἓν ἄμφω μὴ παῖδες Διὸς, ἄμφω δὲ ΠΑΡΘΕΝΟΙ; *nonne vero ambæ Jovis filiæ, nonne autem* VIRGINES. & quæ plura ibidem leguntur.

Ibid. φυλάσσειν] Sponte nempe juxta hanc Græcorum Theologiam *virginitatis custos*, non vero coacta; sicuti illæ Gentilium antistites, inter quas & θεραπευτρίδας apud Essæos hoc discrimen statuit Philo de Vita Contempl. p. 899. παρθένος τὴν ΑΓΝΕΙΑΝ ἐκ ἀνάγκης, καθάπερ ΔΙΑΦΥΛΑΞΑΣΑΙ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, μᾶλλον, ἢ κατ' ἐκουσίαν γνώμην &c. *Virgines* (nempe θεραπευτρίδες) CASTITATEM *non coactæ, sicuti quædam apud Gentiles sacrificulæ*, SERVANTES *magis, quam spontaneæ voluntate.* Quamquam in monumentis antiquis, non SANCTA solum, quæ est pudicarum apud Romanos appellatio, sed MATER etiam dicatur DIANA, sicuti in veteri lapide Thesauri Gruter. XLI. 5. Factum vero id eo sensu, quod obiter moneo, quo VESTA pariter non SANCTA duntaxat, aut vero VIRGO etiam dicitur in veteri Urbis Kalendario, seu *Numen castissimum*, ut de ea ad Virgilii Eclog. VIII. Servius, sed MATER itidem cum ab eodem Marone Georg. I. v. 998. tum in veteribus numnis vocatur; nempe tanquam *Tutelaris*, aut *Conservatrix*, quæ ejusdem *Vestæ*, sicut postremum *Dianæ*, sunt in aliis monumentis elogia. Haud aliter nempe ac PATER eodem sensu, nullo ad liberos respectu, haud semel in iisdem sumitur; & cum aliis Numinibus, tum LIBERO seu Baccho in iis frequenter tribuitur; aut quo antiqui Cæsares, PATRES PATRIÆ etiam dum adhuc essent cœlibes, aut sine liberis, sunt appellati. Qua ratione factum, ut cum πολύμαστῳ seu *mammosa*, qualis Diana Ephesia in monumentis, quæ supersunt, antiquis, idque juxta Hieronymum in Procœm. Comment. in epist. Pauli ad Ephesios, & quem locum jam occupavit symbolicæ illius Dianæ eruditus Interpres, *ut ex ipsa quoque effigie mentirentur, omnium eam bestiarum & viventium esse nutricem.* Quo proinde referri insuper debet, quod παιδοτρόφῳ seu *liberorum nutrix* culta fuerit Diana apud Messenios, teste Pausania l. IV. p. 281. Ut hic de alia φιλομείρακῳ seu *adolescentulorum amica* appellatione fileam; quo nomine Dianæ fanum apud Eleos dicatum, tradit idem Pausanias l. VI. pag. 390.

Ibid. ἄππα] In aliis libris scriptis ἄττα hic legi, monet alicubi H. Stephanus. De voce autem ἄππα, ἄπφα, aut ἄπφυς pro *patre* videri potest Eustathius. Iliad. E. pag. 565. Ἄππας alioquin Hesychio ὁ τροφεύς, seu *nutritor*; ἄπφυς autem ὁ πατήρ. verum ἄππας. quod obvium, per metathesin litterarum dictus pro veteri voce πάπας & πάππας, & quidem, quod notarunt veteres Grammatici, per ἀναδίπλασιασμὸν antiquæ vocis πᾶς pro πατήρ. Firmat insuper hic Poetæ nostri locus, id quod idem Hesychius observat; nempe hac voce πάππα, aut

quod

quod idem, ἄππα, *a liberis* demum *patres*, quemadmodum dicitur hic a Diana Juppiter, appellari. Quamquam eundem Jovem πάπαν vocari a montanis Bithynis, a Scythis vero παπαῖον, ex Arriano in Bithynicis & Herodoto memoret, loco paullo ante indicato, Eustathius. Quod vero adtinet ad utramque Hesychii glossam, in vocibus ἀπφὼ & ἀπφὺς, nempe πατρὸς ἡ διπλασία χάρις, aut in posteriori, ἡ πνεύματος ἁγίου διπλῆ ἐνέργεια, videri potest, qui multis ea de re agit, vir clarissimi nominis D. Heinsius in Prolegomenis in Aristarchum Sacrum pag. 663. & sequentibus.

V. 7. καὶ πολυωνυμίην] Cujus voti compos itidem facta est hæc Dea, unde πολυώνυμε δαῖμον eadem invocatur in Orphicis I. Hymno; alibi in iisdem, Διὸς πολυώνυμε κούρη, *Jovis multi nominis filia*. Adde Aristophanem θεσμοφ. p. 784.

Καὶ πολυώνυμε θηροφόνε παῖ,

Et multi nominis ferarum interfectrix puella;

sed quod male ibi Bisetus & Latinus Interpres ad Phœbum, de quo jam ante egerat Comicus (nempe χρυσολύρατε Δῆλον ὃς ἔχεις &c. *aurea uteris lyra, qui Delum obtines*) referunt; sicuti imperite hinc *Diana* Interpres tribuit ea, quæ de *Pallade* ibidem dicuntur, Γλαυκῶπι, χρυσόλογχε &c. Quamquam non *Diana* sola inter Gentilium Deas hac πολυωνυμίας laude fuerit macta; quum *Venerem* itidem compellet Theocritus Idyll. xv. v. 109. πολυώνυμε &c. & *Solis matrem Theiam* Pindarus Od. v. Isthm. Μάτερ Ἁλίου πολυώνυμε Θεία, & *Bacchum* similiter Sophocles Antigon. v. 1127, & *Parcas* Orphicorum Hymn. in easdem. E quibus & iis, quæ de *Apolline* itidem πολυωνύμῳ, hoc ipso apud Callimachum versu, aut priori Hymno v. 70. πάντη δὲ τοὶ οὔνομα πουλὺ, aut quod de *Mercurio* ait Comicus in Pluto p. 111,

Ὡς ἀγαθόν ἐστι ἐπωνομίας πολλὰς ἔχειν,

Quam præclarum est multa habere cognomina;

e quibus, inquam, abunde liquet, hanc πολυωνυμίην inter præcipuas Deorum apud Gentiles prærogativas exstitisse; quæ nempe eosdem tum pluribus locis, unde passim indita iis nomina, solemniter cultos arguebat; tum ob diversa & insignia quidem, quibus illi præesse credebantur, munia, multiplicesve eorum potestates seu δυνάμεις, & collata inde varia in genus humanum beneficia, continuo celebrari. Unde factum, ut de *Themide*, eademque *Tellure*, dixerit Æschylus Prom. v. 210. πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, *multorum nominum una forma*; immo ut ex mera hujus generis epithetorum congerie, seu hac Deorum πολυωνυμίῃ constare videamus Orphica, sive τελετὰς, quibus, ut vere a magno Scaligero ad eadem observatum, numina, quorum mysteriis initiabantur, invocabant mystæ. Hinc sæpe dubii, dum eadem numina vel invocant, vel celebrant Poetæ, quibus ea potissimum nominibus compellent; sicut de hac ipsa *Diana*, quem locum jam opportune huc adtulit Anna præstantissima, Catullus in seculari carmine, *sis, quocunque tibi placet, sancta nomine*. Unde pariter de *Jove* pridem Æschylus dixerat Agam. v. 168.

Ζεὺς, ὅστις πότ' ἐστιν, εἰ τῷ δ' αὐ-
τῷ φίλον κεκλημένῳ,
Τοῦτό νιν προσεννέπω,
Juppiter, quisquis est, si hoc nomine appellari gaudeat,
Hoc cum ipsum appello.

Quo respexit proinde Julianus Imp. Orat. VII. p. 429. Ὦ Ζεῦ πάτερ, ἢ ὅ, τι σοι φίλον ὄνομα, καὶ ὅπως ὀνομάζεσθαι· τοῦτ' γὰρ ἔμοι γε οὐδὲν διαφέρει, *O pater Juppiter, sive quo alio nomine, & quomodo gaudes appellari; id enim mihi perinde est*; quodque a Platone, ut tot alia, hausit in Cratylo pag. 400. sicut ad eum brevi σὺν θεῷ docebimus. Quem Jovem alioquin non πολυώνυμε quidem, sed μεγαλώνυμε compellat Chorus in Aristophanis Lysistrata pag. 783. & de quo alioquin notus Timonis apud Lucianum jocus, Jovem nempe πολυώνυμον, ubi metra poetis deficiunt, continuo effici. Dianam autem vere πολυωνυμίης laudem, quam hic tenella adhuc a patre contendisse dicitur, apud Gentiles consequutam, satis evincunt tot indita illi, seu a *locis* in quibus eadem eximie colebatur; seu a *natura* ejusdem, *siderum* nempe, ut de illa ait Poeta, *bicornis Reginæ*, & proinde rerum universi procreatricis, ut paullo ante dictum, aut altricis habitæ; seu a variis insuper, quæ ei vulgo tributa sunt, *muniis* vel *artibus*, venatricis puta ac venatorum ducis, Λοχείης seu *partuum præsidis* simul ac illibatæ virginitatis custodis, &c. nomina & appellationes, de quibus consuli possunt, præter eos qui de Gentilium Diis sunt e veterum libris commentati, antiqua Lapidum & Nummorum monumenta, & qui in iis colligendis ac vulgandis laborarunt hactenus viri præclari. Hinc ut postremos seu veteres nummos tantum, nonnullosque ex iis haud passim obvios obiter hic tangam, in iis utique inscripta occurrit πολυώνυμος Diana, sicuti modo ΕΦΕΣΙΑ, modo ΠΕΡΓΑΙΑ, ΔΙΚΤΥΝΝΑ, ΛΕΥΚΟΦΡΥΝΗ, ΒΟΡΕΙΤΗΝΗ, ΠΕΡΣΙΚΗ, ΑΜΑΡΟΥΣΙΑ, ΣΙΒΕΡΗΝΗ, ΣΩΤΕΙΡΑ, ΑΡΤΕΜΙΣ ΤΥΧΗ, aut in Romanis etiam nummis EPHESIA, PERSICA, LAPHRIA, LUCIFERA, SEGETIA, VICTRIX, CONSERVATRIX, FELIX, REDUX.

V. 8. Φαρέτρην] Qualis & quidem Ιοδόκος *sagittis plena* passim ei a dextris humeris pendula seu religata cernitur, in nummis aliisque signis hujus Deæ antiquis. Unde etiam παραυχενίη φαρέτρη seu *circa humerum pharetra* ei tribuitur in veteri Epigrammate Anth. l. IV. c. XII; haud aliter ac de eadem apud Maronem dicitur 1. Æn. v. 499.

— illa pharetram
Fert humero;

alibi autem Anthol. l. v. ep. LX. ut consueto illo eidem Deæ cultu orbata dicitur,

— οὐδὲ φαρέτρην
Ἰοδόκον κατέχουσα κατωμαδόν,
Neque pharetram sagittas capientem habens in humeris.

Quæ alioquin Deæ signa, cum solita in humero pharetra, ante oculos habuit Valerius Flaccus Argon. l. VI. v. 380. ubi de eadem ait, *Teque reno-*

venodatam pharetris &c. Invictam autem ejusdem Deæ *pharetram* dicit alicubi Pindarus, ἐξ ἀνικάτᾳ φαρέτρας Pyth. Od. IV. p. 243. & quale illi etiam INVICTÆ DIANÆ elogium tribuunt nonnunquam antiqui lapides, ut apud Gruterum Thesi XLI. 3. & in Miscell. Sponii pag. 88. Mitto, quod PHARETRATA DIANA dicatur eadem in aliis lapidibus, ut apud Reines. Syntagm. p. 104.

V. 9. ὁδ' ἀιτέω μέγα τόξον] Quales nempe apud veteres Scythici *arcus*, unde merito ἑκαβόλοι seu *longe jaculantes* iidem, sicut apud Æschylum Prom. v. 710, dicti, ubi de Scythis ait Tragicus,

Ἑκαβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι,
Οἷς μὴ πελάζειν,
Arcubus longe jaculantibus instructi,
Quibus ne appropinques;

Horatius l. III. Od. VIII.

Jam autem Scythæ laxo meditantur arcu.

Cujusmodi etiam ingentes Persarum *arcus* exstitisse tradit Xenophon Anab. l. III. pag. 309. μεγάλα δὲ καὶ τὰ τόξα τὰ Περσικά ἐστιν, *sunt & Persici arcus magni*, sicuti Cadurchorum, quorum arcus ternum fere cubitorum, sagittis autem binis cubitis longiores fuisse, ait idem l. IV. p. 312. Quamquam *arcus* Persici aut Parthici haud magni adeo cœlati occurrant adhuc hodie in antiquis eorum nummis, qui inde cæteroquin τοξότης seu *sagittarii* appellati, & quales alibi, nempe ad Juliani Cæsares, vulgavi pag. 208. & 409. Dianæ autem *arcus* sicuti & *pharetram*, pro recepto eorum apud Græcos usu & more, exhibent nobis passim vetera hujus Deæ signa in nummis & marmoribus antiquis adhuc obvia; diversa proinde ab iis, de quibus dicitur Anthol. l. VII. epigr. CVII.

Τόξα τε καὶ Σκυθικὴν ἰοδόκον φαρέτρην,
Arcus & Scythicam sagittas capientem pharetram.

V. 10. ἐυκαμπὲς ἄεθμα] Quale Apollini etiam supra tribuitur Hymn. in eundem v. 33. & quam vocem ἄεθμα, non de *sagitta nervo* simpliciter, juxta Scholiastem, sed de *arcu* simul ac *nervo tenso* intelligendam, bene contra H. Stephanum monuisse videtur Vulcanius. Utrumque autem in Dianæ cultu, cum tensi nempe arcus seu *nervi*, tum ejusdem quiescentis habitum, exhibent non semel veteres nummi, sicut postremum tangit Claudianus, agens de eadem hac Dea, Rapt. Proserp. l. II. v. 31,

— *arcuque remisso*
Otia NERVUS *agit, pendent post terga sagittæ.*

Καμπύλα autem in genere dici τόξα, seu *incurva* illa essent, seu *intorta*, seu *obliqua*, aut *reflexa*, nempe παλίντονα, notat Eustathius Iliad. I. p. 375. & qualia παλίντονα, non τόξα solum, ut aliquoties de Græcorum *arcubus* Homerus, sed βέλη etiam seu *jacula* Marti tribuit Æschylus Choeph. v. 159.

V. 11. φαεσφόρον] Hinc φαεσφόρῳ eadem Dea infra v. 204. dicta & culta apud Græcos, eu φωσφόρῳ: apud Romanos autem DIANA LUCIFERA, sicuti indices etiamnum ejus rei multi superstites Græcorum

& Romanorum nummi, in quibus eadem Dea modo una face, modo duabus facibus armata cernitur. Cujusmodi e multis, insignis sequens Regiæ Gallorum Gazæ nummus sub Hadriano cusus, in quo Diana gradiens cum dimidia Luna in capite, utraque autem manu facem tenet.



Unde liquet utique, cur modo θεὰ φωσφόρος, sicut a Nausicrate apud Athenæum l. VII. p. 325; aut φαεσφόρος, quod eodem redit, Ἑκάτη, ab Euripide in Helen. v. 575; aut ἀμφίπυρος seu *utraque manu faces gestans*, ut ibi veteres Critici, Diana apud Sophoclem Trachin. v. 218 dicatur, & apud Aristophanem similiter in Ranis p. 275. ubi Diana tamen *Dictynna*, seu *venatrix*, a φωσφόρῳ *Hecate* distinguitur, & de qua postrema ait,

Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας
Ὀξυτάταιν χεροῖν, Ἑκάτη,
Duplices faculas tenes
Manibus perquam agilibus, o Hecate.

Hinc Δάειρα seu Δαίρα, quasi Δαδοῦχος, dicta eadem *Hecate* apud Apollonium l. III. v. 848. sicuti alibi Proserpina apud Lycophronem pag. 115. quæ eadem nempe cum Diana seu *Hecate Noctiluca*, ac inde Περσεφόνη etiam quasi Φωσφόρος, ut postremum hoc notat Plutarchus de Facie in orbe Lunæ p. 942. appellata; & quo sensu φερσεφάασα seu φερσέφαττα, quod notum, eadem dicta. Unde cum eadem Dea seu Κόρη, tum Ceres mater filiam quærens, δαδοῦχος utraque seu *taedifera* itidem, sicuti sæpius ambæ spectantur in antiquis Romanorum & Græcorum nummis. Cur autem φωσφόρος dicta sit hæc Dea, e priscæ scilicet Gentilium Theologiæ scitis, docebit Proclus in Platonis Πολιτείαν p. 353. ubi idem nomen Minervæ quoque, sed alio intuitu inditum simul tradit, σαφηνείζω δὲ καὶ ὅτι ΦΩΣΦΟΡΟΙ· ἡ μὲν εὐμοιρῶς εἰς φῶς ἄγουσα τὰς ἀφανεῖς λόγους τῆς φύσεώς ἐστι ΦΩΣΦΟΡΟΣ· ἡ δὲ, ὡς νοερὸν φῶς ἀναπίμπλουσα ταῖς ψυχαῖς,

χαῖς. *addatur autem, quod & ambæ* (Diana nempe & Minerva, de quibus ibi agit, ut jam ante vidimus ad v. 6.) *dicantur* LUCIFERÆ; *Diana quidem, quod inconspicuas naturæ rationes benigne in lucem educat, dicta est* LUCIFERA; *Minerva autem, tanquam intellectus lucem animis accendens.*

Ibid. κὴ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα] Qui consuetus etiam Dianæ venatricis habitus in antiquis ejus simulacris, & quo respexit vetus Epigramma in hanc Deam, de quo paullo ante, Anthol. lib. IV. cap. XII. epig. CXI.

— ἠδὲ ποδὸς ἄκρην
Ἰγνοῖν φοίνιξ πέπλος ἑλισσόμβρος,
Et ad summum poplitem puniceus peplus tractus.

Unde adhuc magis appositè ad hunc Callimachi locum Paulus Silentiarius in Epigrammate inedito,

Κέρη δ' ἀγρυφίης ἐπιγενίδος ἄχρι χιτῶνα
Ζωσαμένη, Φοίβης εἶδος ἀπεπλάσατο,
Virgo autem usque ad candidum genu tunicam cincta, Dianæ speciem refert.

Neque aliter de Medeæ comitibus ad instar Dianæ venatricis ejusque Nympharum, ut mox ibidem tradit, & qui Silentiario hic præluxit, Apollonius l. III. v. 873.

— ἀν δὲ χιτῶνας
Λεπταλέας λευκῆς ἐπιγενίδος ἄχρις ἄειρον,
Tunicas autem tenues ad candidum usque femur subducebant;

aut sicuti idem alibi de Nereidibus l. IV. v. 940.

Αὐτίκ' ἀναχόμβοι λευκοῖς ἐπὶ γένασι πέζας,
Hæ sine mora sursum tractis ad candida genua limbis.

Talis nempe Diana Κυνηγὸς seu Ελαφηβόλος, alte nempe succincta, sicuti Atalanta Romæ itidem spectatur in veteri statua, de qua infra ad v. 216. Idque pro venatorum more, quibus levem amictum præcipit in κυνηγετικῷ Xenophon; & quales etiam levi sago, seu chlamyde, eaque sæpe a tergo rejecta, fibula autem ad humerum dextrum nexa, amictos, exhibent subinde antiqua marmora. Non idem tamen Dianæ *Ephesiæ* aut *Pergææ* solemnis aut peculiaris habitus; utriusque quippe velatæ vulgo & ad imos pedes tectæ, in veteribus monumentis; quamquam & eadem utroque illo nomine, *Pergæa* nempe ac *Ephesia*, culta, subinde etiam tanquam Ελαφηβόλος, succincta venatrix in iisdem (& qua de re infra ad v. 106. & 187.) compareat. Ut de eadem Dea cum talari alioquin stola, ac proinde infra genu, depicta quandoque in aliis nummis nihil dicam, (& qualis etiam spectatur in adducto ad superiorem versum nummo) neque tamen utraque manu facem gestans. Quam insuper succinctam, seu quod hic a Callimacho dicitur, *supra genua tunicam* hujus Deæ, luculenter ante oculos ponent duo sequentium nummorum ectypa; primi, ut præfert epigraphe, a *Mytilenæis*, alterius sub Antonino Pio ab *Ephesiis* percussi, cum inscr. ΚΟΙΝΟΝ ΕΦΕΣΙΩΝ, *Commune Ephesiorum.*



E qua priori insuper icone, quæ exstat in præclaro nummo Regiæ Gallorum Gazæ cum Juliæ Domnæ in anteriori area effigie, lucem aliquam fœnerantur, quæ de tali venatricis Dianæ amictu memorat Nemesianus, & quæ non debuerant ibi viro elegantis eruditionis J. Vlitio negotium facessere, nempe v. 91. &c.

Sit chlamys aurato multum subtemine fusa,
Corrugesque sinus, gemmatis baltheus arctet
Nexibus.

Chlamys enim ibidem, quod primo ac vere vir ille eruditus conjecerat, & hoc ipso adstruebat Callimachi loco, ac alibi etiam obvium, pro *tunica*; *sinus* autem *corruges*, & *baltheus*, quo Dianæ tunica infra pectus cincta, abunde in eodem Dianæ succinctæ amictu, quem nummus ille Regius exhibet, & complures alii similiter, comparent. Addo geminum omnino cinctum in eodem nummo, sicut in aliis id genus monumentis, conspicuum, quem in illo Dianæ amictu observat Claudianus de Raptu Proserp. l. II. v. 33.

Crispatur GEMINO *vestis Gortynia* CINCTU
Poplite fusa tenus;

ac similiter de Nymphis ejusdem Deæ comitibus II. Conf. Stilich. v. 247.

DUO CINGULA *vestem crure tenus pendere vetant*;

quemque *geminum cinctum* in succinctarum itidem Nereidum vestitu jam ante indicaverat Apollonius l. IV. v. 949.

Παρθενικαὶ ΔΙΧΑ ΚΟΛΠΟΝ ἐπ' ἰξύας εἱλίξασαι,
Puellæ DUPLICEM SINUM *usque ad lumbos corrugantes*,

Quo proinde respexit de *venatrice* itidem Venere, ut eam ibidem vocat Virgilius Æn. I. v. 320.

Nuda sinu, nodoque sinus collecta fluentes.

Adde his denique, quod de eadem Diana *cincta*, eaque *succincta* inde appellata,

pellata, modo vidimus; ac unde de venatrice itidem Venere opportune Ovidius Metam. l. x. v. 536.

Nuda genu, veſtem RITU SUCCINCTA DIANÆ.

Subducebatur nempe ſupra genua veſtis, cinguli ſeu zonæ (ſicuti cum alibi unde, tum e ſuperioribus Dianæ iconibus abunde liquet) opera; prout de virginum in tabula apud Sidonios depictarum amictu tradit Achilles Tatius l. i. p. 7. idque appoſite ad hunc Callimachi locum, τὸ γὰρ ΖΩΣΜΑ ΜΕΧΡΙ ΓΟΝΑΤΟΣ ἀνεῖλκε ΤΟΝ ΧΙΤΩΝΑ, *zona enim* AD GENUA USQUE *ſurſum trahebat* TUNICAM. Ζῶσμα nempe ibi, & quod apud Pollucem etiam legitur p. 348, idem quod Ζῶμα, utrumque autem quod ζώνη, ut de voce ζῶμα notant veteres Grammatici ad illud Electræ apud Sophoclem v. 455. καὶ ζῶμα τεμὼν ἐμὸν *& cingulum meum*, quoque Æſchylus συζώματα etiam vocat Suppl. v. 471. Στρόφοι vero, quod præterea obſervo, ab eodem Tragico dicuntur in muliebri amictu *zonæ* illæ ſeu vincula, quibus nempe ſuperior pars veſtis infra papillas erat cincta, & prout Catullus ea de re loquitur in Epithal. Thetidis v. 65, *Strophio lactantes vincta papillas*. Utrumque certe illud *cinguli* muliebris aut virginei genus, quo infra papillas (& de quo alibi) ac præterea ſupra uterum colligatæ & ſubductæ erant tunicæ illæ aut veſtes, atque inde conſtrictos earum ſinus, tangit Danaidum virginum Chorus apud eundem Æſchylum Suppl. v. 466.

Ἔχω στρόφους, ζώνας τε, συλλαΐους πέπλων.

Habeo cingula & zonas, quibus colligantur pepli.

Male enim ibi στρόφους hactenus legitur; quum, ut alia ſileam, eum στροφίῳ frequentem eam in rem uſum apud Comicum in Theſmoph. ac Lyſiſtrata, & inde loco jam adducto apud Catullum, *ſtrophium* legamus; tum eadem voce στρόφος pro tali *cingulo* aut *zona* uſus ſit alibi Æſchylus, ſeu Chorus Virginum Thebanarum, Sept. Theb. v. 876, Στρόφον ἐδῆσι περιβάλλονται, *cingulum veſtibus circumjiciunt*: ubi Criticorum ad eum locum gloſſa, ἀντὶ δὲ μίτρας καὶ ζώνης, τὸν στρόφον εἶπεν, *loco autem mitræ & zonæ, ſtrophium nunc dixit*. Στρόφος autem ille dictus in veteri Epigrammate inedito μαζῶν ἔνδυμα, *mammarum amictus* ſeu *vinculum*, apud Apulejum autem in Mileſiis lib. ii. *ruſſeola, faſciola pranitente altiuſcule ſub ipſas papillas ſuccinctula*, manifeſte itidem ſpectatur in eadem Dianæ icone paullo ante e præclaro Regiæ Gallorum Gazæ nummo expreſſa, ac ſimilibus.

V. 12. λεγνωτὸν] Quomodo Dianæ tunica vocatur itidem in veteri Epigrammate, cujus jam opportune meminit Vulcanius, & quod exſtat Anthol. l. v. epigr. LX. ubi eadem Dea dicitur,

——ἣν δ' ἐπὶ γένυν
Παρθένιον λεγνωτὸν ἀναζωσθεῖσα χιτῶνα,

Erat vero ſupra genua virgineam virgatam cincta tunicam.

Tangit etiam hunc Callimachi locum Erotianus (ſeu ille ſit Herodianus Grammaticus, prout exiſtimaſſe memini virum doctiſſimum If. Voſſium) in Hippocratis Lexico, & quid ſit ibidem λεγνωτὸν ſimul docet: τὰ λέγνα τῆς ὑφέας, ἀντὶ τοῦ πέπλου. Λέγνα γὰρ καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι, τὰς

τῶν ἱματίων ΩΑΣ, ὡς καὶ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ φησὶ, λέγων τούτων κανόνων ἐπιπρὶξ ΛΕΓΝΩΤΟΝ ΧΙΤΩΝΑ, ἐντεῦθεν δηλῶν, ὡς τὸ ΛΕΓΝΟΝ τὴν ΩΑΝ σημαίνει, καὶ οἷα τὸ πέρας. Inepte vero Erotiani, ut obiter hoc moneam, Latinus Interpres, nec consulto hoc Callimachi loco, ita hæc explicat, quasi illa τούτων κανόνων ἐπιπρὶξ, & quæ, quamvis manifeste corrupta, nullumque ibi genuinum sensum admittant, retinuit, quasi, inquam, ea essent etiam totidem Poetæ illius verba. Exstat autem Foesii in Oeconomia Hippocratis, de eodem Erotiani loco, & cui suffragatur G. Hoffmannus de Usu Partium lib. XIV. pag. 300. conjectura; nempe ibidem legendum τὸν τὴν ὤαν ἔχοντα ἐπιπρὶξ. Cui ne continuo adsentiar, obstat, quod cum a vulgata lectione, nullo veterum Codicum testimoniis adjuta, eadem nimium discedat; tum quod ita ter eadem ibi notaret Erotianus de voce λέγνον, pro ὤα scilicet, seu *extrema vestium ora*. Unde aliud hic omnino quærendum puto, & quod ad Erotiani simul & Callimachi locum, de quo ibi agitur, propius accedit, quale foret, τὸν τῶν γούνων, seu γωνάτων, ἐπιπρὶξ λεγνωτὸν χιτῶνα, h. e. *circa genua fimbriatam tunicam*: juxta nempe illud Callimachi, ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λεγνωτὸν, & in superiori Epigrammate, ἐπὶ γούνων λεγνωτὸν χιτωνα ἀναζωσθεῖσα; apud Apollonium vero loco jam paullo ante adducto l. IV. v. 940. ἐπὶ γούνασι πέζας, *circa genua limbos* seu *institas*. Sed quamquam, ceu manifeste corruptum, illum Erotiani locum ita secure constituendum putem, id omne tamen melioribus ingeniis dijudicandum lubenter relinquimus. Haud aliena vero de hac voce λέγνον, unde hic λεγνωτός *tunica*, notat etiam Galenus in explicatione Glossarum Hippocratis, ΛΕΓΝΑ τὰ ἄκρα τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας, ἐκ μεταφορᾶς. Οὕτω γὰρ τὰ περὶ τὰς ΩΑΣ καλεῖται τῶν ἱματίων. h. e. λέγνα, *extremæ partes oris uteri, ex metaphora: sic enim vocantur, quæ circa extremitates vestium*. E quibus postremis magni non Medici solum sed Critici etiam verbis liquet, non eadem fuisse omnino in veste λέγνα & ὤας, quamquam pro eodem sumantur cum ab Erotiano, loco modo excusso, tum in Callimachi Scholiis ad hunc locum, nempe λεγνωτὸν, τὸ ἔχον ὤαν, mox λέγναι γὰρ (melius λέγνα) αἱ ὤαι &c. Quod tamen discrimen inter eas voces aperte etiam tangit Pollux l. VII. c. XIV. pag. 340. Ὤα δὲ τῷ ἐξωτάτῳ τοῦ χιτῶνος, ἑκαθέρωθεν· ΛΕΓΝΑ δὲ τὰ ἐν τῷ ἱματίῳ ἑκατέρου μέρους, ΟΥΧ ΟΠΟΥ Η ΩΑ. h. e. Ὤα *autem extrema utrinque tunicæ pars*; ΛΕΓΝΑ *vero, quæ etiam utrinque in veste*, NON TAMEN UBI *est* Ὤα, seu *fimbria*. Firmat id præterea Hesychius, apud quem λέγνη (mallem λέγνον) similiter dicitur, non ὤα quidem seu extrema vestis ora, sed τὸ παρυφαινόμενον τῇ παραστροφῇ (melius περιστροφῇ) διόπερ ἦν πάχυ περὶ τὴν ὤαν ἐκ τοῦ ῥάμματος, *prætextum extremitati vestis in se replicatæ* seu *contortæ adsutum, unde erat idem crassum circa vestis oram, idque ex sutura*. Vidit quidem, & pro incredibili viri eruditione ac solertia, adtigit jam ὁ πάνυ ad Vopiscum pag. 305. explicationem horum Pollucis verborum, sed ita ut περιστροφὴ, non παραστροφὴ, quam tamen ibi retinuit ὁ θαυμάσιος, verius id notet, quod ille bene alioquin observat; nempe *vestis extremitatem in se replicatæ*

catæ aut *contortæ*, & cui proinde ſuperne erant adſuti craſſiores id genus limbi aut prætextæ, quæ λέγνα juxta eruditiſſimum Gloſſographum dicebantur. Sic πίζωμα, quales ſupra Nereidum genua ſublatas itidem dixit, uti jam vidimus, Apollonius, & quomodo πέζωμ ἀρτήζασα χιτῶνος, *limbum adtollens tunicæ*, alibi de Medea ait idem Poeta lib. IV. verſ. 45. Unde etiam non ſolum dictus πεζοφόρ☉ χιτὼν, ut hic λεῖωτὸς, ſed etiam πεζοφόρα ζώματα ſeu *zonæ limbiferæ* (quibus nempe cinctæ erant, uti vidimus, muliebres ſeu virgineæ id genus tunicæ) ab Æſchylo dicuntur apud Pollucem pag. 237. Λέγνα autem illa, unde λεγνωτὸς χιτὼν hic a Callimacho vocatur, abunde videntur comparere in priſcis ſuccinctæ hujus Dianæ, de quibus mox, iconibus; ac unde diſcimus ea fuiſſe totidem quaſi virgulas aureas vel purpureas, veſtibus adſutas aut intextas, & ſicut de iis manifeſte Pollux loco ante adducto, τὰ μὲν τῷ ἱματίῳ ἑκατέρᾳ μέρος, ἐχ ὅπῃ ἡ ὤα, *utrinque in veſte, non tamen ubi eſt ejus ὤα*, ſeu *extremitas*. Idem alibi de ejuſmodi *purpureis virgis* aut *prætextis* meminit lib. VII. cap. XIII. pag. 338. ὡ μὲν τοι ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ, ῥάβδοι παρυφαὶ (forte παρυφαὶ) καλέονται, *in tunicis proinde purpureæ virgæ prætextæ* (παρυφαὶ) *vocantur*. Quas *purpureas* in tunicis *virgas*, ſeu dictos inde ῥαβδωτὸς χιτῶνας, Virgilio *virgata ſagula*, notat etiam in cynædorum, Deæ Syriæ aſſeclarum, amictu Apulejus Mileſi. l. VIII. *quidam tunicas albas in modum lanciolarum, quoquoverſum fluente purpura, depictas cingulo ſubligati*. Quæ de purpura, *lancearum* inſtar aut *virgarum* ducta ac diſtincta in iiſdem, ſeu *virgatis* aut ῥαβδωτοῖς *tunicis* intelligenda, bene jam ad hunc Mileſiarum locum adnotarunt eruditi Beroaldus, Caſaubonus, ac Pricæus, & qui id ex iis, ut reliqua, hauſit poſtremus earum editor Gallus. Ejuſmodi *virgas* ſeu *lanciolas*, aureas puta vel purpureas, ſeu longas tænias, in ſuccinctæ hujus Dianæ tunicæ intextas, manifeſte videas in priori, quam e veteri Gazæ Regiæ nummo jam protulimus, icone; eaſque tam circa ejuſdem cingulum, ac proinde inſtar πεζοφόρου ζώματ☉, ſeu *limbiferæ zonæ*, cujus meminit, uti jam vidimus, apud Pollucem Æſchylus, tum circa extremam ejuſdem tunicæ oram, uti vocem λέγνα explicant, locis jam ante adductis, Galenus & Pollux. Immo quæ ſingula plenior veterum ſignorum aut numiſmatum conſpectus manifeſtius adhuc prodit; in quibus haud infrequens occurrit illa Dianæ venatricis ſuccinctæ, & cum λεγνωτῷ ejuſmodi ſeu *virgata tunica* effigies, ſicuti in ſequenti rurſus ac præclaro Mytilenæorum nummo. Regiæ itidem Gallorum Gazæ, Hadriani temporibus cuſo, ac præterea in veteri Deæ ejuſdem ſigno, quod infra adducetur ad verſ. 104.



Ex hiſce autem abunde, ut opinor, conſtat, qualis fuerit ille λεγνατὰς, cujus hic Callimachus meminit, Dianæ χιτὼν, & lucem ſimul mutuantur, qui de eadem voce λέγνον egerunt, veteres Critici, quæque minus accurate per *fimbriam* aut *fimbriatam tunicam* vulgo vertunt eorundem ac Poetæ hujus Interpretes. Neque vero unum id genus ornamentorum occurrit in veterum veſtibus, dum eadem modo adſuta in iis aut intexta; modo iiſdem circumtexta; modo e veſtibus, cirrorum inſtar, pendula; aut eadem rurſus, modo longa, modo lata, modo rotunda, modo etiam quadra exſtarent, eaque præterea vel ex auro, vel e purpura, vel e byſſo, vel e ſerico etiam ſequutis ætatibus, & quidem diverſi coloris, ut plurimum, conſtarent. Sed hæc ſingula alterius loci ac indaginis, quam utinam præripuiſſent viri duo incomparabiles, qui de hiſce ac de Re Veſtiaria in univerſum ſuas commentationes haud ſemel venditaverunt; aut vero duo illi viri eruditiſſimi, qui data opera eandem rem veſtiariam explicare ac illuſtrare ſunt adgreſſi, Ferrarius ac Rubenius.

Ibid ἄγελα θηλέα καίνων] Unde etiam, quod obiter ante vidimus, cum Ἀγροτέρᾳ, tum Θηροκλόνῳ dicta eadem Dea, ut apud Euripidem Iphig. Aul. v. 1570. ac præterea in Hymno in eundem in Orphicis, ſicut Θηροφόνῳ apud eundem Tragicum, Hercul. Fur. v. 377. & apud Ariſtophanem Θεσμοφ. p. 484. ac ſimiliter πολυθήρος ab Euripide rurſus in Hippol. v. 145. Scilicet juxta illud Ovidii de eadem Diana Faſt. l. II. v. 163.

Mille feras Phœbe ſylvis venata redibat.

Eadem nempe Diana, quæ non Ἐλαφηβόλος ſolum aut Λαγωβόλος, uti paullo ante, ſed ut de ea dicitur in Epigrammate Anthol. lib. IV. cap. XII, πᾶσα χθὼν ὀλίγον τᾶδε κυνηγέσιον, *omnis terra, parva huic venatio.* Hinc venatoribus olim incubuit, non ſolum ut θηροκλόνῳ huic Deæ, quo θήρα ſeu *venatio* iis feliciter ſuccederet, vota nuncuparent, ſed etiam

etiam, ut eandem, ſicut utrumque notat in κυνηγετ. Xenophon p. 984. *Venationis participem facerent*, μεταδῶναι τῆς θήρας, qua de re infra ad v. 104. ubi Αρτεμιδος ἀκροτάγελον ἄξιον, *prima præda Diana digna* tangitur.

V. 13. ἑξήκοντα χορήτιδας Ὠκεανίνας] E numero nempe earum Nympharum, quæ ter mille Ὠκεανίναι, Oceani ſcilicet & Tethyos filiæ, exſtitiſſe dicuntur apud Heſiodum Θεογον. v. 364. E quibus proinde χορητίσιν Ὠκεανίναις conſtabat itidem χορὸς Ὠκεανίδων Νυμφῶν, qui inter Æſchyli Promethei perſonas comparet, & in quo eædem cum *patris Oceani filiæ* dicuntur, tum πολυτέκνε Τηθύος ἔκγονα, non vero *Thetydis*, ut ibi poſtremus etiam editor ac interpres; quum alia, quod triviale alioquin (& bene alibi in hujus Callimachi Latino interprete arguit Anna eruditiſſima) tradatur a Poetis Τηθὺς ſeu *Tethys* uxor Oceani & harum Ὠκεανίδων mater; alia vero Θέτις ſeu *Thetis* Nerei filia ac Pelei conjunx, & ipſamet proinde Ὠκεανίνη, ſeu uti a Catullo vocatur in ejus Epithalamio, *Thetis Neptunina*. Ὠκεανίναι vero infra itidem dictæ hæ Nymphæ Dianæ comites, v. 62. quæ vulgo apud alios Poetas Ὠκεανίδες: haud aliter ac de Nubibus, tanquam illæ eſſent totidem Ὠκεανῖναι, immo quæ cum hiſce χορητίσιν *Oceaninis*, choreas etiam ducerent, Ariſtophanes ait Νεφελ. p. 140.

Ἐιτ' ΩΚΕΑΝΟΥ πατρὸς ἐν κάποις ἱερὸν χορὸν
Ἵσατε Νύμφαις, —

Sive OCEANI PATRIS *in hortis ſacras celebratis choreas cum Nymphis*,

ac ubi eædem Nubes, ſicuti alioquin vulgo habiti Fontes, Fluvii, Paludes, *Oceani* nempe *progenies*, mox rurſus apud Comicum, ſeu πατρὸς ἀπ' Ὠκεανῦ, *e mari* ſeu Oceano itidem emergentes appellantur. Qua ratione factum, ut in genere Nymphæ dicantur in Orphicis, tanquam omnes *Oceano prognatæ*, θυγατέρες Ὠκεάνοιο, quamquam diverſæ ab his cenſerentur Ορεςιάδες, ſeu *Montanæ*, quæ *Jovis filiæ* ab Homero dicuntur Iliad. Z. v. 420. ſeu *Aeris* vel *Ætheris*, juxta ejus Enarratores, progenies. *Sexaginta* autem *Nymphas Oceaninas* petere hic Diana dicitur, ac dein v. 42. eam ad Oceanum profectam, plures ibi Nymphas, *Oceaninas* nempe, delegiſſe, ſicuti, ut mox videbitur? alias inſuper *viginti Cretenſes* ac *Fluviatiles*, quod nempe plurium id genus Nympharum opera indigere crederetur hæc Dea, non πολυωνυμος ſolum ſed πολύτεχνος, ſeu τέχνη magis adhuc, quam frater Apollo, de quo ſupra, ἀμφιλαφὴς, *Marina* etiam & *Portuum Cuſtos*, ut infra dicetur ad v. 39, haud minus ac Αγροτέρα vel *Agreſtis* ſeu *Venatrix*. Quæ proinde Dea, earundem Nympharum, ſeu ut hic Ὠκεανίνων, vel ut a Sophocle eædem dicuntur (Philoct. v. 1499.) Αλίαι *Marinæ*; aut vero Ορεσιάδων ſeu Ορεσιβώτων, *Montivagarum* ſeu *Oreadum*, ut eas vocat Virgilius, ſive Αλσηίδων, Λειμωνιάδων, Λιμνάδων, aut Ελειονόμων, Ποταμηίδων, Πηγαιέων, Κρηναιέων, aut vero Μογοςόκων juxta Homerum, Ειλειθυιῶν, *Silveſtrium* nempe, *Pratenſium*, *Paluſtrium*, *Fluviatilium*, *Fontanarum*, aut etiam *Lucinarum*, quarum omnium occurrit apud Poetas ac auctores antiquos mentio,

mentio, comitatu & *choro* delectabatur; seu cum quibus, ut de eadem Dea Virgilius, *Exercet Diana choros*, Æn. l. IV. v. 409. Harum enim cunctarum Custos ac Præses, ut ex illis etiam auctoribus aliisque monumentis antiquis notum, dicta aut habita hæc Dea. Unde ex solis *Oreadibus* seu *montanis* Nymphis, mille Dianæ comites exstitisse tradit Poeta adducto modo versu, *quam mille secutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades*; a Gratio autem, centum *Nemorenses* & totidem *Naiades*, ubi in Cynegetico invocat Dianam v. 16.

Adscivere tuo comites sub nomine Divæ,
Centum omnes nemorum, centum de fontibus omnes
Naiades.

E quibus præterea liberum lectori judicium relinquimus, an, quod viro magno & præcipuo hodie litteratæ Galliæ ornamento, in præclaro opere placuit, e tympanistriis & saltatricibus, quæ Dei & Israelitarum victoriam in maris littore celebrasse dicuntur Exod. XV. 20. 21, factum censendum sit, ut hic apud Callimachum Dianæ Juppiter attribuat *sexaginta saltatrices Oceaninas*. Ut hic præterea mittam, quod non *Dianæ* solum, sed plerisque aliis Diis ac Deabus, *Nymphas* itidem χορητίδας, & quæ in earum essent potestate, adsignatas aliunde liqueat; sicuti *Jovi*, *Rheæ*, *Junoni*, *Neptuno*, *Apollini*, *Pani*, *Baccho*, *Minervæ*, (ut infra in Hymno in ejus Lavacrum) aliisque.

V. 14. ἔτι παῖδας ἀμίτρους] Inepta aut ab hoc loco aliena Criticorum in Scholiis ad eundem glossa, dictas nempe *novennes* has *puellas* adhuc ἀμίτρους ceu μὴ διαπαρθενευομένας· μίτρας γὰρ ἐξώννυντο, ἃς ἔλυον, ὅταν ἔμελλον διαπαρθενεύεσθαι, *non devirginatas. Mitris enim seu zonis cingebantur, quas solvebant virginitatem amissuræ.* Ita enim potius ἄμιτροι hic dicerentur puellæ, quæ *mitra* seu *zona* amissa virginitatis diminutionem essent passæ. Unde alia vocis ἀμίτρου ratio hic erat indicanda, maxime ubi de *novennibus* tantum *puellis* agebatur. Dabantur nempe solum μίτραι seu *zonæ* apud Græcos virginibus, quæ nubiles jam erant, seu viro maturæ; iisdem vero ademptæ, & *solvi* proinde, ut notum, dictæ, ubi virginitatem illæ essent amissuræ. Hinc παρθενικαὶ vocatæ sæpe apud Poetas Græcos eædem μίτραι; apud Euripidem etiam in Alcest. v. 178. uti antea diximus ad v. 21. Hymn. in Jov. παρθένεια κορεύματα, ac apud Latinos itidem, ut apud Catullum Epigr. LXVIII. *zona virginea*. Unde Medea, quo se adhuc virginem testaretur, ait apud Apollonium l. IV. v. 1024.

Barth. adv. IV, 9; Potter. archaeol. IV, 11 docent, zonas illas propterea usurpatas non modo a virginibus adultis, sed etiam a maritatis, ut tutae essent a vi libidinosorum: a qua cum nil timendum essent impuberibus, nec zonis opus fuit.

——ἔτι μοι μίτρη μένει, ὡς ἐνὶ πατρὸς
Δώμασιν, ἄχραντος καὶ ἀκήρατος,
Adhuc mitra mihi manet, perinde ut in patris domo, impolluta & integra;

sicuti παρθενικὴ μίτρη ἄχραντος, seu *virginea mitra impolluta* itidem dicitur a Theocrito Idyll. β. v. 73. Ἄμιτροι proinde dictæ hic a Callimacho *puellæ* istæ *novennes*, non quod solutis jam aut amissis illis *mitris* aut *zonis*, virginitatis diminutionem, instar puellæ illius apud Petronium adhuc septennis, essent passæ; aut vero eo intuitu, ut volunt hic Scholia,

quod

quod non essent devirginatæ, aut quod ibidem additur, ἢ ὅτι ἄγαμοι γυμναὶ (non γυμνοὶ) ἐβάδιζον, vel *quod innuptæ incederent nudæ*; sed quod per ætatem, neque enim adhuc nubiles, nondum forent *zona virgineæ* cinctæ, verum adhuc ἄμιτροι, seu *discinctæ agerent*. Ita nugas iæpe aut aliud agunt Græculi id genus Grammatici, & quod miror hic intactum prioribus hujus Poetæ editoribus, viris alioquin eruditis & sagacibus. Ut de erudita supra sexum hodierna Gallorum Musa hic sileam.

V. 15. ἀμφιπόλες Ἀμνισίδες] *Cretenses* scilicet Nymphæ, ut notarunt jam ad hunc locum, & præterea ad Stephanum, viri docti; apud quem omnino, quo ille ibi secum & cum Strabone præterea, Pausania, ac hujus Poetæ Scholiastis concilietur, supplendum, quod ab aliis jam monitum video in novissima hujus Ἐθνικογράφῳ editione, Ἄμνισος πόλις καὶ ποταμὸς Κρήτης. αἱ τότε Νύμφαι Ἀμνισιάδες καὶ Ἀμνισίδες. *Amnisus urbs & fluvius Cretæ, cujus fluvii Nymphæ, Amnisiades & Amnisides dictæ*; & quorum illud etiam in hoc Hymno legitur v. 162. Omnino autem, ut hoc addam, id firmant brevia ad Homerum Scholia, Odyss. T. v. 188. Ἄμνισος πόλις καὶ ποταμὸς Κρήτης, *Amnisus urbs & fluvius Cretæ*, idque ad eum versum, quo a Poeta traditur, *Lucina* seu Εἰλειθυίας, quæ eadem cum Diana, specum ibidem exstitisse,

Στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης,
Statuit autem in Amniso, ubi spelunca Lucinæ,

& in qua urbe genitam etiam, ut a Cretensibus fertur, Lucinam tradit in Atticis Pausanias pag. 31. Immo cum hujus Cretæ *fluvii Amnisi*, in cujus aquis scilicet frequenter Diana lavaretur, tum *Nympharum* Ἀμνισίδων, ac ut totidem etiam ejus *comitum* meminit itidem Apollonius Rh. sed ubi male Ἀμνησοῖο & Ἀμνησίδος, pro Ἀμνισοῖο & Ἀμνισίδων, uti eadem loca aut dictæ inde Nymphæ apud Poetas & Geographos proferuntur, hactenus legitur l. III. v. 876. &c.

Ἦε καὶ, Ἀμνισοῖο λοεσαμένη ποταμοῖο
Χρυσείοις Λητωὶς ἐφ' ἅρμασιν ἐστηυῖα.

Mox:

Τῇ δ' ἅμα Νύμφαι ἕπονται ἀμοργιάδες, αἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς
Ἀγρόμεναι πηγῆς Ἀμνισίδος,
Vel si Amnisi lota fluvio, Aureo Diana stans in curru
Quam comites Nymphæ sequuntur, quarum aliæ versantur ad ipsum Amnisi fontem &c.

Postremum autem illud de iisdem Nymphis ad fluminum fontes seu ποταμηΐαις vel πηγαίαις, sicuti quandoque eædem dictæ, occurrit etiam in Hymno in Venerem, vulgo Homero cum aliis adscripto; ubi quum de variis Nympharum generibus *Nemorensibus*, *Montanis*, aliisque ageret, additur, καὶ πηγας ποταμῶν, & quæ incolunt *fluminum fontes*, nempe totidem eorundem Fontium Genii seu Custodes, & Κρηναίας inde ab Homero dictæ Odyss. p. 1. v. 240. Immo ipsamet Diana ποταμία itidem sicuti a Pindaro, Pyth Od. 11. p. 202, appellata, & inde ab Horatio, *lata fluviis*, l. 1. Od. 11. Quas autem ἀμοργιάδας seu Dianæ comi-

comites, Nymphas nempe illas *Amnisi*, vocat Apollonius, ἀμορβοὺς vero in hoc Hymno de aliis *fluviatilibus* Nymphis dixit pariter Callimachus v. 45, hic autem nuncupat ἀμφιπόλους Αμνισίδας, *comites* itidem seu *pedissequas Amnisidas*. De qua priori voce Seleucus apud Athenæum l. VI. pag. 267. notat, ἀμφίπολον dici την περὶ τὴν δέσποιναν θεράπαιναν· πρόπολον δὲ τὴν προπορευομένην, h. e. ἀμφίπολον, *quæ circa dominam famula*, πρόπολον *vero*, *quæ ante dominam ambulat*.

V. 16. Αἵ τέ μοι ἐνδρομίδας] Male omnino hæc de *veste villosa* explicat, cum in versione, tum in Notis Frischlinus; quamquam hic, & infra in Hymno in Delum, in alia ducentem haberet Græcum Poetæ Interpretem; bene autem juxta eundem Scholiastem, de Dianæ *cothurnis* seu *calceamentis*, Vulcanius. Ut mirer equidem nihil ea de re monitum in postrema & eleganti editione Parisiensi, ubi prior illa & soluta Poetæ hujus interpretatio, quæ alioquin ibi haud semel in notis Annæ præstantissimæ & merito arguitur, fuit retenta. Neque enim hic *endromides* eædem, quarum apud Juvenalem & Martialem mentio, & quarum usus olim exstitit in palæstra ad arcendum frigus, sed Dianæ κυνηγοῦ seu *venatricis calceamenta*, eique, ut præterea e Polluce ac veteri Epigrammate observo, propria. Pollux nempe p. 347. in fine, Αἱ δὲ Ενδρομίδες ἴδιον τῆς Αρτέμιδος τὸ ὑπόδημα, *Endromides*, *proprium Dianæ calceamentum*. In Antholog. vero l. IV. c. XII. exstat Epigramma CXI, de quo jam supra, ac ubi de eadem Diana venatrice inter alia dicitur,

Ποῦ δὲ Λυκαστείων ἐνδρομὶς ἀρβυλίδων;

ubi Lycasteorum (h. e. *Cretensium*, ut ibi Latinus Interpres) *endromis calceorum*? ubi nempe ἐνδρομὶς de *calceamento* ipso, seu quod Gallis *chaussure* dicitur. Unde insuper liquet ac illustratur, cur Cretensibus Nymphis, quales hæ, uti vidimus, *Amnisides* seu *Cretenses*, Dianæ seu Dictynnæ κυνηγοῦ, ut notum, Deæ *calceamentorum* cura & custodia, apposite hic committitur. Adde, quod eædem ἐνδρομίδες, quarum rursus meminit Callimachus Hymn. in Del. v. 238. ibi in Scholiis dicantur, κυρίως τὰ τῶν κυνηγῶν ὑποδήματα, *propria venatorum calceamenta*, nempe qualia etiam in venatorum usum reperisse Aristæum tradit Nonnus Dionys. l. V. p. 154;

Καὶ ποσὶν ἐνδρομίδας θηρήτορα φῶτα διδάξας,

Et pedibus aptare calceamenta (endromidas) *cursoria*, *hominem venatorem docens*.

Unde, & valde hic opportune, laudari observo ab Hippocrate *calceamenta Cretensia*, libro de Articul. Τμήμ. XIV. Επιτήδειος δὲ καὶ ὁ Κρητικὸς τρόπος τῶν ὑποδημάτων, *idonea item est forma calceamenti Cretensis*. Quæ scilicet *calceamenta* pluribus ad eum locum describit Galenus, & qualia suo adhuc ævo, cum in Creta, tum in Proconsulari Asia, in usu fuisse memorat; eaque, quod ibidem ait, potissimum Venatoria; quæ mediam nempe tegerent crurum partem, & arcte pedem constringerent; multis præterea partibus scissa forent & loro trajecta. Quale etiam *calceamenti* genus exhibet insignis ille Mytilenæorum nummus

cum

cum venatricis Dianæ effigie paullo ante ad v. 12. productus. Sed ipsum Galeni locum, optimum ritus illius & simul hujus apud Callimachum loci, ac præterea signati in illo *Mytilenaeorum*, Asiæ itidem Proconsularis incolarum, nummo, *calceamenti venatorii* interpretem, non pigebit integrum hic in Lectoris gratiam adferre, qui exstat Comment. in Hippocr. de Articul. p. 644. tom. v. edit. Græc. Basil. Ἔτι δὲ νῦν οὗτος ἀσκεῖται κατὰ τὴν ἡμετέραν Ασίαν, καὶ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΚΡΗΤΗΝ, οὐχ ἥκιστα ΜΕΧΡΙ ΚΝΗΜΗΣ ΜΕΣΗΣ ΑΝΗΚΟΝ· ἔστι δὲ ἱκανῶς ὑπ' αὐτοῦ ΠΟΛΥΣΧΙΔΕΣ ΤΙ ΔΕΡΜΑ καθ' ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀριστερόν τε καὶ δεξιὸν ἶσον, ἐντεταμένον τε καὶ ἴδια συντετριμμένον ἐπὶ τοῖς πέρασιν, ὡς ἱμάντι διεκβαλλομένων τῶν τρυμάτων, συνάγεσθαι κατ' ἄλληλα τὰ τεταγμένα τοῦ δέρματος τμήματα· Πρόδηλον οὖν, ὅτι συνέχει τε καὶ σφίγγει τὸν πόδα, μετὰ τῆς κατὰ φύσιν διαρθρώσεως ὅλης ἀκριβῶς τὸ τοιοῦτον ὑπόδημα· χρῶνται δὲ αὐτῷ μάλιστα πάρ' ἡμῖν ΟΙ ΚΥΝΗΓΕΤΑΙ ΘΗΡΕΥΟΝΤΕΣ, ἐπειδήπερ ἐν τραχέσι καὶ ἀνωμάλοις χωρίοις ἀναγκάζονται πολλάκις οὐ τρέχειν μόνον, ἀλλὰ καὶ πηδᾶν. Ἡ δ' αὐτὴ καὶ ΤΟΥΣ ΚΡΗΤΑΣ αἰτία τοιούτοις ΥΠΟΔΗΜΑΣΙ χρῆσθαι ἔπεισε, διά τε τὰ μεγέθη τῶν ὀρῶν ἐν τῇ Νήσῳ καὶ τὰς τραχύτητας: *In Asia nostra, & non minus in* CRETA, *in usu sunt etiamnum* CALCEAMENTA, QUÆ AD MEDIAM USQUE TIBIAM ADSCENDUNT, *in quibus scissa est pellis multis locis, & ab utraque parte, dextra scilicet & sinistra, æqualiter extenta extremis partibus foramina habet, per quæ trajectum lorum partes pellis incisas inter se contrahat. In aperto autem est,* TALI CALCEAMENTO PEDEM *cum universa commissura, quæ ad malleolos est, contineri atque* ADSTRINGI. *His autem utuntur apud nos* VENATORES *potissimum, quum* FERAS SECTANTUR; *quandoquidem in asperis atque inæqualibus locis, non solum currere, sed saltare etiam coguntur. Eadem causa* CRETENSES *ad talium* CALCEORUM *usum impulit, ob vastos Insulæ montes, atque asperitatem.* Neque vero aliter ἀρβύλας seu ἀρβυλίδας, quæ Dianæ Venatricis ἐνδρομὶς seu *calceamentum* dicuntur in superiori Epigrammate, describit Galenus paullo ante, & quidem ead. pag. edit. Basil. nempe ut ea tantum inde huc adferam, κοῖλον δὲ ἔστι (nempe ἀρβύλαι, de quibus agebat ibi senex Cous) ὑπόδημα τοῦτο, ἀεὶ περιεσφιγμένον ἀκριβῶς ὅλῳ τῷ ποδὶ, μέχρι τῶν σφυρῶν, *est autem* (ἀρβύλαι) *calceamenti genus cavum, quod arcte universum pedem usque ad malleolos complectitur.* Unde etiam abunde illustrantur, quæ de venatorum calceis tradit itidem Pollux, iisdem ferme verbis, quibus utroque, quem modo adduximus, loco utitur Galenus, adeo ut unus ex altero id hausisse videatur, nempe pag. 239. in fine. Ὑποδήματα κοῖλα ἐς μέσην τὴν κνήμην ἀνήκοντα δεσμῷ ἀκριβεῖ περιεσταλμένα, *calcei cavi ad mediam tibiam adscendentes arcto vinculo adligati*; nempe, sicut ante Galenus loco supra adducto, μέχρι κνήμης μέσης ἀνῆκον, *ad mediam tibiam adscendens*; & quod de eodem *calceamento* paullo ante dixerat, σφίγγει τε περὶ ὅλον ἀκριβῶς τὸν πόδα, *ut calceus universum pedem arcte contineat.* Quæ singula utique manifeste, uti jam innui, in superiori Dianæ κυνηγοῦ effigie, cum tali calceamento venatorio mediam tibiam seu crura tegente,

arcte

arcte præterea, trajectis quidem loris, constricto, comparent; ac inde similiter, quæ de Tyriis virginibus, Dianæ instar, pharetratis & ad venationes accinctis, tangit Virgilius Æn. l. 1. v. 337. quibus nempe *mos erat*, ut ibidem ait,

Purpureoque alte suras vincire cothurno,

& ad quem locum exstat hæc Servii glossa, *Cothurni jam* CALCEAMENTA *etiam* VENATORIA, *crura quoque vincientia*. Unde similiter de *venatorio calceamento* Nemesianus in Cynegetico v. 90.

Candida puniceis aptantur crura cothurnis.

Ibid. λύσκας] Nempe quarum venatione, sicut alias *cervorum*, quorum hic etiam meminit, delectaretur Diana; & ad quem proinde locum respexisse videtur, qui haud semel alibi Battiadem nostrum expressit Horatius l. IV. Od. VI.

DIANÆ *tutela Deæ fugaces*
LYNCAS *& cervos cohibentis arcu*;

ut proinde tentatorem hujus Deæ *Orionem*, sicut eum alibi vocat Lyricus, non æmularetur eadem, de quo ait hic Venusinus vates, l. II. Od. XIII.

Nec curat Orion leones,
Aut timidos AGITARE LYNCAS.

Lyncum alioquin venationem, juxta cum pardis & pantheris, memorat Xenophon, in κυνηγετ. pag. 995. Occurrit quoque illius θήρας mentio alibi in hoc Hymno, ubi Mænaliæ λυσκὸς carnes ad esum canum venaticorum a Pane secari tradit v. 88. ὁ δὲ κρέα λυσκὸς ἔταμνε, *is autem carnes lyncis secabat*. Adde, quod maculosis horum *lyncum* pellibus tegi olim soliti venatores; sicuti de Nympha itidem venatrice, Venus, κυνηγὲ habitu amicta, loquitur apud Virgilium Æn. I. v. 322.

Succinctam pharetra & maculosa tegmine pellis.

Nempe haud aliter ac de montivagis Bacchis dicitur ab Euripide in cognomine dramate v. 111. Στικτᾶν τ' ἐνδύταν νεβρίδων, *maculosorum hinnulorum pellibus indutus*. Immo eosdem *lyncas ad venationem industrios*, seu quibus ad venandas alias feras utantur Orientales, tradit Paulus Venetus; & quod præterea ex aliis Arabum scriptis illustrat ὁ πάνυ Bochartus, Hieroz. l. III. c. VII.

V. 17. ἐλάφους βάλλοιμι] Unde hæc Dea dicta, uti jam vidimus, Ἐλαφηβόλος, sicuti in Orphicis Hymno in eandem, *cervorum venatrix*; ab Anacreonte præterea Od. LXII; a Sophocle Trachin. v. 218. & a quo postremo Ἐλαφηβολίαι seu *cervinæ venationes* eidem Deæ tribuuntur Ajac. v. 178. Immo unde Ἐλαφηβόλια dicta de hujus Dianæ Ἐλαφηβόλῳ solemni festo, & in quo placenta e farina melle & sesamo subacta, ἔλαφος etiam appellari meruit, ut id tradit Athenæus l. XIV. pag. 646. Verum quum de hac *cervina* Dianæ *venatione*, tanquam consueta ejusdem præda, pluribus infra agatur hoc Hymno v. 100. Σκαιρόσας ἐλάφους, *salientes cervas*, & quæ ibidem sequuntur, ibi quoque ea de re agendi adhuc erit locus, iisque ex antiquis, quæ supersunt etiamnum, monumentis lucem adhuc aliquam adfundendi.

Ibid.

Ibid. θοὺς κύνας εὖ κομέοιεν] Cujusmodi neque unius generis *canes*, & inter eos *velociores ventis*, θάσσονας ἀυράων Dianæ a Pane datos, infra memorat hoc ipso Hymno Poeta v. 94. &c. alibi autem de cane cum arrectis auribus infra Dianæ sedem posito Hymn. in Del. v. 228, & quæ loca ex auctoribus ac monumentis etiam antiquis illustrare ibidem dabitur. Θοοὶ autem hic dicuntur ab eodem *canes venatici*, tanquam ex illo κυνοσουρίδων genere, de quibus itidem Oppianus κυνηγετ. lib. 1. v. 434. μάλα γάρ τε θοοὶ κρατεροί τε πέλονται, *valde autem celeres & robusti existunt*; & quibus proinde haud alia quam θοὰ seu *velocia* nomina imponenda, monet eod. lib v. 444.

Θοὰ πάντα, θοὴν ἵνα βάξιν ἀκούῃ,
Velocia omnia, ut velocem vocem audiant.

Eadem autem θοῶν & venaticorum *canum* curam gerere hic opportune dicitur Diana, non solum κυνηγὸς Dea, sed quod ejusdem inventum talis venatio crederetur, ut ab initio κυνηγετικοῦ statuit Xenophon; quamquam *canibus* primum venari docuisse Pollucem, tradat Oppianus κυνηγ. l. 11. v. 18. Vocis autem, quam hic adhibet Callimachus κομέειν pro *curare*, *curam gerere*, seu ἐπιμελεῖν usus, abunde jam uti & verbi κομίζειν, ex Homero, qui utrumque non semel eo sensu usurpat, notus. Julianus autem Imp. Orat. III. p. 227. κομίζειν ἅρμα, pro *currum regere* adhibet.

V. 18. Δὸς δέ μοι οὔρεα πάντα] Unde etiam non solum ὀρέστειρα, de qua appellatione jam supra, aut vero *montium Domina* a Catullo in Seculari Carmine, vel *montium custos*, ab Horatio dicta l. III. Od. XXII. quod opportune jam hic monuit præstantissima Fabri filia; sed a Seneca insuper in Hippolyto v. 406.

—— SOLA, *quæ* MONTES *colis*,
Et UNA *solis montibus coleris Dea.*

Quo spectat rursus illud Catulli de Diana in Epithal. Thetid. v. 300.

Unigenamque simul cultricem montibus Idæ,

seu *Idri*, sicuti legitur in veteribus libris, & quod ingenio ac eruditione magno Is. Vossio ad Catullum placuit, de *Cariæ* nempe monte *Idro*, in quo plura oppida exstitisse Dianæ consecrata idem tradit, sicut *Hecatesiam*, *Chrysoriam*, *Euromum*, aliaque. Quamquam de monte illo Cariæ, *Idro* dicto, nihil alibi legisse meminerim; *Idrias* quidem seu Ἰδριὰς urbs Cariæ occurrit apud Stephanum, quæ *Hecatesia* etiam & *Chrysoria* juxta eundem fuerit appellata; ut ita totidem ea fuerint unius oppidi nomina (& qua de re videri adhuc potest idem Stephanus in Ἑκατησία & Εὔρωμος) quæ ibi ut diversa tamen, & Dianæ juxta ac Apollini consecrata, memorat laudatus modo vir doctissimus. Quod vero ibidem ab eo additur, Dianam præ cæteris gavisam montibus Cariæ ac Lyciæ, & quod ea fuerit olim constans opinio; id equidem haud ita liquidum, quin passim aliis quoque montibus, seu in genere κατ' ὄρεα (ut apud Euripidem, Phœn. v. 133. vagata dicitur eadem Dea) occurrat in veterum monumentis. Hinc ea mox de se, οὔρεσιν οἰκήσω, *montibus inhabitabo*, & sicuti οὐρεσιφοίτις in genere seu *montivaga* in Orphi-

corum Ευχῇ eadem dicitur; aut quomodo cum *Cynthia* passim a monte, non *Cariæ* quidem aut *Lyciæ*, sed Deli *Cynthio* appellatur; tum ab Homero venata dicitur, non in Cariæ aut Lyciæ, sed Arcadiæ aut Laconicæ montibus, Taygeto nempe & Erymantho, Odyss. Z. vers. 102. &c.

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ΟΥΡΕΟΣ ἰοχέαιρα,
Ἣ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.

Qualis autem Diana incedit PER MONTES, *sagittis gaudens,*
Aut per Taygetum excelsum aut Erymanthum,
Sese oblectans apris (non *capris* juxta Interpretem) *& velocibus cervis.*

Neque vero uni huic Deæ, quod hic a Jove apud Callimachum contendit, *dati omnes montes*; & proinde tanquam voti illius compos esset, a Seneca Tragico loco paullo ante adducto dicta, *sola montes colens*, aut *una solis montibus culta.* Nota enim abunde Ὀρεία haud minus seu *montana* Cybele a Tragicis, ut Euripide Hippol. v. 144. & Helen. vers. 1317. item ab Apollonio Rhod. l. 1. v. 1119. & similiter *fera montium Dea*, in Mœcenatis versu apud Fortunatianum Grammaticum, & quæ similiter a totidem montibus, *Idæa* alioquin, seu *Dyndimi Domina*, vel *Dyndimena* fuit appellata. Ut mittam Panem, venatorem quippe, Οὔρειον, seu ὄρειον, itidem ὀρειβάτην præterea & Ωρομέδοντα, *montanum, montivagum, montium Dominum* passim apud antiquos Poetas legi; immo Jovem ipsum in montium jugis frequenter cultum, indeque Επάκριον vel Αργαῖον, a monte Cappadociæ *Argæo*, aut Ἰδαῖον a monte *Ida*, ut alias id genus appellationes a *montibus* petitas hic præteream, nuncupatum.

Ibid. πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον] Neque enim solum ὄρειος hæc Dea, sed πολιοῦχος itidem seu πολίτις, sicuti eadem inter Deos Thebarum πολιοῦχους, seu *urbis* illius *Præsides* vel *Custodes* invocatur a Thebanarum virginum choro, apud Æschyl. Sept. Theb. v. 149. & seq. Unde non unam etiam *urbem*, sed plures, ut eidem Dianæ peculiari jure proprias, præter multas illi cum Diis aliis communes, largiri mox dicitur idem Juppiter v. 33. 34. τρισδέκα τὰ πτολίεθρα &c. Adde *Ephesum* in peculiari ejus tutela, ut ea de re Callimachus infra v. 258. Cæterum neque ego satis capio, cur virum Græce eruditissimum H. Stephanum hic offenderit illud ἥντινα, ut proinde legendum ibi confidenter tradiderit, πόλιν δὲ μίαν τινα. Abundare quidem illud ἥν notaverat Græcus Enarrator, sed non ut expungendum ideo aut Callimacho indignum statueret: quum, ut alia mittam, ἥντινα haud semel pro ἥν, ubi nempe redundat illud τινα, dixerit Homerus, prout ad eum etiam notant veteres Grammatici, sicut Iliad. Γ. v. 286. τιμὴν &c. ἥντιν' ἔοικεν, quæ brevia ad Homerum Scholia explicant, ἥν πρέπει, ἥν δεῖ; *quam decet, quam oportet.*

Sed hoc nil prodest vulgatae, cū nō τινα redundet, sed ἥν.

V. 19. σπαρνὸν γὰρ ὅτ' Ἄρτεμις ἄστυ κάτεισιν] Nempe quod tanquam venatrix Dea, *montes* eadem, ut ea, etiam hic de se οὔρεσιν οἰκήσω, frequentius, seu *silvas* cæteroquin *inhabitare* crederetur; ac unde de eadem

dem dixit supra Callimachus in Apollin. v. 60. eam συνεχῆ seu *assiduo* caprearum capita venari solitam. Unde etiam de venatore & Dianæ inde cliente Hippolyto, Euripides in cognomine dramate versu 17. ex parte ante adducto,

Χλωρὰν δ' ἀν' ὕλην παρθένῳ ξυνὼν ἀεὶ,

In viridi sylva versans semper cum virgine Diana.

V. 20. Οὔρεσιν οἰκήσω] Quamquam eadem Dea non perpetuo in *montibus*, verum etiam circa latices, paludes, flumina, portus inhabitasse, ac inde nomina sortita dicatur, sicuti λιμναίας, ποταμίας, λιμνοσκόπε &c. *Palustris*, *fluviatilis*, *portuum inspectrix*, ut ea de re jam ante obiter dictum, & alibi agitur in hoc Hymno. Ideo autem Dianæ *habitatio in montibus*, aut *rarior in urbes* ejusdem *adventus* hoc & superiori versu a Callimacho dici videtur; cum ob continuum illud venandi studium huic Deæ, ut modo vidimus, tributum; tum quod virorum cœtus, perpetuam quippe virginitatem, de qua jam ante, eadem professa, adversari inde crederetur; haud aliter ac Cyrene virgo, eademque venatrix apud Pindarum Pyth. Od. IX. ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων, *montium umbrosorum latebrosos habitat recessus*; tum denique ob propiorem eamque naturalem neque indictam jam viris eruditis causam, quod Luna nempe omnium siderum, terræ maxime, ut de ea Phornutus, vicina, ac proinde supra montium cacumina velut in iis oriens appareret. Unde etiam celsi quidam Africæ montes, & a quibus Nilum fluere tradidit Ptolemæus, *Lunæ montes* leguntur appellati.

V. 21. Μοῦνον ὅτ' ἐξείαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι] Nempe Diana non κυνηγὸς amplius seu *Venatrix*, aut Luna tantum φωσφόρος, seu *Lucifera*; sed Εἰλείθυια præterea ceu *Lucina*, aut Λοχία, quæ nempe *laborantes utero puellas ter vocata audire* dicitur apud Horat. l. III. Od. XXII. & ad cujus Εἰλειθυίας templum, mulieres quotidie ad tertiam usque diei partem convenire jubet Plato de Legib. l. VI. p. 784. Quo nempe eandem Ὠκυλόχειαν, ut hæc haud semel vocatur in Orphicis, continuo experirentur parturientes, seu ut de eadem Horatius in seculari Carmine,

Rite maturos aperire partus
Lenis ILYTHIA.

Quæ iterum e naturalibus caussis peti, ac ad easdem referri continuo debere, satis liquet.

V. 22. ἠσί μιν μοῖραι] *Parcarum* opportune meminit Εἰλείθυια hæc Dea, quæ a Pindaro dicitur, non solum Εἰλείθυια πάρεδρος Μοιρῶν, seu *Lucina*, *quæ adsidet Parcis*, eo loco, quem jam hic indicavit Vulcanius, nempe ab initio Od. VII. Neme. sed insuper alibi de Euadnes puerperio, cui Apollo *adstare fecerit Lucinam & Parcas*, Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας, Olymp. Od. VI. p. 50. Quemadmodum Iphigeniæ *partui*, seu λοχείᾳ, ut ibi dicitur, adfuisse itidem *Parcæ* leguntur apud Euripidem Iphig. Taur. v. 206. ac apud Antonium Liberalem Metam. cap. XXIX. de parturiente Alcmena, ΜΟΙΡΑΙ καὶ ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ σπεῦσαι χάριν τῆς Ἥρας κατέσχον ἐν ταῖς ὠδῖσι τὴν Ἀλκμήνην, PARCÆ & LUCINA *in Junonis gratiam Alcmenam in doloribus partus detinuerunt.*

Hinc eaſdem Deas in generatione ſeu nativitate conjungit Plato Sympoſ. p. 206. Μοῖρα ἐν τῇ Εἰλειθυια, ἡ καλοκὴ ἐστι τῇ γιγνέσει, *pulcritudo igitur generationi eſt veluti Parca & Lucina.* Unde lux Horatio, qui poſt invocatam loco ſuperiori nota adducto *lenem* parturientibus *Ilythiam*, mox Parcas etiam compellat, *Voſque veraces cecinisſe* PARCÆ. Immo Εἰλείθυια ſeu *Lucina* eadem cum *Parca*, juxta antiquum Poetam Lucium Delium, & qui inde εὔλινον ſeu *lanificam* vocavit *Lucinam*, ut de eo tradit Pauſanias l. VIII. p. 485. Quibus accedat, id quod ab Orpheo dictum refert Clemens Al. Strom. l. VI. p. 571. *Parcas* nempe τὰ μέρη τῆς Σελήνης, *Lunæ partes eſſe*, illaſque vocari Μοῖρας, tanquam φωτὸς ἴσας μέρη, quæ *lucis eſſent partes*; ac proinde Lunam ſeu Dianam φώσφορον, de qua paullo ante, ſeu *Lucinam*, uti & *Parcas*, totidem eductorum in lucem fœtuum præſides ac opitulatrices a veteribus habitas. Hinc Plutarchus de Facie in orbe Lunæ pag. 945. ubi quum animas ac mentem a Luna, ubi eadem eſt ac *Lucina*, componi, ubi *Diana*, dividi, dixiſſet, addit, de tribus *Parcis*, Atropon circa Solem collocatam, initium ortus præbere; Lacheſin circa terram contingere; Clotho autem circa Lunam, colligare & miſcere. Ne ea jam hic tangam, quæ a Platone ac Platonicis de *Parcis* φυσικῶς, tanquam generationis omnis præſidibus, ac motricibus earum facultatibus dicta leguntur, ut in lib. de Republ. l. X. p. 617. & a Proclo, qui dum eadem fuſe ac ſubtiliter enarrat, non lucem quidem, ſed novas potius tenebras iiſdem affundit, nempe in Theol. Platonis l. VI. c. XIII. & c. XXIII.

V. 23. ἐπεκλήσωσαν ἀρῆγειν] Unde eadem Εἰλείθυια invocata ἀδίνων ἐπαρωγὸς, *dolorum partus auxiliatrix*, duobus locis in Orphicis p. 98. & 132. ult ed. DIANA nempe OPIFERA, quomodo vocatur in antiquo Marmore apud Gruterum XLI. 8. ac inde apud Terentium in Andria, *Juno Lucina* (eadem quæ Εἰλείθυια) *fer opem.* Quod vero hic Dianæ, ut primum nata eſt, officium illud λοχείας ſeu Εἰλειθυίας *ſorte* a *Parcis* adſignatum hic dicitur, illuſtrari rurſus inde poteſt, quod in Lacheſis genibus, κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, *ſortes & vitarum exempla*, conſiſtere dixit Plato eodem, de quo paullo ante, loco, de Republ. l. X. p. 617. Neque tamen a *Parcis*, ſed a Minerva, Dianam illam λοχείας artem edoctam, ubi eidem naſcenti obſtetricata eſt Minerva, tradit Hymno in hanc Deam, Ariſtides pag. 25. Sed quem locum male alio retulit eruditus Interpres, quique ea de cauſſa hic adſcribendus, ὥστε ἡ μὲν Ἀρτεμις λοχεία ταῖς ἄλλαις ἐστὶν, αὕτη δὲ τῇ Ἀρτέμιδι λοχεία πρὸς τὰς γονὰς ἡ Θεὸς γεγένηται· καὶ ἔοικεν ἀμφοτέρων διδάσκαλος αὐτὴ καταστῆναι, τῆς τέχνης, καὶ τῆς προαιρέσεως· παρθένῳ γάρ ἐστι μετὰ Ἀθηνᾶν μόνη, *itaque ut Diana reliquis mulieribus, ita Dea* (ſeu Minerva) *ipſi Dianæ in puerperio fuit obſtetrix, & utriuſque rei magiſtra ei videtur exſtitiſſe, tum artis* (μαιευτικῆς nempe, ſeu *obſtetriciæ*, qua de re ibi ſermo, non *artis venatoriæ* cum Cantero, cui nullus ibi locus) *tum propoſiti illius, quo ſola juxta Minervam manet virgo.* Unde non hinc alienum, quod a Socrate dicitur apud Platonem in Theæteto pag. 149. inde obſtetrices eas fuiſſe tantum mulieres, quæ per ætatem amplius parere

parere non possent, quod Diana ἄλοχος ἔσα, τὴν λοχείαν ΕΙΛΗΧΕ, *etsi partus sit expers, obstetricandi tamen officium* SORTE *sit nacta.* Id nempe, quod a Callimacho hic dicitur, Dianæ *forte* a Parcis fuisse adsignatum, *parientibus opem ferendi* munus, ἐπεκλήρωσεν ἀρήγειν. Ut hoc addam, non nativitatis solum seu partus, sed nuptiarum quoque curam suscepisse Dianam & Parcas, iisque proinde a nupturis virginibus comæ primitias offerri solitas, ut id docet Pollux l. III. c. III. p. 137. Ἀρτέμιδι καὶ Μοίραις &c.

V. 24. τίλωσα καὶ ἔκ ἤλγησε φέρουσα] Dianam scilicet pariens & utero gestans Latona, ac Minervæ proinde, quæ, ut modo ex Aristide vidimus, ei tum Lucinæ vicem præstitit, ope; non vero ubi eadem Latona Apollinem enixa est. Eam enim in hujus puerperio ὑπ' ὠδῖνεσι βαρυνομένην, *pariendi doloribus graviter adflictam*, dicit infra Callimachus, Hymno in Delum v. 202. & qua de re videndus insuper Hymnus Homero tributus in Apollinem. Ut proinde Deas aut Heroinas, non semper *sine dolore parientes*, legamus in veterum id genus monumentis. Φέρουσα autem hic dicitur Latona, subaudiendo ἐν γαστρὶ, seu τὴν γαστέρα, sicuti de *gravida muliere* loquitur Hippocrates de septimestri partu c. 11. φέρειν τὰς γαστέρας, ac unde similiter Latini *ventrem ferre*, ut Varro de LL. aut *in utero gestare*, ut Papinianus in libris Pandectarum l. 4. D. de Senatusc. Silan.

V. 26. & 27. γλωιαδος ἤθελε πατρὸς Ἅψασθαι] Haud aliter ac Iphitus de fila Exadne, dum adhuc viveret, dicit apud Euripidem Suppl. 1099.

——ἥ γ' ἐμὴν ΓΕΝΕΙΑΔΑ
Προσήγετ' ἀεὶ στόματι, καὶ κάρᾳ τόδε
Κατεῖχε χερί,
Quæ meam BARBAM aut *mentum*
Admovebat semper ori, & hoc caput
Tenebat manu.

Utraque nempe, Diana hic & Euadne, non ut barbam patri velleret, quod pro ludibrio & contumelia vulgo habitum, & sicut satyrice, quasi scilicet se ita illudendum præbuerit, Dionysio nempe Tyranno, idem Juppiter apud Persium dicitur, Satyr. II. v. 28.

Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Juppiter?

Sed ut ejusdem barbam tenellis manibus contrectando, patrem ita blande nata demulceret. Unde utique longe aliud, velle hic γλωιάδος ἅψασθαι, *barbam apprehendere*; aliud eandem τίλλειν seu *vellere*, aut sicut Julianus Imp. & quem locum opportune jam ad Persium viderat ὁ πάνυ, de se nempe & Antiochensibus in Misopogone loquitur p. 87. ὑβρίζοντες εἰς τὰς ἐπὶ τῷ γλωιῷ τρίχας καὶ τὰ ἐν τοῖς νομίσμασι χαράγματα, *contumeliose adtrectantes barbæ pilos & celatam* (Juliani) *in nummis effigiem.* Γενήτης nempe seu *barbatus* vulgo Juppiter in nummis & signis ejus antiquis, qui tamen & ἀγένειος quandoque seu *imberbis* in iisdem, comparet. Talis utique *Cretensis* vel Cretagenes Juppiter in præclaris Regiæ Gallorum Gazæ nummis, & qua de re nos alibi, ac jam supra obiter Hymn. in Jov. v. 55. sicuti de JOVE JUVENE apud Romanos

manos itidem culto, ac ab aliis ære similiter signato, aliunde constat. Id enim apud Græcos, aliasque etiam gentes olim obtinuit, quod in residuis adhuc eorum monumentis conspicitur, ut qui vulgo *barbati* apud eos effingerentur, qualis *Juppiter*, *Mars*, *Æsculapius*, *Hercules* &c. iidem etiam *imberbes* haud semel signarentur; & qui passim *imberbes*, sicuti *Mercurius*, *Bacchus*, *Apollo*, iidem etiam *Pogoniati* subinde depingantur. Sed de his, aut φυσικοῖς id genus simulacrorum causis, alias opportunius.

V. 29. καταῤῥέζων] Manu nempe natam vicissim *demulcens*, ut eam vocem apud Homerum explicant veteres Critici ad Iliad. E. vers. 424. καῤῥέζουσα, καταψῶσα τῇ χειρί. Sed illud καῤῥέζειν Homericum opportune jam hic adtigit Anna laudatissima.

V. 29. & 30. θεαίναι τίκτοιεν] Per θεαίνας, *pellices* hic suas, decoro scilicet nomine, vocat Juppiter, quamquam & ex iis nonnullæ haberentur e *Dearum*, sicuti hic Latona, aut alias Ceres, e qua nata ei Proserpina, numero.

V. 30. ζηλήμονος Ἥρης] Unde de eadem, *Junonis zelotypia* ob Latonam, non Dianam quidem sed Apollinem parturientem in Hymno, qui Homero tribuitur in Apoll. v. 99. dicitur, ἥ μιν ἔρυκε ζηλοσύνῃ, *quæ illam detinebat zelotypia*. Alibi autem apud Homerum, non jam Deæ, ut Juno hoc loco, sed Dii, & inter eos Juppiter ipse, ζηλήμονες dicuntur; ubi nempe Deæ cum viris mortalibus se oblectant, Odyss. E. v. 118. &c. Quum ante ζῆλος & ζῆλου apud Atticos in bonam ferme partem sumi soleant, illud pro *gloria*, *felicitas*; istud pro *felicem prædico*, seu μακαρίζω, uti veteres Critici ad Sophoclis Ajacem v. 554. ζηλοῦν, μακαρίζειν, inde etiam fieri video, ut apud LXX. Seniores, cum ζηλοῦν & ζηλοσύνη, ut Num. c. v. v. 14. de *mariti zelotypici* erga uxorem dicatur; tum vero alibi ζηλωτὸς, pro μακαριστὸς, sicuti eam vocem interpretatur Hesychius, usurpetur, ut in benedictione quam Jacob Josepho impertit Gen. XLIX. 22. υἱὸς ἠυξημένος μου ζηλωτὸς, *filius meus honoribus auctus*, seu *felix prædicandus*; aut quod Galli dicerent, *digne d'envie*; apertius certe, quam in Nobilii versione, ut passim alibi, ita hic parum Latina & perspicua, *filius auctus meus zelatus*. Non quæritur jam, quam parum hoc postremum cum Hebræo, prout hodie legitur ac reddi consuevit, & a quo hic etiam longe abit vulgatus Interpres, contextu conveniat, & quomodo in eodem legerint seniores, qua de re forte alibi; de vi solum agitur, aut genuino sensu vocis Græcæ, quam hic iidem adhibuerunt, & ad quam respexisse videtur, ut sæpe alibi adductus ante Hesychius, ζηλωτὸς, μακαριστός.

V. 31. φέρευ τέκος, ὅσσ' ἐθελημὸς] Φέρε, quod notum, subinde apud Atticos, pro eo, quod Latini *age*, *cedo* sumitur, ut in Νεφελ. Comic. p. 135. φέρε, τίς γὰρ οὗτος, *age, quinam ille*, & in eodem dramate p. 139. φέρε, του τὶ τῷ χρὴ πιστεύειν; *cedo, quomodo possum hoc credere*: aut vero pro ἄλλοτι seu *alias*, ut ex Demosthene notant ad priorem Comici locum Græci ejus Interpretes. Hinc autem φέρευ Æolice pro *habe*, quo usu *fero* etiam passim apud Latinos legitur. Εθελημὸς vero, qua voce utitur

utitur hic præter Heſiodum Callimachus, apud Apollonium itidem legitur l. II. v. 658.

—ἀλλ' ἐθελημὸς ἐφ' ὕδασι πατρὸς ἐοῖο,
Sed ultro ad patris aquas inhabitavit.

Hinc Heſychii gloſſa, ἐθελημοί, αὐθύμιοι.

V. 33. Τρὶς δεκα τοι πτολίεθρα] Hoc & ſequenti verſu, non unam ſolum urbem, quam Diana ut ſibi propriam a Patre petierat, ſed *tredecim*, juxta Interpretem, *terdena* autem juxta eundem in ligata verſione & Vulcanium, ſeu *triginta*, unius nempe cultui Dianæ addictas urbes, ab eaque etiam, uti mox videbitur, denominatas, ei pollicetur Juppiter. Tales hic decem commemorat, qui primus hunc Poetam Latine vertit ac notis illuſtravit Friſchlinus, ſed qua in re fallitur; quum nec *Artemiſia*, de qua appellatione mox, eadem loca legantur appellata; nec ſola in iiſdem, quod tamen aperte ſequenti verſu innuit Callimachus, Diana fuerit culta; quod, e *Mileto* utique, *Patris* aliiſque a viro docto ibi commemoratis liquet. Τρὶς δεκα autem, ut obiter hoc addam, quamquam id improbet hoc loco Anna ἐλλογιμωτάτη, ac de *triginta* etiam explicet ad v. 35. Græcus Scholiaſtes, ut tamen pro *tredecim* ſumi omnino nequeant, haud utique video, & quidem ſi legatur una voce τρισδεκα pro τρισκαίδεκα, quorum iſtud apud Homerum etiam exſtat, ſicut vulgo δώδεκα dicitur & δυοκαίδεκα, ac unde formarunt Latini, *tredecim*, haud minus ac *undecim*, *duodecim* &c. & ſimilia. Σὺ τρισδεκα et δωδεκα plane diverſa ſunt. τρὶς δεκα nil ut δωδεκα, ſed ut δὶς δεκα, nec poteſt δὶς τρὶς και δεκα, ſed τρεσκαι δεκα.

Ibid. κὴμ ἐχ ἕνα πύργον] Præter *tredecim* nempe, aut vero *triginta*, ſi quis malit cum Scholiis ad hunc locum, urbes, *haud unam inſuper turrim* ſeu *arcem* in peculiari Dianæ tutela poſitam fore, hic innuit Juppiter. Πύργοι nempe modo de *urbibus* ipſis dicti, quod vulgo eædem eſſent *turritæ* ſeu turribus cinctæ, εὔπυργοι proinde & ὑψίπυργοι eædem a Poetis appellatæ; ac unde etiam urbes in antiquis nummis, turriti capitis effigie, qua de re alibi, vulgo deſignantur. Quandoque etiam πύργος de *arce*, ſeu quæ *caſtrum* vel τεῖχος a Græcis dicebatur, ſicuti Ἀζὼνς τεῖχος, Αγοραίης τεῖχος, Γορδίς τεῖχος, Ελαίς τεῖχος, ac ſimilia, & unde una voce ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΑΙ dicuntur in veteri nummo, quem alibi dudum illuſtravi. πυργον aut arcem intelligas, arcem olim, in qua maxime colebant deæ tutelares, Διὸς aut Ἀθήνης, Romæ. ſchol. Il. Θ, 508, aut urbem, de qua et alibi Strabo. Sic capio et IV. 518; Sic Lycophron 1255. Sic Stratonis turris de Samaria. Utrumlibet placeat, nihil notis accurrerit, nec opus eſt ap. interpretari. Et præterea haud una turrim.

V. 34. τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν] Hoc nempe dictis illis urbibus proprium & peculiare innuit hic primum Juppiter, haud aliud Numen, præter unam Dianam, in iis rite ac ſolemniter cultum iri. Ἀέξειν proinde hic non ſimpliciter pro ἔχειν dictum, quod cenſuit Vulcanius, ſed pro *augere honore*, ſeu *mactare*, erudite hic monuit Anna præſtantiſſima; quod firmat inſuper vocis illius ἀέξειν apud alios Poetas uſus, pro *curare*, aut *ornare rem aliquam*, *ei ſtudere*, ut jam ad Athenæum monuit ὁ πάνυ Animadv. l. IV. c. XV. Unde etiam ΘΕΟΞΙΟΣ dictus forte & cultus ab Ægienſibus, Cretenſis Juppiter; quod alioquin de *Jove Creſcente*, (ſicuti idem apud Romanos appellabatur, & qualis in præclaro Ægienſium nummo puerili habitu comparet) alibi explico, ut jam ſupra monui, ad Hymn. in Jovem v. 55. καλὰ ῥέζ' ἀέξειν.

V. 35. *μόναν σε, ἢ Ἀρτέμιδ& καλέεσθαι*] Non adsequutus est sensum, quamquam satis obvium hujus loci, Interpres, nec qui eum adtrectarunt alii editores H. Stephanus & Vulcanius. Neque enim hoc solum de invocatione unius Dianæ, aut demum, quod in ejus essent fide, illæ, de quibus hic agitur, urbes, dicitur, sed præterea, quod eædem singulæ a Diana nomen essent mutuatæ, & *Artemisia* proinde vocarentur. Id quod aperte satis innuebat Poeta iis verbis, *ἢ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι*, Meiosi Poetis, & quidem Atticis familiari, propositionis *ἀπὸ* seu pro *ἀπ' Ἀρτέμιδος καλέεσθαι*, sicuti infra gemino plane exemplo v. 204. hujus Hymni, *καὶ δέ σε κείνης Κρηταιὲς καλέουσιν* &c. pro *ἀπὸ κείνης Κρ. καλ. & ab illa* (nempe Nympha Dictynna) *Cretenses vocant* &c. aç prout cæteroquin apud Æschylum Suppl. v. 107. *τυχεῖσαι θεῶν* pro *ἀπὸ θεῶν*, apud Euripidem Hecub. 991. *μαθεῖν ἐμοῦ*, pro *ἀπ' ἐμοῦ*, apud Sophoclem Electr. v. 414. *κείνα μολεῖν*, pro *ἀπ' ἐκείνα*, & cujusmodi sexcenta alibi occurrunt. Duo itaque hæc, quæ in peculiarem Dianæ honorem tendebant, de iis urbibus prædicat huic Natæ Juppiter: unum quod illæ non aliud Numen, sed eam *solam*, ut hoc ipso versu dicitur, *colere* adsuescerent; alterum, quod ab ea etiam *nomen essent adeptura*. *Ἀρτεμίσια* utique dicta constat, non *Dianæ* solum *signa* aut *Fana*, sicuti *Ἀσκληπίεια*, *Ἡραῖα*, *Ποσειδώνια*, *Μητρῶα*, *Ἰσεῖα*, *Νεμεσεῖα* &c. Templa *Æsculapio*, *Junoni*, *Neptuno*, *Matri Deum*, *Isidi*, aut *Nemesi* &c. sacra passim dicta; vel etiam Dianæ *Festa*, quo sensu *Ἀρτεμίσια* dicuntur apud Athenæum l. VII. p. 325. Sed plura etiam oppida ab hac Diana seu *Ἀρτέμιδος*, id nomen *Ἀρτεμίσια*, seu vero *Ἀρτέμιτα*, Latinis quoque *Diania*, sunt sortita; qualia utique in *Peloponneso*, *Magnesia Græciæ*, *Eubœa*, *Delo*, *Sicilia*, & alibi exstitisse, e Geographis aliisque antiquis auctoribus liquet. Unde etiam *decem* hujus nominis, *Ἀρτεμίσια* nempe, antiqua loca exstitisse tradit Ortelius; ut nihil proinde obstet, quin aliquanto etiam plura, juxta Callimachum id innuentem hoc loco, statuantur. Ita non *Dianium*, solum Melæ, Plinio, aliisque dicta Insula, quæ Stephano *Ἀρτέμιτα*, sed urbs etiam Hispaniæ Græcis *Ἡμεροσκοπεῖον*, ubi Ephesiæ Dianæ Fanum & cultus, *Διάνιον*, *οἷον Ἀρτεμίσιον*, *Dianium*, *quasi Artemisium*, juxta Strabonem l. III. p. 159.

V. 36. *πολλὰς δὲ ξυνῇ πόλιας*] Præter illas nempe *urbes* seu *Artemisia*, *unius* Dianæ *cultui* addicta, & ab ea insuper, quod modo dixerat, *denominata*, in aliis etiam cum Mediterraneis oppidis, tum Insulis, cultam iri, juxta alia Numina, eandem Deam, auguratur ei hoc & sequenti versu, seu spondet verius Juppiter. Id vero cum aliunde ex auctoribus antiquis, Pausania maxime in veteris Græciæ & cultorum in eadem Numinum descriptione; tum luculenter e veterum Nummorum supellectile etiamnum obvium. In quibus utique cum *Græcia*, tum *Magna Græcia*, *Latii*, *Siciliæ*, *Ioniæ*, præterea *Lydiæ*, *Mysiæ*, *Cariæ*, *Phrygiæ*, *Lyciæ*, *Pamphiliæ*, *Bithyniæ*, *Thraciæ*, *Ponti*, *Cappadociæ*, aliorumque Asiæ aut Africæ etiam locorum præclaris id genus *κειμηλίοις*, signata occurrit eadem Dea; ut de *Taurica* jam seu *Scythica*, aut ultra Euphratem a Barbaris culta, vel *Persica*, qua de re mox, *Diana* fileam.

Hinc

Hinc *Epheſiæ* potiſſimum *Dianæ*, quod Strabo etiam alicubi monuit, nempe l. III. p. 179. & quod eadem monumenta clariſſime arguunt, cultus per variarum gentium loca diffuſus. Hinc *Mileti*, aut in Inſula *Delo* eadem Dea, juxta Apollinem; Sami, juxta Junonem; *Magneſiæ ad Mæandrum*, aut Cyzici, juxta Deum Matrem ſeu Dyndimenam Deam, ut de aliis nihil dicam, ξυνῇ ſeu *communiter*, quod hic innuit Callimachus, & veteres eorum locorum nummi itidem ante oculos ponunt, ſacrata.

V. 37. Μεσογέως] Inter *Mediterraneas* illas Urbes, in quibus præter alia Numina, viguit etiamnum ſolemnis Dianæ cultus, referri, vel e Nummis aliiſque antiquis monumentis, poſſunt dicta jam *Magneſia ad Mæandrum*, ubi celebris illa ΛΕΥΚΟΦΡΥΝΗΣ ſeu *Magneſia Diana*, ut eam vocat Vitruvius l. II. c. 1. & Præf. l. VII, *Ædes Ionica*, Epheſina etiam, teſte Strabone l. XIV. p. 647. ſtructura & concinnitate ſuperior; quæque Ædes cum Deæ effigie conſpicitur etiamnum in præclaris Regiæ Gallorum gazæ nummis. Sic *Perga*, Pamphyliæ *metropolis*, ut inſcribitur in præclaro nummo ejuſdem Cimeliarchii, LX. ſtadiis juxta Strabonem p. 677. a mari diſſita, ubi ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ nominibus, fanis, & ſimulacris, quæ exhibent itidem adhuc veteres nummi, & de quibus infra ad verſ. 187. ſacrata eadem Dea; ac ſimiliter *Thyatiris*, *Laodiceæ*, *Philadelphiæ*, *Ancyræ*, aliiſque magno numero urbibus Minoris Aſiæ *Mediterraneis*, quarum ære publico, eoque in præclaris Muſeis hodie adhuc recondito, ſed quæ introſpicere nobis haud ſemel licuit, ſignata reperitur hæc Dea. Adde ΠΕΡΣΙΚΗΣ, ſeu *Perſicæ* appellatione cultam in eodem tractu apud Lydios, uti e Tacito non ſolum ac Pauſania liquet, Dianam; ſed e veteri etiam *Hierocæſareæ* Urbis in Lydia nummo, qui inter ſelecta a Cl. Segnino edita viſitur, & quem verſavimus in theſauris, ubi ille hodie exſtat Gallorum, regiis. Cujus vero appellationis ratio (quamquam aliter de ea ſentiat eruditus auctor de Num. Urb. Illuſtr. p. 216.) ſicuti & locorum illius Lydiæ tractus, quos *Perſicos* fuiſſe dictos tradit Pauſanias lib. V. pag. 341. omnino a *Perſis* & e *Perſide* eſt arceſſenda. Id enim & nominis ratio abunde arguit; & Perſarum diuturna in eadem Lydia dominatio, ac inde etiam Sardibus, maritimi eorum Imperii, ut id Plutarchus tradit in Alexandro, domicilium; ſed vel maxime Taciti de eadem *Perſica* Hierocæſarienſium *Diana*, locus, quem tamen alibi ſe attuliſſe dicit ib: vir doctus, nempe PERSICAM *apud ſe* DIANAM, *delubrum Rege* CYRO *dicatum*. Accedit non Plutarchi ſolum, quod jam vidit Segninus, in Lucullo teſtimonium, quo Diana perhibetur a Barbaris trans Euphratem eximie culta, ſed Diodori inſuper inſignis eam in rem locus l. V. pag. 344. Ibi enim Diana non Epheſi ſolum, ſed in Ponto (ubi Περσαπίνη, juxta dictum modo Plutarchum in Lucullo pag. 499. Diana culta) & Perſide familiarius verſata dicitur, unde ΠΕΡΣΙΑΣ etiam (forte ΠΕΡΣΙΚΗΣ, ut apud Pauſaniam pag. 408. ac in dicto modo veteri nummo) appellationem fuerit nacta, ac ubi inſuper additur, τιμᾶται δὲ καὶ ὧδε ΤΟΙΣ ΠΕΡΣΑΙΣ, ἡ θεὸς αὕτη ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣ, καὶ μυθήλα ποιῆσιν οἱ

Βάκτριοι τὰ παρ' ἑτέροις συντελούμενα μέχρι τῶν νῦν χρόνων ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΠΕΡΣΙΑ (seu ΠΕΡΣΙΚΗ) *a* PERSIS *etiam hæc Dea* PLURIMUM COLITUR, *eademque Myſteria, quæ alibi ei peraguntur, etiam Barbari ad hæc uſque tempora, in* DIANÆ PERSIÆ (seu PERSICÆ) *honorem celebrant.* Id quod præterea adſtruit Dianæ Templum in Elymaide ἐν τῇ Περσίδι, *in Perſide*, idque opulentum adeo ac ſplendidis omne genus donariis refertum, ſicut de eo dicitur 1. Maccab. VI. 2. & a Joſeph. Αρχ. l. XII. c. XIII. ut ad illud expilandum profectus fuerit Antiochus Epiphanes, qui in ea expeditione perierit: & quidem, ut tradiderat teſte Joſepho Polybius, in ultionem illius impietatis, qua tentaverat ΤΟ ΤΗΣ ΕΝ ΠΕΡΣΑΙΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἱερὸν συλῆσαι, DIANÆ APUD PERSAS (ſeu PERSICÆ) *Templum diripere*, theſauros nempe ejus ac donaria. Unde idonea utique ΠΕΡΣΙΚΗΣ hujus Dianæ, quam præfert memoratus ante nummus, in denominato a *Perſico* Lydiæ tractu, origo & ratio eluceſcit. Quam in rem haud præteriri hic debent, qui inſigniter illuſtrant, pauci Diogenis Tragici apud Athenæum verſus, & quibus inde lux aliqua, quam nec Interpres, nec magnus Animadverſor iis adtulit, eadem opera, uti opinor, accedet. Exſtant iidem lib. XIV. p. 636.

Κλύω δὲ Λυδὰς, Βακτρίας τε παρθένες,
Ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, ΤΜΩΛΙΑΝ ΘΕΟΝ,
Δαφνόσκιον κατ' ἄλσος, ΑΡΤΕΜΙΝ σέβειν,
Audio autem Lydias, Bactriaſque virgines,
Accolas fluvio Halyi, TMOLIAM DEAM,
In luco, lauro multa opaco, DIANAM *venerari.*

Ut mirum equidem videri debuerit, *Bactrias, ultimæ* nempe a Virgilio Æn. VIII. 687. aliiſque dictæ, & ultra mare Caſpium in intima Aſiæ regionis, *virgines*, una cum *Lydiis* puellis, in luco ad Halym, ad quem eædem inhabitarent, fluvium, ac Tmolum montem, *Dianam* ſimul colere hic dici. Notus utique Lydiæ mons *Tmolus*, a quo hæc Dea *Tmolia*; ut a vicina Sipylo, Σιπολήνη dicta Deum Mater, cum alibi, tum in antiquis etiam nummis: *Halys* autem fluvius, *qui Lydiam terminat*, ut de eo Curtius l. IV. c. V. & pridem ante Herodotus lib. I. c. XXXII; quæ proinde ſingula longiſſimo terrarum ſpatio a *Bactris*, ſeu *Bactrianis* erant diſſita. Unde pro Βακτρίας, opportune Φρυγίας, ad ſitum certe *Halyos* fluvii & *Tmoli*, utriuſque in Lydiæ ac Phrygiæ confinio, *legi* hic poteſt. Verum haud opus quidquam in iiſdem Tragici verſibus refingere. Ea nempe ætate Tragœdias ſcripſit Athenienſis ille Diogenes, ut e Suida conſtat, qua triginta Tyranni Athenis imperarent; ac proinde dum Lydia vicinæque eidem regiones parerent adhuc Perſis. Quum autem inde illius Lydiæ tractus *Perſicus*, ut obiter e Pauſania paullo ante monui, diceretur; nempe ut ille ait, l. V. p. 341. ἔστι δὲ Λυδοῖς ἐπίκλησιν ΠΕΡΣΙΚΟΙΣ, *ſunt enim apud Lydos*, PERSICI *cognomine vocantur*, & quidem urbes, ut addit, *Hierocæſarea* & *Hypæpa*; ac inde Diana ΠΕΡΣΙΚΗ in eodem tractu, ut idem alibi meminit lib. VII. pag. 408. ac nummus *Hierocæſareæ*, in quo Diana ΠΕΡΣΙΚΗ, ut ante vidimus, luculenter adſtruit, coleretur; inde etiam factum, ut a

Tragico

Tragico Diogene *Lydiarum*, seu indigenarum, & *Bactriarum*, seu *Persicarum* ejusdem tractus *virginum* in colenda ibidem hac Dea studium celebretur. *Bactrios* enim seu *Bactrianos* Persis tum quoque, ut postea Parthis, paruisse satis constat; passim autem apud Poetas Græcos ac Romanos *Persas* aut *Parthos* a subjectis sibi in illo Orientis tractu gentibus, *Assyrios*, *Medos*, *Achæmenios*, *Babylonios* &c. ut similiter de *Bactris* aut *Bactrianis* factum, dici. Ita *Persas* & *Bactrianos* conjungit Euripides, Bacch. v. 14.

—— Περσῶν θ' ἡλιοβλήτους πλάκας,
Βάκτρά τε τείχη, ——
—— *Persarumque apricos campos*,
Et Bactrias arces. ——

Melius, quam ut ibi Canterus, *urbes*, pro noto aliunde vocis τείχη, de *Arce* aut *Castro*, & qua de re jam supra ad vers. 33. usu. Adde, quod Βάκτρα ibi dicantur ab Euripide eadem τείχη, prout Βακτρίους παρθένους, *Bactrias* h. e *Bactrianorum virgines* vocat, adductis supra versibus, Athenienſis itidem Tragicus. Hinc vero etiam *Bactra*, qua de re hic agitur, pro *Oriente*, ubi tum regnabant Persarum vice Parthi, subinde apud Latinos Poetas, ut apud Propertium aliquoties dicuntur, sicut l. IV. El. III.

Ne prius adscensis tanti sit gloria Bactris.

& apud Claudianum IV. Cons. Honor. vers. ultimo,

Ultima fraternas horrebunt Bactra secures;

nempe, ubi *Bactra*, sicut bene ibi Interpretes, *Orientis regna* denotant. Immo quomodo *Bactra* pro *Parthia* seu *Parthis* dixit Lucanus, l. VIII. v. 299. *Bactraque Medorum sedem*, & vers. 422.

Crassorum vindicta perit: incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces,

Nempe *in Parthos*, qui tum, ut notum ac modo innui, veterum Persarum in Oriente regna & ditiones obtinebant. Ita omnia jam plana in hisce Diogenis Tragici versibus; ac præterea, quæ ad *Persica* in eo Lydiæ tractu *Dianæ*, de qua hic a nobis agebatur, cultum; ac veterum, quæ illum adhuc indicant, monumentorum fidem confirmandam aut elucidandam, unice faciunt.

Ibid. Νήσους τε] *Insulas* nempe præcipuo Dianæ cultui olim addictas, hic etiam tangit Callimachus; & cujusmodi itidem, ne longius aut a domesticis testibus seu monumentis hic abeam, in quibus occurrit continuo *Creta*, ubi illa DICTYNNA vulgo, quod triviale, appellata, ac in nummis illius Insulæ adhuc obvia, & de qua infra Callimachus: *Delus*, unde itidem cum ΔΗΛΙΗΣ *Deliæ*, quod Deliorum etiam nummi, de quibus ad Hymnum proximum in Delum, præferunt, tum *Cynthiæ* insuper & *Orthygiæ* ei adhæserunt nomina: *Lesbus*, ut vel supra adducti insignes *Mytilenæorum*, cum hujus Dianæ Venatricis iconibus nummi abunde comprobant: *Rhodus*, ubi Ευπορίας Dianæ, teste Hesychio in ea voce, signum: *Lamus*, de qua paullo ante ac infra dicetur ad v. 228; *Leucas* præterea, & *Doliche* seu *Icarus*, de qua etiam,

ut

ut eximie præ aliis Insulis a Diana dilecta, agit postea Callimachus v. 187. Quibus addenda *Eubœa*, *Thasus*, aliæque, singulæ cultu hujus Deæ, quod e nummis earundem adhuc liquet, nobilitatæ Insulæ; ac unde, ut de postrema obiter id tangam, *Artemisium* seu *Dianæ Ædem* in *Thaso* memorat Hippocrates Epidem. lib. III. c. LXXII: *Sicilia* denique, ubi tot Dianæ signa, ejusque, de qua jam ante, ΣΩΤΕΙΡΑΣ dictæ, veteres nobilissimæ illius Insulæ nummi, ubere ac felici copia adhuc ostentant.

V. 38. Ἀρτέμιδος βωμοί τε καὶ ἅλσεα] Non *Aras* solum, sed *lucos* etiam passim Dianæ consecrandos obiter hic eidem auguratur Juppiter, ut nihil proinde ad solemnem Djanæ cultum omissum iri a *Mediterraneis* urbibus, aut *Insularibus*, blande eidem significaret; neque haberet proinde dilecta hæc Nata, quo fratri Apollini esset ea in re, uti neque antea ratione πολυωνυμίας, inferior, de quo alias Virgilius Eclog. VI. v. 73.

Nequis sit LUCUS, *quo se plus jactet Apollo.*

Unde eo etiam honore macta passim, & quidem eo magis hæc Dea, quod non solum *Nemorum Custos*, aut cultrix ab eodem Marone, aut *Regina Nemorum* a Seneca in Hippolyto v. 406; sed NEMORENSIS etiam DIANA dicatur in lapidibus antiquis, & qualem notasse olim juvit in Hortis ad Urbem Justinianeis, a Templo nempe *Dianæ Aricinæ Nemorensi*, ut illud vocat Ovidius, in eodem nempe *nemore*, seu *luco*, quod monuit insuper Strabo l. v. pag 239. erecto, τὸ δὲ ἱερὸν ἐν ἄλσει, *templum vero in luco.* Immo quod fanum *Nemus* etiam dictum, sicuti a Vitruvio vocatur l. IV. c. VII, ut istud jam ad Solinum monuit ὁ πάνυ, & cujusmodi Dianæ Ἡτιόνης seu *Mansuetæ* fanum & simulacrum itidem in *luco* exstitisse apud Epidaurios, notat Pausanias l. II. pag. 135. Hinc tot alii etiam *luci* ejusdem Deæ, unde *Triviæ lucos* in genere memorat Maro Æn. l. VI. v. 13. alibi de Cyclopum Solo, *ubi sylva Jovis, lucusque Dianæ*, Æn. l. III. v. 681. & Ovidius non solum de *luco* modo dicto *Dianæ Aricinæ*, in quo celasse Hippolytum eadem dicitur Fastor. l. VII. v 755.

Lucus enim, nemorisque sui Dictynna recessu;

sed alibi etiam Fastor. l. II. v. 165. de *luco*, ubi fons abditus, in quo lavare solita hæc Dea:

Ut tetigit lucum, densa niger ilice lucus,

Adde *lucum* Ephesi apud Philostratum vit. Apoll. l. IV. c. I. p. 159. seu ubi retro Dianæ Ephesiæ Templum, *lucus*, in quo antrum solis Virginibus, non autem mulieribus quod antea monuit, pervium exstitisse tradit Achilles Tatius l. VIII. p. 475. Notum quippe non *lucos* solum juxta *Aras* & Fana, eosque ferme intra Templorum ambitum, densis & incæduis arboribus consitos, passim a Gentilibus consecrari solitos, unde ἄλση θεῶν dicuntur apud Plutarchum in Numa, & illa Servii ad Virgilium Glossa, Æn. l. I. v. 490. *ubicunque Virgilius* LUCUM *ponit, sequitur etiam consecratio*; sed in *lucis* ipsis *Aras* vulgo & *Sacella* cum Deorum simulacris erecta. Hinc de una e Sporadibus Insula Apollonius Rh. l. IV. v. 1714.

τὴν

— τοὶ δ' ἀγλαὸν Απόλλωνι
ΑΛΣΕΙ ἐνὶ σκιερῷ τέμενος, σκιόεντά τε ΒΩΜΟΝ,
Illi igitur pulchrum Apollini
Umbroso in LUCO *sacellum*, *umbrosamque faciebant* ARAM;

& unde alioquin *lucus lætissimus umbræ* dictus a Marone, loco paullo ante indicato. Sed ut hæc nota, ita forte haud perinde, ab opacitate seu densitate earum arborum in iisdem *lucis*, cum τεμενίαν φυλλάδα, de *luco* dici apud Sophoclem, qui ibi cum *Ara* itidem, ut hoc Callimachi loco, conjungitur,

Βωμοὺς ὁρίζει, τεμενίαν φυλλάδα,
ARAS *statuit*, & LUCUM *frondosum*;

tum ψυκτῆρας etiam, teste Nicandro apud Athenæum l. XI. p. 563, & ψυκτήρια, *dictos eosdem lucos*, seu nemorosa, ut ibi ait, & *umbrosa loca* Diis sacrata; in quibus nempe, ut continuo additur, *licet frigus captare*, ἐν οἷς ἐστιν ἀναψύξαι. Id quod ibi insuper veterum Tragicorum, in deperditis hodie fabulis, auctoritate adseritur. Adde eam in rem, quod *odoriferis* arboribus iidem *luci* frequenter essent consiti, unde τεθυωμένον ἄλσος seu *odoriferus lucus* Palladis in Bœotia infra ab hoc Poeta dicitur, in Hymno in ejus Lavacrum v. 63. Ut hic de *pulchro luco* Cereri a Pelasgis sacrato sileam, cujus etiam Callimachus meminit Hymn. in eandem Deam v. 26. Factum vero, ne quidquam ea in re esset Hebræis cum Gentilibus, in cultu supremi Numinis commune, ut ad Altare quemvis *lucum plantare* fuerit Israelitis a Deo vetitum, Deuteron. XVI. 21. nullusque proinde inter ambitum Templi Judæorum *lucus* exstiterit, sicut observat Philo de Monarch. p. 812. tum præterea, ut *lucos*, haud minus ac Templa & Aras Gentilium, tolli omnino & vastari ab Hebræis præciperet Deus Exod. XXXIV. 13. quodque non prætermisit Josephus Origin. l. IV. c. VIII. Hinc nefarium illud ac impium Regis Manassis, quo γλυπτὸν τοῦ ἄλσους, *idolum luci* sacrasse dicitur II. Reg. XXI. 7. aut jam ante Israelitarum facinus, qui Gentilium more, & contra gravissimum Dei jussum, *lucos* plantasse traduntur & coluisse, Judicum III. 7. & II. Reg. XVII. 10.

Ibid. καὶ μὲν ἀγυιαῖς] Tanquam *Trivia* nempe seu *Hecate*, ac proinde ΑΓΥΙΕΩΣ nomen haud minus ac frater Apollo merita; & juxta eundem præterea, cum προστατηρία ab Æschylo Sept. Theb. v. 455. tum Προπυλαία in Eleusine, juxta Pausaniam l. I. p. 71, & προθυραία quoque appellata, non apud Lycophronem solum p. 641. sed pridem ante eodem nomine in Orphicorum, qualia hodie exstant, Hymno sacrata; aut προθυριδία eadem quoque, quod præterea observo, apud Sextum Empiricum dicta adversus Mathem. p. 340. Unde Εκάταια etiam nuncupatur cum alibi, tum apud Comicum Ran. p. 2301, posita nempe ante ædium januas, aut vero in triviis Deæ illius Ενοδίας seu Τριοδίτου simulacra, & quæ Εκατίνους, nempe ἀνδρίαντας, a Theophrasto vocari videas H. Plant. l. V. c. X. circa finem, sed quem locum non expressit in versione Gaza, aut ejus interpolator vir magni nominis, nec satis adsequuti sunt, qui ad eum commentati sunt Jul. Scaliger & Bodæus, de quo alibi.

V. 39.

V. 39. ἠδὴ λιμενοσκόπον] Hinc λιμενοσκόπος seu *portuum Inspectrix* una voce eadem dicitur infra in hoc Hymno vers. 259. Adeo ut non *Montana* solum, *Nemorensis*, *Palustris*, aut *Fluviatilis*, quod ante vidimus, sed tanquam ἁλία etiam Dea & Ωκεανίναις Nymphis proinde uti jam supra, seu Θαλασσίαις stipata, *Portuum* quoque *custos* haberi meruerit. Haud minus nempe ac parens *Juppiter*, *Portuum custos* λιμενοσκόπος itidem a Callimacho dicitur in Epigrammate, quod inter ejus Fragmenta legitur,

Ποτὶ ζηνὸς ἱκνεύμαι λιμενοσκόπω,
Per Jovem oro Portuum inspectorem.

Idem proinde hic Ἐπίσκοπος, qui σκοπὸς, & qua voce pro *custode* ac *domino* usus pridem Æschylus, ut Eumen. v. 743. ubi Agamemnona domi ab uxore cæsum vocat Pallas, δομάτων ἐπίσκοπον; *ædium custodem* seu *Dominum*; alibi vero in eodem dramate v. 524. φρενῶν ἐπίσκοπον, item v. 906. νίκης ἐπίσκοπα, *quæ ad victoriam spectant*. Immo prout σκοπὸν de *Jove* pridem dixerat idem Æschylus, loco jam supra adducto ad v. 81. Hymn. in Jov. nempe Suppl. v. 386, τὸν ὑψόθεν σκοπὸν, *illum ex alto speculatorem* &c.; & quomodo etiam aut Apollo, Deli Σκοπὸς apud Pindarum, Olymp. Od. VI. pag. 52. aut Dii in genere, Ὀλύμπε Σκοποὶ, *Cœli Præsides aut Custodes* ab eodem Od. I. p. 7. appellantur. Immo quale Ἐπισκόπη, ut eadem hic a Callimacho vocatur, Dianæ Fanum in Elide exstitisse tradit Plutarchus Quæst. Græc. p. 302. Haud frustra vero dici hanc Deam hic & alibi ab hoc Battiade, *Portuum custodem*, abunde itidem arguunt ac illustrant tot superstites etiamnum *Portuum* seu maritimarum Urbium nummi, sicut *Ephesi*, *Smyrnæ*, *Cumæ*, *Mytilenes*, *Cyzici*, *Byzantii*, *Amisi*, *Amastridis*, *Syracusarum*, *Messinæ*, *Neapoleos*, *Massiliæ*, aliarumque id genus cum sculptis in iisdem Dianæ, ut Tutelaris loci Deæ, iconibus. Adde, quod, ut *Marinæ* etiam Deæ, piscatus juxta ac venatus primitiæ, qua de re infra ad v. 104. eidem fuerint sacræ, teste Plutarch. de Solert. Animal. pag. 965. Quæ proinde ad Lunam, Oceano demergi, & ex eo denuo prodire a Poetis dictam, sicut a Valerio Flacco l. II. v. 295,

Diva, soporiferas quæ nunc trahis æquore bigas,

seu ad vim illi in omnia sublunaria, Terram juxta ac Mare, tributam, referenda veniunt. Qua ratione etiam factum, ut idem elogium, *Portuum* nempe *amantis*, Veneri, quam e mari ortam finxere, a Philodemo tribuatur Anthol. l. I. c. XXXI. Epigr. V.

Κύπρι ΦΙΛΟΡΜΙΣΤΕΙΡΑ, φιλόργιε, σῶζέ με Κύπρι,
Ῥωμαϊκὰς ἤδη, δεσπότι, σεῦ λιμένας,
Venus AMANS PORTUUM, seu *stationi navium propitia, orgiorum amans, serva me, Venus,*
Romanos jam ad portus o Domina.

Quamquam haud nesciam a viro magno, sicuti antea dictum ad v. 13. de sexaginta Oceaninis Dianæ χορηΐσιν, ita istud quoque Callimachi de *Diana viis & portubus* a Jove præfici hic dicta; aut quod de Venere etiam, ut modo vidimus, φιλορμισείῃ *Portuum amante* traditum, ad

eandem

eandem Mariam Moſis ſororem itidem referri : *Viis* quidem , quaſi ea munus illud cum Mercurio , qui Moſes erat, partita; *Portubus* autem, quod poſt tranſmiſſum ſicco pede Mare Rubrum , ad littus tripudiis & canticis Deum celebrarit hæc Maria.

V. 41. Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρ⟨ος⟩] Qualia utique λευκὰ ὄρη, ſeu *albos montes* in hac Inſula appellatos , aperte , quod non fugit diligentiſſimum Meurſium in Creta , præter Strabonem l. x. p. 475. Plinium l. xvi. c. xxxiii. Ptolemæum l. iii. tradit itidem Theophraſtus Hiſtor. Plant. l. iv. c. i. Ratione etiam addita , quod nix in iis nunquam deſit , ὃν Κρήτῃ γὲν φασὶν οὐ τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι , καὶ οὐ τοῖς ΛΕΥΚΟΙΣ καλουμένοις ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὅπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιών, κυπάρεττον εἶναι , *itaque in Creta ajunt in Idæis montibus* ALBISQUE *appellatis , in jugis, ubi nix nunquam deeſt, cupreſſum reperiri.* Quod proinde λευκῶν nomen eo magis iiſdem *Cretæ montibus* adhæſiſſe ſtatuendum, ſi verum eſt, quod refert alibi idem Theophraſtus , nempe de Ventis p. 405. ferri ab aliis & ab ipſis Cretenſibus , majores nunc eſſe apud eos hyemes ac nives , quam antea , & incultos proinde exſtare , qui prius colebantur , eorum montes. Verum , quod propius ad hunc locum facit , notandum hic inter *Albos* illos *Cretæ montes* , *Dictynnæum* imprimis relatum ; ut id a Solino aperte traditur cap. xi. ubi de Creta ait inter alia , ALBET *jugis montium* DICTYNNÆI, *& Cadiſti, qui ita* EXCANDESCUNT, *ut eminus navigantes magis putent nubila.* Mons autem ille *Dictynnæus* idem , in quem Diana , ubi adoleviſſet , ex Inſula Delo profecta , eumque inhabitaſſe dicitur apud veteres Pindari Enarratores ad Argum. Pythiorum p. 185. ἡ μὲν ἔν ΑΡΤΕΜΙΣ ἀυξηθεῖσα , ἦλθεν εἰς ΚΡΗΤΗΝ καὶ τὸ ΔΙΚΤΥΝΙΟΝ (forte Δικτυναῖον) ΟΡΟΣ κατέσχεν , DIANA *vero ubi adoleviſſet, in* CRETAM *venit* , *&* DICTYNNÆUM MONTEM *inhabitavit.* Situs autem idem mons , quod aliunde conſtat (& qua de re infra ut & de Diana *Dictynna* inde dicta ad v. 198. &c. Νύμφαν μὲν Δίκτυναν , ὄρος &c) in Promontorio Dictynnæo ad occiduum Cretæ mare extenſo. E quibus aperta jam & plana mens hujus apud Callimachum loci , & ad quem , ut de Solino ſileam , reſpexiſſe credas illos Pindari Interpretes, dum de eadem Diana hic a Poeta dicitur ,

——βαίνε δὲ κέρη
Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος, κεκομωμένον ὕλῃ ,
Ἔνθεν ἐπ' Ωκεανόν,
Ivit autem puella
In Album Cretæ montem , comatum ſylvis
Inde ad Oceanum.

Ibid. κεκομωμένον ὕλῃ] Bene hic *nemorum comam* ex Horatio adduxit Anna præſtantiſſima , cui opportune haud minus addi poteſt *comata ſylva* apud Catullum Carm. iv. Unde *tonderi* etiam paſſim dictæ arbores , ut apud Maronem Georg. l. iv. v. 137.

Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi ,

& quæ id genus apud Poetas obvia. Mitto τείχας , τειχώδες ſeu τειχομανὲς , de plantis quoque , & poſtremum de *adianti* ſeu *capilli Veneris*

ris genere a Theophrasto dicti, Hist. Pl. VII. c. XIII. & in Nicandri Schol. ad Ther. p. 60. Opportune vero *comatum sylva* hunc *montem* dicit Callimachus, *cupressu* nempe, quam in cacumine horum Λευκῶν seu *Alborum* Cretæ *montium* nasci, tradit loco superiori nota adducto Theophrastus, & firmat aliis locis de copioso *cupressi* proventu in Creta, sicut Hist. Pl. ed. Heins. p. 27. 42. & 80. & in quo priori etiam loco, κουριζομένη κυπάριττος, *cædua* seu *detonsa cupressus* apud Tarrhas in Creta dicitur. Nec hisce obstat, quod incultos quidem Cretæ montes suo ævo exstitisse, alibi, ut paullo ante vidimus, nempe de Lapidib. pag. 405. idem adserat Theophrastus; quum olim, ut ibidem ait, & e Cretensium quidem, qui id narrarent, fide, satis fructibus consitisque arboribus abundarent iidem montes; nec tum proinde, ut de hoc Cretæ monte a Callimacho, diceretur ὄρος κεκομημένον ὕλῃ, *mons sylva frondosus*, quod nempe de sylvestribus potius, quam sativis arboribus dici solet. *Cupressu* cæteroquin exuberasse olim eandem Cretam, & præter *Album*, de quo hic Poeta, aut *Idæum* in ea Insula *montes* iis feraces, *lucum* etiam *cupressorum*, κυπαρίσσων ἄλσος in eadem exstitisse, e Platone ac Diodoro constat, quorum ea de re loca jam adnotavit in Creta diligentissimus Meursius p. 105.

V. 43. ἔτι παῖδας ἀμίτρους] Vide quæ ad eadem verba, quæ leguntur vers. 14. de iis & de Scholiastæ Glossa jam notavimus.

V. 44. Καίρατος ποταμὸς] Addita nempe hic vox ποταμοῦ præter solitum, quod eo Καιράτου seu *Cærati* nomine, non fluvius solum Cretæ, sed a præterlabente fluvio nobilissima illius Insulæ urbs *Cnossus* fuerit olim dicta; ut istud ex Strabone, Eustathio in Periegetem, & Hesychio præterea observarunt jam viri docti, indeque emendari debere duos priores, apud quos Κέρατος pro Καίρατος scribitur. Qua de re videri itidem potest eruditissimus Meursius in Creta pag. 26. Opportune vero ejusdem *fluvii*, ut lætantis ob Oceaninas Nymphas, Dianæ comites additas, meminit hic Callimachus, quum, ut alibi in Creta, sic maxime etiam *Cnossi* cultam hanc Deam, arguant adhuc superstites, iique haud passim obvii, illius urbis nummi, ac inter alias insignis Cimeliarchii Gallorum Regii, in quo huic caput Dianæ cum Pharetra, illinc Pharetra iterum, cum nomine urbis ΚΝΩΣΙΟΝ. Ad quem proinde Dianæ iis in locis cultum, referri etiam potest id, quod ab Ovidio dicitur in Fastis l. III. v. 81.

Pallada Cecropidæ, Minoia turba Dianam,

eximie scilicet coluisse: *Minois* enim *Regia*, sicut ab Homero pridem dicta *Cnossus*, Odyss. T. v. 178. unde hæc Dea quoque in aliis præclaris admodum ejusdem urbis nummis, cujusmodi exstant in Gaza Medica & alibi, signatur.

V. 45. ἀμορβοὺς] Adducitur hic versus Callimachi, & occasione hujus vocis, sed mutilus, hinc proinde supplendus ac emendandus, in Nicandri Scholiis p. 19. ubi verbo ἀμορβεύοντο usus erat idem vates, & quod explicant ibidem Critici, ἀμορβεύοντο δὲ, ἀντὶ τοῦ διηκονίζοντο. Quo spectat etiam glossa in Scholiis ad hunc locum, ἀμορβοὺς ἀκολούθους, παρὰ

οὗ τὸ ἅμα προεύεσθαι, aut juxta Etymologici auctorem, τὸ ἅμα τινὶ ὁρμᾶν. Ἀμορβαίας vero, quas hic Callimachus ἀμορβὰς, vocat itidem Nymphas Dianæ *comites*, seu *pedisequas*, loco jam supra adlato, Apollonius l. III. v. 880. τῇ δὲ ἅμα Νύμφαι ἕπονται ἀμορβάδες, *quam simul Nymphæ sequuntur comites*. Immo eadem voce ἀμορβοὶ usus est alibi Callimachus, pro *boum sequacibus* seu *bubulcis* eo versu, qui bis ei tributur in brevibus ad Homerum Scholiis Odyss. χ. v. 299. & v. 300. ac unde etiam idem in Fragmentis hujus Battiadæ emendandus,

Βουστόον, ὅντε μύωπα βοῶν καλέσσιν ἀμορβοί,

Quem boves exagitantem, œstrum vel *asilum vocant boum sequaces* seu *bubulci*.

haud aliter nempe ac βοηλάτην μύωπα dixerat pridem Æschylus Suppl. v. 213. Inde vero explicandus alterius, juxta Callimachum & Apollonium, e Pleiade Nicandri locus, apud quem Theriac. p. 3. θρηΐκες ἀμορβοὶ *Thracii pastores* aut *bubulci* vocantur; alibi autem & qui locus adducitur in ejus Scholiis p. 19.

Βυκαῖοι ζυγέεσσιν ἀμορβεύουσιν ὀρήων,

Bubulci juga sequuntur mulorum,

sicuti alio iterum loco Theriac. pag. 3. ἀμορβαίας τε χαράδρας vocat Nicander, *alveos*, seu *loca concava*, *in quibus degunt armenta*; & prout ibidem bene notant veteres Critici, ἀμορβαίας δὲ χαράδρας, τὰς βυκολικὰς ἢ ποιμενικὰς βυκόλοι πατοῦσιν. Mitto aliam, quæ ibidem adfertur, sed minus eo loco opportunam, & quam tamen arripuit Latinus Nicandri interpres, ejusdem vocis explicationem; nempe dici ἀμορβαίας τὰς σκοτεινὰς seu *tenebrosas*; ἀμορβὸν δὲ τὸ σκοτεινὸν seu *tenebricosum* vocari, idque ὡς ἀπὸ τὴν ὀρφνην, Meipsi litteræ ν. & mutatione φ. in β. aut quasi ἄμορφον seu *informe*; quem utrumque etiam vocis ἀμορβὸς vel ἀμορβὴς usum notat auctor Etymologici. Priorem vero significationem hujus vocis adfert quoque Oppianus, apud quem Κυνηγ. l. III. φῶτες ἀμορβοὶ *viri pastores* indigitantur. Quibus addere mihi liceat, dici apud Athenæum l. XIV. p. 646. ἀμορβῖτην *placentæ* genus apud Siculos, qua nempe, sicut e modo dictis de usu hujus vocis ἀμορβὰς licet continuo colligere, pastores Siculi solemnibus eorum festivitatibus vescebantur. Quæ ad majorem hujus apud Callimachum loci, aliorumque simul auctorum, qui eadem aut formatis inde vocibus sunt usi, lucem dicta obiter sufficiant.

V. 47. Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ] Alia quidem ab ea e septem Æolidibus Insulis, quæ a Ptolemæo Ἡφαίστου νῆσοι, in Peutingerianis Tabulis, *Vulcani Insula*, & a Virgilio Æn. l. VIII. 422.

Volcani domus, & Volcania nomine tellus,

proprie dici meruit, vulgo autem Ἱερὰ vel Θερμισσα *sacra* & *Thermissa* fuit appellata. Neque minus tamen hæc *Insula Lipara*, ob easdem ignis in illa exspirationes, *Vulcani* ac Cyclopum sedes ac officina, quod vel hic locus abunde arguit, fuit habita. Quem locum etiam eam in rem opportune adducunt eruditi ad Apollonium Critici ad l. III. v. 41. Sed qui ibi in mendo cubat, ubi nempe Καλλίας pro Καλλίμαχος le-

gitur, & inde Cluverio impositum, dum ex eo colligit; negari ibi a Callia dictam modo Insulam nempe Ἱερὰν, Vulcano consecratam, sed *Liparam*, τῶν ἐν Αἰόλῃ νήσων ΙΕΡΑ καλουμένη, ἐν ᾗ φασὶ τὸν Ἥφαιστον χαλκεύειν. Καλλίμαχος δὲ (non Καλλίας) ἐκ τῆν Ἱερὰν φασιν ἀνακεῖσθαι Ἡφαίστῳ, ἀλλὰ τὴν Λιπάραν, Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ. mox, τῶν Αἰόλου Νήσων ἐστὶν ἡ ΙΕΡΑ καλουμένη, ἐν ᾗ φασὶ τὸν Ἥφαιστον χαλκεύειν· ἱστορεῖ ΚΑΛΛΙΑΣ ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα &c. *Insularum in Æolide* HIERA seu *sacra vocatur, in qua dicit Vulcanum arariam artem exercuisse. Callimachus vero* (non *Callias*) *non Hieram Vulcano consecratam dicit, sed Liparam*, nempe (Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ) *Insula in Lipara; postea ex Æoli Insulis* HIERA seu SACRA *appellata, in qua dicunt Vulcanum ara exercere. Tradit* CALLIAS *libro decimo de Rebus gestis Agathoclis, esse in eo collem* &c. Ubi aperte, sicut e sequentibus ibidem liquet, id ipsum a Callia, de *sacra* nempe Vulcano seu Ἱερᾷ, una e septem Æolidum, statui, quod ab eo tamen negari contendebat Cluverius, non adtentis hujus, qui ibi adducitur, & exstat hic apud Callimachum, loci verbis, Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ, & proinde, ubi non Καλλίας, sed Καλλίμαχος, obvio in talibus librariorum errore, legi omnino debuit. Quamquam a principe harum Insularum, Æolidum *Lipara*, & quod reliqua, ac proinde eadem etiam illa Ἱερὰ aut *Vulcani Insula* proprie dicta, in illius ditionem transierint, *Liparas* seu *Liparæas* easdem in genere, Strabonis ævo vocatas, tradat aperte idem Geographus l. VI. p. 275. τὰς νῦν λεγομένας ΛΙΠΑΡΑΙΩΝ ΝΗΣΟΥΣ, ἃς Αἰόλας τινες προσαγορεύουσι, *quæ nunc dicuntur* LIPARÆÆ INSULÆ, *quas a quodam Æolo*, seu *Æolidas nonnulli nuncupant*. Callimacho autem, de sacra itidem Vulcano *Lipara* proprie dicta, quam olim in itinere Siculo fumo caligantem, sicuti & alteram Στρογγύλην, hodie *Stromboli*, dictam, vidisse procul juvit, abunde suffragantur alii, ac Siculus quidem & coævus huic Battiadæ Theocritus, qui Λιπαραίου *Liparæum* vocat *Vulcanum* Idyll. 13. v. 134. Juvenalis insuper Satyr. XIII. v. 45.

Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.

Immo quod egregie adserunt hodie vel illustrant veteres illius Insulæ nummi, in quibus Vulcani, more solito, caput barbatum & pileatum cernitur; illinc globuli modo tres, modo plures, & quandoque cum acrostolio, nummi pretium indicantes. Cujusmodi prostant sculpti in Sicilia Parutæ, ac vidisse memini haud semel in præclaris Galliæ & Italiæ Cimeliarchiis. Neque vero minus obvius hic fabrilis Vulcanus, cum fabrilibus itidem instrumentis, incude, malleo, forcipe, in alterius Insulæ seu antiquis Lemniorum nummis. Neque enim, ut aliunde satis notum, sola hæc Æolis *Lipara*, aut vicina eidem dicta modo ante *Vulcani Insula*, Τεχνίτου hujus Dei ac Cyclopum sedes habita; seu, ut cum Juvenale loquar, *taberna*, sed eadem *Lemnos*, *Vulcania* inde itidem dicta a Valerio Flacco Argon. l. IV. v. 440. & alibi proinde cum hac ipsa Insula *Lipara* ab eodem conjuncta, l. II. v. 76.

Lemnos, cara Deo, nec fama notior Ætna,
Aut Liparæ domus.

Unde

Unde a Nicandro *Vulcani Insula*, dicta quoque eadem *Lemnus*, haud minus ac superior illa *Æolis*, Ther. pag. 32. Ἡφαίστοιο χαλαίποδ' ἐν πλυχὶ νήσῳ, *in vertice claudi Vulcani Insulæ*, quod de *Lemno* ibi explicat vetus ac eruditus Poetæ illius Enarrator. Immo sicut jam ante a Philoctete Lemnio apud Sophoclem dicitur in cognomine dramate v. 1000.

Ω Λημνία χθὼν, καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας
Ἡφαιστότευκτον,
O *Lemnia terra*, & *omnipotens jubar*
A Vulcano fabricatum,

ubi Critici, ἐν γὰρ τῇ Λήμνῳ τὰ τοῦ Ἡφαίστου ἐργαστήρια, *in Lemno enim Vulcani fabriles officinæ*. Unde arma in Lemno primum fabricata dicuntur ab eruditis Apollonii Interpretibus l. v. v. 608. Adde hisce aliam adhuc Insulam, *Eubœam* nempe, qua de re mox ad sequentem versum; ac unde insuper abunde illustratur, cur, *Ductor ferreus Insularis*, dicatur in Priapejis.

V. 48. Οὐνομά οἱ Μελιγενίς] Quod etiam præter Strabonem, Plinium, Hesychium, aliosque hujus loci testimonio firmatur a Stephano, in voce Μελιγενίς. Neque proinde audiendæ vetustæ Plinii editiones, quarum meminit, nec improbandam putat scripturam Cluverius, in quibus nempe *Longonis* pro *Meligunis* legitur lib. III. cap. IX. A *mellis* etiam potius, quam ab *ovium* proventu, inditum eidem Insulæ hoc nomen, bene ad eundem Plinii locum monuit postremus ac eruditus ejus Enarrator Harduinus. Opportune quoque Parthenii locum, ubi hanc Μελιγενίδα νῆσον seu *Liparam* memorat, tangit ad Stephanum Holstenius, & qui inde procul dubio id hauserat, Berkelius.

Ibid. ἀκμοσιν Ἡφαίστοιο] Ita Apollonius l. IV. v. 761. ὅθι τ' ἄκμονες Ἡφαίστοιο, ubi *incudes Vulcani*, de eadem nempe *Lipara*, juxta Scholia ad eundem locum, & Στροσγύλη, vicina eidem Insula, in quibus nempe, quod ajunt ibidem eruditi Enarratores, habitare creditus Vulcanus; ideo nempe, quod ignis illic fremitus sonitusque vehemens exaudiretur; adduntque præterea iidem Critici, idque ex narratione Pythiæ in orbis circum, fama perhiberi, quod rude atque informe ferrum eo detulerit, quicunque vellet; postridie autem reversus, acceperit vel gladium, vel si quid aliud voluisset, idque persoluto primum pretio. Quibus consona omnino, quæ ea de re in Scholiis ad hunc Callimachi locum, & ex uno proinde fonte hausta, enarrantur, quibusque inde major lux continuo accedit. Neque tamen in solis illis appellatis apud Strabonem *Liparæis*, seu Æolidibus *Insulis*, sed cum in *Lemno*, uti jam monui, tum in *Eubœa*, ἄκμονες, seu *incudes* aliaque fabrilia Vulcani instrumenta, observant subinde veteres. Sic Λήμνιοι ἄκμονες seu Vulcani *incus Lemnia*, Anthol. l. VII. epigr. LIV.

Εἴη μοι μέλεσιν τὰ Λήμνιοι ἥρμοσαν ἄκμονες,
Sint mihi circa membra, quæ Lemnia fabricavit incus,

vincula nempe, quibus Mars cum Venere a Deo Lemnio irretitus. De *Euboicis* vero Vulcani *incudibus*, Euripides Electr. v. 442. ubi Nereidas dicit ab Euboicis ripis, quod

 Ἡφαί-

Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων
Μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων.
Vulcani aurearum incudum
Labores clypeatos armorum, seu *clypeos deferebant.*

Id vero de *Euboicis Vulcani incudibus* ab eodem Tragico dictum, quod in Eubœa repertas primum fabriles officinas, invento nempe ibi ære, tradiderint veteres. Quo proinde respexisse videntur ex antiquis scriptoribus, ii, a quibus Χαλκώδων Abantis filius & Eubœæ Rex, apud Homerum Χαλκωδοντιάδης, Iliad. B. v. 541. & alibi dictus; aut apud Sophoclem Philoct. v. 505. Χαλκώδοντος Εὐβοίας, & apud Euripidem Ion. v. 59. Χαλκωδοντίδων (non Χαλκοδοντίδων) Eubœæ incolarum fit mentio. Quæ utique singula, ab illa *æris* in hac Eubœæ Insula *fabrica*, hausta omnino censenda sunt.

V. 49. Εσταότας περὶ μύδρον] Quod nempe de iisdem Cyclopibus dixit Maro Æn. l. VIII. v. 453. *versant tenaci forcipe massam.* Unde Æschylus in incerto dramate apud Athenæum l. VII. p. 303.

Σφύρας δέχεσθαι, κἀπικαλχεύειν λέγω μύδρους,
Malleos sumere, & cudere jubeo ignitas æris laminas seu *massas*,

sicuti eædem rursus a Marone dicuntur Georg. IV. v. 170. & quod alioquin una voce μυδροκτυπεῖν vocat idem Tragicus, uti ait de Vulcano in Prometh. v. 366.

Κορυφαῖς δὲ ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιστος,
In summis autem verticibus sedens, laminas ignitas percutit
Vulcanus,

non *stans* proinde, ut hic Cyclopes, sed *sedens*; quo utroque tamen habitu candentem massam supra incudem malleo percutere cernitur, in veteribus aliquot Nummis, cujusmodi sequens in Thesauris Gallorum Regiis, in quo Vulcanus pileatus, ut solet, ac sedens galeam incudi impositam, malleo percutere aggreditur; stante ante eum, quæ dex-



tram

tram galeæ imponit, ſiniſtra vero Clypeum tenet, Pallade. Nummus autem ſub Commodo Imp. cuſus, cum inſcr. loci & Prætoris, nempe ΕΠΙ ΣΤΡΑΤ. ΑΛΦΙΑΝΟΥ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, *ſub prætore Alphiano, Thyatirenorum.*

Μύδρος autem, ſeu *ignitas æris laminas*, alium in uſum, nempe ad majorem jurisjurandi, quo Athenienſes & Græcos reliquos adegerat Ariſtides, religionem, in mare ab eo ante prælium navale cum Perſis projectas, tradit Plutarchus in Ariſtide. Diverſum vero ab eo, quod dicit Rhetor Ariſtides in Romæ Laudatione pag. 399. de felicitate nempe Romani Imperii duratura, neque prius ceſſatura, πρὶν ἂν μύδροι τε ὑπὲρ θαλάττης νέωσιν, *quam laminæ ferri aut æris mari innatent.* Mitto quod μύδρον ſeu *ignitam maſſam*, *ſolem* vocavit olim Anaxagoras, & inde ejus diſcipulus Euripides, πέτρον ac βῶλον *lapidem* & *glebam* eundem dixerit; ſicut obſervant illius Tragici Enarratores Græci ad Oreſtem v. 982. & ad Hippolytum v. 601.

V. 50. Ἵππειν τετύκοντο Ποσειδάωνι ποτίστρην] Pro qua poſtrema voce ποτιστήριον, ſeu *aquarium* dixerunt LXX. Gen. XXIV. v. 20. & XXX. v. 38. Occurrit vero vox eadem ποτίστρη, quod Theſaurorum effugit diligentiam, apud Strabonem l. VIII. p. 356. ubi Piſatida regionem dictam tradit, a *Piſa* ſeu Πίσῃ, urbe fonti cognomine, additque, τὴν δὲ κρήνην Πίσαν εἰρῆσθαι, οἷα πίστρων, ὅπερ ἔστι ΠΟΤΙΣΤΡΑΝ, *fontem autem Piſam dictum, quaſi Piſtram* id eſt POTISTRAM, ſeu *potum præbentem* h. e. *aquarium.* Neptuno vero fabricatum hic dicitur a Cyclopibus illud *equeſtre aquarium*, quo equos nempe ſuos aquaretur; utpote ἱππείῳ ſeu *equeſtri* Deo paſſim a Græcis olim *culto*, & *proinde modo equo* inſidenti, ſicuti Athenis, teſte Pauſania l. VI. p. 111; modo bigis equorum, frequentius vero, ſicuti pridem apud Homerum Iliad. IV. v. 23; ac unde a Valerio Flacco dicitur, *ſetis horrendus equinis*, Argon. l. I. v. 677. Quo habitu etiam adhuc viſitur in monumentis antiquis. Immo qui primus equos fræno regere docuit, juxta Sophoclem Oedip. Col. v. 747: ac inventor præterea traditur equeſtrium certaminum apud Pindarum Od. VI. Pyth. p. 284. & a quo alibi equi, tanquam eidem Neptuno ſacri, denominantur Ποσειδάνιοι ἵπποι, *Neptunii equi* ſub finem Olymp. Od. V. ipſe vero ἱππηγέτης, ſeu *equorum ductor*, a Lycophrone appellatur p. 122. Hinc etiam Argivi, equos phaleris ornatos, Neptuno in Δεινῷ, aquam Argolidos, immiſiſſe dicuntur apud Pauſaniam l. VIII. p. 465. Unde utique opportune Neptuno ἱππείην ποτίστρην, ſeu *equeſtre aquarium* procudere hic dicuntur Cyclopes; ſicuti iidem *Marti currum rotaſque*, apud Maronem lib. VIII. v. 433, Jovi vero fulmen; Palladi ægida; aut prout in adductis paullo ante nummis galeam, Achilli vero aut Æneæ clypeum apud Homerum, ac eundem Virgilium; Cupidini autem ſagittas apud Anacreontem Od. V. & mox in hoc Hymno, ſagittas itidem & arcum Dianæ fabricaſſe. Mitto, quod ſicuti *equeſtris Neptuni aquarii* hic fit mentio, quo nempe equi eidem ſacri aquarentur; ſic Jovis præſepia in Cœlis & Junonis paſcuo, ubi Jovis equi paſcerent, dicuntur infra v. 165, & qua de re ibidem.

V. 52. Πρηόσιν Ὀρεσίοισιν ἐοικότα] Quod est ab Homero mutuatus, qui de Cyclope itidem ait Odyss. I. v. 191. eum non homini humano more vescenti similem exstitisse,

——ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι
Ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ' ἄλλων,

Sed CACUMINI *silvoso*
EXCELSORUM MONTIUM, *quando apparet solus ab aliis.*

Unde de iisdem Cyclopibus Lucilius apud Nonium in voce *corbita*,

—— *Polyphema ducentos*
Cyclops longum pedes, & porro huic majobacillum,
Quam malus navis in corbita maximus ulla;

ac inde *pinus more*, proceræ scilicet ac densæ arboris instar, πίτυος δλκην *comam* seu χαίτην quatere dicitur Cyclops apud Philostratum l. II. Icon. p. 811. & de quo loco infra ad v. 76. Ut hic mittam, quæ de immanibus giganteisque in Sicilia, tradita Cyclopum sede, repertis cadaveribus ac ossibus, referunt rerum Sicularum scriptores, Fazellus, Walgarnera, aliique; & quibus non derogant fidem duo viri alioquin sagaces & eruditissimi, Cluverius in Sicilia, & Bochartus Colon. Phœn. l. I. c. XXX. Qua de re tamen, seu quæ omnino fides iisdem Siculorum scriptorum narrationibus habenda sit, consuli potest erudita viri præclari neque nuper levi cum litterarum & Lycei Batavi damno defuncti, Theod. Ryckii de Gigantibus Oratio, vulgatis ab eodem Holstenianis in Stephanum Notis addita. Ideo autem Cyclopes altorum montium, qualis *Ossa*, *jugis* hic a Callimacho, Homeri, uti modo vidimus, exemplo æquiparantur; quod præter tradita immania eorum corpora, in altissimorum montium verticibus habitare iidem crederentur, juxta id de iis tradentem Poetam, Odyss. I. v. 113.

Ἀλλ' οἵγε ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα,
Sed ipsi celsorum montium inhabitant cacumina,

& similiter de Cyclope Theocritus Idyll. VIII. καθεζόμενον δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς, *sedens autem in rupe excelsa.*

V. 53. Φάεα μονόγληνα] Φάεα de *oculis* a Græcis Poetis dici, sicut a *Latinis lumina*, obvium. Unde non solum φάος ὀμμάτων apud Pindarum Nem. Od. X. p. 421. sed a Nicandro dictum, Alex. p. 131. Ἀεὶ δ' ἐκ φαέων *perpetuo ex oculis* &c. ac unde ἐν φάει dicitur apud Æschylum Choëp. v. 60. pro *aperte*. Μονογλήνε autem voce de *Cyclope* itidem, qui nempe cum sociis Leontinorum in Sicilia campos inhabitasse olim habitus, usus est Lycophron p. 108. τὸ μονογλήνε σέγας χάρεως, *unoculi Leonis* pro *Leontini*, seu *Cyclopis*. Unde per enallagen numeri, quod Poetis familiare, Cyclops Polyphemus, quem cæteroquin μόνωπα, μονοδέρκην, seu *monoculum* vocat in cognomine dramate Euripides v. 21. & 78, & de cujus ambusto ardenti titione lumine ibidem agitur, alibi in eodem dramate dicitur v. 509. καλὸν ὄμμασι διδορκὼς, *pulcrum oculis cernens* pro *oculo*, nisi potius ὄμματι quod verius etiam, & obvia utique emendatione ibidem legi debeat. Μονογλήνες seu *monoculos* Cyclopas quod attinet, id e Scythica historia traductum colligit Strabo l. I. p. 21.

p. 21. quod tales Arimaſpos in ea gente, nempe *monoculos* exſtitiſſe tradiderit olim Proconeſius Ariſteas, cujus ea de re verſum adtulit ibi ad Geographum Caſaubonus, & ubi ille inter alios de Arimaſpis legitur,

Ὀφθαλμὸν δὲ ἓν ἕκαστον ἔχει χαλέντι μετώπῳ
Oculum vero unum habent ſinguli in amabili fronte.

Quod ab Æſchylo etiam traditum, qui μένωπα σφετὸν, ſeu *monoculorum* Arimaſporum *gentem* vocat Prometh. v. 803. & a Philoſtrato de Sophocl. l. 11. p. 581. Ἀριμάσπες μονομμάτες, *Arimaſpos monoculos*. Ut vero μονογλήνες hic *Cyclopas* juxta Lycophronem, ſicut modo vidimus, vocat Callimachus; ſic ἐυγλῆνοι λύγκες, *acuti viſus lynces* dicti ab Oppiano Κυνηγ. l. 111. v. 97. Adde hic obiter κελαὶ a Græcis de μονογλήνῳ ſeu *monoculo* itidem dictum, juxta Heſychii gloſſam, κελαὶς, μονόφθαλμος, quod e Latinorum *cilio*, h. e. juxta veteres Gloſſas, ἐπισκυνίῳ, aut vero iſtud *cilium* ex antiqua voce Græca κίλλω, ac unde veterum Latinorum *cilleo*, profluxiſſe facile licet opinari.

Ibid. σάκει ἴσα τετραβοείῳ] *Clypeis* nempe Græcorum non ἐυκύκλοις ſolum ſeu *rotundis*, ſed κύκλοις, & apud Latinos *orbibus* inde etiam dictis, æquiparata ſubinde, quæ orbicularem itidem figuram, ut hæc κυκλωτερῆ, ſicut eadem vocat Heſiodus Theogon. v. 145, Cyclopum lumina, referebant. Hinc optimus hujus loci interpres quod jam viderunt alii, Virgilius, dum de monoculi Cyclopis lumine ait Æn. l. 111. v. 636.

Ingens quod torva totum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbæ lampadis inſtar.

Poſtremum certe quod adtinet, ἄλως Græcis tam de *Lunæ* aut *Solis* etiam *orbe*, quam de *clypeo* olim dictus; ſicut de poſtremo luculentus teſtis Æſchylus Sept. Theb. v. 495.

Ἄλω δὲ, πολλὴν ἀσπίδος κύκλον λέγω,
Aream vero, magnum clypei orbem dico.

Unde etiam *Cyclopas* ſeu κύκλωπας a Græcis dictos ab immani illo & *circulari lumine* pridem monuit Heſiodus, Θεογον. v. 144. &c. Quo referri itidem debet, quod illum Cyclopis *oculum medium*, ſeu τὸν ὀφθαλμὸν μέσον, *clypei* nempe inſtar medio in fronte ſitum, vocet Euripides in Cyclop. v. 173. Neque enim σάκος, cui comparat hic Cyclopum lumina Callimachus, minus de ἐυκύκλοις *clypeis*, quam ἀσπὶς olim dicebatur; ſed utraque vox promiſcue apud Homerum, quamquam diſcrimen aliquod inter eaſdem quæſiverint veteres aliqui Critici, uti id jam ſupra ad v. 71. Hymn. in Jovem a nobis monitum) alioſque veteres Poetas ſumpta. Unde σάκει κυκλωτῷ *clypeo circulari*, legitur apud Æſchylum Sept. Theb. v. 545. alibi ἔυκυκλον σάκος, *rotundus clypeus* in eodem dramate v. 648. Eadem proinde ſeu *circularis* illorum *clypeorum* forma, ſive ἀσπίδες, ſive σάκη, ſive ἰτέαι etiam ab antiquis Poetis appellentur; non vero eadem θυρεῶν, aut πελτῶν, *ſcutorum*, aut *peltarum*, quæ de *oblongis* aut *ſemicircularibus*, ſeu dimidiæ Lunæ inſtar non plenæ, *clypeis* vel *ſcutis* dici conſueverant. Sed ea de re, ſeu non una ve-

teri *clypeorum* forma & appellatione, totoque eorum discrimine, ex antiquis monumentis luculenter illustrato, agimus alibi accurate.

V. 54. Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα] Eadem voce usus Moschus in Europa v. 86. ὅστε ὑπογλαύσσεσκε, *oculi vero sublucebant*, & similiter verbo Ἀφ-
(a)Σ l. laudat Casaub. ad Theocr. p. XXII, ad Strab. p. 281. γλαύσσουσι Apollonius Rh. l. I. 1281. ubi de ortu Auroræ ait, Ἀφγλαύσσουσι γ' ἀταρποὶ, *collucebant autem viæ*. Ad quem locum ea notant veteres Critici, quæ eadem opera hunc Callimachi locum haud parum illustrant, Ἀφγλαύσσουσιν, ἀντὶ τῦ φωτίζουσιν, ἢ Ἀφλάμπουσιν· ὅθεν καὶ ἡ Ἀθηνᾶ γλαυκῶπις, καὶ γλήνη ἡ κόρη τῦ ὀφθαλμῦ, ὡσὰ τὸ γλαύσσειν, ὅ ἐστι λάμπειν· καὶ Εὐριπίδης, ἐπὶ τῆς σελήνης ἐχρήσατο, γλαυκῶπίς τε φρέσταμήνη, h. e. Ἀφγλαύσσουσιν, *pro illuminant vel collucent*. *Unde etiam Minerva* Γλαυκῶπις seu *cæsiis oculis*, & γλήνη *pupilla oculi a verbo* γλαύσσειν, *quod est lucere*. *Euripides vero de Luna usurpavit, dicens* Γλαυκῶπις *vertitur Luna*. Pro eo vero, quod hic δεινὸν ὑπογλαύσσοντα, seu *torvum sublucentia*, δεινὸν, vel ταυρηδὸν βλέπειν, dixit Comicus Ran. p. 240. & 249. sicut ταυρεοειδὲα λεύσσων, Nicander Alex. pag. 144. Lucianus vero in Amoribus δεινόν τι καὶ θηλώδες ἐν τοῖς ὄμμασιν ὑποβλέπων, *torvum quid ac ferinum oculis respiciens*; alibi, ut in Timone & Icaromenippo, τιτανώδες βλέπων vel ἀπιδών, oppositè hic ad *torva* horum immanium Cyclopum *lumina*, e quibus Polyphemum *Terræ filium*, παῖδα γῆς vocat Euripides Cyclop. v. 644. & qui vere esset, quod de alio ait idem Tragicus Phœn. v. 148, ὄμμασι γοργὸς εἰσιδεῖν, *oculis* vel *oculo terribilis adspectu*.

V. 55. & 56. ἄημα φυσάων] Neque aliter de his Cyclopum *follibus* Virgilius, *ventosis follibus auras Accipiunt redduntque* Æn. lib. III. v. 439. ac de iis agens Apollonius l. IV. v. 763. φύσας πυρὸς *folles ignis* vocat nempe *flabella*. Idem vero alibi hos Vulcani aut Cyclopum *folles*, non φύσας, sed πρηῆρας dicit, nempe l. IV. v. 776. ἔχοντο δὲ αὐτμῆς Αἰθαλέοι πρηῆρες, *abstineant autem a flatibus Fuliginosi folles*. Sicut vero *ventosos* eosdem *folles* vocat hoc loco ante adducto Virgilius, & eadem in re Persius, *folle premit ventos*, Satyr. v. v. 11. aut πρηῆρας seu *valde spirantes ventos*, loco modo adducto, Apollonius; sic quoque ἄημα seu *flatum* aut *ventum* similiter de iisdem hic dicit Callimachus. Ita Anthol. l. VI. c. XXVII. Epigr. 1. legas Αὐλὸν καμινευτῆρα, τὸν φιλήμερον *follem camino inservientem*, *vento gaudentem*, ubi præterea αὐλὸν, nempe tanquam ἔμπνευστον ὄργανον, de φύσῃ seu *folle* dici obiter licet advertere. Hos autem fabriles Cyclopum *folles*, simul ac jusserit Vulcanus, varium ac promptum flatum emittere, juxta Homerum, nempe Iliad. Σ. v. 469, observat Galenus de Usu Partium l. IV. c. 11. eo loco, qui eadem opera a levi mendo, quod eum hactenus obsidet, liberandus, καὶ τὰς μὲν φύσας εὐθὺς ἄημα τῷ κελεῦσαι τὸν δεσπότην, παντοίην ἔυπρηστον (non εὔπρηκλον) αὐτμὴν ἐξανιείσας, *& folles quidem simul ac jusserit Dominus* (Vulcanus) *omnigenum & accensu facilem* (non *expeditum* seu εὔπρηκλον) *flatum* seu *flammam emittere*. Nempe ubi inter alia dicuntur ab Homero, loco jam indicato, Vulcani φύσαι seu *folles*, εὔπρηστον αὐτμὴν ἐξανιεῖσαι, *facilem accensu flammam emittentes*; ac unde etiam

etiam factum, ut eosdem *folles* πρηστῆρας appellarit, uti modo vidimus, Apollonius.

V. 56. *αὐτῶν τε βαρὺν στόνον*] Pro *αὐτῶν*, hic *αὐλῶν* legisse ingeniosissimum Tan. Fabrum, docet ac tuetur proles utique ejus non degener, & majorem adhuc a sexu, ut de aliis fileam, laudem merita. Cui emendationi faverem etiam potius lubens, quam repugnarem, nisi quod altera illa, quam tuentur libri hujus Poetæ antiqui, suo pede stare etiam posset; ii nec obstet omnino, si quid, judico, *τὸ γὰρ* quod continuo de Ætnæ fragore sequitur, *αὖε γὰρ Αἴτνη, Αὖε δὲ Τριναχρία, insonabat enim Ætna, insonabat & Trinacria* &c. Immo inde intenditur & augetur gravis ille Nympharum metus, ex adspectu non solum immanium illorum Cyclopum; sed insuper e fragore illo immenso resonantium, quas ii tundebant, *incudum*, & *ventosorum follium*; ad quem nempe Ætna & Sicilia reliqua, ac Italia insuper & Corsica, cum horrendo strepitu reboabant. Haud aliter ac apud Poetam dicitur, *reboant silvaque & magnus Olympus*, Georg. l. III. v. 223; aut vero de cantante etiam Cyclope in cognomine Euripidis dramate v. 425. *ἐπήχει δὲ ἄντρον, resonat autem antrum.*

Ibid. *αὖε γὰρ Αἴτνη*] Quo respexit rursus Maro, iisdem locis jam adductis, ubi agit de his Cyclopibus, nempe *gemit impositis incudibus Ætna*; alibi itidem, *gemuit impositis incudibus antrum*, Æn. l. VIII. v. 451. & paullo ante, nempe v. 419. &c.

Antra Ætnæa tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum;

ac similiter Statius l. III. Sylv. I. v. 130.

Non tam grande sonat motis incudibus Ætna.

Dixerat vero etiam Virgilius, *gemitum ingentem pelagi*, & qualia apud Poetas Græcos Latinosque obvia. *Ætnam* vero hic opportune commemorat Callimachus, tum quod eadem a Liparæis Insulis, ubi hic eædem Cyclopum incudes & officinæ statuuntur, haud valde dissita; tum quod apud *Ætnam*, seu ad ejus radices, credita olim prima Cyclopum sedes, qua de re præter alios Ulysses ad Cyclopem apud Euripidem v. 296,

Οἰκεῖς ὑπ' Αἴτνῃ, τῇ πυελισάκλῳ πέτρᾳ,
Habitas sub Ætna, ignifera rupe;

haud aliter ac de ea Tibullus l. IV. El. I. *Ætnæa Neptunius incola rupis.* Unde cum Sileni, tum postea ejusdem Ulysses, & sociorum ad Cyclopum terram adventus, *ἐς Αἰτναίαν πετρὴν*, vel quod eodem redit *Αἰτναῖον πάγον*, *Ætneam rupem* refertur in eodem Euripidis Cyclope v. 20. & 95. Immo non *Ætnæi Cyclopes*, ut apud Maronem, solum dicti, sed ipse eorum *Ἐπιςάτης* Vulcanus, *Ætnæus Deus*, a Valerio Flacco appellatur Argon. l. II. v. 420. & jam ante ab Euripide Cyclop. v. 595. *Ἥφαιςε ἄναξ Αἰτναῖε, Vulcane, Rex Ætnæe.* Quare etiam, ut obiter hoc addam, doctissimo Bocharto haud continuo adsentior, qui de Colon. Phœn. l. I. c. XXX. *Cyclopas* dictos putat a Phœnicia voce חֵיק לִלוּב *chek lelub* id est, *sinu Lilybætano*, vel ad *Libyam*; quum, ut alia mittam, ab

 omni-

omnibus antiquis Auctoribus qui de his Cyclopibus, tanquam primis seu vetustissimis Siciliæ incolis agunt, Euripide, Theocrito, Strabone, Mela, aliisque, Cyclopum habitatio in opposito plane Siciliæ latere, & a *Lilybæano* valde remoto, ad *Ætnæ* nempe radices ac in Leontino agro, de qua re ante, collocari vulgo soleat. Ut non opus sit proinde ab ea, quam vox ipsa Κυκλώπων continuo, ut jam supra vidimus, suppeditat, immo quam vetustissimi etiam Poetæ, qualis Hesiodus, aperte jam indicaverant, ejus vocis origine discedere. Adeo ut hic non debuerit Vir magnus, sicut nec sæpe alibi, continuo in Orientem confugere, ubi erant in medio posita, quæ rem, de qua agebatur, abunde liquidam redderent.

V. 57. Αὖε δὲ Τριναχίη, Σικανῶν ἔδος] Mirum prima fronte, de quo tamen silent priores editores, quod hic *Ætna* a *Trinacria* distinguatur; nempe, uti modo vidimus, αὖε γὰρ Αἴτνη, dein αὖε δὲ Τριναχίη &c. quæ tamen *Ætna*, utpote notus abunde *Trinacriæ* seu *Siciliæ* mons, *Trinacria Ætna* a Marone dicitur Æn. l. III. v. 554. *Trinacria cernitur Ætna*; & similiter *Trinacria rupes*, apud Catullum Carm. LXVIII. Verum quum *Ætna*, quæ prima, uti modo vidimus, Cyclopum sedes, ad Orientale Siciliæ latus, & præterea haud procul a Liparæis Insulis esset sita, inde id innuere voluit hoc loco Callimachus, non tantum eandem *Ætnam*, seu tractum illum Siciliæ Orientalem, inter Pelorum & Pachinum promontorium, sed totam etiam reliquam *Trinacriam* seu *Siciliam*, eo gravi fragore commotam, immo ad sonitum æra tundentium illorum Cyclopum, *graviter ingemuisse*. Quo loco occurrit illud opportune, quod ad Occasum Siciliæ seu Lilybæum promontorium, relictis aliis Siciliæ partibus, *Sicani*, quorum *sedes Trinacria* hic a Callimacho in genere dicitur, a duobus Siculis auctoribus collocentur, Timæo & Diodoro Siculo l. v. p. 290. Unde *ὁ πάνυ* Bochartus, probabilius certe, quam in voce *Cyclopum* ab eo factum modo diximus, a Phœnicia seu Punica voce סכנים *Seekanim*, h. e. *vicinis*, Σικανὲς seu *Sicanos* dictos a Pœnis censet, loco jam adducto de Colon. Phœn. l. I. c. XXX. Ut proinde haud incommode omnino *Ætnæam* seu Orientalem Siciliæ partem, & Τριναχίην Σικανῶν ἔδος, *Sicanorum sedem Trinacriam*, Occidentalem nempe & Africæ objectam, hic distinguat Callimachus. Quod ipsum etiam, ut observo, & superiora de *Sicanorum* sede ab *Ætna* diversa, haud parum illustrat, dictum similiter a Martiale, sed qualia secure præterire solent Commentatores, l. VII. Epigr. LXIII.

Sicanias urbes, Ætnæaque regna petisti.

Quamquam *Sicania* & *Sicani*, sicuti fieri consuevit, de tota etiam *Sicilia* & *Siculis* in genere vulgo dici ab auctoribus soleant.

V. 58. Κυρνὸς αὔτει] Eadem nempe *Corsica*, quæ infra dicitur Hymn. in Delum v. 19. Φοίνισσα Κύρνος, eaque ἐκ ὀνοτῆ, *Phœnicia Corsica haud vituperanda*, ubi proinde de ea adhuc agendi erit locus. Pro Κύρνος autem, Κέρνος seu Κερνεᾶτις apud Lycophronem dicitur v. 1084; Κερνὶς autem unde *Corsica*, ab indigenis, juxta Dionysium Periegetem v. 459, appellata. Ut vero hic & superioribus versibus ad Cyclopum

in

in Insula Lipara æra tundentium fragorem, *Ætna*, *Sicilia* reliqua, & *Italia* præterea ac *Corsica* dicuntur *ingemuisse*; sic vicissim ad Plutonis sceptro saxa Trinacriæ ferientis strepitum, ipsos cum Insula Lipara, Ætna turbata & tonante, Vulcanum & Cyclopas, relicta continuo fornace, illoque, cui intenti erant, opere, trepidasse, tradit Claudianus de Rapt. Proserp. l. II. v. 173. &c.

Saxa ferit sceptro, Siculæ tonuere cavernæ;
Turbatur Lipare; stupuit fornace relicta
Mulciber, & trepidus dejecit fulmina Cyclops.

V. 59. ῥαιῖῆρας ἀειρόμενοι ὑπερ ὤμων] Quod expressit itidem Maro, Georg. l. IV. 174. & repetit Æn. l. VII. v. 453.

Illi inter sese magna vi brachia tollunt.

Immo sicuti ipse Vulcanus ab Apollonio traditur l. IV. v. 957.

Ὀρθὸς ἐπὶ σφελῇ τυπίδος βαρὺν ὦμον ἐρείσας
Ἥφαιστος ἠνείτο,
Stans manubrio mallei fessum humerum suffulciens
Vulcanus videbat.

Eodem vero habitu, quem ei tribuit ibi Apollonius, aut Cyclopibus hoc loco Callimachus, sublato nempe ad humeros malleo incudem percutere paratus, spectatur idem Mulciber haud semel in antiquis monumentis, sicuti in eleganti Sardonyche Thesauri Palatini p. 22. a Begero nostro, præclari ingenii & eximiæ in re antiquaria peritiæ viro vulgati, ac subinde veteribus etiam in nummis.

V. 60. Η χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν] Quæ rursus ante oculos habuit Virgilius in eadem Cyclopum fabrile opus urgentium ἀποτυπώσει, *alii stridentia tingunt Æra lacu* Georg. l. IV. v. 172. & Æn. VIII. v. 450. sicut paullo ante de hoc ære fusili seu excocto dixerat, *fluit æs rivis*; ac opportune ad hunc locum, Claudianus, Paneg. in Stilich. l. II. v. 177.

—— *Quantis fluerent fornacibus æra:*

Nempe, quod hic a Battiade nostro dicitur, χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, *æs fluens e camino* seu *fornace*. Neque aliter Persius Satyr. v. v. 10.

—— *anhelanti coquitur dum massa camino,*

Opportuna vero *camini* mentio, ubi de Vulcano ejusque famulis Cyclopibus agitur, sicuti apud Maronem rursus *Cyclopum exesa caminis*, Æn. l. VIII. v. 418. aut non de Liparæis quidem, ut hoc loco, vel Ætnæis seu Siculis, ut apud Statium Poem. de Equo Domit. v. 3. *Siculis conformata caminis*; sed de *Lemniis* ejusdem Mulciberi *caminis*, ubi sagittas scilicet Cupidini fabricaret, dicit Anacreon Od. XLV. ᾠδὴ Λημνίαις καμίνοις, *apud Lemnios caminos*. Hinc de Vulcano similiter Venus apud eundem Papinium, Thebaid. l. III. v. 277.

Illum perpetuis mihi desudare caminis.

Immo unde *regnare caminis* dictus a Prudentio Vulcanus lib. I. contra Symmachum v. 307. ejusque simulacra olim juxta *caminos* collocari solita; ut erudite id ex Eustathio ad Harpocratem monuit p. 106. vir amplissimi muneris dignitate ac eruditione pariter illustris Cuperus. Quod etiam, ut observo, & unde id hausit Eustathius, apud Aristophanem

&

& priscos eosque eruditos ejus Interpretes legitur, nempe Avib. p. 561. ubi Epops Tereus πανοπλίαν ad caminum seu focum prope Vulcani Επιστάτου dicti simulacrum suspendi jubet,

Εις τὸν ἱπνὸν εἴσω, πλησίον τοῦ ἐπιστάτου,

Ad caminum intus prope Præfecti Vulcani *simulacrum*,

non ut ibi imperite omnino, quamquam præeuntes haberet Græcos Enarratores, Latinus dramatis illius Interpres, *in coquinam intro prope clavum*. Ad quem locum autem hæc leguntur in eruditis Scholiis, ἱπνὸς μὲν ἡ κάμινος· Καταχρηστικῶς δὲ ἡ ἐσχάρα· Επιστάτης δὲ θηλυκῶς χαλκοῦς τρίπους, χυτρόποδος ἐκτελῶν χρείαν· οἱ δὲ πήλινον Ἥφαιστον πρὸς τὰς ἑστίας ἱδρυμένον, ὡς ἔφορον τοῦ πυρός. h. e. ἱπνὸς, *quidem caminus, improprie autem focus*· ἐπιστάτης *vero feminino genere æreus tripus ollæ vicem præstans, alii autem luteum Vulcanum ad focum erectum, tanquam ignis Inspectorem* tradunt. Ut hic mittam festivum aliud Vulcani simulacrum, Pygmæi viri imagine, quale in æde Ægypti Memphitica visum a Cambyse, *& valde irrisum*, refert Herodotus lib. III. c. XXXVII. πολλὰ τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε.

Ibid. ἠὲ σίδηρον] Interpres iterum hujus loci Maro, Æn. l. VIII. v. 446.

Volnificusque chalybs vasta fornace liquescit;

chalybs nempe de *ferro* ab eo dictus, sicuti etiam a Catullo Poem. de Coma Berenices v. 48. ut *Chalybæum omne genus pereat*: hujus nempe Callimachi, cujus locus ea de re inter Fragmenta ejus est relatus exemplo, & vetustiorum adhuc Græcorum Poetarum more, ut apud Æschylum, & apposite insuper ad hunc *liquescentis ferri* sonitum, Prom. v. 133.

Κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρων,

Stridentis enim sonitus ferri penetravit antra,

Ubi glossæ Criticorum, χάλυβος, τοῦ σιδήρου, aut sicut in MSS. Bibl. Reg. Paris. τοῦ χαλυβικοῦ σιδήρου, ἱστέον ὅτι πρῶτον ὁ σίδηρος ἐν χάλυψι, ἔθνος ἔνθα ὁ σίδηρος ἐγίνετο, h. e. χάλυβος i. e. *ferri apud Chalybas: sciendum, quod primum exstitit apud Chalybas ferrum; gens est, ubi ferrum nascitur*. Unde & χάλυβος de *ferro* alibi ab eodem dicitur, ut Sept. Theb. v. 134. ac similiter ab aliis, ut χαλυβικὸς pro *ferro* apud Pindarum, & Euripidem Heraclid. v. 162. Æolice autem χαλυβδικῷ κνώδοντι, pro χαλυβικῷ, de *ferrea securi* apud Lycophronem p. 169. Quin *Chalybes* ipsi, apud quos illa ferri metalla, σιδηροτέκτονες Χάλυβες, *ferri fabri Chalybes* dicti ab eodem Æschylo Prom. v. 713.

V. 61. Αμβολαδὶς τετύποντες] Quod Virgilius eadem in re, seu Cyclopum enarrans labores, dixit *in numerum*, nempe

Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum,

seu *alterne*, ut bene hic Interpres, ac eundem in sensum Lucretius l. IV. v. 373. *Brachiaque in numerum jactare*. Αμβολαδὶς etiam explicatur hic in Scholiis ἐκ διαδοχῆς, quomodo ἀμβολάδην usurpatur duobus locis Hymni Homero tributi in Mercurium, sicuti v. 425. Γηρύετ' ἀμβολάδην *canebat alterne*. Quo sensu etiam vox eadem ἀμβολάδην debet intelligi

apud

apud Homerum, Iliad. Φ. 364. ubi de fervente, admoto nempe ei multo igne, lebete cum ſuilla adipe dicitur, πάντοθεν ἀμβολάδην &c. h. e. *undique eructantibus in numerum* ſeu *alternis veluti bullis*. Id bene ad eum locum obſervat Euſtathius p. 1241. qui & ab Herodoto dici notat, *fontem media nocte alternatim ebullientem*, κρήνην ζέουσαν ἀμβολάδην, ac præterea, & quod huc magis facit, ἐξ οὗ καὶ τὸ χαλκεῖον ἀναβάλλειν λέγεται, ἤγουν ἀναζέειν διὰ φλογὸς ὑπερβολὴν, καὶ ἄνω κάτω ποιεῖν τῇ κινήσει τὸ ὕδωρ ἐν τῷ παφλάζειν, *unde etiam vas aheneum* ἀναβάλλειν *dicitur, nempe ebullire propter flammæ violentiam, & ſurſum deorſum aquam motione ferri, dum eadem fervet*. Unde aperta etiam hujus apud Callimachum loci, de Cyclopibus candens & liquefactum fornacibus, ac proinde ebulliens, veluti æs aut ferrum, *alternis* ſeu in *numerum*, juxta Virgilium, tundentibus explicatio eluceſcit. Quæ inſuper hic noto, quod vulgo longe aliter eadem vox ἀμβολάδην & quidem tantum pro *cunctanter*, *ſegniter*, aut *procraſtinando* explicari vulgo in hodiernis Helleniſmi promptuariis ſoleat.

Ibid. τετύποντες] *Malleis* nempe, qui non ῥαιστῆρες ſolum aut σφύραι, ſed inde etiam τυπάδες & τυπίδες dicti, ut in adducto ſupra Apollonii verſu, de ſtante cum malleo Vulcano l. IV. v. 957. & alibi inſuper, ut eodem libro v. 762. & τυπίδες σιδήρειοι v. 776. dicuntur. Idem vero dixerat l. III. v. 1253. ῥαιστὴρ ἄκμονος ὥστε, παλιντυπές *haud aliter, ac repercuſſus ab incude malleus*.

Ibid. μέγα μοχθήσειαν] Unde etiam *graves Cyclopum officinas* dixit Horatius l. I. Od. IV. & elegantiſſimus Oppianus Αλιευτ. l. II. v. 28. Ἡφαίστῳ δὲ μέλει ῥαιστήριος ἱδρώς, *Vulcano autem curæ eſt fabrilis ſudor*; ſeu quod vox ῥαιστήριος continuo arguit, qui oriebatur e gravi illo niſu, dum ſcilicet multa vi & *ſublatis ad humerum*, uti modo hic a Callimacho dictum, *malleis*, æra illa candentia fornacibus educta, properanter Mulciber aut Cyclopes feriunt. Quod ab Homero etiam hauſtum, niſi quod hunc Vulcani in fabrili illo opere verſantis *ſudorem*, non adeo *mallei*, quam *follium* tractationi tribuit, Iliad. Σ. v. 372.

Τὸν δὲ εὗρ' ἱδρώοντα, ἑλισσόμενον περὶ φύσας,
Hunc autem Vulcanum *reperit ſudantem, moventem ſe circa folles*.

Verbo autem μοχθίζειν ea in re opportune quoque hic uſus Callimachus; quomodo Euripides Electr. verſ. 442. ſupra jam alia occaſione adducto (nempe ad v. 47.) dixit Ἡφαίστου χρυσέων ἀκμόνων μόχθους, *Vulcani aurearum incudum labores*; & Latini Poetæ ſimiliter, ſicut ipſe Vulcanus ait ad eoſdem Cyclopas apud Virgil. l. VIII. v. 439. *cœptoſque auferte labores*; dein, *pariterque laborem ſortiti*. Unde *laſſum Steropem Brontemque*, ſeu gravibus illis aſſiduiſve *laboribus* defeſſos Cyclopas dixit Statius, in Equo Domitiani v. 4. Quod vero hic H. Stephanus, ne impediatur orationis curſus, ἐπὶ μέγα pro ἐπεὶ μέγα legendum ſtatuit, haud valde repugno, quamquam haud neceſſarium putem; quum & ἐπεὶ μέγα, ut in editis, legerit vetus Scholiaſtes, prout liquet ex ejus gloſſa ad ſuperiora Poetæ verba, Εὖθ' ὅιγε ῥαιστῆρας &c. neque vero inſolitæ

solitæ sint apud Poetas aut negotium exhibere debeant, ejusmodi abruptæ loquendi formulæ.

V. 63. Οὔτ' ἄντην ἰδέειν] Non ea quidem ratione, qua de mortalibus, propiorem Solis aut Dei cæteroquin, ut nimia luce coruscantis, adspectum non ferentibus, a Poetis haud semel olim dictum; sicut de Argonautis (ut ea de re nos olim ad Juliani Cæsares) ad Apollinis adventum, dicit Apollonius l. 11. v. 683.

—— οὐδέ τις ἔτλη
Αντίον αὐγάσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο,
Nec erat, qui auderet contra obtueri pulcra Dei lumina.

Verum id solo metu ac terrore factum hic dicitur; haud aliter ac ad leonis occursum ait olim Hesiodus in Clypeo v. 432. οὐδέ τις αὐτὸν Ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν, *neque quisquam ad ipsum sustinet, ex adverso adspiciens prope accedere.*

V. 65. ἀφρικτὶ] Vox forte haud alibi hodie obvia, opportuna tamen, ut Latinorum *impavide*: sic infra ἀκλαυτὶ, sicut ἀκμητὶ & ἀμελλητὶ apud Josephum Αλωσ. p. 536. & 675. ed. Genev. γυναικιστὶ apud Athenæum, l. XII. p. 528, ut de aliis notioribus, ἀδακρυτὶ, ἀκονιτὶ, ἀμυστὶ, ἀναιμακτὶ, ἀνιδρωτὶ, ἀψοφητὶ &c. aut vero similibus, ἀχαρὶ, λάωρὶ, illa apud Josephum Αρχ. p. 380. altera apud Aristophanem Θεσμοφ. p. 746; item νηποινὶ, πανοικὶ, πανουδὶ, cæterisque id genus sileam. Haud ignotæ etiam e nominibus propriis & vel apud Theocritum obviæ, formatæ itidem ejusmodi voces, Αιγυπτιστὶ, Δωριστὶ, Πελοποννησιστὶ, Θρακιστὶ, aut, juxta Græcos ejus Interpretes, Καριστὶ, Idyll. XIV. v. 46. & apud Sophoclem, juxta veteres Grammaticos, Σκυθιστὶ, & similia; quæ etiam Grammaticorum filiis satius est relinquere.

V. 67. Κύκλωπας ἑῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ] Singularis & unicus, quantum equidem sciam, index veteris illius moris hic locus, quo *Cyclopum*, tanquam nempe adventantium, *nomen*, pro terriculamento immorigeris puellis continuo fuisse a matribus *proclamatum* innuitur. Adeo ut idem illud præstaret, sicut jam opportune hic monuit eruditissima Fabri filia, quod vox μορμὼ, qua comprimi solebant, ut e Theocrito liquet Idyll. XV. v. 40. a matribus liberorum vagitus, & quæ pro *larva* seu *terriculamento* apud Aristophanem itidem legitur, Equit. p. 329.

Ὡς δὴ καταπιόμενός με, μορμὼ τοῦ θράσους,
Quasi devoraturus me, larva audaciæ,

ubi veteres Critici, μορμὼ, τὸ μορμολύκειον, ἣ λέγουσι λαμιαν· Μορμολύκεια δὲ ἔλεγον τὰ φοβερὰ, h. e. μορμὼ *nempe larva* (μορμολύκειον) *quam dicunt Lamiam*; μορμολύκεια *enim dixerunt, quæ terribilia*, ut istud aliis etiam locis, ubi Comicus usus similiter voce μορμὼ seu μορμόνος, pro *terriculamento* iidem notant. Hinc Clemens Alex. Strom. l. VI. p. 655, καθάπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκια, aut, quod idem, μορμολύκεια, *non secus ac pueri larvas ad timorem factas, ita timent* &c. Quod vero Critici, priori ad Comicum loco, Λαμιαν eam in rem adducunt, explicant iidem plenius ad Ειρην. pag. 681; & quod e Diodori narratione alioquin notum lib. XX. p. 778; nempe juxta traditam de eadem

dem fabulam, illam necato ejus a Junone partu, aliorum liberos furari cepisse, ac inde, quod addunt, *nutrices, ubi terrorem vellent infantibus incutere, Lamiam continuo, quo illa eos scilicet raperet, advocasse*, Διὰ τοῦτο καὶ τὰς τίτθας ἐκφοβοῦσας τὰ βρέφη, καλεῖν ἐπὶ τοῦτοις τὴν Λαμίαν. Verum quod adhuc propius ad hunc Callimachi locum facit, notant iidem Critici, dictam ab hac *Lamia* urbem Læstrigonum Λάμου, & cujus cæteroquin, ut in eorum solo, meminerat pridem Homerus Odyss. K. v. 82.

— Λάμου ἀὶπὺ πτολίεθρον,
Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην,
— *Lami ad excelsam urbem,*
Magnas seu *remotas habentem portas Læstrigoniam.*

Notum autem hosce Læstrigonas dictos olim eandem Siciliæ partem una cum Cyclopibus inhabitasse, ut præter Thucydidem, ab initio l. VI. & brevia ad Homeri adductum modo locum Scholia, tradit etiam ad Lycophronem Tzetzes p. 109. de *Cyclope* seu *Leone monoculo*, ob habitationem, de qua re supra, in Leontinorum Siciliæ agro. Immo cujus etiam loci heres *Lamus*, haud minus ac ille μονόμματος Cyclops Polyphemus, Neptuni filius itidem traditur in dictis ad Homerum scholiis. Adeo, ut ad incutiendum vagientibus infantibus aut immorigeris alioquin, ut hoc loco, puellulis terrorem, pro μορμολυκείῳ seu *larva terribilis adspectus*, e *Cyclopibus* aliquem, *Argen* puta, ut hic mox additur, vel *Steropen*; aut vero ex eodem uti vidimus, solo *Lamiam*, Λιβυστικὴν alioquin seu *Africanam* ab Euripide apud Diodorum dictam, advocare matres apud Græcos, aut nutrices fuerint olim solitæ; & quem morem suo adhuc ævo durasse refert loco indicato Diodorus. Unde factum etiam, ut ad Romanos idem quoque hujus *Lamiæ* μορμολύκειον transierit, ac proinde *terriculas Lamias* dixerit Lucilius apud Lactant. l. I. c. XXI; aut *Lamias noxiis animis armatas venire*, Apulejus, Milesl. lib. V. ut de notis apud Tertullianum *turribus Lamicis* sileam; aut de vexato apud Plautum Trucul. II. Sc. II. loco, ubi *lamias*, sed refragantibus melioribus libris, inferre nonnullis eruditis visum; aut vero hic mittam, nocturnas illas strigas, quæ quamquam horrendum noctu stridentes, & infausti alioquin ominis vel occursus creduntur, non *larvarum* tamen seu μορμολυκείων ad terrendos pueros aut infantes, sed *nutricum* operam iis præstare dicuntur ab Ovidio Fast. l. VI. v. 135.

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes.

V. 68. Ἄργην ἢ Στερόπην] E septem nempe, quot exstitisse Cyclopas tradit Strabo l. VIII. pag. 373. tres tantum ab Hesiodo ac Virgilio, hic vero duo, sed quibus mox addit tertium, nempe *Brontem*, a Statio autem duo tantum, *Steropes Brontesque*, de Equo Domitian. v. 4. commemorantur. Quamquam autem primus ex iis Ἄργης, obvia origine ob ἀργῆτα κεραυνὸν, *candens fulmen* ab Homero haud semel dictum, denominatus videatur; haud minus tamen Ἄργης, quasi ἀργὸς dici potuit hic Cyclops, eo nempe intuitu, quo sponte seu citra ullum serendi

aut arandi laborem, terra olim omnia eis subministrasse dicitur; Odyss. I. v. 108.

Οὔτε φυτεύεσι χερσὶ φυτὸν, ἔτ' ἀρόωσιν,
Neque serunt manibus plantam, neque arant.

Unde etiam eosdem Cyclopas ἀργὰς vocat Philostratus Heroic. p. 632. *Κύκλωπας, ἃς λέγεται ἡ γῆ* ΑΡΓΟΥΣ *βόσκειν, Cyclopas, quos terra dicitur otiosos alere.* Sic ἀργὸς χώρα Græcis *terra inculta*, ut præter Xenophontem apud Dionem Chrys. Orat. VII. p. 105, *οἱ τὴν ἀργὴν τῆς χώρας ἐργαζόμενοι, qui incultam regionis partem colerent* seu *ararent. Brontem* vero & *Steropen*, sicut Maro, aut dicto loco Statius, ita dudum ante conjunxit, sed iuxta primævam vocum significationem. Æschylus Suppl. v. 35. *βροντῇ, στεροπῇ, tonitru & fulgure.* Alibi vero ad utrumque adludit, nempe Prom. v. 921. *ὃς δὴ κεραυνῷ* &c. ubi notant veteres Critici, ea ibi a Tragico dici, intuitu horum duorum Cyclopum, *Brontis* & *Steropis*, qui quum Saturni *fratres* essent & monoculi, ab eo tamen, tanquam insidiatores in Tartarum fuerunt projecti, inde vero a Jove, ubi rerum potitus esset, educti futuri nempe *συνεργοὶ τῆ κράτους, potentiæ ac roboris coadjutores*; quorum nempe ille *βροντὴν* seu *tonitru*, alter *στεροπὴν* seu *fulgur* eidem fabricaverint. Unde juxta hæc veterum *μυθολογήματα*, minus mirum, si ob occisos ab Apolline, in ultionem fulmine ambusti Æsculapii filii, eosdem Cyclopas, idem e Cœlo a Jove continuo dicatur expulsus; prout id a Luciano non solum de Sacrificiis, sed pridem ante ab Orpheo vel Onomacrito in Argonauticis traditur l. 1. v. 174. &c. Adde hisce quod *χαλκῷ στεροπὴν*, seu *æris fulgorem*, sæpe apud Homerum legimus, & opportune proinde unus e *χαλκείοις* his seu *ærifabris* Cyclopibus, illo Στεροπῆς nomine fuerit appellatus.

Ibid. *δώματος ἐν μυχάτοιο*] Mercurius hic proinde inducitur, quasi unus e *μυχίοις Θεοῖς* (cujusmodi a Græcis, ut id alibi e Dionys. Halic. & Æliano de Animalibus illustramus) olim dictis; quique etiam *ἐνιαύσιοι*, a Romanis autem *Dii penetrales* vocantur. Idque satis opportune, ut *κερδῶος* Deus, seu LUCRORUM POTENS, sicuti dicitur in veteri Inscriptione; in *penu* proinde, *loco ædium intimo*, seu ut hic *δώματος μυχοτάτῳ* coleretur; ac unde similiter dicti *μυχοὶ πόλεως* de *urbis ærario*, a Xenophonte apud Athenæum l. x. p. 414.

V. 69. *Ερμείης σποδιῇ* &c.] Non proinde hic, ut vulgo in antiquis ejus simulacris, visitur idem *Mercurius*, & qualis a Galeno dictus in Protrept. c. III. *φαιδρὸς τὰς ὄψεις, vultu hilaris*; ac prout idem *χαρίδοτης* seu *χαριτοδότης* potius, (sicut utrumque alibi apud Plutarchum & apud Julianum Imp. sed postremum rectius legi, ad hujus Cæsares olim monui) *gratiæ largitor* apud Samios olim cultus teste Plutarcho Qu. Græc. p. 303. Nempe juxta Homerum de eodem Mercurio dicentem, Odyss. O. v. 318.

——ὅς ῥά τε πάντων
Ἀνθρώπων ἔργοισι ΧΑΡΙΝ κεν κῦδος ὀπάζει,
——qui equidem omnium
Hominum operibus GRATIAM *& gloriam largitur.*

Alius

Alius autem hic ejus habitus, atra ſcilicet fuligine obſiti, Vulcani inſtar aut Cyclopis monoculi e fabrilibus ad fornaces operis prodeuntis; quo idem terribili illo adſpectu, puellam contumacem continuo terreret, matrique morigeram & obſequentem efficeret. *Cinereus* ergo ſeu atratus hic *Mercurius*, non COELESTIS proinde, ſicuti ille in marmoribus antiquis ſubinde dicitur; neque ille aſſimulatus alioquin ſub ſervili Soſiæ, cujus imaginem ſe ferre dicit apud Plautum, ſchemate *Mercurius*; ſed χθόνιος vere & ΝΥΧΙΟΣ, *terreſtris &* NOCTURNUS, qualis apud Æſchylum vocatur, Chœph. v. 725. & qui pro *morte*, etiam dictus in eodem dramate v. 620. Adde qui τρικέφαλος *triceps* apud Lycophronem p. 111. vocatur; ſenis vero inſtar barbati, ſine manibus ac pedibus, ut e Plutarcho conſtat Polit. præcept. p. 797. ſubinde depictus; talis utique, qui quaſvis formas, ad terrorem proinde non minus ac ad gratiam conciliandam opportunas, induere eſſet omnium maxime idoneus. Quam in rem autem, (qui nempe immanem *Cyclopem*, ſeu *fuliginoſum* referret *Mercurium*, cujuſque aut alterius *terribilis*, juxta Poetam, *viſo formæ* adſpectu, immorigeri erga parentes fugienteſque eorum ora liberi ad officium reducerentur) famuli alicujus ſeu vernæ domeſtici adhibitum olim ab iiſdem parentibus miniſterium. Index hujus rei haud uno loco Chryſoſthomus, ut Homil. x. in Matth. p. 67. T. 11. edit. Savil. οὕτω καὶ Πατέρες φιλόστοργοι ποιοῦσι καὶ ΜΗΤΕΡΕΣ φιλόπαιδες· ἐπειδὰν γὰρ ἴδωσι ΠΑΙΔΙΑ τὴν πρὸς αὐτοὺς συνουσίαν ἀφέντα, καὶ μετὰ τῶν ὁμηλίκων παίζοντα, ΠΟΛΛΑ ΤΟΥΣ ΟΙΚΕΤΑΣ ΥΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙ παρασκευάζουσι ΦΟΒΕΡΑ, ὥστε ὑπὸ τοῦ δέους καταναγκασθῆναι πρὸς ΤΟΝ ΜΗΤΡΙΚΟΝ κόλπον καταφυγεῖν, *ita etiam faciunt patres aut vero* MATRES, *qui* LIBEROS *diligunt: quum enim eos vident a parentum ſe conſpectu ſubducere, & cum æqualibus ludo detineri*, FAMULOS *jubent* MULTA *ad* TERROREM *iis ciendum comminiſci, quo metu iidem adacti, in* MATERNUM *ſinum confugiant*. Alia adhuc eam in rem ex eodem Chryſoſthomo adducentur ad ſequentia Poetæ verba.

Ibid σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ] Κεχρισμένος hic legendum ſtatuit H. Stephanus, quod nec improbandum, nec neceſſarium tamen puto. Heſychius κεχραμένη, ῥερυπωμένη, valde appoſite ad hunc Mercurium atra fuligine obſitum ſeu ſordidatum; κεχρημένος itaque pro κεχραμένος, & quo firmatur Annæ laudatiſſimæ de eadem hac voce notatio. Αἰθῇ vero reddunt hic Scholia, τῇ κεκαυμένῃ, τῇ μελαίνῃ, *peruſtæ, nigræ*. Quomodo apud Nicandrum Ther. pag. 20. de ſerpente Hæmorrhoo dicitur, ὅτε δὲ ἔμπαλιν αἰθὸς, ubi veteres Critici ΑΙΘΟΣ δὲ ἤτοι ΚΕΚΑΥΜΕΝΟΣ, ἢ ΣΠΟΔΙΩΔΗΣ, ἢ Δεάπρος, ἢ αἰθαλώδης h. e. αἰθὸς *autem vel peruſtus, vel* CINERITIUS, *vel candens, vel* FULIGINOSUS. Idem Nicander Ther. pag 64. αἰθὰ μύρτα i. e. juxta Criticos ibidem μέλανα, haud aliter nempe ac Horatius lib. 1. Od. xxv. & qui hinc illuſtratur, dixit, *pulla magis atque myrto*; ut proinde non opus fuerit viro magni nominis, hunc Lyrici locum aliter legere, & *pullam* hic *myrto* abjudicare. Idem vero hic ſordidati Mercurii, ſeu Cyclopem *atri carbonis fuligine mentientis* habitus, quo ipſe Mulciber Cyclopum Dominus ſeu

fuliginoſæ REX ARTIS (uti in veteri nummo, de quo nos alibi, deſignatur) *a fornace veniens favillis adhuc plenus, & facie ob fuliginem denigrata*, ſe Jovi pocillatorem apud Lucianum ſiſtere dicitur, οὐ τῆς καμίνου ἥκοντα, ἔτι τῶν σποδήρων ἀνάπλεων, dein ὑπὸ τῆς ἀσβόλου κατηθαλωμένον τὸ πρόσωπον Dial. Deor. pag. 130. edit. Salmur. Non ergo quod a formæ ſtudioſis olim factum liquet, & ad gratiam proinde, non ad terrorem conciliandum, ut haberet hic ſolum Mercurius, quod ait Juvenalis Satyr. II. v. 93. *Supercilium madida fuligine tinctum*, & eadem de re Clemens Pædag. l. III. p. 228. ταῖς ὀφρυσι τὴν ἀσβόλην ἀναμαλτόμβαν, *ſupercilia fuligine illinunt:* immo ut plane referret illum ſordidum de quo Machon Comicus ait apud Athenæum l. XIII. pag. 581. ἄνθρωπον ἄχρι τοῦ σώματος ἠσβολωμένον, *hominem ad os uſque tinctum fuligine*. Duæ nempe id genus μορμολυκείων, quibus pueros olim ſeu infantes terrerent, ſpecies; una *larvarum* ſeu προσωπείων, quibus ad faciem, hiſtrionum inſtar, adligatis, lamiæ alicujus, aut fictam alterius formidandi adſpectus faciem continuo referrent, & cujuſmodi a Talmudicis etiam dictas טלמוסא *talmuſa* aliunde conſtat, in qua autem *lamiæ* vocem exſtare, haud male licet ſtatuere. Quale vero *larvarum* ſeu προσωπείων genus, infantibus olim, cum terroris, tum riſus ſpectatorum gratia objectum, nec a nutricibus ſolum, ſed a famulis quoque aliiſve domeſticis præter locum jam ad ſuperiorem notam adductum, tangit adhuc alibi Chryſoſthomus, ut adv. Judaizant. p. 370. T. VI. edit. Savil. καθάπερ οἱ ΤΟΙΣ ΠΑΙΔΙΟΙΣ ἐκείνοις ΠΡΟΣΩΠΕΙΑ δείκνυντες, ΦΟΒΕΡΑ οἱ καταγέλαστα τῶν μιαιφόνων οἰκετῶν (ἐ γὰρ ἐστι φύσει φοβερά, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀτελες τῆς διανοίας οὕτω φαίνεται) πολὺν κινοῦσι γέλωτα, *ſicuti* INFANTIBUS *illis* LARVAS *exhibentes* AD TERROREM *& riſum factas multorum e ſceleratis famulis (neque enim natura ſunt illæ terribiles, ſed ita ob mentis debilitatem videntur) magnum excitant riſum.* Quibus adde ejuſdem oris Aurei Scriptoris verba Ανδριαν. pag. 494. ejuſdem Tomi, οἱ γὰρ ΤΑ ΠΑΙΔΙΑ, τὰ μικρὰ, μὴ ΠΡΟΣΩΠΕΙΑ δείδιμε, dein, οἱ τὸ μὴ ἐνκαταφρόνητον φέρτερα ΠΡΟΣΩΠΕΙΟΝ, INFANTES *enim parvas etiam metuunt* LARVAS &c. & *deſpicatiſſimam quidem horrent* LARVAM. Altera autem harum μορμόνων, ut eas vocat Comicus, ſpecies, ubi citra ullum hujuſmodi fictæ faciei ſeu larvæ eidem circumpoſitæ, uſum, *facies ſolum atræ fuliginis cinere* ut Apuleji Mileſ. l. IV. verbis utar, & ſicut hic Mercurius itidem dicitur σποδῇ κεχρημένος vel κεχεισμένος ἀιθῇ, illita, aut vero alio modo deformata comparebat.

V. 70. Κύρην μορμύσσεται] Sic infra H. in Del. 297. de Deo alioquin puellis minus formidato, Hymenæo nempe, Ὑμέναιον κυραίων μορμύσσεται, *mores puellarum terret*, a μορμὼ nempe ſeu μορμόνος pro *terriculamento*, uti vidimus, facta vox μορμύσσεται, ſicut alibi apud Comicum Ran. p. 255. μορμοροπτὰ *terribilia*, & apud Lycophronem p. 61. μορμερὸν dicitur, h. e. φοβερὸν. De efferveſcente alioquin aqua marina, μορμύρειν dixit Apollonius l. I. v. 543. & quam proinde utramque hujus vocis μορμύρειν ſignificationem, erudite, ut ſolet, tangit, qui inde etiam

etiam lucem accipit, Hesychius, μορμύρων, ταραττόντων, ἀφρὸς, ἀποβάλλων. Haud mirum vero, si fuliginoso illo vultu Cyclopem referens Mercurius, *ignara puella continuo terrorem incutiat*; quum ipsi Deorum Patri, fuliginosi Vulcani, quamquam domestici, eique consueti ad cyathum ministri adspectus, nauseam conciliare dicatur, adlato paullo ante apud Lucianum loco, ubi nempe de eodem Mulcibero mater Juno ait ad Jovem: ἀσβόλης μεστός ἐστι, καὶ ΝΑΥΤΙΑΣ ὁρῶν αὐτὸν, *fuligine plenus est*, & NAUSEAS, *ipsum intuens*.

Ibid. ἡ δὲ τεκέσσης] Aliter nempe ad Mercurii illius fuliginosi adspectum adfecta hæc puella, quam in coitu deprehensam ac trepidantem filiam, mater subito *communis Mercurii* mentione securam esse jubet & ab omni metu liberam, Anthol. l. VII. Ep. CXLIV.

—— ἀλλ' ἱστιδῶσα
Ἐξαπίνης, Ἑρμῆς κοινὸς, ἔφα, θύγατερ,
—— *sed introspiciens*
Repente, Mercurius communis, dixit, o filia;

& de qua appellatione *communis Mercurii*, præter paræmiographos, videri possunt Aristides Rhetor. l. II. c. XIV. & Theophrasti Charact. ἀβδήλ. ubi de repertis in via nummis aureis partem sibi deposcens, illud continuo usurpat, κοινὸν εἶναι τὸν Ἑρμῆν, *Mercurium esse communem*. Hinc alioquin illud Veneris ad Mercurium apud Apulejum Milesi. l. VI. *scis nempe sororem tuam Venerem, sine Mercurii præsentia nil unquam feciſſe.*

V. 72. τελέτηρος] Quæ vox haud facile alibi occurrit, pro τελέτης, aut sicut alioquin τελετηρὶς idem, quod τελετία. Τελέτηρος itaque uti δεύτερος &c.

V. 74. Ὁπλήεια δοιή] Munera nempe ob Dianam primum a se visam; sicuti vicissim eadem Diana seu Phœbe ob natum Latonæ, non matri quidem, ut hic, sed sorori Phœbum, natale donum seu ὁπλήεια, juxta veteres ad eum Criticos, dedisse dicitur ab Æschylo Eum. v. 7. v. Stanl.

Φοίβη, δίδωσιν οἱ ἡ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ, ——
Phœbe, hæc autem dedit natale donum
Phœbo, ——

ubi veteres Enarratores, Γενέθλιον δόσιν, ἀντὶ τοῦ ΟΠΤΗΡΙΟΝ, θεασαμένη τὸν τῆς ἀδελφῆς ἑαυτῆς Λητοῦς παῖδα, δίδωκε συγγενικὴν δόσιν, *Natale donum, pro eo quod* ΟΠΤΗΡΙΟΝ *dicitur: viso enim sororis suæ Latonæ filio, dedit ei munus, quale a consanguinitate propinquis dari solet.* Sic Xuthus apud Euripidem dicitur in præmium agniti filii continuo duas Bacchi petras, seu rupes, victimarum sanguine Delphis respersisse Jon. v. 1127.

Δεύσειε διοτὰς, παιδὸς ἀντ' ΟΠΤΗΡΙΩΝ,
Rigaret geminas pro agnitione seu *conspectu filii* petras.

Quæ loca, quamquam unice hunc Callimachi interpretentur ac illustrent, cum Lexicographis, tum eruditis Callimachi editoribus indicta hactenus videas. Ὁπλήεια vero insuper dicta, cum *dona*, quæ juxta

Pollucem pag. 82. ſponſæ dabantur, ubi primum in ſponſi conſpectum prodiret eadem; tum præterea juxta Heſychium, ἐν ἀνακαλυπτηρίοις, ſeu tertio a Nuptiis die, quo nempe nova nupta amoto flammeo, & ita detecto primum vultu, a propinquis conſpiciebatur, Ὀπτήρια τὰ ἐν τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις διδόμενα δῶρα τῇ Νύμφῃ. Non unus proinde uſus hujus vocis ὀπτηρίων, ſed ita ut primus ille vulgo prætermiſſus, de *Natali* quaſi *dono*, ſeu nato & viſo primum infante, a propinquis dari ſolito, abunde, uti modo vidimus, veterum poetarum Euripidis & Callimachi hoc loco, tum Criticorum ad Æſchylum auctoritate & teſtimoniis firmetur. Ad ea vero ὀπτήρια ſeu *dona*, quæ dabantur *recens nuptæ* in ἀνακαλυπτηρίοις, & inde ἀνακαλυπτήρια eadem dicta, referri continuo debet, quod de *Sicilia* Proſerpinæ, pro tali *munere in nuptiis data* refert Plutarchus in Timoleonte, τὴν νῆσον ἐν τοῖς γάμοις ἀνακαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι; de Thebis vero ſimiliter ex Euphorione veteres Grammatici ad Euripidis Phœniſ. v. 688. δοθῆναι γὰρ τὰς Θήβας τῇ Περσεφόνῃ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀνακαλυπτήρια, ὡς Ευφορίων, *datas a Jove Thebas Proſerpinæ, pro nuptiali detecti veli dono, ut refert Euphorion.* Accedit quod de ducente uxorem Sophiſta Hermocrate refert Philoſtratus de Sophiſt. l. II. p. 606. rogante quodam, ὁ πότε ἄγοι τὰ ἀνακαλυπτήρια, ἀστειότατα ὁ Ἑρμοκράτης, ἐν καλυπτήρια μὲν οὖν, ἔφη, τοιαύτην λαμβάνων, *quando deponendi veli nuptialis ſolennitatem eſſet celebraturus, urbaniſſime quidem Hermocrates, nuptialia, inquit, ad obnubendum eam, quam duxi, celebrabo.* Unde etiam haud parum illuſtrantur, quæ ad hunc morem tum velatæ primum flammeo, tum detectæ poſtea recens nuptæ, reſpiciunt apud Æſchylum verba, Agam. v. 1187.

Καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων
Ἔσται δεδορκὼς, νεογάμου Νύμφας δίκην,
Atqui oraculum non amplius per velamina
Vos adſpiciet, novæ nuptæ inſtar.

Neque tamen, ut obiter hoc tangam, confundenda eadem ὀπτήρια, ſeu *dona*, quæ ἀνακαλυπτηρίοις data, tertia proinde demum, uti diximus, a nuptiis die, cum alio *nuptiali munere*, de quo Juvenalis Satyr. VI. 204. *quod prima pro nocte datur*; immo quale ipſe Vulcanus, non, ut hic, ob viſam primum Dianam, ſed ſponſæ Veneri *ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat*, apud Apulejum Mileſ. l. VI.

V. 75. Βρόντεώ σε στιβαροῖσιν] Unde liquet inde, aut e ſimilibus veterum Poetarum locis, hoc Cyclopis nomen, ſicuti alterum paullo ante Στεροπῆς, deſumpſiſſe Græcorum exemplo Maronem, obviaque aliunde ejus rei ratione, qua ſupra etiam βρόντην & στεροπὴν ab Æſchylo conjungi vidimus. Eadem autem voce στιβαροῖσι uſus, de Cyclopibus agens quoque Apollonius l. IV. v. 762.

Χάλκειοι στιβαρῇσιν ἀράσσονται τυπίδεσσι,
Ferreæ incudes gravibus tunduntur malleis.

Sed hoc leve.

V. 76. λασίης ἐδράξαο χαίτης] Ita hoc verbum cum genitivo jungit, eodemque, ſed obſcœno ſenſu, pro *apprehendere* Ariſtophanes Ran.

pag.

pag. 23. τȣ̃ ῥεβίνθȣ δραττόμην; in Scholiis δραττόμενος τȣ̃ αἰδοίȣ. Χαίτη autem hic λασίη, seu *hirsuta*, utpote de corporis seu in pectore *pilis* horum agrestium ac ferorum Cyclopum dicta; non autem de *capitis coma*, sicuti subinde apud Poetas & alibi apud hunc Callimachum, eaque tam virili quam muliebri, vox eadem sumitur. Quæ etiam χαίτη eo opportunius hic de immanibus Cyclopibus dicta, quod de *coma* in jugis montium *frondosa*, eadem nonnunquam, & ab hoc ipso Callimacho dicitur infra Hymn. in Delum v. 81. ὡς ἴδε χαίτην Σειομένην Ελικῶνος, *ut vidit comam agitatam Heliconis*; hi autem Cyclopes supra v. 52. *jugis Ossæ montis similes*, uti vidimus, fuerunt appellati. Immo haud aliter ac de ipsius Cyclopis Polyphemi *coma* dicitur apud Philostratum l. 11. Icon. p. 811. χαίτην μὲν ἀνασείων ὀρθὴν καὶ ἀμφιλαφῆ πιτυος δίκην, *rectam quidem & densam, pinus more, quatiens comam.* Hanc vero *hirsutam* eorundem Cyclopum, non capitis quidem, sed pectoris χαίτην, non δρωπακισμοῖς aut ψιλωθροῖς, quibus usi olim eam in rem molles & effeminati homines; neque σκαφίȣ alicujus, sed sola digitorum opera, attrectat ac evellit hic Diana, Picatricis velut officium iisdem, quamquam invitis, uti mox adhuc dicitur, præstans tenella hæc Dea.

V. 77. Ὤλοψας δὲ βίῃφι] Scholia hic ὤλοψας, ἀπέτιλας, ἐλέπισας, haud aliter ac apud Hesychium, ὀλόπτειν, λεπίζειν, τίλλειν, *decorticare*, *vellere*. Usus eadem voce ὀλόψας, retento nempe priori ὀ brevi ob metrum, Nicander Ther. p. 48. ἦτρον ὀλόψας, ubi veteres Critici, ὀλόψας, δὲ ἀντὶ τȣ̃ λεπίσας, κόψας, pro *decorticans*, *tundens*, hic autem pro *vellens*, ut apud Hesychium, & quidem, quod hic additur, *violenter* seu βιῄφι, alio proinde blanditiarum genere, quam quo supra eadem nata, Patrem demulcens Jovem barbæ ejusdem pilos apprehendere conabatur. Immo, ut simile quid a Diana ea in re factum occurrat, quod in pictura veteri de Nymphis quæ vincto ac invito Pani barbam novacula raderent, apud Philostratum legitur l. 11. Icon. p. 798. Haud sponte proinde παρατετιλμένοι aut λελειομένοι, seu *pectore lævigati* hi feri ac hirsuti Cyclopes; neque proinde veterum Tyrrhenorum aut Tarentinorum instar, qui publice in tonstrinis picandos se ac radendos toto corpore præbebant, immo a quibus Tarentinis, hoc ψιλώσεως exemplum, alias quoque gentes desumpsisse, tradit Athenæus l. XII. p. 518. & p. 522.

Ibid. τὸ δὲ ἄτριχον εἰσέτι &c.] Id quod scilicet ævo Callimachi, ex obviis tum Cyclopum iconibus seu picturis, & quod etiam hic innuitur, licuit continuo percipere. Sicuti enim nudi depicti vulgo aut sculpti gentium Dii, ita id eo magis de Cyclopibus, qualis apud Maronem *nudus membra Pyracmon*, circa fornaces nempe & æra candentia jugiter desudantibus, licet facile statuere. A quo tamen more, quem hic tradit Callimachus *depiles*, nempe seu ἄτριχας *circa pectus* Cyclopas effingendi abit Philostratus l. 11. Icon. pag. 811. ubi agens de Cyclope Polyphemo, totoque ejus habitu in picturis suo adhuc ævo conspicuis, ait, ΣΤΕΡΝΟΝ τε καὶ γαστέρα καὶ τὸ εἰς ὄνυχα ἧκον, ΛΑΣΙΟΣ πάντα,

PECTUSQUE *ad ventrem, & quod ad unguem tendit*, PENITUS HIRSUTUS. Proſtant quidem etiamnum, non Cyclopum forte, quamquam ea de re nihil certo velim ſtatuere, ſed eorum magiſtri Mulciberi ſimulacra, cujuſmodi etiam jam ante protulimus in nummis cælata, aut cæteroquin ſculpta in priſcis Marmoribus, ſed e quibus ea de re, an ſcilicet τὸ στέρνον λάσιος, ſeu HIRSUTUS PECTORE, habitus fuerit, haud facile licet ſtatuere. Herculem quidem e lato & *toroſo pectore* continuo agnitum arguit Philodemus, Anthol. l. IV. c. XII. Ep. LXXXVI. Σήιρια δὲ καὶ νηδὺς Ηρακλέα, *pectus vero & venter Herculem* produnt, & qui a Theocrito etiam dictus Idyll. XXIV. v. 78. ἀπὸ στέρνων πλατὺς Ἥρως, *lato pectore Heros.*

V. 78. Μεσσάτιον στέρνοιο &c.] Non itaque depiles redditi toto corpore hi feri Cyclopes, ut vulgo olim gens cinædorum; aut ſicuti a luxurioſis illis Tarentinis factum tradit loco modo indicato Athenæus l. XII. p. 522. εἰς τοσοῦτον τρυφῆς προελθεῖν, ὥστε τὸν ΟΛΟΝ ΧΡΩΤΑ ἀποξυρᾶσθαι, καὶ τῆς ψιλώσεως ταύτης τοῖς λοιποῖς καταρξαι, *eo uſque delitiarum proceſſiſſe, ut* TOTUM CORPUS *lævigarent, ita reliquis hoc pilorum avellendorum exemplum præbuiſſe.* In quem etiam, ut viros plane dedecentem, non *violentarum* quidem ut hic, ſed ſpontanearum ψιλώσεων morem acriter invehentem videre licet eruditiſſimum Clementem Pædag. l. 2. p. 198.

Ibid. Κόρσην] Κόρσην per *tempora* hic reddit Interpres, melius *caput* vertiſſet, quum adfectus ille, de quo ſequenti verſu agitur, fieret in capite ſeu ejus *capillis* & *in barba*, ut de eo ait Celſus l. VI. c. IV. Neque vero ſolum *caput*, aut quandoque *tempora* vox eadem κόρση apud Homerum alioſque Poetas veteres denotat, ſed *capillos* etiam, ut apud Æſchylum Choeph. v. 280.

Λευκὰς δὲ κόρσας τῇ σὺ ἐπαντέλλειν νόσῳ.
Albos capillos una cum hoc exoriri morbo.

Unde alibi in Ὑψιπύλῃ, deperdito dramate, dixerat idem Tragicus λοπκορσωσαμένας, pro ἀποκειρωμένας, ſeu *tonſis*, ut obſervat Heſychius in eadem voce, additque, κόρσας γὰρ τρίχας, ſeu *capillos* ea voce ſignificari. Unde κόρσης etiam Athenis dictus, cui barba primum raſa, ut id tradit Athenæus l. VIII. p. 565.

V. 79. ἀλώπηξ] Notus e Medicorum filiis aut parentibus, Hippocrate, Galeno, aliiſque, morbus, capillos capitis depaſcens, ſeu qui *capillorum defluvium* l. XXVIII. c. XI. a Plinio dictus; & de quo inde cum φαλακρώσει & ὀφιάσῃ *Calvitie* & *Ophiaſi* agunt iidem, ac præ cæteris, ut ſolet, fuſius, ex variis veterum obſervationibus Galenus de Compoſ. ſimpl. Medicam. l. III. c. II. Duplex vero traditur hujus nominis ratio; una juxta eundem Galenum, Paullum Æginetam l. III. c. I. alioſque, quod ſimili adſpectui ſint *Vulpes* maxime obnoxiæ; altera, & quæ hinc in Scholiis Callimachi legitur, per ſimilitudinem ita vocari hunc morbum, quod nempe ubi minxerit *Vulpes*, ejus lotio locus inde continuo ſterilis reddatur. Fallitur autem Friſchlinus, a quo ἀλώπηξ hic per enallagen dictus creditur, pro ἀλωπεκία, quomodo nempe adfectus

ille

ille vulgo in veterum Medicorum libris, Galeni, Æginetæ, Tralliani, Celsi etiam inter Latinos, & inde in Gorræi aliisque vulgaribus Lexicis Medicis, dici tantum consuevit. Verum ἀλώπηξ dictus antea fuerat a Medicorum parente (& quod diligentissimum Fœsium, sicut reliquos, non fugit) libro nempe περὶ παθῶν §. IX. ubi hunc & similes enumerat adfectus, λέπρα, καὶ κνησμὸς, καὶ ψώρη, καὶ λειχῆνες, καὶ ἄλφοι, καὶ ΑΛΩΠΕΚΕΣ ὑπὸ φλέγματος γίνονται, *lepra, & pruritus, & scabies, & impetigines, & vitiligo, & alopecia ex pituita oriuntur.* Cui nunc accedit hujus apud Callimachum loci testimonium, auctorem illis, quos post Hippocratem hodie versamus, Medicorum filiis vetustiorem.

V. 82. κατακληῖδα βελέμνων] Ita *pharetram* vocat tanquam *sagittarum reconditorium*, seu θησαυρὸν βέλεσι, sicut eam indigitat Æschylus Pers. v. 1027, duobus autem ante versibus, ὀϊστοδέγμονα *sagittarum capacem*, & similiter ὀϊστοδόκην φαρέτρην, Apollonius l. I. v. 1194. ac infra Callimachus φαρέτρας ἰοδόκας v. 213. Alioquin κατακλεῖδα de *clavicula* in machina, quam γαστραφέτην, seu quæ ventris impulsu intenditur, dixit Hero in Βελοποϊκοῖς a Baldo editis pag. 8. & 9. quum eadem κατακλεῖδος voce, vulgari significatione de *serra* aut *pessulo*, usus sit Aristophanes, Vesp. p. 440.

Καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελῶ καὶ τῆ μοχλῆ,
Serram atque vectem diligenter inspice.

Pro eo vero quod apud Nicandrum hodie exstat, Ther. p. 35. κληῖδας ἀναῤῥήξας ἑκατέρωθεν, *claviculas confringens utrinque*, κατακλεῖδας olim legerunt ibidem, ut ex eorum scholiis ad hunc locum constat, veteres Critici, sed alia quam in superioribus vocis illius significatione, de *claviculis* nempe in superiori thoracis parte, & quo sensu easdem Attici, ac ipse Galenus de usu partium l. XIII. c. XI. τὰς κλεῖς, non κλεῖδας dixerunt. Quomodo etiam κλεῖν συντρῖβειν, non κλεῖδα, *claviculam constringere*, dixit Andocides de Mysteriis p. 203. edit. Hanov. & κλεῖν κατεαγυῖαν a Demosthene dici, non κλεῖδα tradit Phrynichus p. 88; ac prout illud similiter apud Dionem legitur in Hadriano p. 792. τὴν κλεῖν κατέαξε, *claviculam confregit*, & præterea in Græcorum ad Hermogenem Commentariis legitur pag. 310. τὸ σκέλος πεπηρωμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, *crus transfossum, claviculam luxatam.* Quamquam κλεῖν etiam, non κλεῖδα, de *clavi* seu *serra* januæ usurpet Ἀττικώτατος Lysias Orat. I. pag. 7. κλεῖν ἑφέλκεται, *clavem attraxit* januæ, seu *obseravit.*

V. 83. Λητωΐδος] Quæ Λητωΐς supra dicitur v. 45. apud Oppianum vero, ut hoc loco Λητωΐας, Ἰοχείαιρα Cyneget. v. 109. Sic Ἀχαιάδες sicuti infra etiam Hymn. in Delum & in Lav. Pallad. & Ἀχαιΐδες promiscue apud Homerum ac alibi.

V. 84. Μόνιον δάκος] De fera in solitudine pascente id in genere explicant hic Scholia; de *apro* autem seu *porco silvestri* Latinus Interpres ac in Notis; quod nempe Hesychius, de quo tamen fallet vir doctus, monuerat, Μόνιος, ὕς ἀγρίος, ὃς μὴ τοῖς ἄλλοις συναγελαζόμενος, h. e.

μόνιος, *porcus sylvestris, qui cum reliquis non congregatur.* Id quod non solum ab aliis Grammaticis de hac voce μονίῳ pro *porco silvestri*, Suida & Phavorino, sed & ab Æliano præterea adsciscitur, de Animalibus l. VII. c. XLIII. καλέονται δὲ ἡ τῶν ὑῶν μονιοί τινες, *suum etiam nonnulli singulares* (μόνιοι) appellantur; & quo spectat dictus inde a Lycophrone πᾶρος μονήρης, v. 74. *porcus solitarius*, ut erudite jam id monuit ὁ πάνυ Bochartus, Hieroz. l. III. c. XXIX. Locum autem Psalm. LXXX. 13. quod adtinet, qui a LXX. Interpretibus redditur, Σῦς δὲ ὀκ δρυμοῦ, καὶ μόνιος ἄγελος, & a vulgato, *aper de silva & singularis ferus*, ubi μόνιος ἄγελος a Cyrillo, quod notat etiam in eadem voce μόνιος, Hesychius, de *onagro* ab eo explicatur ad Hos. c. IV. v. 8. Quo tamen inde μόνιον de *onagro* a senioribus dictum, negat Bochartus, tum adducto jam loco, tum alibi l. III. c. XVI. De alio tamen, quam de *apro*, μόνιον ἄγελον ibi ab iisdem senioribus dici, abunde arguit facta ante *apri*, nempe σῦς ὀκ δρυμοῦ, seu *porcus de silva*, ibidem mentio, & juxta veterem Interpretem, *aper de silva*; atque ita sequentia ejusdem verba, & *singularis ferus*, nullatenus cum eodem viro doctissimo de *apro*, quamquam idem μόνιος seu *singularis* sit ab aliis dictus; sed aut de *onagro* juxta Cyrillum & Arabem Interpretem, aut de alia fera silvestri intelligi omnino debeant. Δάκος autem in genere, ut hoc etiam Callimachi loco, de quibusvis *feris noxiis* olim dictum; neque proinde de *reptilibus* solum, ut de *vipera* apud Æschylum Choeph. v. 528. νεογλυὲς δάκος, *recens natum noxium animal*; aut de *aspide*, apud Nicandrum Ther. p. 11. sed de aliis etiam, ut de *sphinge* apud eundem Tragicum Sept. Theb. v. 564. θηρὸς, ἐχθίστε δάκος, *bestiæ, inimicissimæ feræ*, non *morsus*, ut ibi Interpres postremam hanc vocem reddit, & ad quem locum melius veteres Critici, δάκος, ἀν τὸ θηρίε, ὥσπερ (forte ὥσῳ) ἐπώνυμόν ἐστι τὸ δάκος· πάντα γὰρ δάκη λέγεται, ὡς λύπης ἄξια, seu, ut ibi legendum puto, αἴτια, h. e. δάκος, *pro fera, cui nempe cognomen est* δάκος; *omnes enim feræ* δάκη *dicuntur, tanquam dolorem adferentia.* Unde rursus alibi apud eundem Tragicum δάκος, modo de *equo Trojano* dicitur, cujus nempe opera Troja diruta, eademque tot cæsorum sanguine fœdata est, nempe Ἀργεῖον δάκος, *Argiva fera*, Agam. v. 834. modo de *monstro mulieris*, ut Plautinis utar verbis, seu Clytemnæstra fera viri interfectrice, Cassandra ait in eodem dramate, δυσφιλὲς δάκος, *inimica fera.* Ex iis autem modo dictis illustratur Hesychii de hac voce glossa, Δάκη, θηρία· καὶ δάκος, ἑρπετὸν, seu Δάκη *fera*, & Δάκος, *reptile.*

V. 85. Θηρίον ἀγρεύσω] Nempe non λαγωβόλος solum aut Ελαφηβόλος, quamquam postremo hoc nomine vulgo dicta hæc Dea, sed in genere θηροκλόνος, uti supra etiam vidimus, est appellata, cujuscunque feræ Venatrix seu πολυθήρος, ut apud Euripidem, Hippol. v. 145. Unde invocatur illa ab Oppiano, πότνα θεὰ, παγκοίρανε θήρης, *veneranda Dea, suprema Domina venationis*, κυνηγ. l. IV. v. 21. Quod autem sagittis omnes id genus *singulares & ingentes feras*, τόξοις μόνιον δάκος ἠὲ πέλωρον θηρίον, se prostraturam dicit hic eadem Dea, mirum prima fronte

fronte videri posset; quum *sagittis* quidem minores feras aut minus formidandas, ἀγρευτῆρες venari fuerint olim soliti; eæ vero, quales indicantur hoc loco, *ingentes ac terribiles feræ*, apros puta, ursos, pantheras, tigrides, leones, aliasque id genus, aut ἀκοντίοις, aut ἀθρόοις, *jaculis* nempe seu *venabulis*, aut vero *gladiis*; aliis præterea artibus, ut ποδοτρώβαις, seu *tendiculis*; agni aut hœdi pendentis balatibus; latentibus foveis; mixto etiam nonnunquam veneno iis escis, quibus quæque illius generis fera delectabatur, capi eædem aut confodi a venatoribus consueverant. Quæ ex parte adtigit de leonum venatione agens Claudianus, Sec. Cons. Stilich. v. 339. &c.

Non illos tædæ ardentes, non strata superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus hœdi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit;

& quæ singula aliunde, ut e Xenophonte, Oppiano, aliisque priscis Rei venaticæ Scriptoribus; aut e variis, qui ea subinde memorant, auctoribus; aut vero adhuc manifestius ex antiquis, quæ adhuc supersunt, & qualia cum olim in Italia, tum alibi inspicere nobis haud semel contigit, monumentis constant. Cujusmodi imprimis venationes a Trajano, & quarum meminit in ejus Panegyrico Plinius, Romæ adhuc in præclaris Arcus Constantini Marmoribus conspicuæ; inde etiam ære ad quorumvis intuitum cælatæ occurrunt; aut vero quales insuper conspiciuntur inter picturas antiquas insignis Nasoniorum monumenti, Romæ haud ita pridem repertas, ac singulari industria præclare de omni hoc Antiquitatum genere meriti P. Bellorii editas itidem ac illustratas. In iis utique præter alia, delusas etiam speculis Tigres videas, seu *vitreæ tardatas imagine formæ*, uti de hoc eas venandi genere (& quod jam ibi monuit sagax Antiquarius) ait Claudianus de Rapt. Proserp. l. III. v. 268, aut vero longis scutis, iisque subinde a tergo appensis, adversus irruentium leonum impetus armatos ac tectos venatores; nullibi autem in iis, uti nec in priscis, qui ejusmodi θῆραι etiam exhibent, & de quibus alibi, nummis, *arcu* vel *sagittis* eam in rem instructos. Neque ideo tamen statuendum est, in aprorum aut similium πελώρων θηρίων, de quibus hic agit Callimachus, venationibus, omissum antiquitus, uti nec hodie etiamnum apud varias gentes, eorundem telorum seu *arcus* & *sagittarum*, quibus eadem jacularentur, usum; & sicuti de Ibero ait Silius Italicus,

Bella feris ARCU, *jaculoque agitabat Iberus.*

Unde sagitta etiam aprum Calydonium prima confixisse legitur Atalanta, eamque in rem arcu & sagittis armata eadem cernitur in veteri Marmore, ut infra videbitur ad v. 216. Immo qua de re plenius ad Juliani Imp. ubi de Constantio Augusto, ursos, pardos & leones, totidem vere πέλωρα, ut hic dicuntur, θηρία, haud alio armorum genere, quam *arcu* & *sagittis* venante, memorat, Orat. II. p. 98. edit. Paris. agendi adhuc mihi erit locus. Ut addam hoc solum, inde factum, ut *sagittarius* inter astra, isque etiam *venator* dictus, in Dianæ, ut Arcitenentis non solum sed venatricis & venationis Antistitis Deæ, tutela exstitisse

dicatur a Manilio l. II. v. 444. *Venantem Diana virum*, tuetur nempe ac protegit.

Ibid. τὸ δέ κεν Κύκλωπες ἔδοιεν] Quales nempe silvestres ac immanes, uti hic vocantur, feræ, quotidianus erat ὠμοφάγων *Cyclopum* cibus; unde de *Cyclope* κατ' ἐξοχὴν dicto Euripides in cognomine Satyrico v. 246.

Ὡς ὀπλέως γε δαιτὸς ἠμεροσκόου·
Ἄλις λεόντων ἔσι μοι δοιωμένῳ,
Quia plenus jam sum cibi quotidiani seu *montani*;
Satis leonum ego jam sum epulatus;

ubi nempe pro ἠμεροσκόου legendum mallem, duarum solum litterarum ε & ο μεταθέσει, ἠμορεσκόου, voce nempe composita e poetica ἠμὸς pro ἡμέτερος, & ὀρεσκόος seu *montanus*, qua postrema voce usus est Æschylus Sept. Theb. v 538. μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου, *matre e montana*, & alibi ipse Euripides, ut Hippol. v. 1277. ὀρεσκόων σκυλάκων, *montanorum catulorum*. Quem illius etiam loci sensum adtigit in versione ejusdem Satyrici dramatis Canterus, sed non tentata ibi aut adducta ab eodem in Notis, vocis ἠμεροσκόου, ut fieri tamen debuit, quo hanc significationem *montani* eadem admitteret, emendatione. Florens autem eruditissimus, dum easdem voces δαιτὸς ἠμεροσκόου, *ferinæ dapis* vertit, ac de iis cæteroquin in notis ad illud drama filet, rem quidem indicare satis habuit. Nisi vero, ut hoc addam, pro ἠμεροσκόου, aut uti conjiciebam, ἠμορεσκόου legere quis malit obvia itidem emendatione, ἠμεροσκοπεῖ, ut ita a Cyclope δαιτὸς ἠμεροσκόπου dicatur de *cibo*, quem ille *quotidie*, feras venando, *speculabatur*. Ipsa quidem vox ἠμεροσκοπεῖ de *diurno vigile* occurrit apud Æschylum Sept. Theb. v. 66. & Aristophanem Lysistr. p. 890: alibi autem Ἡμεροσκοπεῖον de Hispaniæ urbe, uti supra de ea obiter, apud Strabonem l. III. p. 159. Prior tamen hujus vocis emendatio, ἠμορεσκόου, nempe pro ἠμεροσκόου magis, ut vere dicam, arridet, tanquam loco illi convenientior; ac præterea ipsius Euripidis & Æschyli etiam, uti vidimus, qui ὀρεσκόου voce usi sunt, auctoritate quadantenus fundata.

V. 86. Ἔννεπες· οἱ δὲ ἐτέλεσαν &c.] Nempe dictum factum qua de re supra ad v. 87. Hymn. in Jovem. Immo elegans & præclarus omnino hic versus, quo uno, imperata a Diana Cyclopibus tela; eadem ab iis continuo fabrefacta; iisque induta jam Dea innuitur,

Ἔννεπες· οἱ δὲ ἐτέλεσαν. ἄφαρ δὲ ὡπλίσαο, δαῖμον,
Dicebas; *illi autem perfecerunt*; *statimque armata es*, *Dea*.

Cujus plane insignis velocitatis, seu tam multa paucis adeo verbis complectentis hic Poetæ nostri locus, meruisset utique, ut a Longino, aliisque sublimis maxime dictionis Magistris non fuisset prætermissus; nempe juxta illud Pindari Pyth. Od. IX.

Ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν
Πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι,
Celer autem properantium jam Deorum
Actio, *viaque breves*.

V. 87.

V. 87. & 88. αὖλιν Αρκαδικὴν ἐπὶ Πανός] Αὖλις hic *Panis* non *ſtabulum* adeo, ut vertit Interpres, quam *antrum* verius, ſolitam *Arcadici* hujus Dei ſedem, denotat; unde Chorus apud Euripidem Jon. v. 501. Πᾶν, τοῖς σοῖς ἐν ἄντροις, *o Pan, tuis in antris*, ac ubi nempe ille a venatione redux, ut hoc loco, & apud Theocritum Idyll. A. v. 16.

—— ἀπ' ἄγρας
Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται,
—— *a venatione*
Quando feſſus requieſcit.

Ita αὖλιν ἄγειν eam in rem apud Nicandrum de agricola poſt opus diurnum quieſcente, dicitur Ther. p. 4.

Ἐι δὲ τὰ μὲν καμάτῳ ἐπιδεύεται, ἀγχὶ δέ τοι νὺξ
Ἄυλιν ἄγει, κοίτῳ δὲ λελαίεται ἔργον ἀνύσσας,
Si vero labore feſſus eſt, prope vero nox
QUIETEM *ſuadet, locum etiam ad recumbendum cupit opere perfecto.*

Unde lux Heſychio, & qui inde quoque, quod alioquin a magno Salmaſio, ut in editione illius Grammatici Batava notatur, opportune jam factum, emendandus; Ἄυλιν (non αὐλὴν) κοίτην, ἐπαυλισμὸν. Inde ἄυλιον ab eodem Nicandro, de ſerpentum ſeu reptilium *cubili* dictum, Ther. v. 21. αὐλίῳ ἑρπετὰ, ac de κοίτῃ ſeu *antro* itidem montano, in quo recumbebat miſer Philoctetes, apud Sophoclem debet intelligi, cognominis dramatis v. 19. δι' ἀμφιτρήτῳ αὐλίῳ, *per perforatum utrinque antrum* ſeu *cubile* (quod alioquin per *apertum oſtium* reddit ibi Interpres) & ſicuti mox *ſaxeum cubile* de eodem dicitur v. 162. Unde etiam ἐναυλίζειν alibi de eodem Philoctete, eo in loco recumbente legitur v. 33.

Στειπτή γε φυλλὰς, ὡς ἐναυλίζοντί τῳ,
Calcata folia, quaſi quis ibi recumbat.

In quibus utique locis, ἄυλις vel ἄυλιον, ſicuti mox in eodem hoc Hymno v. 93. ἐπ' αὐλίον, nulla *ſtabuli* ita proprie dicti, quam nonnunquam tamen obtinet, ſignificationem infert; ſed *antrum*, *ſpecum*, *cubile* vel *tecta*, ſeu quemcunque locum etiam in agris & ſub dio capiendæ quieti opportunum. Ut eam mittam ſignificationem, quam ſimiliter de *caſtris* ſeu *ſtatione* militum vel navium habere hanc vocem apud Homerum liquet, & ad quem Euſtathius notat, Odyſſ. X. p. 1934. ἄυλις, κοίτη, καὶ ἡ κατασκήνωσις h. e. ἄυλις *cubile*, ſeu *locus ad pernoctandum*, *& ſub tentoriis habitatio*, ac unde ad exemplum paſtorum ἀγραυλούντων Lucæ II. 8. ſeu ἀγραύλων, quales non ab Heſiodo ſolum, ſed ab Apollonio etiam dicti l. IV. v. 317. ποιμένες ἄγραυλοι, *paſtores in agris excubantes.* Unde Pan ipſe, Νόμιος quippe, ut notum, Deus, φιλόγραυλος dictus, Anthol. l. VI. c. XXIV. Ep. IV. Πανὶ φιλογραύλῳ, *Pani excubiarum in agris amanti*, potius, quam *amanti ſtabuli*, ut ibi vertit Latinus eorundem Epigrammatum Interpres.

V. 88. Αρκαδικὴν ἐπὶ Πανός] Scilicet juxta Horatium l. IV. Od. XII. *Cui pecus & nigri colles Arcadiæ placent.* A Theocrito autem, montes Arcadiæ, *Lycæum* nempe & *Mænalum* incolere *Pan* dictus, Idyll. A. v. 123.

v. 123. & quibus addi potuisset mons itidem Arcadiæ vel *Parrhasius*, in quo venata paullo post a Callimacho dicitur Diana, vel *Parthenius*, in quo tanum hujus *Panis* existitisse tradit Pausanias l. VIII. p. 542. Immo unde ab eodem, ἐπιχώριος, seu *indigena* Arcadiæ Deus dictus pag. 496. seu *Arcadius Deus* a Propertio l. 1. Eleg. XVII. *Arcadio pinus amata Deo*. Quo referri etiam debet nummus ex eorum genere, qui *contomiati* ab Italis Antiquariis vulgo solent appellari; in quo nempe caput pectusque Antinoi, Arcadis, uti aliunde constat, ephebi, & Diis apud eosdem adscripti, cum pedo a tergo & infer. ANTINOΩ ΠΑΝΙ visitur. Quem scilicet nummum adnotasse olim juvit in Cimeliarchio magni, dum viveret, litterarum Mœcenatis; cujusque comitati, quam coram, dum Romæ agerem, cumulate mihi præstitit, plurimum me etiamnum debere profiteor, Cardinalis Franciſci Barberini.

Ibid. & V. 89. λυσσὰς ἔταμνε Μαινάλιος] Non ergo *Indica* solum hæc fera, juxta illud Ovidii Metam. l. XV. v. 413.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho,

aut *Æthiopica*, de qua Plinius l. VIII. c. XXI. & novissime in commentario Historiæ Æthiopicæ, vir illius non solum, sed omnis insuper veteris memoriæ callentissimus Ludolphi; vel *Mauritanica* apud Ælianum de Animalib. l. XIV. c. VI; aut vero *Pangæa*, vel *Olympia*, Thraciæ nempe ac Mysiæ montium, teste Xenophonte, qui *lynces* juxta alias feras, leones, pantheres, pardos, ursos, in iis a venatoribus capi observat, Κυνηγ. p. 995. sed *Arcadica* etiam seu in *Mænalo*, notissimo Arcadiæ monte, itidem obvia, ac unde ejusmodi *lynci* hic nomen Μαινάλιος tribuitur. Haud aliter nempe ac *ursæ Mænaliæ* meminit Apollonius l. 1. v. 168. ubi de Ancæo, pelle ejusmodi feræ amicto, ait: Βῆ δὲ ὅγε Μαινάλιος ἄρκτῳ δέρος, *ivit vero Mænaliæ ursæ pelle indutus*; aut de *apris* in monte *Mænalo* similiter Virgilius, Eclog. x. v. 55.

——*Lustrabo Mænala Nymphis*,
Aut acres venabor apros——

Immo hinc de primo etiam aut inter primos venationis auctores Dercylo, Gratius Cyneget. v. 100.

Arcadium stat fama senem, quem Mænalus auctor &c.

Ubi elegantissimus J. Vlitius, *auctorem*, nempe venationis, legendum credidit, minus tamen, uti censeo, commode; quum, ut mittam haud consuetam in eodem poemate hanc versus Hexametri πλῶσιν, paucis ante versibus, & mox etiam *auctorem* jam eundem dixerat aut dicturus sit Gratius. Unde haud dubito præferendam omnino magni Turnebi conjecturam, legentis ibidem, quem *Mænalus alter* &c. Notum enim *Mænalum* seu Μαινάλιον, non de Heroe solum, a quo loco nomen, aut de urbe cognomine, sed de monte etiam eodem in tractu dictum. Unde, ut alia mittam, *pinifer Mænalus* apud Maronem legitur, Eclog. x. v. 14. & 15. Non mirum autem *Panem*, cui eadem *Mænala curæ* dicuntur Georg. l. 1. v. 17, solito hic ab eodem Marone ἀγρευτῆ seu *venatoris* officio fungi, in *fecandis Mænaliæ lyncis*, quas in cibum canibus venaticis daret, *carnibus*. Hinc idem de se, ut omnium, quæ

ad

ad venationem ſpectant, ſumme ſtudioſo, Anthol. l. IV. c. XII. Epigr. LXXXIII.

—οἶδα ποτ' ἄγραν
Κοσμεῖν καὶ λόγχην, καὶ λίνα, καὶ καλάμους,
—*novi utique venationem*
Curare, & haſtam, & lina, & calamos.

Adde quæ de *lyncum* venatione ſupra, jam adnotavi ad verſ. 6. Quod vero in ſcholiis ad hunc locum dicitur, eſſe *lyncem feræ ſpeciem*, cujus urina (ut Pliniano ea de re utar verbo) *glacietur, quam* vocant λυγκούριον, *lyncurium*, reſpicit ad id, quod de lapide *lyncurio*, tanquam e *lyncis* urina in duritiem concreta orto, a veteribus traditum, Ariſtotele, Theophraſto, Æliano, aliiſque; a Plinio etiam l. VIII. c. XXXIX. relatum, ſed quod alibi ab eodem ut fabuloſum refellitur, ſicuti etiam a Dioſcoride l. II. cap. I. Dictum vero idem non λυγκούριον ſolum, ut hic in ſcholiis, ſed λυγγούριον quoque, ut apud Theophraſtum, Dioſcoridem, Plutarchum, de ſolertia Animal. & quod eodem redit, λυνγούριον apud Sex. Empiricum Hypoth. p. 24. alioſque, quod a λύγξ, λυγκὸς & λυγγὸς, aut λυνγὸς, promiſcue ſit olim dictum; ut haud neceſſe ſit proinde hanc vocem λυγγούριον apud Theophraſtum in λυγκούριον mutare, ſicut placuiſſe tamen video viro varia omnino præclaraque eruditione conſpicuo, in noviſſimis ad priores Joſephi Originum libros Adnotatis; aut vero, quod eidem viſum, ut ab hoc λυγγουρίῳ diverſum quid ſtatuatur λίγυρον ab eodem Joſepho Αρχ. l. III. c. VIII, & λιγύριον a LXX. Interpretibus, pro voce לשם *leſem*, ſeu una e gemmis pectoralis ſummi Pontificis, Exod. XXVIII. 19. dictum. Epiphanius certe, qui de iiſdem agit, gemmis c. VII. non λιγύριον ſolum, ſed λαγκάριον, ſeu (ut ibi omnino legendum) λυγκούριον dici obſervat; λυγκούριον præterea aut λιγγούριον, non idem quoque cum *ſuccino*, ſed ei tantum ſimile, quoad colorem ac virtutem, a Theophraſto dicitur. Neque vero eo minus de *gemma* itidem ſeu *lapide* pretioſo, & quo ad ſigilla veteres etiam uterentur, vox eadem a priſcis naturæ conſultis explicatur, quæque inter ἀγνώστους gemmas, cum ab ipſo Plinio l. XXXVII. c. XIII, tum a Pſello, haud aliter ac lapis *ligurinus* ſeu λιγούριος apud Epiphanium & Hieronymum ad Fabiolam, ſtatuitur. Accedit color ipſius *lyncurii* vel *lyngurii*, hyacinthum, quod agnoſcit ipſe doctiſſimus Joſephi adnotator, referens, marculus nempe ac igneus; & qua cæteroquin *hyacinthi* voce, λιγούριον ſeu *ligurium* a ſenioribus de gemma *leſem* dictum, explicant præter antiqua ad eoſdem Scholia, Epiphanius & Hieronymus, ac tuentur e recentioribus (quamquam alii de eo aliter) vir eruditiſſimus, Braunius de veſtitu ſacerdot. Hebr. p. 699. & ipſe ibidem, ubi de hiſce agit p. 183, doctiſſimus Joſephi Enarrator, inſigniter de tanto ſcriptore vel luculento eo ſpecimine meritus & æternum meriturus, ſi ortam & egregie jam protractam telam, libuiſſet ei integram, eadem diligentia, eruditione, ac induſtria pertexere.

V. 89. τοκάδες κύνες εἶδαρ ἔδοιεν] Quæ τοκάδες *canes fœtæ* hic dicuntur ab Interprete, nempe partu jam levatæ, ſicuti *fœta lupa*, cujus ubera

ubera lambebant duo gemelli Romulus & Remus, apud Maronem Æn. VIII. v. 630. aut prout alibi apud eundem *fœtæ vaccæ* dicuntur, quæ nempe mulgerentur post partum Georg. l. III. v. 176. *Fœtas* alioquin de *gravidis* ab antiquis dici aut fecundis, ut Varrone in Atacino, *fœta feris Libya*, notat ad postremum Maronis locum vetus ejus Enarrator Philargyrius. Τοκάδες ergo hic κύνες, sicuti τοκάδος λεαίνης, seu *quæ recens peperit leænæ*, meminit Euripides, Med. v. 187. & prout idem τοκάδα Βάκχης *matrem Bacchi* Semelen vocat in Hippolyto v. 559. Unde apud Æschylum, eademque opera emendandum, Eumen. v. 661.

Οὐκ ἐστὶ μήτηρ, ἡ κεκλημένη τέκνων
ΤΟΚΑΣ, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου,
Non est mater appellati partus
Procreatrix, verum nutrix fœtus recens sati.

Ac proinde, ubi non τοκεὺς legendum, sicuti hactenus, sed omnino τοκὰς, quum de *matre* ibi agatur, abunde, ut opinor, & de quo quandoque σὺν θεῷ ad ipsum Tragicum, liquet. Adde hic, quod apud Arrianum legitur κυνηγ. c. XXX. quomodo canes post partum foveri debeant, ut pristinam velocitatem recipiant.

Ibid. ἔδοιεν] Quod consueto Græcorum more, obvio potissimum apud Poetas ac Oratores Atticos dictum, ut γάμον γαμεῖν, νόσον νοσεῖν, φυγὴν φεύγειν, πόνον πονεῖν, λῆρον ληρεῖν, ἀρχὴν ἄρχειν, λόγον λέγειν, ac similia passim apud eos obvia; & cujusmodi quoque jam apud Homerum video, ut Iliad. 13. ἀγορὰς ἀγορεύειν, &c. Id autem obiter tantum moneo, ut liqueat haud opus omnino, ut relicta hac elegantia, Orientalibus quoque, quod aliunde notum, ac unde illa ad Græcos emanavit, familiari εἶδαρ ἔλοιεν, quod putavit eruditissima Daceria, hic legatur. In *esca* autem, quod hic dicitur, a Pane datas his venaticis canibus, dissectas lyncis carnes, nemo utique κυνηγεσίας studiosus in Deo κυνηγῷ mirabitur; & qui præterea illud Gratii monitum reputaverit in Cynegetico v. 247.

IN PARTEM PRÆDÆ *veniet* CANIS, *& sua norit*
Præmia; sic operi juvat inservisse benigno.

Unde etiam ab Ælliano de Animal. l. VIII. c. 11. ut ibi opportune notavit erudita vir elegantia Vlitius, κύων ἀγρευτικὸς ἅπας, αὐτὸς μὲν λαβὼν θηρίον ἥδεται, καὶ ΚΕΧΡΗΤΑΙ ΤΗ ΑΓΡΑ, ὡς ἄθλῳ, ἂν αὐτὸν (mallem αὑτῷ) συγχωρήσῃ ὁ δεσπότης, *canis omnis venaticus, ipse sibi capta fera plaudit, & PRÆDÆ PARTE, ut præmio fruitur, si ei permittat dominus.* Hinc leporem etiam a canibus captum, iisdem discerpendum dari, tradit in κυνηγετ. Xenophon pag. 987, dein vero escam canibus ab ipso venatore objiciendam monet pag. 998. sicuti nempe ab Ἀγρευτῇ Pane hic factum. * Idque eo opportunius, quod ex eorundem canum cibatu, indolem *dignoscendam tradit Arrianus* Κυνηγ. c. VIII. ubi etiam bonos canes inde æstimari innuit, qui a malis spuriisque cibis abstinent. Quo spectat illud quod a Plutarcho traditur de Solert. Animal. p. 971. canes qui lepores venantur, si eos interfecerint, ἥδονται λακτίζοντες καὶ τὸ αἷμα λάπιδσι ἀσθύμως, *gaudent illos lacerantes, & sanguinem*

nem etiam avide lambunt; non autem si mortuum leporem repererint. Mitto quod optimos canes eos tradit, Oppianus Κυνηγ. A. v. 430. qui forma similes essent feris crudivoris, lupis nempe, tigridibus, pardis, vulpibus adde & *lyncibus*. Quibus proinde non sufficeret pane tantum aut maza vesci; quo cibatu alioquin bonos canes, nempe e velocium genere, & quorum erat potissimum in leporina venatione usus, delectari, ait loco paullo ante indicato Arrianus; & juxta illud Nemesiani de catulis Cyneget. v. 183. *fortemque dari de frugibus escam*. Unde a Dione Chrys. de canibus dicitur Orat. VII. p. 102, ὄψε μεταμαθόντες κρέασιν ἀντὶ μάζας ἥδεσθαι, *carnibus pro offa gaudere sero didicerunt*. Adde nec ossa tantum, vel ea etiam contusa, de quibus agunt Rei Geoponicæ aut Rusticæ Scriptores, ut roborandis catulis idonea, rodere aut comesse datum, ni e ferina etiam, quam venati erant, carne participarent; sicut hic a Pane dissectæ lyncis carnes, quas nempe κυνηγὸς hic Deus ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν, *laniamenta fecit canibus*. Mitto hic, quod consueto adhuc hodie φιλοθήροις *venationis studiosis* obtinet more; exta nempe occisæ feræ venaticis canibus porrigere, aut quæ alia ad eorum cibatum in κυνηγεσίαις solent etiamnum observari.

V. 90. κύνας ἥμισυ πηγοὺς] Πηγὸς non *album* semper, sed quandoque etiam *nigrum* denotat; ut præter veteres ad Homerum Criticos Odyss. E. v. 388. aut Eustathium ex eorum fide Iliad. pag. 403. & 740. monet etiam Tzetzes ad Lycophronem pag. 61. πηγῷ τῷ μέλανι καὶ εὐτραφεῖ (non ut ibi hactenus εὐτραχεῖ) καὶ ἀλλαχοῦ, νῦν δὲ τῷ λευκῷ, nempe ubi a Lycophrone πηγῷ πλόκῳ de *cana cæsarie* dicitur. Quæ eadem est hujus vocis apud Hesychium glossa. Quod autem *canes* non plane, seu toto corpore, sed *media* tantum ejus *parte albos* a Pane datos Dianæ, hic innuit Poeta, respicit omnino ad illud Xenophontis in κυνηγ. pag. 978. τὰ δὲ χρώματα οὐ χρὴ εἶναι τῶν ΚΥΝΩΝ, οὔτε πυῤῥὰ, οὔτε μέλανα, οὔτε ΛΕΥΚΑ ΠΑΝΤΕΛΟΣ· ἔστι γὰρ οὐ γενναῖον τοῦτο, ἀλλ' ἁπλοῦν καὶ θηριώδες, *at colore* CANES *esse oportet neque rufo, neque nigro, neque* ALBO *omnino. Quippe non hic index est indolis generosæ, sed ferinæ.* Cui consona omnino tradit Pollux p. 241. & qui inde etiam, uti pleraque alia, quæ de venatione aut venaticis canibus refert, hausit. A quibus tamen ea in re abit junior Xenophon, seu qui Arriani nomen præfert, κυνηγ. C. VI. τὰ δὲ χρώματα οὐδὲ διοίσει ὁποῖα ἂν ἔχωσιν, οὐ δ' εἰ ΠΑΝΤΕΛΩΣ εἶεν μέλαιναι, ἢ πυῤῥαὶ, ἢ ΛΕΥΚΑΙ, *colores quoscunque tandem obtineant, parum refert*, ETIAMSI OMNINO *nigri, aut rufi vel* ALBI *fuerint*. Verum priori Xenophonti accedit etiam Oppianus, qui *plane album* aut *nigrum* colorem in canibus venaticis, ut degeneris indolis indicem, pariter improbat, κυνηγετ. A. 426.

Χροιαὶ δ' ἀργεννάι τε κακαὶ μάλα, κυάνεαι τε,

Colores vero canum ALBI, MALI *admodum sunt &* NIGRI.

Haud aliter ac de *equo*, ut ibi opportune observat eruditissimus Rittershusius, Virgil. Georg. III. v. 82 *color deterrimus albis*. Quam in rem occurrit opportune, laudari ab Homero Iliad. I. v. 124. ἵππους πηγοὺς, non *albos* quidem, ut hic de *canibus* a Callimacho dicitur, sed *nigros*, juxta

ta veteres Criticos, prout id ex iis refert Eustathius p. 740. ΠΗΓΟΥΣ δὲ ΙΠΠΟΥΣ, τοὺς εὐπαγεῖς λέγει καὶ στερεούς· οἱ δὲ παλαιοὶ θέλουσι νοεῖν ΜΕΛΑΝΑΣ, ὡς τούτους ἀρίστους ὄντας h. e. πηγοὺς *autem equos vocat compactos & firmos; antiqui vero volunt denotari* NIGROS, *tanquam, qui omnium essent optimi.* Quum autem occurrant sæpius memorati apud veteres *candidi equi* aut etiam *nivei*, & *candidi* itidem *canes* adhuc hodie inter optimæ notæ venaticos haberi a κυνηγοῖς soleant; inde traditum ab Isidoro inter *album* & *candidum* discrimen, ad Maronem jam adnotatum est a viris doctis, ubi agens de coloribus equorum ait ille Hispalensis Antistes l. XI. c. 1. CANDIDUS *autem &* ALBUS *invicem ibi differunt; nam* ALBUS *cum quodam pastore est*, CANDIDUS *vero niveus & pura luce perfusus.* Quomodo dicti hi *canes* itidem a Callimacho ἥμισυ πηγοὶ, *media parte candidi* seu *nivei*, aut *glaciei* instar concretæ, pro nota vocis illius πηγὸς origine & significatione, qui nempe altera parte *nigri* fuerint seu *rufi.*

V. 91. Τρεῖς δὲ παρουατίους] *Tres vero auritos* vertit hic Interpres, Sabinus autem & juxta eum Vulcanius, *auripetas*, quod explodit Anna eruditissima, & παρουατίους, *maculis albis præter aures aspersos* interpretatur; ut nempe duo illi canes, de quibus priori versu egit Callimachus, media corporis parte forent albi, hi tres vero solum *circa aures*, παρὰ οὔατα. Juxta priorem tamen Interpretem, παρουατίους hic *auritos* significare, ut extra dubii aleam positum, contendit ad Gratium p. 214. laudatus ante J. Vlitius. Quod minus tamen firmiter statui ab illo debuit, qui sagaces veterum canes, *auritos* omnes fuisse contendit, & inde apud Xenophontem emendandum putat, μακρὰ nempe pro μικρὰ. Pollucem autem & Oppianum redarguit, qui vel βαιὰ ὦτα *breves & curtas aures* canibus id genus venaticis tribuerunt. Quæ tamen, ut obiter hoc tangam, utriusque hujus scriptoris, Pollucis nempe & Oppiani loca, id utique evincunt, ita jam eorum ævo constitisse Xenophontis, uti hodie apud eum & in scriptis ejus libris occurrunt, verba, nempe ὦτα μικρὰ, λεπτὰ, seu, quod habere debeant sagaces canes, *aures parvas*, *tenues* &c. κυνηγετ. pag. 977. Quamquam, ut vere ibidem vir doctus, non magnas solum & longas, sed molles etiam & flaccidas, ac inde pendulas in canibus venaticis æque ac villaticis aures, commendaverint olim veterum plerique, qui de Re venatica aut Rustica egere, ut Arrianus κυνηγετ.. c. v. & Nemesianus Cyneg. v. 113.

Cuique nimis molles fluitant in cursibus aures;

unde etiam παρουατίους hic *canes* dici a Callimacho existimo, qui nempe erant cum *flaccidis* id genus *auribus*. Haud aliter nempe ac παραυχένια & παραυχενίζειν a Græcis dicta de iis quæ e *collo pendula* aut *propendebant collo demissa*, & παρώτια, *aurium ornamenta*, ac ab iis proinde pendula. Ut ita etiam παρουάτιοι hic dicantur a Callimacho *canes* cum *flaccidis* ac *pendulis* id genus *auribus*, seu ut de iis Arrianus κυνηγ. c. v. *quibus præ magnitudine ac mollitie aures fractæ videntur*, ὥστε ὑπὸ μεγέθους καὶ μαλακότητος ἐπικεκλασμένα φαίνοιτο. Tales proinde, qui a Romanis *plauti* dicebantur, ut de iis Festus, *plauti appellantur canes*,

quorum

quorum aures languidæ sunt ac flaccidæ, & latius patere videntur. Quales utique *flaccidas* & *pendulas*, non arrectas vero aures, canum id genus venaticorum, videre etiamnum licet in picturis aliisque monumentis antiquis, quæ præstantium virorum cura ac industria cælata ac edita jam prostant; sicuti in Tabulis Sepulchri, de quo jam supra Nasoniani, in quibus inter alia Ελαφηβολία seu *venatio cervorum* depingitur Tab. XXVI.

Ibid. ἕνα δ' ἀιόλον] Interpres hic & *unum diversicolorem*, & quod eodem redit, Sabinus *varium*, Vulcanius *maculosum* vertunt, pro vulgari nempe vocis ἀιόλȣ apud Græcorum poetarum Interpretes significatione. Quamquam dubitari haud immerito posset, an vox eadem non hic potius *agilem* & *expeditum* seu ἐυκίνητον *canem* denotet; haud aliter ac ἀιόλον ὄφιν dici, immo quam veram esse vocis ἀιόλȣ apud Homerum significationem, tradit in MSS. ad Homeri Iliada Scholiis, quæ olim apud virum doctissimum Is. Vossium evolvere mihi contigit, Porphyrius; & cujus ea de re, quem cum aliis ex eodem Codice a me tum excerptis adnotaveram locus meretur hic adscribi. Nempe ad illud Iliad. Z. v. 342. κορυθαίολος Ἕκτωρ, hæc notantur: Πορφύριος· ȣ̓δ' οἶδα ὅθεν τῶν Γραμματικῶν τινὲς τὸ ἀιολοπώλȣ ἀποδιδόασι, καὶ πόθεν ἀιόλος ἵππος, καὶ τὸ ἀιόλον ὄφιν· ȣ̓κ ἐςὶ δὲ ȣ̓τω, ἀλλὰ σημαίνει τὸν ταχὺν, γενόμενον ἀπὸ τῆς ἀέλλης, *Porphyrius: haud novi unde quidam Grammatici*, ΑΙΟΛΟΝ *pro* VARIO *apud Homerum explicare adgrediuntur, sic enim* ἀιολοπώλȣς varios equos *habentes*, ἀιόλον ἵππον seu *varium equum & ἀιόλον ὄφιν varium serpentem. Non vero ita est, sed significat* ἀιόλος CITUM seu VELOCEM; *voce petita ab* ἀέλλα *procella.* Quomodo proinde ἀιόλος δράκων apud Sophoclem Trachin. v. 11. & alibi in eodem dramate, non de ποικίλῳ seu *maculoso dracone*, ut ibi interpres, sed de *cito* seu ἐυκινήτῳ foret explicandus. Qua in re tamen hæret nonnunquam Eustathius, qui hanc vocem ἀιόλος, aut ab ea composita cum pro ταχὲν seu *cito*, tum pro ποικίλῳ seu *vario* a Poeta dici posse observat. Cum Porphyrio autem similiter ad Sophoclem Ajac. v. 1047. ἀιόλȣ κνώδοντας, veteres ibidem Critici, ἀιόλȣ τῆς ὀξείας, εἰς τὸ καίνειν, seu *acuto* vel *prompto gladio ad feriendum*, & apud Æschylum Sept. Theb. v. 500. de *fumo, cito ignis fratre*,

Λιγνὺν μέλαιναν, ἀιόλην πυρὸς κάσιν,

ubi antiqui Enarratores, ἀιόλην δὲ τὴν ἐυκίνητον καὶ ταχεῖαν λέγει καὶ ἑλισσομένην συχνῶς h. e. ἀιόλην *vero facile mobilem & citam dicit, ac crebro convolutam.* Quibus addi potest apud Pindarum Od. IX. Olymp. p. 86. ἀιολοβρόντα Διὸς, *velociter fulminantis Jovis*, ut ibi bene Interpres. Ne tamen juxta hanc Porphyrii, aut aliorum, quos adduxi, Criticorum glossam, *canis* ille ἀιόλος, de *cito* aut *agili* hic apud Callimachum similiter intelligatur, obstat continuo, quod non ex pluribus venaticorum canum, quos hic recenset, speciebus, haud *unus* ille *citi* aut *velocis* laude fuisset ab eo commendatus; immo quod mox *septem* canes, vento etiam *velociores*, a Pane Dianæ itidem datos memoret. Accedit obvia etiam ejusmodi vocis ἀιόλȣ apud veteres tum auctores, tum Criticos, pro ποικίλῳ seu *vario* vel *maculoso* significatio; ut apud Lyco-

phronem de *vario* luſciniæ *cantu*, *αἰόλῳ μέλει* p. 108. & ne longius abeam, apud hunc ipſum Callimachum teſte Etymologo in voce *Βεῦδος*, ac inter Fragmenta hujus Poetæ inde relatum, ubi *κατά τε αἰόλα βεύδεα* ab eo dicuntur h. e. juxta Etymologum, *τὰ ποικίλα ἢ πορφυρᾷ ἡμάτια*, *varia & purpureæ veſtes*. *Αἰόλος* proinde dicitur hic *unus* ſeu ſingularis *canis*, qui nempe non eſſet *media* quidem *parte*, cujuſmodi duo illi priores memorati, *albus*, altera autem *rufus* aut *niger*; ſed qui plane *ποικίλος* ſeu *maculoſus* eſſet, & qui idem, ut cenſet ad Gratium pag. 206. eruditiſſimus J. Vlitius, *ſemifera thoum de ſanguine prole*, ſeu thoe patre & cane matre prognatus. Quod illuſtrare poſſet Arrianus in Indicis, ubi eas, quas vocamus tigres, dicit eſſe *θόως αἰόλους*, & quæ etiam *αἰολόνωτοι a tergo picta* vel *varia*, dicuntur ab Oppiano *Κυνηγ.* l. III. v. 130. & adhuc alibi. Tales proinde generoſiſſimi illi canes, quos ab ea inſuper macularum varietate commendat idem Arrianus ſeu junior Xenophon *Κυνηγ.* c. III. additoque *ἔτω ταῖς ποικίλαις ἐπανθεῖ τὸ ποικίλον*, *adeo in maculoſis effulget varietas*. Unde etiam inter optimos canes eos refert Oppianus *Κυνηγ* A. v. 430. qui ſimiles eſſent tigribus aut pardis, *maculoſis* itidem ſeu *αἰόλοις* feris. Immo unde factum obſervo, ut cum *pardus*, tum *maculoſus*, appellati nonnunquam fuerint, qui maculis id genus inſignes erant Circenſes Equi; ſicut inter alia ſingularium id genus Equorum nomina, quæ exhibet vetus inſcriptio a Cl. Sponio vulgata Itin. T. III. utrumque illud, cum PARDUS, tum MACULOSUS legitur; haud aliter ac adhuc hodie *tigris* aut *leopardus*, de *maculoſis* aut *virgatis equis*, vel etiam *canibus* dici ſolet. Cujuſmodi proinde ſtatui debent Indici canes quos inde tigribus & canibus prognatos dicit Ariſtoteles Hiſt. Anim. l. VIII. c. XIII. Ex eo proinde genere eximius ille virgis aut maculis ſeu *αἰόλος* canis, a Pane juxta alios inſignes canes venaticos, Deæ huic venatrici datus. Ut mittam hic *vertrahas* illos ſeu *vertagos*, Gallicos ſeu leporarios canes, de quibus ait Gratius Cyneget. v. 203.

Et pictam macula vertraham delige falſa.

Ibid. & V. 92. *λέοντας Αὐτὸς ἂν ἐρύοντες*] Idem laudatus paullo ante J. Vlitius cenſet ad Gratium p. 206. id a Callimacho hic de cane illo maculis inſigni, de quo modo actum, dici, qui nempe *thoe* patre, feræ genere juxta eundem Gratium cum *leonibus* committi ſolito, & *cane* prognatus foret. Verum id a Callimacho in genere dicitur, tam de *αἰόλῳ*, ſeu *diverſicolore* cane, quam de duobus canibus *ἥμισυ πηγοῖς*, *media parte albis*, ac tribus præterea, uti jam vidimus, *παρωτίοις*, & quos ſex proinde numero cum leonibus decertare, eoſque proſternere ſolitos, aperte hic innuit. Unde etiam *thoes* ab antiquis Ariſtotele aliiſque, cum *leone* diſſidere quidem traduntur, ſed non proinde *leonum* victores, niſi forte a Gratio Cyneget. v. 257. immo qui apud Homerum & Q. Calabrum, haud ſemel leonem metuere, aut eo viſo in fugam dari dicuntur; ut id jam erudite a ſummo Bocharto obſervatum Hieroz. l. III. c. XII. Adde quod generoſi ac bellicoſi *canes*, haud ſemel cum *leonibus* commiſſi legantur, de quibus etiam ait in genere

Oppia-

Oppianus, quod illi apros interimerent, ac terrerent leones, Κυνηγ. A. v. 416.

Ὅσσοι μηδὲ λέοντας ἑοὺς τρείουσιν ἄνακτας,

Qui nequidem leones suos metuerent Reges,

(ita nempe dictos Arabum more, a quibus *leo*, *albascit*, sumpta a Græcis voce, appellatur, ut id jam occupavit laudatus modo Bochartus) & de quo etiam canum genere ait rursus v. 425.

Αἰχμητῶν σκυλάκων, τοὶ κνώδαλα πάντα δίονται,

Bellicosorum canum, qui feras quaelibet persequuntur.

Quales potissimum Indici illi canes, quorum exstat apud Plutarchum de solertia animalium p. 971. & apud Pollucem p. 241. historia; e quorum nempe genere unus coram Alexandro adductus, alias quidem feras, etiam aprum ac ursum dedignatus, spectarit immotus, cum *leone* vero, ut digno demum antagonista, congressus, eundem debellarit. Adde hisce Gratium Cyneget. v. 165. *ultroque gravis succedere tigrim*, *Ausa canis*; & quæ Anglicorum molossorum, cum leonibus, tigridibus, aliisque id genus feris haud insolitæ etiamnum commissiones.

V. 92. ὅτε δράξαιντο δεράων] Id nempe, quod de Indico illo cane, de quo modo dicebatur, cum leone commisso tradit in ea narratione Pollux pag. 241. κἀπειδὴ συμπλακεὶς κατήθλησε τὸ θηρίον, ὁ μὲν ἐνδακὼν εἴχετο, *deinde congressus leonem dilaceravit; hic quidem eum tenebat mordicus.* Mitto quod כלב *celeb* ab Hebræis *canem* dici a firmitate dentium seu tenacitate morsus, instar nempe *uncini*, & qua voce כלוב *club* ab Hieronymo redditur Amos. VIII. v. 2. conjicit doctissimus Bochartus Hieroz. l. II. c. LV.

V. 94. Θάσσονας ἀυράων] Uti sex e molossorum seu robustiorum canum venaticorum, qui cum feris majoribus decertarent genere, ita hic septem ὠκεῖας *veloces* canes a Pane Dianæ itidem datas memorat Poeta, qui sub Dea Ελαφηβόλῳ & Λαγωβόλῳ, minores scilicet feras, hinnulos, lepores, de quibus mox agit, venarentur. Nempe juxta illud Claudiani de venaticis Dianæ Nympharum canibus, sec. Conf. Stilich. v. 298.

— *illæ gravioribus aptæ*

Morsibus, hæ pedibus celeres.

Θάσσονες ἀυράων proinde eædem hic dicuntur, haud aliter ac ab Homero celeres equi, θάσσονες ἱρήκων, *velociores accipitribus* Iliad. N. v. 819. aut in genere pernices quævis feræ, citissimis avibus, quales utique accipitres; aut vero telorum jactui, sicuti de Agassæis seu Brittanicis canibus Oppianus Κυνηγ. l. I. v. 519. Ῥιμφ' ἕτορεν τόξῳ ἐναλίγκιος, *celeriter prosilit*, *sagittæ similis*; aut vero ipsa etiam mentis cogitatione celeriores sunt dicti, sicut de vertagis Gallicis seu vulgo leporariis canibus, utrumque ait Gratius Cyneget. v. 204.

Ocyor affectu mentis, pinnaque cucurrit.

Adde ut *vento* sicut hoc Callimachi loco, *velociores*, appellatæ itidem fuerint ὠκεῖαι id genus canes; quum ventos etiam maritos & genitores nactæ dicantur, ob singularem earum pernicitatem tigrides. Unde Claudianus Rap. Proserp. l. III. v. 265. *fremit illa marito* MOBILIOR

ZEPHYRO, ac similiter Symposius de eadem fera, & cujus ea de re locum opportune ibi adtulit diligentissimus Barthius,

Junctaque sum vento, VENTO VELOCIOR *ipso.*

Qua in re cautior equidem Oppianus, qui quum *ventosas* non solum seu *venti* instar *rapidas* vocasset easdem *tigres* τιγείσιν ἠνεμοέσσαις Κυνηγ. l. I. v. 431. sed etiam de eadem fera, ut *zephyri prole*, ζεφύροιο γενέθλη, alibi aut *zephyro genitori cursu simili* dixisset Κυνηγ. l. III. v. 354, continuo se ipsum arguens, addit, ἔτε γε μὴν ψυητῆες, *quamvis male dixerim genitori*, omneque illud fabulosum explodit, nempe

Θῆρες ὅτι δμηθέεν ὑπ' ἠέρι νυμφευτῆες.

Feræ quod subigantur ab aere sponso.

Neque proinde vel hæc summi poetæ judicio minus fabulosa, quæ de Lusitanis equabus, aliisve e *vento* scilicet conceptis, ob insignem nempe earundem celeritatem, graves alioquin auctores tradidere, Varro, Columella, Plinius, Justinus. Minus autem mirum, quod, uti antea dictum, *diversicoloribus* equis, a *maculis*, ita *celeribus* imposita subinde fuerint nomina, AQUILÆ non solum, aut PEGASI, qua de re olim ac nuper etiam obiter egimus ad illustrationem Amisenorum nummi cum pascente Pegaso, sed etiam ÆTHEREI legantur in inscriptionibus antiquis, sicuti in ea, de qua jam ante a Cl. Sponio vulgata. Quo spectat quoque illud Claudiani de Plutonis equis, quos ubi *amne hiberno*, *tortaque hasta* perniciores dixisset, addit continuo de Rapt. Proserp. l. II. v. 200.

Quantum non jaculum Parthi, non impetus AUSTRI.

Ut ita *vento* seu *auris velociores* eosdem insuper traderet; & sicut alibi de una e κυνηγοῖς Dianæ Nymphis ait, sec. Conf. Stilich. v. 252.

ET CURSU ZEPHYRIS *nunquam cessura Lycaste.*

Quæ loquendi genera adhuc hodie ad insignem aliquam celeritatem indicandam, promiscue solent in linguis vernaculis usurpari. Mitto quod *cogitatione*, seu ut ibi ait, *mentis acumine* eosdem equos, uti paullo ante de vertagis Oppianus, *celeriores*, priori loco dicat insuper Claudianus.

Ibid. κυνοσεμίδας] In Græcis ad hunc locum Scholiis, id de *alopecibus*, seu qui canibus & vulpibus prognati, dici notatur; aut vero a loco quodam Laconum Κυνοσεμίς appellato. Meminit ejusdem loci, ut opportune id jam ad Stephanum monuit doctissimus Holstenius, Clemens in Protrept. p. 18. ubi Æsculapium fulmine a Jove ambustum ait jacere ἐν τοῖς Κυνοσεμίδ᾽ ὄρεσιν in *Cynosuridis finibus*; & quem de hac *Laconica* vere ibi explicat idem Holstenius. Adde, quod Κυνοσεμεῖς *Cynosurenses* memorentur etiam in Laconica a Pausania l. III. p. 192. & ab Hesychio Κυνόσουρα, φυλὴ Λακωνική, *Cynosura, tribus Laconica.* Opportune utique de *Lacænis canibus*, non vero *Arcadicis*, uti censuit vir doctus, qui primus Callimachum edere ac illustrare adgressus est; aut *Creticis*, uti Annæ præstantissimæ placuit, hoc a Poeta dicitur; & quarum *Lacænarum* decantata abunde apud veteres auctores, eosque etiam, qui de Re venatica egere, præstantia, eaque de qua hic agitur, singu-

laris

laris velocitas. Unde *veloces Spartæ catulos* vocavit Maro Georg. l. III. v. 405. *& pernix Venator Lacon* a Silio de tali cane dictus lib. III. Ut proinde non *ſagaces* ſolum fuerint, ſeu ἴνδικες, ut eas vocat Sophocles Ajac. v. 8. *Lacænæ canes*, ſed veloces etiam, quod vel hic Callimachi locus abunde arguit. Accedit, quod in hiſce canibus, quæ Κυνοσελίδες appellantur, utraque, quæ hic in ſcholiis exſtat veterum Criticorum de iiſdem gloſſa, locum habuerit; nempe, ut non Lacænæ ſolum eſſent, ſed etiam ἀλωπεκίδες, ſeu *canibus & vulpibus prognatæ*. Illud enim aperte de hiſce *Lacænis* canibus ab Ariſtotele traditur Hiſtor. Animal. l. VIII. c. XXVIII. εἴωθε δὲ ὁ Κυρήνη μίσγονται οἱ λύκοι τοῖς κύσι καὶ γίνωσι, καὶ ΕΞ ΑΛΩΠΕΚΟΣ καὶ ΚΥΝΟΣ οἱ ΛΑΚΩΝΙΚΟΙ, *veluti miſcentur Cyrenis lupi cum canibus; ſic generant etiam ex* VULPE *&* CANE LACONICI. Signanter etiam Pollux, l. V. c. V. λέγεσι δὲ τὰς μὲν ΛΑΚΑΙΝΑΣ ΕΞ ΑΛΩΠΕΚΩΝ, τὸ ἀρχαῖον καὶ ΚΥΝΩΝ γιγομένας κληθῆναι ΑΛΩΠΕΚΙΔΑΣ, *ferunt autem* LACÆNÆ *e* VULPIBUS *primum & canibus progenitas, appellari* VULPINAS. Nec obſtat utique, quod ab uno quidem Stephano, & cujus proinde locum forte in mendo cubare haud male conjicit poſtremus illius Ἐθνικογράφου commentator Berkelius, Arx quædam Κυνόσαργος in Arcadia ſtatuatur: neque inſuper, quod ejuſdem nominis portus, vel circa eundem locus in Creta collocetur ab Hygino, & præterea non a Germanico quidem Arati Interprete (ut in notis ad hunc locum Pariſienſis editionis dicitur) ſed apud veterem ipſius Germanici Enarratorem ex *Aglaoſthene* & inſuper apud Erathoſtenem, ac unde eadem hauſta, integritatem inſuper ac lucem fœnerantur, in Aſteriſmis Arateæ editioni Oxonienſi opportune additis, traditur. Ut mittam, ac unde Κυνοσελίδας de *Creticis canibus* firmari poterat conjectura, quod eædem in præcipua etiam celebritate apud veteres, ut aliunde notum, fuerint. Potiora tamen, uti vidimus, omnino ſuadent, immo evincunt, ut id hoc loco de *Lacænis canibus* dictum a Callimacho ſtatuatur.

V. 95. Ὠκείαι νεβρούς τε] A qua νεβρῶν ſeu *hinnulorum* venatione dicta etiam una e Dianæ Nymphis κυνηγοῖς apud Claudianum *Nebrophone*, ſeu *Hinnulorum interfectrix* ſec. Conſ. Stilich. v. 314. &c.

Cyrneis Siculiſque jugis venata virago
NEBROPHONE, *cervos, aliaſque in vincula cogit*
Non ſævas pecudes.

Ex hoc autem Callimachi loco, & quod de leporibus continuo ſequitur, illud inſuper abunde liquet, non *ſagaces* tantum canes, ſeu ἰχνευτάς, de quibus agit in Cynegetico Xenophon, ſed *celeres* etiam, ſeu quæ ὠκείαι hic dictæ, in his cervorum, hinnulorum aut leporum venationibus, a veteribus quoque adhibitas. Quamquam forte Gallici canes *vertagi* ſeu *leporarii*, qui ab ea celeritatis laude, præ aliis potiſſimum uti a Gratio loco ſupra adducto, & de quibus agit toto libello junior Xenophon, ſeu Arrianus, commendabantur; aut vero Ageſſæi Britannici, quos currendi velocitate *teli jactui ſimiles*, ut paullo ante vidimus, ait Oppianus, nondum forte ævo Callima-

chi, Cyrenis vel Alexandriæ, ubi natus aut floruit hic poeta, essent noti.

Ibid. καὶ ὁ μύοντα λαγωὸν] Res nota non κυνηγοῖς solum, sed e veterum etiam de *leporino somno*, quem nempe apertis oculis immotisque palpebris capit hoc animal, narrationibus ac proverbiis,

——ἅπτοτε γὰρ δὴ
Ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ὑποδρήξαντες ἕλοντο,
——*nunquam enim*
Somnum in palpebris dormitantes capiunt,

ut de iis ait Oppianus Κυνηγ. l. III. v. 514. Immo idem de immotis eorum, dum vigilant, palpebris, vulgo tradi etiam solet ab iis, qui historiam aut naturam Animalium explorant. A quibus tamen abit, ut observo, Xenophon, qui, dum vigilat *lepus*, eum μύοντα nonnihil tradit, Κυνηγετ. p. 980. κἀκ ὅταν μὲν ἐγρηγορῇ, ΚΑΤΑΜΥΕΙ ΤΑ ΒΛΕΦΑΡΑ, *quando vero vigilat*, CONNIVET PALPEBRIS. E quo Atticæ Musæ loco obiter illud etiam notandum, improbari a Phrynicho in dictionibus Atticis, Alexidem, qui dixerit καμμύειν pro καταμύειν, ut optimos & priscos auctores loquutos (sicut hic Xenophon) ibidem observat. Alexidis autem locus, ubi vox ea ab eo adhibita, legitur etiamnum apud Athenæum l. x. p. 446. ὅλην καμμύσας &c. Neque tamen inde a Sophista Bithyno argui ullatenus meruit vox καμμύειν pro καταμύειν, quod eodem redit, a Comico illo Attico ob metrum dicta, & κρῆσσει quidem Æolica; haud magis utique, quam obviæ id genus voces, κάβδαλε, κάμμορος, καμμίξας aut καμμονίην, quæ apud Poetarum Patrem, aliosque occurrunt pro κατέβαλε, κατάμορον, seu κακόμορον, καταμίξας & καταμονίην, de qua postrema etiam voce notat Plutarchus Juv. And. pœn. dici ab Æolibus καμμονίην, seu *victoriam*, quæ *perstando* aut *persequendo* obtinetur. Mitto apud cultissimum Bionem, καμβαίνειν nempe καμβαίνει μὲν γλῶσα, prout apud Stobæum etiam idem locus hodie adducitur, pro quo alii βαμβαίνειν apud Bionem legunt. Ut nunc de aliis fileam Poetis Atticis, & Æschylo eorum, qui hodie exstant, antiquissimo aureique Athenienſium seculi, quod nemo utique Æolicas quibus subinde etiam usus est, elegantias, merito nunc redarguat, apud quem nempe πεδαίχμιοι, πεδήοροι seu πεδάοροι (ubi male πεδάμοροι, quod viderat Auratus, & monuit etiam eruditissimus Stanlejus) & πεδάρσιοι, Æolum more, pro μεταίχμιοι, μετήοροι & μετάρσιοι leguntur in Prometheo v. 109. & in Chœphoris v. 588. & 589. Alibi vero apud Athenæum, Heduli veteris Epigrammatarii versus adferuntur l. VIII. pag. 345. ubi vox καταμύειν occurrit in primo ejus versu,

Ὀψοφαγεῖ Κλειὼ, καταμυομένη δὲ θελήσῃ
Σ' ἐσθέμεν· ἡ δραχμὴ ἔσιν ὁ γόγγρος ἅπας.
Piscium (non *obsonium* juxta Dalechampium) *voratrix est Clio*,
quæ connivens quidem conabitur
Te deglutire: quidquid congri est, drachma constitit,

ac ubi καταμυομένη pro καταμυομένην, levi emendatione, ut id nempe

ad

ad *Clio*, non vero ad *congrum* referatur, legendum, ut opinor, liquet; quamquam nihil ea de re monuerit in Animadversionibus ὁ πάνυ, immo cui *pedibus manibusque* se in emaculando hoc Epigrammate *contendisse*, sed *frustra*. testari libuit. Quod tamen ab eo haud infeliciter, uno alterove loco, sequentium ibidem versuum factum constat.

V. 96. ὕστριχος ἔνθα καλιαὶ] De qua fera exstat hodie notum & elegans Claudiani carmen, sub ejusdem *Hystricis* nomine, ubi ita eam inter alia depingit,

— os longius illi
Assimulat porcum, mentitæ cornua setæ,
Summa fronte rigent, oculis rubet igneus ardor;

Mox:

— stat pectore toto
Silva minax, jaculisque rigens in prœlia crescit
Picturata seges,

& quæ plura ibidem leguntur. Unde eadem *hystrix*, hic in Scholiis dicitur, θηρίον τι τραχύτατον, *fera quædam asperrima*, non ut ibi legitur, & inde adfertur etiam in notis editionis Parisinæ, ταχύτατον. Quamquam hoc jam viderat ad Oppianum eruditus ejus Enarrator, ubi nempe a cultissimo illo poeta, nulla in silvis horribilior adspectu aut tetrior fera *hystrice* traditur, Κυνηγ. l. III. v. 391. Ejusdem autem feræ, omissis tot aliis, & quamquam haud frequens adeo vel obvia passim foret, sicut *hinnulorum leporum* aut *cervorum*, de quibus mox etiam agit, venatio, hic videtur meminisse Cyrenæus vates, quod in Libya, ubi Cyrenæ, magna foret harum *Hystricum* copia, ut id liquet ex Herodoto lib. IV. cap. CXCII. Unde etiam factum censeo, ut ab Alexandrino vate Claudiano, eadem fera sit eo, de quo modo vidimus, poemate celebrata. Opportune vero hujus *Hystricis* καλιαὶ, non tam *nidi*, ut hanc vocem reddit Interpres, quam *latibula* hic dicuntur; quod solita sit eadem fera φωλεύειν seu *latere*, vel latibulis se abdere, ut id de ea simul ac *urso*, ab Aristotele traditur Histor. Animal. l. VIII. c. XVII. & cujus postremi animalis mansio seu caverna inde λόχμη quasi silvis abdita, dicitur ab Oppiano, Κυνηγετ. l. IV. v. 396. ἡ δέ τε λόχμης ὀξὺ λέληκε θοροῦσα, *ipsa autem ursa ex caverna acriter infrendit prosiliens.* Καλιαὶ autem, ut hoc loco, de *latibulis* aliorum animalium quadrupedum itidem dictæ, ut de pantheris ac mustelis apud Oppianum Κυνηγετ. l. II. v. 573.

Τοίτε κατοικιδίοισιν ἐφωπλίσαντο καλιαῖς,
Et quæ domestica armantur adversus earum latibula.

Ut vero δόμοι & μέλαθρα, de *latibulis* id genus seu *cavernis* ferarum dicuntur, sicut alibi ab illo Poeta Cilice in Κυνηγ. l. III. v. 102. ita antiquitus καλιὰ etiam de *domo* seu *tugurio*, ut præter Hesiodum, ab Apollonio vox eadem usurpatur Argon. l. I. v. 170. juxta veteres ad eum Criticos, καλιὴ, δὲ ἀντὶ τοῦ οἰκία; proprie autem, quod addunt, ita dici *domos*, quæ ex ligno constarent; ligneis enim domibus usos fuisse antiquos, nondum lapidibus eum in finem adhibitis.

V. 97. ζορκὸς ἐπ' ἰχνίον] De qua venatione proinde Gratius ait Cyneget. 200. *pavidosque juvat compellere dorcas.* Ζορκὸς nempe idem ac δορκὸς, quod jam monuit præstantissima Fabri Filia. Unde apud Hesychium ζὸρξ non ζὸρ, quod ibi viderunt etiam eruditi, ἡλικία ἐλάφου, ἢ δορκὸς. Neque aliter, ut istud observat vir rara eruditione Bochartus ab initio cap. xxv. l. III. in Hieroz. quæ Græcis δορκὰς Hebræis עבי *tsebi*, Arabibus autem, *tsade* in *dsu* mutato ظبر *dsabi* dicitur. Non δορκὰς proinde, quod insuper notandum, aut δόρκαλις, sed δόρξ etiam, unde modo apud Gratium *dorca*, seu ζὸρξ dicta antiquitus *dama* vel *caprea*; sicuti ζ. & δ. confundi in aliis vocibus videas, ut ζαβάλλειν pro διαβάλλειν, ζάπεδον pro δάπεδον, ζαμία, quæ apud Plautum etiam legitur Aulul. A. II. Sc. II. pro δαμία, unde Latinorum *damnum*; sicuti alias a βάζω vado; ab ὄζος *nodus arboris*, ab ὄζω, ὀδωδὴ, *odor*, ac similia ab his formari solita. Ut alia mittam hujus generis, quæ olim obiter adnotasse memini Dissert. de præst. Num. p. 832, ut *ladi* pro *lazi*, *diabolus* & *zabolus*; *diarryto* & *zarryto*; *diabas* & *zabas*, juxta Cl. Valesium ad Ammianum; apud Philostorgium autem l. VIII. c. XI. Ναδιανδὸν τὸν Ναζιανζὸν ἐξονομάζει, *Nadiandum*, patriam Gregorii, *Nazianzum etiam nominat.* Adeo, ut inde abunde, ut opinor, sit eruditissimo Torrentio satisfactum, qui ad Claudium Tranquilli c. x. διά in ζα permutati exempla desiderabat; neque proinde adsentiebatur Brissonio, qui *zætam* apud Plinium in Epistolis & Lampridium in Elagabolo, pro *diæta* scribi sæpius, & vere quidem dixerat. Obvia alioquin apud Siculos non solum, sed alios etiam Doras vel Æolas ζ in σδ (e quibus nempe litteris componitur, ut notant veteres Critici ad Theocriti Idyll. I. v. 3.) permutatio; sicuti eadem comparet in veteri nummo, de quo facta alibi a me mentio, Troezeniorum apud Goltzium, ΖΔΕΥΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΣ.

V. 99. ἐπὶ προμολῇς ὄρεος] Explicatur id in Scholiis ad hunc locum, ἐν ταῖς διεξόδοις τοῦ Παῤῥασίου ὄρους Αρκαδίας, in *egressibus* seu *extremitatibus Parrhasii Arcadiæ montis.* Quæ illustrant egregie veteres Critici ad Apollonium l. I. v. 260. ἐπὶ προμολῇσι. τῇ ἐξόδῳ τῶν ἀριστέων, ἀπὸ τοῦ εἰς τὸ ἔμπροσθην μολεῖν· ἐντεῦθεν καὶ τὰς πρώτας ΠΡΟΒΑΣΕΙΣ ΤΩΝ ΟΡΩΝ, ΠΡΟΜΟΛΑΣ λέχουσι, *nempe* ἐπὶ προμολῇσι h. e. *egressu procerum*, *ab anteire* (ἔμπροσθεν μολεῖν) *unde primas* EMINENTIAS MONTIUM *vocant* ΠΡΟΜΟΛΑΣ. Eadem etiam opera inde emendandus in hac voce Hesychius, προμολὴ, ἔξοδος, πρόδομος, non, ut ibi hactenus; ὁδὸς προσδόκησις. Προμολὴ enim de *egressu* non solum, sed de *aditu* seu *vestibulo* domus quoque apud Apollonium haud semel dicta; sed cujus ea de re, uti & Criticorum ad eundem, quæ hic continuo notaveram, loca, vide postea jam ab H. Stephano in Thesauro animadversa.

Ibid. Παῤῥασίοιο] Παῤῥασίης, urbis Arcadiæ, ubi scilicet Jovem peperit Rhea, meminit supra Callimachus Hymn. in Jovem v. 10. Urbes nempe & montes, sicuti *Sipylus*, *Ætna*, *Eryx*, *Olympus*, *Paneas*, *Caucasus*, & in hac ipsa Arcadia *Erymanthus* &c. sæpe ὠμόνομοι, aut paullum

paullum immutata terminatione, ſicut Παῤῥασία antea de *urbe*, & hic Πάῤῥασος de vicino eidem *monte Arcadiæ* dicitur, quæ alias Παῤῥασία, non de urbe ſolum, ſed de toto *regionis* tractu dicta etiam fuit, cujus nempe plura oppida recenſet Pauſanias l. VIII. pag. 498. Hinc Φυλόη quoque Παῤῥασις de fluvio Arcadiæ *Phyloe*, cujus meminit Ovidius, dicitur in verſu, qui apud Stephanum legitur in voce Παῤῥασία, ut bene eundem emendavit ὁ πάνυ Salmaſius.

V. 100. Σκαιρέτας ἐλάφους, μέγα τι χρέος] Duplicem ſenſum admittere videtur hic locus; unum, quod ut *magnum quid* ac *ſingulare* notet, *ſalientes* nempe *cervas* in monte Arcadiæ Parrhaſio, quæ, ut continuo additur, ad fluvium Theſſaliæ, de quo mox Anaurum, paſcere erant cæteroquin ſolitæ. Alterum, quod verba hæc μέγα τι χρέος illud innuant, majores ſolito & ingentes fuiſſe eaſdem *cervas*, quæ etiam mox *majores tauris*, μάσσονες ἢ ταῦροι dicuntur. Χρέος enim idem ibi, quod χρῆμα, & quem poſtremum hujus loci ſenſum egregie illuſtrat præclarus eam in rem apud Athenæum locus, l. XV. p. 677. ubi de Mauro leone ab Hadriano proſtrato ait, ὃν κατὰ τὴν πλησίον τῇ Αλεξανδρείᾳ Λιβύην σὺν κυνηγίῳ καταβεβλήκει ὁ Αδριανός. ΜΕΓΑ ΧΡΗΜΑ ὄντα, *quem in Libya Alexandriæ finitima dum venaretur* HADRIANUS, *proſtraverat* BELLUAM INGENTEM. Immo haud aliter de ingenti apro, Crœſi temporibus Myſorum agros vaſtante, dixerat itidem Herodotus l. I. c. XXXVI. ὃν τῷ Μυσίῳ Ὀλύμπῳ ΣΥΟΣ ΧΡΗΜΑ γίνεται ΜΕΓΑ, *apud Olympum Myſiæ montem* APER INGENS *exſtitit*. Adeo, ut ab utroque illo auctore de *apro* ac *leone* inſignis magnitudinis dicatur μέγα χρῆμα, quod hic de majoribus ſolito cervis a Callimacho ſimiliter dicitur, μέγα τι χρέος. Quæ locutio cæteroquin ab Herodoto ea in re adhibita, Συὸς χρῆμα μέγα, pro *magno apro* erat quodammodo Atticis propria. Unde τὸ χρῆμα τῶν νύκλων, pro νύκλα dixit Ariſtophanes ab initio Nub. alibi χρῆμα τῷ πλακοῦντος, pro πλακοῦντα, Equit. p. 356; & καλὸν τὸ χρῆμα τιτθίων ἔχεις ſeu *pulcras habes mammillas*, Lyſiſtr. p. 840. Adde Julianum Imper. Orat. V. p. 298. ὁ ποῖόν τι τῆς Θεᾶς τὸ χρῆμα, *quale ſit illud Numen* &c.

V. 101. ἐβεκολέοντο] Sicut hic *paſcere* dicuntur ad fluvium Theſſaliæ, de quo mox Anaurum *cervæ*, ita μηλοβότης ſeu *alens pecudes* Acragas, Siciliæ fluvius a Pindaro vocatur Pyth. Od. XII. p. 324. & Nilus πολυθρέμμων, ſeu *multa alens* apud Æſchylum Perſ. v. 33. Neque vero quid novum, quod ad eum fluvium *Anaurum paſcere* aut *errare* dicantur hic eædem *cervæ*; quum notum ſit abunde illud Regii Vatis, Pſalm. XLII. 2. *ut cervus deſiderat fontes aquarum*, aut ſecundum Hebræorum magiſtros, *glocitat ad fontes aquarum*; idque juxta Ariſtotelem de cervis agentem Hiſtor. Animal. VI. c. XXIX. Φεύγουσι δὲ τὸ καῦμα καὶ τὸ ἄθυμα εἰς τὸ ὕδωρ, *propter æſtum & anhelitum, ad aquas confugiunt*. Ita cervos æſtivo tempore paſcendi etiam, ut hoc loco, cauſſa ex Sicilia Rhegium tranſmeare; idque ſigillatim & ordine natando, tradit Maximus Tyrius Diſſ. XL. pag. 401. eademque etiam de cauſſa, ſeu ob ampla ibidem & læta paſcua, e Syria in Cyprum, & ex Epiro Corcyram

ram cervos itidem gregatim transnare refert Ælianus de Animalib. l. v. cap. LVI. Verum, qua de re adhuc infra ad v. 107. ubi de *cerva*, quæ Celadontem fluvium nando tranasse ibi dicitur, sed loco male ab Interpretibus accepto, dicendi erit locus.

Ibid. μελαμψηφίδος Αναύρȣ] Qui Thessaliæ fluvius hic in Scholiis dicitur, & cujus loci ac præterea Hesychii, qui in genere tantum dixit, Ἄναυρος, ὄνομα ποταμȣ̃, *Anaurus nomen fluvii*, auctoritate magnus Turnebus Advers. l. III. c. III. a censoria, quam mereri alioquin ei videbatur, virgula Lucanum absolvendum putat, qui de eo ut Thessaliæ fluvio egerat, ratione etiam ejus nominis indicata lib. VI. v. 379.

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec tenues ventos suspirat Anaurus.

Id alioquin secus a Lucano dictum de hoc *Anauro*, ut Thessaliæ fluvio, inde cæteroquin Turnebo videbatur, quod nec Strabo, nec Plinius in descriptione Thessaliæ, ejusdem fluvii meminissent; apud Apollonium autem, Rhod. nempe l. I. v. 9, *Anaurus* non perennis fluvius, sed torrens tantum, isque hibernus, ab eo ac eruditis ad eum Criticis dicatur. Verum præter hunc Callimachi nostri locum, de hoc *Anauro* Thessaliæ fluvio, idem clarissime id iterum adstruit, Hymn. in. Delum v. 103.

Ἀψ ἐπὶ Θεσσαλίην πόδας ἔτρεπε. φεῦγε δ' Ἄναυρος,
Καὶ μεγάλη Λάρισσα.
Retro pedes in Thessaliam convertit; fugiebat autem Anaurus,
Et magna Larissa.

Adde, & quod vidit jam Ortelius, Hesiodum in Clypeo v. 477. ubi Cygni Martis filii monumentum evanidum ab *Anauro* fluvio redditum dicit; & quo respexit Euripides in Herçul. Fur. v. 409. qui inde etiam lucem mutuatur,

Τάν δὲ Πηλίαδ' ἀκτὰν,
Αναύρȣ παρὰ πύλας,
Κύκνον δὲ ξενοδαΐκταν,
Ad hoc Peliadum littus,
Anauri juxta ostia;
Cygnumque hospitum interfectorem.

Quibus proinde perspicuis veterum auctorum testimoniis, abunde ab omni censoria virgula immunem se præstat cum Lucanus, tum in Scholiis ad hunc Callimachi locum glossa, immo Callimachus ipse, a quibus nempe hic *Anaurus* Thessaliæ fluvius traditur. Μελαμψηφὶς autem, seu *nigros volvens lapillos* idem *Anaurus* hic dicitur; haud aliter ac de Ismeno Thebanorum fluvio infra v. 77. Hymn. in Delum, μελαμψηφίδος Ἰσμηνȣ̃, & prout cæteroquin flumen Pactolus χρυσορόας vel χρυσοῤῥόας, seu *auri ramenta secum vehens*, idque non ab auctoribus solum, & præter alios ab Apollonio l. IV. v. 1300, sed prout in veteri etiam nummo inscribitur, memorato jam ab eruditissimo Harduino de Num. Urb. Ill. p. 211: aut sicut Hebrus ἀργυῤῥόῤῥυτας, *argenteis undis fluens* ab Euripide Hercul. Fur. v. 385, aut vero δονακόεις vel καλλιδόναξ *arundinosus*, seu *cum pulcris arundinibus* Eurotas ab eodem Tragico

gico dicitur Helen. v. 210. & 500. & quomodo Nilum δονακώδεα etiam vocat Bacchylides apud Athenæum l. 1. p. 20. Nempe juxta illud Theophrasti Histor. Plant. l. IV. c. XI. pag. 88. ἕκαστοι δὲ τῶν ποταμῶν ἐοίκασιν ἴδιόν τι φέρειν, ὥσπερ καὶ τῶν χερσαίων, *fluviorum singuli privatim aliquid ferre videntur, ut & loca terrena.* Immo sicut hic *Anaurus* aut alibi, ut modo diximus, Ismenus, μελαμψηφὶς hic dictus; sic *Nilus niger*, aut *Nigris* vel μέλας etiam a Græcis, ab Hebræis autem שחור *sichor*, quod *nigrum* denotat, appellatus; idque seu a vicinis *nigri pulveris*, quarum meminit Plinius l. V. c. 1. solitudinibus, ut id jam ad Vitruvium l. VIII. c. 11. monuit Philander; seu a limosa, quod alii etiam observant & turbida ejusdem fluminis aqua, de qua proinde dixit Nonnius in Dionysiacis l. III. p. 100,

Χεύματι πηλώεντι νεηὴν περιβάλλεται εἰλὺν,
Fluctu limoso novum circumjicit limum.

Unde etiam ejus fluvii aqua, per fictilia vasa percolari olim solita, quo pura eadem fieret; ut id apud Galenum notasse memini de simpl. Medicam. Facult. c. IV. Adde cujus Nili, non μελαμψηφίδος, ut hic *Anaurus* dicitur, quam μελαμλίθου simulacra, e *nigro* nempe *lapide*, sicut reliquorum fluviorum ex albo, fieri olim solita, tradit Pausanias l. VIII. p. 493.

V. 102. Μάσσονες ἢ ταῦροι] Quod expressit Ovidius agens de Apro Calydonio Metam. l. VIII. v. 282.

—— *quanto majores fervida* TAUROS
Non habet Epirus.

Ibid. κεράων δὲ ἀπελάμπετο χρυσός] Σημείωσαι &c. seu *notandum* hic in Græcis ad hunc locum Scholiis dicitur, quod *cervas cornutas* fecerit Callimachus. Qua in re tamen præeuntes habuit Anacreontem, Pindarum, Sophoclem, Euripidem, aliosque, ubi agunt de *cerva* vel Telephi vel Herculis, vel ejus quæ Iphigeniæ loco substituta, quas χρυσοχέρους itidem tradunt; quamquam eo nomine Sophoclem redarguat Aristoteles de poet. c. XXV. ac eundem juxta & Anacreontem, Pollux p. 244. A qua tamen censoria virgula potest facile juxta eosdem absolvi Callimachus, si attendatur, non solum Atticis, quod viderunt jam alii & id dudum etiam monui Diss. de Præst. Num. p. 164. immo ab ipso Aristotele haud semel, τὴν ἔλαφον de *cervo* dici, & a Dione Chrys. Orat. v. pag. 83. τάς τε ἐλάφους καὶ τοὺς ἀγρίους ὄνους, *cervos & asinos agrestes*, sed ab Jonibus etiam omnium animalium appellationes, eodem illo genere efferri. Testatur id auctor M. Etymologici in ἵππος, nempe ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας, ἐκθηλύνουσι τῇ παραφορᾷ, τὰς ἵππους καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες, *sciendum autem, quod Iones omnes animalium greges, feminino proferunt genere, dicentes* τὰς ἵππους & τὰς ὄνους & τὰς βοῦς. Cujus rei utique obvia passim apud veteres Poetas aliosque auctores exempla, ut illustri apud Æschylum loco Pers. 375. ubi de clade Persici exercitus a Xerxe in Græciam adducti agitur, ac inter alia de equitatus Persici Duce ibidem cæso,

Ἵππου μελαίνης ἡγεμὼν τρισμυρίας,

Dux

Dux triginta millium nigrorum equorum ;

neque enim facile quis *equas* omnes illas exstitisse statuet. Accedit etiam veterum Criticorum ad Euripidem glossa, ubi de quadrigis Solis ab initio Phœniss. dicitur, θοαῖς ἵπποισιν, nempe ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους· Σώφρονι, τὰν ἵππον, *Poetis autem in more est feminino genere dicere* τὰς ἵππους, *& sic Sophroni* τὰν ἵππον. Immo ne Poetis solum, sed τοῖς etiam πεζογράφοις id haud insolitum, ut per τὴν ἵππον, *equitatum* in genere denotent, sicuti, ut alios jam mittam, apud Josephum Αλωσ. l. I. c. IV. de Antiochi Dionysi copiis legitur, ΤΗΝ ἵππον ἐξαίφνης ἐπιστρέψας, μυρία δ' ἦν τὸν ἀριθμόν, *mox ad pugnam cum equitatu reversus, habebat autem numerum decem millium* ; & similiter cap. XI. ejusdem libri, μοῖραν τῆς ἵππου παραδοὺς, *tradita equitatus parte*, haud aliter nempe ac πάρδαλις, τίγρις, ὕστριξ, de qua paullo ante apud Græcos, & similiter *panthera*, *tigris*, *hystrix* apud Romanos, & juxta familiares in orientalibus linguis terminationes, promiscue de utroque sexu dicuntur. Ut mittam, idque alibi etiam a me monitum, quum obiter de nummo Saloninæ Gallicini, in quo *cornuta cerva* visitur, agerem ; quod scilicet repertas nonnunquam *cornigeras cervas* testantur nonnulli Scriptores, sicuti Jul. Scaliger Poet. l. III. c. IV. ubi suis temporibus visam & captam in Gallia *cervam cornutam*, cujus adhuc servaretur caput, adserit, ac inde etiam Callimachum, quod *cervæ cornua*, hoc nempe loco, tribuerit, magni illius Hypercritici judicio (neque solum tamen eundem, uti modo vidimus) absolvi.

V. 103. ἔταφές τε] Legit hic Interpres ἔπαφες qui vertit *immisisti canes*, quum tamen omnino ἔταφες legendum fuerit, & vertendum proinde, ut a Vulcanio etiam factum, *mirata es*, ἐθαύμασας, seu *obstupuisti*, quæ vera notio hujus verbi ut ex Homero & antiquis ad eum Scholiis notum. Inde a levi mendo liberandus Hesychius, ταφὼν, ἐκπληγεὶς, θαμβηθεὶς, non ut ibi hactenus, θαμβληθεὶς. Idem alibi dixerat, ἔταφεν, ἐθάμβησεν. *Obstupuit* nempe seu *mirata est* continuo Diana, ubi ingentes, easque (si *cervas* omnino intelligi lubeat) *cornutas*, seu cum *cornibus aureis*, vidit *cervas*.

V. 104. πρωτάγριον] Una voce, & quæ vix alibi occurret, hoc dictum de prima Dianæ Αγροτέρας seu *venatricis præda* ; sicut alioquin πρωτόλεια de *primitiis prædæ*, quæ Diis offerebantur, ut notant veteres Grammatici ad Euripidis Orestem v. 382. πρωτόλεια δὲ κυρίως, αἳ πρῶται τῆς λείας ἀπαρχαὶ, ἃς ἔφερον τοῖς θεοῖς, ὡς αἰτίοις τῆς νίκης, h. e. πρωτόλεια *autem proprie primæ prædæ primitiæ, quas ad Deos deferebant, tanquam victoriæ auctores.* Talia autem πρωτάγρια vel πρωτόλεια a venatoribus olim Dianæ ἀγροτέρᾳ, cum ante ἄγραν, quo feliciter Deaque auspice procederet eis venatio, solemni voto promitti ; tum post venationem feliciter peractam offerri solita, observant Rei venaticæ scriptores, prius nempe Xenophon Κυνηγ. p. 984. καὶ εὐξάμενον τῷ Απόλλωνι καὶ τῇ Αρτέμιδι τῇ Αγροτέρᾳ, μεταδοῦναι τῆς θήρας, *votis hinc Apollini & Dianæ Venatrici, de impertiendis primitiis prædæ nuncupatis.* Alterum vero de impleto eorum voto, seu oblatis Dianæ prædæ primitiis, junior Xenophon

phon seu Arrianus Κυνηγ. c. XXXIII. ἀλλὰ χρὴ θύειν Ἀρτέμιδι Ἀγροτέρᾳ ἐπὶ τῷ κλήματι θύειν δὲ χρὴ καὶ ἐπὶ θήραν ἐυπροίξαντα, καὶ ΑΝΑΤΙΘΕΝΑΙ ΑΠΑΡΧΑΣ τῶν ΑΛΙΣΚΟΜΕΝΩΝ, *sed Dianæ Venatrici sacra facienda sunt, pro adepta fera, cui etiam post venationem ex voto peractam, sacrificandum,* & PRIMITIÆ PRÆDARUM *offerendæ*, seu, quæ hic dicuntur, προταγεια. Unde in silvis aut campis, ubi olim οἱ κυνηγοὶ venabantur, Dianæ sacella ac simulacra erigi consueverant, & appensa ibidem ferarum (de quo more nonnulla etiam ante diximus) quibus potiti erant, capita. Tangit id Philostratus, ubi agit de συνοδίαις, seu *aprorum venationibus* l. 1. Icon. p. 773. καὶ τὴν Ἀγροτέραν προϊόντες, ᾄσονται· Νεὼς γὰρ αὐτῆς ἐκεῖ, καὶ ἄγαλμα λεῖον ὑπὸ τῦ χρόνε, καὶ συῶν κεφαλαὶ καὶ Ἄρκλων &c. *Dianam progredientem canent; ejus enim templum illic erectum est, & simulacrum temporis decursu lævigatum, aprorumque & ursorum capita.* Neque proinde Aricinæ solum Dianæ exstitit *templum Nemorale* ab Ovidio dictum, de Art. Amand. l. 1. v. 259. aut de eo tantum debet intelligi, id quod a Gratio in genere dicitur, *sacrum ad nemora alta Dianæ* Cyneget. v. 484. Adde de eodem ritu veteres ac eruditos Aristophanis Enarratores in Plut. p. 93. ἔθος ἦν τὲς θηρῶντας τινα ἄγραν, μέρος τι τῦ θηρωμένε, κεφαλὴν ἢ πόδα, προσηλῶν παοάλῳ ἐπί τινος δένδρε, εἰς αὐτὴν ὕλην, ὡς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος, *mos erat, ut prædam aliquam venantes, partem prædæ, caput puta aut pedem, clavis paxillo ad aliquam arborem in eadem illa silva, idque in honorem Dianæ, suspenderent.* Quæ singula non solum mirifice illustrant, sed continuo & jucunde quidem ante oculos ponunt antiqua marmora (de quibus jam ante) in arcu Constantini Romæ adhuc obvia; ubi præter leonum, ursorum aut aprorum venationes a Trajano institutas ac ibidem sculptas, occurrit Dianæ venatricis in silva simulacrum, aræ impositum, adstante coram Trajano aliisque venationis sociis, ac velato sacerdote Deæ sacra faciente; apri autem capite, tanquam quod hic dicitur, προταγρίῳ, seu *prædæ* ea venatione partæ *primitiis*, prope Deam trunco arboris, ex voto nempe & more, adfixo. Cujus proinde marmoris, ut optimi clarissimique hujus moris ac loci, & adductorum modo eam in rem e Xenophonte, Philostrato, & Græcis Comici Enarratoribus verborum interpretis, & quod præterea haud in multorum adeo manibus versentur, quæ illud exhibent, veteris Romæ admiranda æri incisa, conspectum Lectori hic haud ingratum fore duximus.

Unde



Unde etiam, ut alia nunc mittam, Statio lux accedit, dicenti l. 1. Silv. carm. IV. *& dives* PRÆDÆ *tamen accipit omni* EXUVIAS DIANA *tholo*, & Plutarcho insuper de Optato tradenti Solert. Animal. pag. 965. quod ille agrestem simul ac marinam (de qua infra ad v. 198.) Dianam, utriusque generis, piscatus nempe ac venatus, primitiis sæpe coluerit.

V. 106. Νόσφι κυνοδρομίης] Incredibilis cujusdam celeritatis laudem hic Dianæ tribuit, quæ nempe absque ulla velocium canum aut vero retium vel tendicularum ope, quatuor fugientes cervas propero cursu sit adsequuta, easdemque ceperit. Cujusmodi autem gradientis, seu cursu incitatæ Dianæ Venatricis simulacra, plurima etiamnum exstant in nummis antiquis, nonnunquam etiam, ubi eadem visitur cervum adsequuta, dextra caput ejusdem adtrectans, sinistra autem corpus premens,

mens, uti in Sabinæ Angaſtæ nummo in Cimeliis Mediceis. Κυνοδρομεῖν alioquin a Xenophonte in Cynegetico haud ſemel dictum de eo, qui incitato canum more, curſu feras venatur; cujuſque eam in rem loca, vel ex Græcorum verborum ad eum auctorem indice, petere cuivis obvium.

Ibid. Θοὸν ἅρμα φέρωσι.] Quadrigam harum cervarum, ut plane inſignium aut inuſitatarum, cum cornibus utpote aureis ad Dianæ currum junctam, eumque in finem illi in prædam ceſſiſſe eaſdem cervas hic tradit Callimachus. Bijugibus alioquin cervis vectam vulgo hanc Deam exhibent veteres, qui ſuperſunt etiamnum, & cujuſmodi plures verſavimus, iique præclari admodum nummi; & qualia proinde hujus Deæ aut ſimilia ſimulacra ante oculos habuit Claudianus, de qua nempe ait II. Conſ. Stilich. v. 286. *cervi currum ſubiere jugales.* Cujus autem rei fidem facient duæ ſequentes nummorum icones; prior in nummo Valeriani Imp. æreo, e maximorum genere Cimeliarchii Gallorum Regii, cum Diana ſtante & Arcitenente in bigis duorum cervorum, eorumque cum inſignibus cornibus, a Mytilenæis percuſſo, ut docet nummi inſcriptio MYTIAHNAIΩN, addito *Prætoris* nomine *Valerii Ariſtomachi.* Altera, ubi Diana cervo vecta conſpicitur in præclaro nummo Fauſtinæ Junonis, ſeu potius Fauſtina Dianæ habitu, in muſeo Illuſtr. omniſque hujus memoriæ ſumme ſtudioſi Appanienſis nuper in Gallia Epiſcopi,



Haud aliter nempe ac Deum Mater, modo leoni itidem inequitans; modo jugalibus leonibus; aut Ceres duobus ſerpentibus; aut Venus *junctis* juxta Horatium l. III. Od. XXVIII. *oloribus*, modo capra etiam ſupra mare vecta; aut Bacchus in curru bijugum pantherarum vel tigridum conſpicuus, in antiqua nummorum aliorumve monumentorum ſupel-

ſupellectile etiamnum proſtant. *Cervos* autem Dianæ ſacros, cum ob celeritatem, tum præterea ob longævitatem ejuſdem animalis, ac inde tanquam æternitatis, quam luna alioquin juxta ac ſole adumbrabant veteres, ſymbolum licet utique ſtatuere. Quod poſtremum egregie adſerit ac illuſtrat alius & inſignis omnino ejuſdem Fauſtinæ nummus in Theſauris Gallorum Regiis, in quo illa ſub Dianæ velatæ cum face accenſa & cervo vectæ effigie depingitur, addita epigraphe, ÆTERNITAS AUGUSTA.



Ut nunc ſileam hic de Dianæ, non *cervo* quidem, vel *tauro* etiam, ſicuti infra in nummo Icari Inſulæ ad v. 187. ſed *grypho*, alato animali, ad denotandam proinde Deæ celeritatem vectæ ſimulacro, in luco Dianæ Alphiuſæ in Elide apud Strabonem l. VIII. p. 343: haud aliter ac Oceanus alato Grypho vectus ad Prometheum accedens dicitur in cognomine apud Æſchylum dramate Ver. 290. &c.

V. 107. *τὴν δὲ μίαν* Κελάδοντος *ὑπὲρ* &c.] Adducuntur hic & duo ſequentes verſus a veteribus Criticis ad Apollonium l. I. v. 996. Κελάδων autem Arcadiæ fluvius in Scholiis ad Callimachum dicitur, cujus etiam facta pridem mentio apud Homerum Iliad. H. verſ. 132. *ὠκυρόῳ* Κελαδοντι, *ad rapidum Celadontem.* Neque vero ipſe Strabo, prout tamen obſervat magnus Caſaubonus, hanc κελάδοντ@ vocem, non de proprio fluvii nomine, ſed de Jardani epitheto omnino intelligendam contendit, ac legendum proinde κελάδοντ@ pro Κελάδοντ@, ſed tantum id ita nonnullis viſum refert Geographus l. VIII. p. 348. *φασίν ἔνιοι*, mox, *καὶ δεῖν ὄιονται γράφειν dicunt nonnulli, & putant, quod ſcribendum ſit* &c. Et quamquam iis, non Straboni ſuffragetur antiqua in brevibus ad Homerum Scholiis gloſſa, alia ſubditur eidem continuo in hæc verba, *ὡ ἄλλῳ* Κελάδων *ποταμὸς* Αρκαδίας· Σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὸν μὴ ἤχῳ καὶ κελάδῳ ῥέοντα. *in alio*, nempe veteri Homeri Scholiaſte, Κελάδων *fluvius Arcadiæ; ſignificat etiam hæc vox cum ſonitu ac ſtrepitu fluentem.* Quam priorem

priorem tamen hujus vocis explicationem de *fluvio* Arcadiæ ita dicto, non de alterius fluvii epitheto, adfert ac tuetur ad eundem Poetæ locum, quod agnoscit Casaubonus, Eustathius. Adde, quod antea Strabo ejusdem fluvii *Celadontis* & Erymanthi, utriusque in Arcadia, meminerit pag. 343. Unde etiam omnino emendandus Pausanias, apud quem idem fluvius Κέλαδος pro Κελάδων dicitur p. 518.

V. 107. ὑπὲρ ποταμοῖο φυγοῦσαν] Non juxta Interpretes, ac inter eos Vulcanium, *quæ ad Celadontem fluvium effugerat*, sed *ultra*, seu quæ, quod cervino generi familiare, *eundem fugiendo tranaverat*, quodque alia in re ait Gratius Cyneget. v. 378. *latumque fuga superabitis amnem.* Unde mox etiam hic additur, quod eadem *cerva*, *Dianam* quippe venantem quatuorque reliquos unius agminis *cervas* jam adsequutam, *fugiens*, superato eodem flumine Celadonte, se inde in montem Arcadiæ Cerynium incolumis, donec nempe ab Hercule domaretur, receperit. Neque enim pascendi solum aut æstum fugiendi, qua de re jam ante ad v. 101. egimus, sed canes insuper aut venatores effugiendi ergo, in proxima etiam maria aut alias aquas se conjicere cervos, cum veteris memoriæ, tum obvia adhuc & Rei venaticæ studiosis nota testimonia abunde comprobant. Quod a Xenophonte non est prætermissum, qui ideo observat Κυνηγ. p. 990. tendiculas capiendis cervis, collocari etiam *circa rivos ac flumina*, περὶ τὰ ῥεῖθρα; Tum paullo post de iisdem ait cervis, ῥίπτουσι δὲ καὶ εἰς τὴν θάλασσαν, ἐὰν κατέχονται, καὶ εἰς τὰ ὕδατα ἀπορούμεναι, *in mare etiam & alias aquas se conjiciunt, ubi tenentur consilii inopes*; nempe ubi non alia iis canum ac venatorum prope insequentium morsus vel ictus effugiendi via ipsis datur. Quo spectaculo nuper admodum, inter alios Aulæ hujus Electoralis comites, fuimus haud leviter recreati; dum in venatione solemni, aliquot ab hac urbe Berelino, milliaribus, Serenissimi ac Potentissimi ELECTORIS jussu suscepta, centenos circiter cervos in lacum proximum, retibus prius inclusos, obseptisve aliis effugiendi viis, se præcipiti cursu, quamquam haud uno agmine aut omnes eodem temporis intervallo conjicientes, coram vidimus; eosque intra paucarum horarum spatium in aquis illis gregatim natantes, tandem densis sclopetorum seu fistularum, quas vocant, ferrearum ictibus, a naviculariis venatoribus, sed quorum vere princeps Serenissimus ELECTOR, omnes iidem cervi confecti fuerunt ac prostrati. *Fluvium* alioquin *Celadontem* ab eadem, de qua hic agitur *fugiente cerva* nando superatum, eo minus hic insolitum, quod maria etiam dicantur haud semel a cervis, & pascendi quidem caussa, tranata, uti supra, adductis ejus rei luculentis e Maximo Tyrio & Æliano testimoniis diximus ad v. 101.

V. 108. Ἥρης αἰνεσίῃσιν] Ita etiam Apollonius l. III. v. 817. & rursus l. IV. v. 646. Ἥρης αἰνεσίῃσι, *Junonis consiliis*, ac jam ante v. 29. ejusdem libri κείνης αἰνεσίῃσι, alibi autem l. III. v. 1112. ὑπ' αἰνεσίῃσι (non ut ibi una voce ὑπαινεσίῃσι) θεῶν, *Deorum consiliis* seu *consensu*, & pro quo ὑπ' ἐννεσίῃσι legitur sub initium operis, & ἐνεσιάων similiter l. III. v. 1366. Εννεσίῃσιν etiam pro ἀνεσίῃσιν, legerunt in hoc Callimachi loco

veteres ad eundem Apollonium Critici ad l. 1. v. 996. ubi alia occasione hic & prior Battiadæ versus ab iis adducitur. Ita etiam præter Homerum, in Orphei seu Onomacriti Argonauticis, Μοιρῶν, aut Παλλάδος aut etiam Ἥρης ἐννεσίῃσι legitur, vers. 105. 266. & 295. Adeo, ut promiscuus utriusque vocis usus ex illis Poetarum locis, accedente veterum librorum consensu, adstrui videatur; aut forte etiam illud αἰνεσίῃσι Alexandrinis glossis adscribendum; quales utique in duobus illis Poetis, uno Alexandrino, altero, qui Alexandriæ vixit & floruit, nemo facile mirabitur.

V. 108. & 109. Αἔθλιον Ἡρακλῆϊ ὕστατον] Non *ultimum* tamen, ut hoc loco, inter duodecim Herculis *certamina* cerva hæc χρυσόκερως ab eo domita, sed *tertium* recensetur ab Euripide in Hercule Fur. v. 375; *quartum* autem dicitur in veteri Epigrammate Anthol. l. IV. c. VIII.

Χρυσόκερων δὲ ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον,
Auricomam cervam posthac venatus est quarto.

Exstat & aliud ibi Epigramma, nempe decimum de eodem Herculis certamine depicto alicubi aut sculpto, ubi inter alia inequitans eidem cervæ, (uti in adducto paullo ante nummo Diana) apprehensis præterea ejusdem cornibus, traditur Alcides,

Ὧν ὁ μὲν ἰξυῒ θηρὸς ἐπεμβεβαὼς, γόνυ βρίθει
Ευπτόρθων παλάμαις δραξάμενος κεράων,
Quorum hic quidem feræ dorsum conscendens, genibus propendet,
Manibus pulcros ramos prehendens cornuum.

Occisam vero eandem *cervam* ab Alcide, tanquam agrorum vastatricem, ejusque cæde (quam nempe fugientem insequi noluit hæc Dea) delectatam Dianam tradit adducto modo loco Euripides. Sicuti autem in Eurypyli clypeo apud Q. Calabrum l. VI. v. 223. aut vero in Olympia, teste Pausania l. v. p. 305. inter alia duodecim Herculis certamina expressa quoque videbatur domita ab eo hæc cerva; ita occurrit etiamnum ejusdem agonis effigies in præclaris aliquot prisci ævi monumentis. Cujusmodi insignis quidam nummus Elagabali a Germenii, urbis ad Hellespontum, incolis percussus, qui exstat in Gaza Medicea, & in quo Hercules imberbis visitur cervam domans, cum apposita prope clava, & loci inscr. ΓΕΡΜΗΝΩΝ. Quamquam a nonnullis, ubi illi hanc Herculis venationem tangunt, non ἔλαφος semper, sed cum ποικιλώνοτος δορκὰς, seu *maculosa tergo dorcas*, vel *caprea* ab Euripide Hercul. Fur. v. 376. (& de quo loco jam ante obiter) tum κεμὰς, vel ob metrum, sicut a Q. Calabro l. VI. v. 223. κεμμὰς, fuerit dicta: quæ vox tamen vulgo de *hinnulo* potius *cervi*, aut vero de *caprea* sumitur. Sed qua de re mox ad verba poetæ de hisce Dianæ cervis, quibus currus ejusdem erat junctus, nempe v. 113. κεμάδεσσι χαλινά.

V. 109. Πάγος Κερύνειος ἔδεκτο] Male hic in Scholiis Κεραύνιος pro Κερύνειος, qui recte se habet, legitur, & emendandi omnino apud Apollonium Scholiastæ, a quibus cum postrema hac voce Callimachi locus iste, uti superior, de quo ante, adducitur ad l. 1. v. 996. Alii enim montes, ut notum, & extra Arcadiam siti, qui Κεραύνιοι, & de quibus Geographi,

graphi, sunt appellati. Nec magis admittenda, ut bene jam animadvertit Anna præstantissima, altera lectio Κάρνειος, quæ cum in ora Stephanianæ Callimachi editionis comparet, tum male a Fl. Sabino in versione hujus Hymni fuit retenta. Eadem vero hæc cerva, non jam *Cerynitis*, sicuti a Servio vocatur ad Æn. VI. v. 803. a monte nempe illo Arcadiæ Κερυνείῳ juxta Pausaniam l. VIII. p. 448. (sed ubi male hactenus κερυνείᾳ) dicto, sed Μαινάλιῃ a noto itidem, & de quo supra, monte *Mœnalo* appellatur in Epigrammate libri & capitis Anthologiæ paullo ante memorati, ubi recenset Poeta duodecim Herculis certamina, ac proinde inter eadem

Ωιωνὸς, ταῦρον, Μαινάλιὴν ἔλαφον,

Aves, (nempe *Stymphalidas*) *taurum*, *Menaliam cervam*.

V. 111. χρύσεον δὲ ἐζεύξαο δίφρον] De Dianæ itidem curru Apollonius l. III. v. 877.

Χρυσείοις Λητωὶς ἐφ' ἅρμασιν ἑστηυῖα,

Aureo in curru stans Diana;

ac similiter χρυσάρματος Μήνη *aureo curru invecta Luna*, seu Diana, a Pindaro traditur, Olymp. Od. III. Quod alias de fratre ejus Apolline seu Sole χρυσοκόμα, *auricomo* apud Valerium Flaccum l. IV. v. 92. dictum, ut initio Phœnissarum Euripidis,

Καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις, Ἥλιε,

Et auratis insidens curribus, Sol.

Nempe eadem vulgo Lunæ, quæ Soli tribuere notum antiquos vates; unde ejus χρυσεόκυκλον φέγγος *aureo circulo decorum lumen* dixit in eodem dramate Tragicus v. 181. & radiatum etiam caput Dei Luni occurrit in priscis aliquot nummis, sicut in veteri marmore apud Cl. Sponium Miscell. p. 1. Quamquam alias *Lunæ*, non *aurum* quidem, sed *argentum* inter metalla fuerit ab antiquis adsignatum, ut observant veteres Pindari enarratores ad Isthm. Od. V. p 462. & e Procli in Timæum Commentarii, sed quæ hodie non exstat, parte observat Olympiodorus Meteorol. l. III. p. 60. edit. Græc. apud Aldum; indeque *lunæ montes* dicti etiam fuerint *Argentei*, uti jam ante notaverat idem Olympiodorus p. 23. l. 1.

V. 112. Κεμάδεσσι] Apollonius itidem versu sequenti loci ab initio superioris notæ adducti, de aureo Dianæ curru, addit,

Ὠκείαις κεμάδεσσι διεξελάσσησι κολώνας,

Velocibus cervis colles transvehebat, non *cervorum hinnulis*, ut hunc locum pro vulgari hujus vocis κεμάδος significatione vertit ejusdem poetæ haud ineruditus alias Interpres. Eædem nempe κεμάδες hic Dianæ currum regere dicuntur, quæ paullo ante apud Callimachum, non insignes solum, sed μάσσονες ἢ ταῦροι, seu *majores* etiam *tauris* cervæ sunt dictæ. Neque *hinnuli cervorum*, sed magni & decori cervi aut cervæ bijuges Dianæ currum ducunt, in insigni Mytilenæorum nummo paullo ante adducto; sicuti sacerdos Dianæ Laphriæ apud Patrenses, bijuge etiam cervorum curru vecta dicitur apud Pausaniam l. VII. p. 433. Κεμὰς quidem de *cervi hinnulo* dicta, sed de eo adhuc in spelunca latente (quamquam ea de re paullo aliter Eustathius ad

Iliad. K. p. 711.) nec foras prodire ad me auſo, ut id apud Etymologum M. legitur in voce κεμὰς, nempe Διαφορὰν δὲ φάσιν εἶναι ΚΕΜΑΔΟΣ καὶ ΝΕΒΡΟΥ. ΚΕΜΑΔΑ μὲν εἶναι τὴν ἐπικοιμωμένην τῷ σπηλαίῳ. Νεβρὸν δὲ τὸν μείζονα, καὶ ἐπὶ βορᾶν κεμόμενον. *Differunt autem* ΚΕΜΑΣ *&* ΝΕΒΡΟΣ. Κεμὰς *enim dicitur, quæ adhuc cubat in ſpelunca*; Νεβρὸς *autem hinnulus, qui jam major eſt, & ad paſcendum prodit.* Obvia præterea apud veteres Grammaticos κεμὰς de *dorcade* dicta aut *caprea*, & quidem de citiſſima *capreæ* ſpecie inſtar turbinis, apud Ælianum de Animal. l. XIV. c. XIV. κεμὰς ὠκίστη, θυέλλης δίκην· ἰδεῖν δὲ ἄρα πυῤῥοθρὶξ καὶ λασιωτάτη, *caprea inſtar turbinis velociſſima; ſpecie autem, pilis rufis & valde hirſuta.* Haud eo minus tamen a Poetis ſubinde, & pro metri quidem ratione, κεμὰς vel κεμμὰς & κεμμάδες, non tam de *cervi hinnulis aut capreis*, ſed de magnis etiam *cervis*, ut hoc loco, ſunt dictæ. Ita quinta, de qua modo egit Callimachus, ex hiſce, qui *tauris* etiam *majores*, cervis, & ab Hercule domita, modo ἔλαφος, modo κεμὰς vocatur in uno eodemque Epigrammate decimo Anthol. l. IV. c. VIII. cujus nempe inſcriptio. Εἰς τὸν αὐτὸν καὶ τὴν ἔλαφον, in penultimo autem verſu, ὅλη κεμὰς ἥδε τέθηλεν, *tota cerva hac floret* &c. Unde etiam eadem modo a Pindaro Olymp. Od. III. Apollodoro, aliiſque ἔλαφος, modo ab aliis ut Q. Calabro l. VI. v. 803. κεμμὰς, eaque θοὴν πόδας, & a Nonno Dionyſ. l. XXV. p. 656. ſimiliter κεμὰς dicitur. Hinc erudite, ut ſolet, Heſychius, varias illas hujus vocis κεμάδος ſignificationes tangit, κεμὰς, νεβρὸς, ἔλαφος. τινὲς δὲ δορκάς, h. e. κεμὰς, *hinnulus, cerva; aliquibus autem dorcas* ſeu *caprea.*

V. 113. Κερόεις ὄχος] Qui nempe a *cornigeris cervis*, ut ante dictum & qualis Dianæ *currus* in nummo ſupra dicto comparet, regeretur. Hinc cervorum, qui Deæ illius currum ſubirent, jugalium meminit non ſolum, ut paullo ante vidimus, Claudianus, ſed quaſi etiam iidem in orbe Lunæ prognati eſſent, eoque animantibus ſcilicet id genus cornigeris, majoribus etiam ac pulcrioribus, quam in terra (juxta nota Pythagoreorum ſcita, apud Plutarchum de Placit. Philoſoph. l. II. c. XXX.) fœtos; at qua de re infra ad v. 164. Haud aliter ac de alio *cornigero* itidem Animali, tauro nempe Marathonio, idem Claudianus, ſeu quiſquis Auctor poematis in Herculem, dixit v. 120. *taurus medio namſidere Lunæ Progenitus*, aut in genere Seneca Hercul. Fur. A. I. v. 83. *Sublimis altas Luna concipit feras.* Quam Anaxagoræ etiam, quæ & ab aliis memoratur, ea de re opinionem, tradunt veteres ad Apollonium Critici l. I. v. 498. unde κερόεις ὄχος dici itidem potuit de *curru* ejuſdem Dianæ Ταυροπόλου, bijugibus proinde *tauris* junctis, ut in Deliorum nummis apud Goltzium Tab. Inſ. XVIII. cum inſcr. ΔΗΛΙΑΣ, & qualis *ſiderum Regina bicorni*, ut de ea Horatius in ſeculari carmine, paſſim tribuitur in aliisantiquis nummis & marmoribus. Quod notant veteres Grammatici ad Sophoclem Ajac. v. 172. Ταυροπόλον nempe *Dianam* ibidem dici, quod eadem ſit cum *Luna* & *tauris* vehatur. Utrumque proinde cornigerum Animal, *bos* & *cervus*, & κερόεις proinde, quod hic dicitur, ex iiſdem *tauris* vel *cervis* junctus ὄχος opportune, ut *bicornis*

nis Deæ ſacer olim habitus ; illud, ut fecunditatis ; iſtud, ut celeritatis vel æternitatis etiam, qua de re jam ſupra ad v. 106, ſymbolum. Adde quod Dianæ fanis, *cornua cervorum* adfigi olim ſolita. In Aventino autem *Boum*, docet Plutarchus Quæſt. Rom. p. 264. Hinc & δικέρως Jo, vel ut ab Æſchylo vocatur Prom. v. 590. βεκέρως παρθένος, *virgo cum bovinis* cornibus, de *Luna* ab Argivis juxta Euſtathium ad Periegetem p. 19. dicta ; aut *Iſis* eadem ſimiliter quæ *Luna*, eademque utriuſque, ſicut id notat Plutarchus de Iſide p. 372, ſimulacra. Ut mittam, quod Diana tauro vecta cernitur in nummo Inſulæ Icariæ, apud Goltzium, de quo infra ad verſ. 187. ſicuti alioquin venatrix hæc Dea, alte nempe ſuccincta & arcitenens occurrit ſupra Taurum proſtratum gradiens, in ſequenti nummo Auguſti haud ubique obvio.



V. 114. Αἴμῳ ἐπὶ Θρῄκι] Ita infra Hym. in Delum v. 63. non jam de Diana, ſed de Marte, quo impediret Latonæ partum, ibidem cuſtode a Junone conſtituto,

Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς ἐπὶ Θρῄκιος Αἴμῳ,
Stans in excelſo vertice Threjicii Aemi.

Θρῄκιος nempe in utroque loco ſeu Θρῄκι, pro Θρηϊκίᾳ vel Θρηϊκίῳ ob metrum dicto, ſicuti Θρῇξ Βορέας, *Thracius Boreas* Anthol. l. III. c. IX. Ep. VI. alibi Θρῄκιος Βορέης ab Apollonio vocatur l. I. v. 214. Idem proinde hic *Thracius*, qui ſubinde *Geticus Aemus*, ut apud Statium non ſemel aut Claudianum in Prob. & Olyb. Conſ. v. 120, & obvia quidem ejus appellationis ratione, dicitur. Ideo autem in hunc celſum Thraciæ montem, primum curru cervis juncto invecta hic fertur venatrix Diana ; ſeu, quod regio eſſet venationi maxime opportuna, unde etiam oppida, ut Ἀδριανοθήρας ab *Hadriano* iiſdem in locis *venante*, nomen nacta ; ſeu quod, idque ſub variis etiam non Lunæ ſolum aut *Dianæ*, ſed inſuper Ὀρθωσίας, Βένδιος, aut vero *Hecates*, nominibus, eximie in Thracia coleretur hæc Dea. Hinc *Luna* tanquam vetus Byzantiorum numen in priſcis etiam eorum nummis adhuc hodie conſpicua. De Ὀρθωσίᾳ autem, aut quæ Βένδις ab iiſdem dicta, Diana apud Thracas culta, Herodotus, Plato, Xenophon, veteresque Grammatici abunde fidem faciunt. In eadem vero *Thracia*, ſeu Zeryntho, Thraciæ, juxta Livium alioſque, antro, ſolemnia, ut abunde notum, *Dianæ Hecates* (ut juncto utroque nomine ab Æſchylo dicitur Suppl. v. 684.

Ἀξίεμιν δὲ Ἑκάταν) sacra, eaque arcana peragi solita, & de quibus Horatius l. v. Od. v.

Nox & Diana, quæ silentium regis,
Arcana cum fiunt sacra.

Cum silentio enim culta illa Hecates juxta & Samothracum Cabirorum numina; unde Alexidis jocus apud Athenæum l. x. p. 421. de Telepho præ voracitate in convivio silente seu ἀφώνῳ, *adeo, ut qui eum vocaverat, Diis Samothracibus continuo preces conciperet.*

ὥστε πολλάκις
Αὐτὸν κεκληκὼς, τοῖς Σαμοθρᾳξιν ἐύχετο.

Ibid. Τόθεν βορέαο καταίξ] *Thracius* nempe, uti modo etiam vidimus, dictus passim a Poetis *Boreas*, quod in frigidis, qualis Thracia, regionibus, flatus quidam censerentur indigenæ; in tepidioribus autem locis, extrinsecus venire, ut id notat Theophrastus de C. Plant. l. v. c. XVII. τὰ δὲ πνεύματα τοῖς μὲν ψυχροῖς φύσει τῶν τόπων, ὅπως ἐγγένηται ἀπ' ἂν εἴη, καταῤῥεῖ οἷον τῷ Πόντῳ καὶ τῇ ΘΡΑΚΗ. *Flatus autem locis natura frigidis quidam vernaculi sunt, sicuti in Ponto & THRACIA &c.* Nempe qui inde Θρηϊκίαι πνοαὶ *Thracii flatus* dicuntur etiam ab Æschylo Agam. v. 663. Immo unde apud Thucydidem, *Thraces*, qui ad Boream habitarent, memorantur l. II. p. 169. οἱ πέραν Στρυμόνος πρὸς βορέαν Θρᾷκες, qui *trans Strymonem Boream versus Thraces*; a Callimacho autem Hym. in Delum v. 26. & quo locus inde illustratur, Στρυμονίς βορέαο, *Strymonii Boreæ*. A Lycophrone itidem Boreas Θρᾳκίας κύων, seu *Thracius canis*, a latratu nempe seu flatu ejusdem ingenti dictus p. 149. sicuti alioquin *Thraces equi*, de flantibus illic Aquilonibus apud Valerium Flaccum dicti l. I. v. 611. Ut autem hic Βορέαο καταίξ, sic apud Apollonium l. I. v. 1203. θοὴ ἀνέμοιο καταίξ, & numero plurium ἀνέμοιο καταίξες dicuntur l. III. v. 1374. *venti* aut *ventorum procellæ*; alibi etiam extra compositum ἀνέμων αἶκας, l. IV. v. 820. haud aliter nempe ac apud Æschylum legitur Choeph. v. 590. κ' ἀνεμοέντων αἰγίδων, pro καταιγίδων, juxta veteres ad eum Criticos, seu *ventosarum procellarum*. Unde verbo καταιγίζειν, præter Aleximapud Athenæum l. VIII. p. 338. usus est idem Tragicus ut καῖκαιγίσας πνοὰς, de Pelii montis *flatibus*, qui magno *impetu ingruunt*, Sept. Theb. v. 63. ac præterea, non quidem in Prometheo Δεσμοτῇ unde perperam locum citat Galenus Comment. I. in l. VI. Epidem. Tex. XXIX. sed in Prometheo Λυομένῳ, qua de re ad ipsum Tragicum. Ut mittam, quod apud Apollonium rursus occurrant formatæ inde voces, αἴγδην & καταΐγδην, pro *impetuose*; illud l. II. v. 828. istud eodem libro v. 597. sed ubi male una voce ΑΘΘΑΘ καταΐγδην hactenus legitur, quæ in duas omnino fuit dissecanda; quum prior προσσὲ alibi etiam apud illum Poetam legatur, ut l. III. v. 1012. προσσὲ δὲ ἀφειδήσασα, & ad quem locum consulendi eruditi Scholiastæ.

Forte ἀχλ. nam χλαῖνα sit ἀνεμοδιὰς τοῦ, munimentum venti. Pl. T. 222. Sic χλαῖνα lanea classica Il. K. 135.

V. 115. ἀχλαίνοισι] Qua voce non *nudi* plane, sicuti hic ab Interpretibus dicuntur, seu omni veste exuti, sed qui levi aut attrito amictu, ac proinde arcendo frigori illi Thejicio omnino impari, tegebantur,

tur. Quo sensu etiam ἀχλαινίας vocem adhibuit Euripides, ubi Protei filius Theoclymenus ad Menelaum ait, Helen. v. 1298. ἀντὶ τῆς ἀχλαινίας, Ἐσθῆτα λήψῃ, pro *lacero* aut *detrito amictu vestem recipies*; qui nempe naufragus quassa navi in Ægyptum fuerat ejectus, & qui ipse de suo illo vili aut detrito amictu dixerat in eodem dramate v. 423. τὰς ἐμὰς δυσχλαινίας, *meum sordidum* aut *lacerum amictum*; & quomodo de Ulysse in Hecuba legitur, v. 240. Δυσχλαινία τ' ἀμοιρφ vili aut *sordido amictu deformis*. Ita etiam γυμνῆτες dicti nonnunquam a Græcis Scriptoribus *velites* seu *levis armaturæ milites*, qui ψιλοὶ alioquin, aut τὸ ψιλὸν vulgo, ut notum, appellati sunt, ut alios mittam, apud Josephum Origin. l. XIV. c. XXVII. p. 305. οἱ δὲ γυμνῆται προσίοντες, *velites autem procedentes* &c. & γυμνητία similiter de *levi armatura* apud Thucydidem.

Ibid. δυσάεα κρυμῶ] Opportuna hic Hesychii de voce δυσάεα glossa, ubi inter alia legitur, Δυσαῆ, χειμέριον &c. ἄλλοι δὲ ψυχρὸν, quo sensu hic etiam sumitur, ut addita ibidem vox κρυμῶν abunde innuit. Hinc de Thracia Josephus, Αλώσ. l. II. c. XVI. p. 806 κἠμὲ βαθεῖ κρυμῷ τὰς ἐπιστρατεύοντας ἀνακόπτουσαν *altissimoque GELU eos, qui in eam irruerent, retardantem.* Appositе proinde de hoc ipso monte *Æmo* dixit Ovidius in Epist. Phyllidis v. 113.

Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Æmum,

& quomodo *gelidam Thracem* aut χιονώδη, seu *nivosam* vocant subinde Græci Poetæ ac Latini.

v. 116. ἔταμες πεύκην] πεύκη hic per *pinum*, obvio passim in Græcorum Auctorum tralationibus errore, redditur, quem merito jam, ut de viris summis Salmasio ad Solinum & J. G. Vossio in Etymologico fileam, in Theophrasti Interpretibus redarguit eruditissimus Palmerius Exercit. p. 886. Per *piceam* proinde, sicut per *pinum* ubi occurrit πίτυς, reddenda vox eadem fuerat; idque eo magis, quod agebatur hoc loco de Dea Δαδόχῳ seu *Tedifera*, qualis subinde etiam dicta; quam in rem proinde opportuna erat maxime *picea* ut μάλιστα ἐνδαδ *maxime tedifera*, sicuti a Theophrasto vocatur H. Plant. l. IX c. II. & e qua potissimum δᾶδες seu *tedæ* vulgo fieri solitæ. Unde etiam apud Græcos πεύκη aut πεύκαι de *face* aut *facibus*, & ita promiscue πεύκαι & δᾶδες, ut aliunde notum, dicebantur. Adde, quod hæc *picea*, quæ juxta Plinium l. XVI. c. X. *montes amat atque frigora*, opportune proinde *resciſſa* hic dicatur in monte, qua de re mox sequenti versu, Olympo Mysio. Quomodo autem detrahatur *teda* e *resciſſa* aut vulnerata *picea*, docet itidem Theophrastus, H. P. l. IX. c. II.

Ibid. φλογὸς ἧψαο ποίης] Perplexe hæc etiam reddit Interpres, *flammam injeciſti qualem*, pro *e qua flamma*, tedam nempe seu *piceam* modo a te *resciſſam*, *accendiſti*; bene proinde a B. Vulcanio & cui jam præiverat Fl. Sabinus, *unde tibi tedæ? quæ flamma accendet?* Neque enim satis erat Dianæ *piceam*, e qua *tedæ* seu *faces* fierent, quod ante dixerat, *resciduisse*; ni *flamma* insuper seu ignis occurrisset, unde eas continuo *accenderet*; nempe, ut mox dicitur, e patris ignibus seu fulmine. Adde quod picis gratia, urenda erat ante omnia πεύκη, ut id uno verbo ex-

preſſit capite modo adducto, Theophraſtus, πεύκην πιεσκαυτῶσιν, *piceam urunt picis cauſſa*. Φλόγα autem cum de Solis, tum de Lunæ ſeu Dianæ, ut hoc loco, *lumine* dixerunt crebro veteres, & obvia ejus rei apud Poetas & Tragicos imprimis exempla. Unde illud Ariſtotelis de Poet. c. XXI. τὸ δὲ τὴν φλόγα ἀπὸ τοῦ Ἡλίου, ἀνώνυμον, *flammam* autem ſeu *lumen a Sole*, ſpargi nempe aut ferri, *caret nomine*, adducto mox veteris Tragici verſu, σπείρων θεοκτίσαν φλόγα, *ſerens a Deo* ſeu Sole *creatam flammam*. Hinc accenſæ etiam hujus Deæ faces, quas utraque manu geſtare cernitur in nummis, (cujuſmodi ſupra adtulimus ad verſ. 11.) aliisve monumentis antiquis, non *Lucifera* ſolum, ſeu φωσφόρον. Sed πυρφόρον quoque ſeu *ignifera* dicta inde Diana, a Sophocle Oedip. Tyr. v. 216. Quo etiam ſymbolo, modo cum una, modo cum duabus accenſis facibus, eadem Dea, LUNÆ LUCIFERÆ nomine ſignatur in Romanis aliquot nummis. Et hæc eſt omnino mens hujus loci.

v. 117. *Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ*] Μυσὸς Ὄλυμπος ſeu Μύσιος, ſicut utrumque apud Auctores occurrit, prior etiam apud Strabonem l. x. p. 470. ἔστι καὶ ὁ Μυσὸς Ὄλυμπος, & quomodo in antiquis Melæ membranis legi *Olympus Myſus* pro *Myſius*, ad eum obſervat vir doctiſſimus Iſ. Voſſius p. 100. Quamquam Μύσιον Ὄλυμπον frequentius dici videas, ut ab Herodoto loco jam alia occaſione adducto, ad v. 100. a Theophraſto H. Pl. p. 42. & p. 80. Appiano in Syriacis p. 115. aliiſque. Ad diſcrimen autem alterius montis *Olympi* in Macedonia, Μυσὸν ſeu *Myſium* hunc dici notant hic Scholia. Qui etiam duo montes *Olympi* utroque illo nomine, *Pierici* nempe ſeu *Macedonici* & *Myſii* diſtinguuntur haud ſemel apud memoratum modo Theophraſtum, ut H. Pl. l. III. c. III. Ὀλύμπῳ τῷ Πιερικῷ τε καὶ Μυσίῳ, *Olympo Pierico & Myſio* l. v. & VI. ὁ Μύσιος Ὄλυμπος, *Myſius Olympus*, mox περὶ τὸν Μακεδονίαν καὶ τὸν Πιερικὸν Ὄλυμπον, *circa Macedoniam & Pericum Olympum*, qui alibi ab eodem Ὄλυμπος ὁ Μακεδονικὸς dicitur l. III. c. XII. Plures tamen, quam hi duo montes, *Olympi* e Geographis aliiſque Auctoribus noti; & cujuſmodi quatuor exſtitiſſe tradit Strabo l. x. p. 471. Sed e quibus duo tantum ab eo adducuntur, unus *ad Idam* juxta Antandrum, alter hic *Myſus* ſeu *Myſius*; ſupplet autem ibidem magnus Caſaubonus, qui duos alios addit, *Olympum in Theſſalia*, & alium in *Poloponneſo*, neque plures his quatuor *Olympi* nomine dictos montes exſtitiſſe ibidem ſtatuit. Iidem tamen ſex numero enarrantur ab eruditis Criticis ad Apollonium Rhod. l. I. v. 597. Ὄλυμποι δὲ εἰσὶν ἓξ, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, (ἐν ᾧ καὶ Ὀλύμπια φησιν Ἀπολλόδωρος ἀγιεῖσθαι) Μυσίας, Κιλικίας, Ἤλιδος, Ἀρκαδίας, *Macedoniæ, Theſſaliæ (in quo Olympia celebrari tradit Apollodorus) Myſiæ, Ciliciæ, Elidis, & Arcadiæ*; ſed ubi Λυκίας pro Κιλικίας omnino reponendum putem, quum *Olympi* in *Lycia* montis, meminerint veteres, ut Plinius l. XX. c. VI. & Maximus Tyrius Orat. XXXVIII. p. 385. ubi eundem tradit ignem eructare, non Ætnæo tamen ſimilem, ſed magis placidum; nullibi autem montis in *Cilicia* ita dicti occurrat, quod quidem ſciam, mentio. Ortelius vero numerum adhuc eo duplo majorem facit, qui duodecim montes dictos *Olympi* nomine memorat; ſed

ita

ita ut ex hoc uno monte *Mysio*, tres ibidem ſtatuat; unum in *Lydia*, cujus meminerit Athenæus; alterum in *Æolide*, auctore Plinio; tertium vero in *Mysia*: quum tamen ob viciniam illarum ditionum, & confuſos ſæpe fines, *Lydiæ* nempe, *Æolidis*, *Mysiæ*, unus idemque mons vulgo *Mysius* aut *Mysiæ* ſubinde etiam *Lydiæ* dicatur, ſicuti ab Athenæo l. 11. p. 38. περὶ τὴν Λυδίας Ὄλυμπον, *circa Lydiæ Olympum*. (ni forte Λυκίας ibi pro Λυδίας facili utique librariorum lapſu, quod minus tamen putem ei Naucratitæ loco convenire, legendum ſit) & qui etiam *Æolidis* dici a Plinio potuerit, maxime quum ab eodem *Æolis* quondam *Myſis dicatur* appellata l. v. v. xxx. Mitto quod duos in Cypro montes *Olympi* nomine appellatos ſtatuat Ortelius; quum unus tantum idemque ſit, qui a Strabone & Ptolemæo, ac ab antiquioribus etiam, ut Orphicorum Auctore ac Euripide in Bacchis v. 409. κλιτὺς Ὀλύμπε, *clivus Olympi* memoratur. Exſtabat autem in luculenta Chriſtinæ Suedorum Reginæ Gaza, & quem obiter olim indicavi Diſſert. de Præſt. Numiſm. p. 894. inſignis Severi Imp. nummus, in quo Apollo ſculptus cum lyra & tripode ac inſcr. ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΟΛΥΜΠΟΝ, *Hadrianum ad Olympum*. Retulit illum inde, uti a me indicatum eruditiſſimus Harduinus Num. Urb. Illuſt. p. 9. & credit eo deſignari civitatem *Olympenam*, cujus meminerit Plinius ac Ptolemæus, ſitam ad *Olympum*, de quo hic agitur *Myſium*; ſed debili inde, ut videtur, conjectura, & eo ipſo quidem, quod a Ptolemæo, qui poſt Hadrianum vixit, *Olympena* eadem, non *Hadriana* aut *Hadriani* vocatur. Potior vero ratio hic habenda eſt, quod revera urbs eſſet *Myſiæ Adrianoi* dicta, e qua oriundus erat Rhetor Ariſtides, & cujus mentio præterea occurrit apud Suidam & in Actis Conciliorum. *Olympus* vero ille *Myſus* vel *Myſius*, *Myſiæ* nempe non Europeæ, ſeu quæ ad Iſtrum, ſed Aſiaticæ, ſeu ad Helleſpontum; ſicuti utramque illam *Myſiam* diſtinguit non ſemel Myſis ipſe patria vicinus aut Myſius etiam Galenus de San. Tuend. l. v. c. v. Καὶ ὁ καλούμενος Μύσιος (οἶνος) οὐκ ἐκ τῆς πρὸς Ἴστρον Μυσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑλλησποντίας ὀνομαζόμενος, ἥτις, ἐστὶ, κατὰ τὴν ἠμετέραν Ἀσίαν ὁμορόσα Περγάμῳ, & *quod Myſium vocant* (vinum) *non ex ea Myſia, quæ ad Iſtrum eſt, ſed ex ea, quæ Helleſpontia dicitur, quæ nimirum in noſtra eſt Aſia*, (Proconſulari ſcilicet) *Pergamo vicina*, & quæ alibi ab eodem Ἑλλησποντία τῇ Μυσίᾳ dicitur, Method. Medic. l. XII. c. v. Immo cui Pergamus, etiam ab aliis adſcripta ſeu τὸ κατὰ Μυσίαν Πέργαμον, *in Myſia Pergamus*, uti a Joſepho dicitur Αλωσ. l. 1. c. XVII. Ideo autem, *Olympi* hujus *Myſii* præ aliis montibus meminiſſe videtur hoc loco Callimachus, quod frequens eſſet ac ſolemnis maxime Dianæ cultus in toto illo ejuſdem *Myſiæ* Cariæ ac Lyciæ tractu, & præterea, quod idem *Olympus* πεύκαις ſeu *piceis tediferis*, quod vel hic poetæ locus arguit, abundaret, haud minus ac vicinus mons Idæ earum proventu olim celebratus, adeo, ut inde etiam, teſte Theophraſto H. Pl. l. III. c. X. p. 52. montana πεύκη eaque maxime πιτυωδεστέρα, ſeu quod alibi adhuc ait p. 171. δαδωδεστέρα, *maxime* nempe *picifera* aut *tedifera*, *Idæa* diceretur. Sed quum idem mons Deæ *Idæa* ab eo dictæ, ſeu Deum Matri, vulgo ſacer haberetur, inde opportu-

nius, & ob rationem præterea modo indicatam, Dianæ *Tedifera* seu Δαδέχῳ vicinus mons *Mysius* hic a Poeta tribuitur. Mitto quod ignem eructare, non *Mysium* quidem, sed *Lycium Olympum* tradat, ut paullo ante diximus, Maximus Tyrius; unde forte nata Poetæ occasio, ut id *Mysio* etiam tribueret: tum insuper, quod Luna in montium cacuminibus oriri veluti, seu *Lucifera* vel Δαδοῦχος appareat, ac inde Diana montes inhabitare, aut montibus delectari fuerit vulgo a Poetis & ab hoc Battiade dicta, uti ea de re jam ante ad vers. 20.

Ibid. φάεος δὲ σύηκας αὔτμὴν] Nempe juxta illud Lucretii l. v. v. 297. *pingues multa caligine tedæ*, seu plurimo fumo inde emanante. φάος utique hoc loco de *teda* seu *face accensa* dicitur, seu *Phœbea* illa *lampade*, ut a Marone vocatur l. III. v. 637. ac unde φαεσφόρος seu *Lucifera*, uti aliquoties jam diximus, appellata & culta hæc Dea. Immo cujus etiam rei symbolo, nempe accensarum tedarum, quas præfert Diana vel Luna, in antiquis uti antea vidimus, monumentis adumbratæ, petitam hinc originem ac nomenclationem innuere voluit hoc loco Callimachus; Dum vero immissam hic tradit φάεος αὔτμὴν, seu *ignis* vel *flammæ halitum*, quo nempe accenderetur ea πεύκη vel *teda*, modo in Olympo Mysio detracta, ad Heracliti opinionem videtur respexisse doctissimus haud minus quam cultissimus poeta, juxta quam exhalationes, ut e Laertio liquet l. IX. dari & accendi in Lunæ concavitate, indeque ea lucere statuebatur. Qua ratione censeri posset iis accessisse Callimachus, qui Lunæ lumen seu φωτισμὸν proprium eidem, juxta Anaximandrum ac Antiphonem, teste Plutarcho de Placitis Philosoph. l. II. c. XXVIII. aut Anaxagoram & Democritum, juxta Olympiodorum Meteorol. l. I. p. 15. edit. Græc. non vero demum a Sole mutuatitium, cum Thalete, Pythagora, Parmenide, & saniorum Philosophorum turba, ut præter Laertium e Vitruvio etiam constat l. IX. c. IV. tradidere. Verum cui postremæ sententiæ adstipulari tamen videntur sequentia hujus poetæ verba, quamquam alii aliter ea intelligant, ubi nempe a paternis, sicuti mox videbitur, ignibus, omnem eandem flammam seu lucem dicit emanasse. Ne de iis jam loquar, & quibus accedit dicto modo loco Olympiodorus, qui Lunæ cum proprium lumen, illudque, ut arguit ejus Eclipsis, ἀνθρακῶδες, tum aliud a Sole statuebant. Diversa vero, ut obiter hoc addam, *glacialis* illa seu πηγυλὶς αὔτμὴ, quæ non ex orbe Solis, sed e Phitonis antro *exhalare* dicitur apud Apollonium Rhod. l. II. v. 738.

V. 118. Ἀστέρες] Haud aliter ac de eadem Dianæ seu Phœbes luce ait Manilius l. III. v. 198.

Consule tum PHOEBEN, imitantem lumina fratris SEMPER.

Et quo proinde se ab Epicuri dogmate alienum profitetur Callimachus, qui Lunæ juxta & Solis, aliorumque siderum lumina, non ἀστέρα, sed exstincta iri adseruit, juxta illud Lucretii l. v. v. 116 &c.

— — — *Ne forte REARIS*
Terras & Solem, & Cœlum, Mare, Sidera, LUNAM,
Corpore divino debere ÆTERNA manere.

&

& quæ plura ea de re eodem libro leguntur, uti mox v. 121.

Præclarumque velint Cœli RESTINGUERE ſolem.

Ne hic tangam, quæ de Lunæ deliquio dixit Manilius l. IV. v. 879.

Nec habet in ſe tum, quo fulget Delia, lumen.

Unde mos ille Romanorum, quem refert Plutarchus in L. Æmilio, ut frequentes flammas, tedis ſeu facibus elatis, ad cœlum porrigerent, quo exſtinctum veluti Lunæ lumen denuo excitarent. Ut poſtremo hic addam, quod alibi obſervo, & a Juliano Imp. traditur Orat. IV. in Solem p. 289. nempe *æternum* ſeu ἄσβεστον illum Veſtæ ignem, e pura Solis flamma petitum, a virginibus ad id conſtitutis ſervari, indeque, ubi exſtingui eum contigiſſet, accendi denuo ſolitum: ſed qua de re ad ipſum Julianum.

Ibid. τὸ ῥὰ πατρὸς ἀποσάζεσι κεραυνοῦ] Ita hæc reddit poſt Fl. Sabinum Vulcanius, quaſi iis dicatur, accenſam a Diana flammam, ſimilem eſſe ei, quæ emicat e Jovis Parentis fulmine. Quam tamen non puto mentem eſſe hujus loci, quo ratio nempe redditur, e qua flamma accenſa foret Dianæ φασφόρῳ teda; an a *paternis* nempe *ignibus*; & quibus proinde verbis haud obſcure innuitur, e Jovis, tanquam omnium procreatoris, & qui idem cum Sole, juxta Macrobium habitus, lumine, omne illud lumen ſuum ἄσβεστον, Dianam, ſeu Lunam Luciferam mutuari. Quæſiverat enim paullo ante poeta, ποίης ἥψαο φλογὸς; ſeu *e qua flamma* hæc Dea continuo *accendiſſet* tedam a ſe in Olympo Myſio e reſciſſa ibi picea detractam? Quod utique parum elucidaret prior illa horum verborum, quæ tali quæſito his & ſuperioribus verbis reſponderent, explicatio, nempe *injectum a Diana flammæ habitum, ſimilem ei flammæ*, quam deſtillant ſeu fundunt Jovis fulmina. De accenſa enim & a Diana quidem teda, ſeu *injecto illi flammæ habitu* dictum jam erat; non autem, & quod hic demum quæritur, *e qua* nempe *flamma* id foret ab eadem Dea factum, & hic proinde declaratur. Ut ita veriorem, de qua ad ſuperiorem verſum, veterum ſapientum, tam Phyſicorum nempe quam Aſtrologorum (prout ea de re ait Cleomedes de Meteoris l. II. p. 111.) ſententiam ſequutum ſe, abunde hic innuat Callimachus, qui Lunam, non proprio utique lumine colluſtrari ſtatuebant, quod in medio ab Epicureis, ut id e Lucretio liquet l. v. (ubi pluribus ea de re in utramque partem egit) relinquebatur. Ἀποσάζειν autem ſeu *diſtillare* vel *fundere flammam*, de *fulminibus* hic dicit, quod de iis ait idem Lucretius l. VI. v. 378. *Et jaciunt ignes*; alibi autem in eodem libro v. 219.

— — — — *inuſta vapore*

Signa, notaque graves halantes ſulphuris auras.

Igneam enim eſſe, eamque præterea tenuiſſimam naturam fulminis, agnoſcunt, præter idonea & obvia paſſim ejuſdem rei experimenta, naturæ conſulti, & juxta eos Plutarchus Sympoſ. l. IV. qu. II. Immo concipi etiam fulminis materiam, ex inflammatis a Sole nubibus, ſeu *concipere ex radiis ardoreque eorum* tradit idem Epicureus poeta l. VI. v. 272. Neque mirum præterea videbitur, fundi hic aut jaci eoſdem *ignes* fulmineos

mineos in ſummum verticem Myſii Olympi, haud magis utique, quam, ut de iis ait Maro Georg. l. VI. v. 332.

Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia &c.

Addo hiſce obiter, quodque hic *diſtillans* dicitur a *Jove flamma*, ut Dianæ filiæ faces ſcilicet accenderet, ex aliqua forte notitia illius ignis cœlitus a ſummo Deo ad combuſtionem holocauſti ab Aarone oblati ſuper Altare, de quo Levit. IX. 24. immiſſi emanare potuerit. Idque eo minus latere vatem Cyrenæum, & qui Alexandriæ egit ac floruit, utraque urbe, ut aliunde notum, Judæis feraci; ac præterea (quod jam alibi, ac ſimili in re, de eo a me obſervatur,) in Philadelphi florenti gratia & in cujus Bibliotheca conſulere potuit vir πολυμαθέστατος, converſos a ſenioribus ſub hoc Rege veteris Fœderis libros.

V. 120. πρῶτον ἐπὶ πέλειαν] Opportune omnino hic Virgilii locum adtulit præſtantiſſima Fabri filia, qui ad hunc utique reſpexit Georg. l. II. v. 530. *Velocis jaculi &c.* Ejuſdem proinde tenellæ adhuc Dianæ, quæ prima puerilis apud Perſas ætatis exercitamenta tradit Xenophon Inſtit. Cyr. l. I. p. 5. περὶ δὲ τοῦτο μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν, *ad hæc arcum tendere ſagittis & jaculis ferire diſcunt.* Unde exſtitiſſe etiam apud Romanos (quamquam vilior iiſdem eſſet ἡ τοξευτικὴ præ armis pugnæ ſtatariæ) qui ſagittandi artem docerent, liquet e veteri marmore Romano in Cl. Sponii Miſcell. p. 256. in quo ſtatua virilis ac barbata cujuſdam *T. Flavii Expediti* viſitur, qui dextra ingentem arcum, ſiniſtra ſagittam tenet, cum addito eidem elogio DOCTORI SAGITTAR. Hinc illud Horatii de puero, qui Iccio ſe ad militiam relictis Philoſophiæ ſtudiis, paranti addixerat l. I. Od. XXIX.

Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno.

V. 121. τὸ τέλεον αὖτ' ἐπὶ θῆρα] Hinc venandi uſus inter rudimenta militiæ olim habitus, idque quod inter alia, ut ea de re idem Xenophon pagina 5. modo adducta Inſt. Cyr. ἀνάγκη δὲ τοξεύσαι θηρίον καὶ ἀκοντίσαι, ὅπου ἂν ἐμφανίσῃ, *neceſſe eſſe ſagittis jaculiſque feram petere, ubicunque eadem inciderit.*

V. 122. Εἰς ἀδίκων ἔβαλες πόλιν] Sicut Dii nempe in genere πολιεῖς & πολιοῦχοι, ſeu, ac in nummis etiam aliisve monumentis antiquis, Urbium CONSERVATORES, CUSTODES, PRÆSIDES & STATORES; ita ULTORES quoque ſeu vindices impiorum, quæ in iis patrantur, facinorum, in iiſdem priſci ævi reliquiis comparent. Unde etiam hæc Diana, quæ cum ΣΩΤΕΙΡΑ, ut ex iiſdem conſtat & qua de re adhuc infra, dicta fuit & culta; ſic eadem in varias Urbes nonnunquam, ob admiſſa in iiſdem ſcelera, & violata divina humanaque jura, animadvertiſſe, haud uno calamitatis, uti mox dicetur, genere legitur. Neque id expertæ ſolum dicuntur, quarum facta ab aliis ad hunc locum mentio, *Laurea* Theſſaliæ urbs, aut *Thebæ*; aut Ætoliæ *Calydon*; ſed ut de aliis adhuc ſileam, *Patræ* etiam ſeu *Aroe* primum dicta, in Achaja, & *Caphyenſes* Arcades, quibus infligtas a Diana calamitates, & qua occaſione, enarrat Pauſanias l. VII. p. 434. & VIII. p. 490. & ad

quos

quos cæteroquin *Caphyenſes*, ut obiter hoc addam, ſpectat rarus in Theſauris Gallorum Regiis, neque ita pridem in eos illatus Severi nummus cum inſcr. ΚΑΦΥΙΑΤΩΝ. Adeo ut in tales *ἀδίκων* urbes, ultrices ſagittas intendiſſe continuo hanc Deam *τ' ὀχέαιραν*, tradat hic Callimachus; nec proinde ſolus, quod ait Horatius l. III. od. IV.

Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus ſagitta;

aut *Tityus* forte, quem ob parem inſaniam, non Dianæ quidem, ſed matri Latonæ vim inferre parantem, tanquam iiſdem Dianæ telis confixum, ac inde illam *τιλυοκλόνον* dixit ſupra Callimachus v. 110. hujus Hymni. Nempe juxta illud Pindari Pyth. od. III. p. 217. *χολὸς δὲ κ' ἀλίθιον Γίνεται παίδων Διὸς*, *ira enim non vana eſt Jovis liberorum*. Adde; quod peccata *τῶν ἀδίκων* ſeu *ἀσεβῶν*, quamquam ſerius, nonnunquam in nepotibus etiam ac tertia generatione punita, docebunt haud ſemel Tragici veteres, ut Æſchylus ſept. Theb. v. 749. Agam. v. 581. ac alibi; juxta illud nempe incerti Poetæ, *τὸ μὴ δίκαιον ἔργον ἠλίθιοι θεοί*, *iniquum factum non latet unquam Deos*, prout illud & plura e Stobæi MSS. in ejuſdem Excerpta retulit *ὁ πάνυ* cap. VII. *Ἐκλογῶν* de Rerum Natura p. 119.

V. 123. *Οἵτε θοὺς ξείνους ἀλιτήμονα*] Scilicet non Juppiter ſolus *Ξένιος*, aut ſicut ab Apollonio dicitur l. II. v. 378. *Εὐξείνιος*, aut vero *Ἱκέσιος* paſſim & in veteri etiam nummo, ac proinde ſeverus ac implacabilis *violatorum hoſpitum* vel ſupplicum vindex habitus, juxta redditum illud ab eodem apud Dodonem Oraculum, teſte Pauſania l. VII. p. 447.

Μὴ δ' ἱκέτας ἀδίκειν· ἱκέται δὲ ἱεροὶ καὶ ἁγνοί,
Neque ſupplices injuria afficere: ſupplices enim ſancti & puri.

Quod de Diana itidem hoc loco dicitur, quæ nempe *Ξενία* ſeu *Hoſpitalis* haud minus exſtiterit, ac altera *Ξενίη* Jovis filia Minerva (quæ eo nomine a Spartanis culta legitur, apud eundem Pauſaniam l. III. p. 181.) & proinde impune non ſit paſſa, *hoſpites* injuria adfici, ſed fuerit vere, quod hic dicitur & juxta illud Euripidis in Hecuba v. 790.

Τιμωρὸς ἀνδρὸς ἀνοσιωτάτου ξένου,
Ultrix viri maxime impii hoſpitis,

qui nempe omnia hoſpitalia jura in occidendo Polydoro nefarie violaverat. Unde mox eadem Hecuba, valde opportune ad hunc Callimachi locum, ait in eodem dramate v. 803.

Καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ΞΕΝΟΥΣ
ΚΤΕΙΝΟΥΣΙΝ, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσι φέρειν·
Οὔκ ἔστιν ἔδεν τῶν σὺν ἀνθρώποις ἴσον.
Si non pœnam dabunt, qui hoſpites
Interfecerint aut Deorum ſacra audebunt ferre,
Non eſt quidquam inter homines æquabile,

Seu *juſtum*; quomodo nempe *δίκαιον* ab Ariſtotele per *τὸ ἴσον* redditur Nicomach. lib. V. cap. I. & alibi. Quod adſtruitur adhuc ab Agamemnone in eodem dramate, ubi id Barbaris quidem haud forte adeo inſolitum innuit, *hoſpites* nempe trucidare; apud Græcos autem id eſſe longe

longe turpissimum, Hecub. v. 1247. &c. Quibus adde Thracem Diomedem, qui ideo quod ξένους ἠδίκει, ut de eo Dio Chrys. *hospites injuria adficeret*, clava ab Hercule fuit confossus.

V. 124. χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν] Haud aliter ac de Jove Ἱκεσίῳ Pausanias, loco paullo ante indicato p. 447, τὸ δὲ Ἱκεσίου μήνιμα, πάρεστι μὲν τοῖς ἐς τὴν Ελίκην, πάρεστι δὲ καὶ ἄλλοις διδαχθῆναι πολλοῖς ὡς ἐστὶν ἀπαραίτητον, *Numinis autem supplicum Præsidis ira ex Helices exitio, aliisque id genus experimentis constat, quam sit ob violatos supplices implacabilis.* Quo referre proinde licet, quod de Jove dicit in Æschylo Prometheus v. 34.

Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες,
Jovis enim animus placatu difficilis;

& rursus in eodem dramate, ubi vocat *Jovis animum præ ira inflexibilem*, v 162. &c.

V. 125. Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται] *Armentis* immissas sæpe ab iratis Numinibus, sicut, prout statim hic additur, terræ frugibus, aut locorum etiam incolis, *lues*, memorant subinde Auctores; quo de admissis sceleribus læsaque numinis religione, ultrices pœnas a se sumi palam omnibus facerent. Quum contra fecunditatem pecoribus juxta & agris εὔκαρπον, salutem autem seu ὑγίειαν terræ incolis optare se aut largiri, iidem declararent; ubi res ex voto ipsis cedere, in accepti singularis alicujus beneficii, aut præstiti debiti cultus memoriam, vellent. Cujus utriusque rei exemplum præter Callimachum, hoc & sequentibus versibus, præbent Eumenides apud Æschylum in cognomine dramate, ubi primum Athenienſibus iratæ, ob liberatum Areopagitico judicio Orestem, easdem calamitates modo dictas iis continuo minantur, a vers. 785.

Ἰὼ, ἰὼ, ἀντιπαθῆ
Μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν,
Eheu! eheu! luctuosam
Cordis guttam dimittam &c.

postea autem a Minerva placatæ, spe illorum honorum, quos apud Athenienses deinceps forent habituræ, diris in vota versis, iisdem felicem frugum omnis generis proventum, & fecunditatem pecorum, uti mox dicetur, præoptant. Ita habitatas ab ἀδίκοις seu facinorosis hominibus urbes, ultura hic Diana, ab illata eorum *armentis*, quæ eadem *depasceret*, *lue* nunc auspicatur; quam proinde λοιμὸν hic vocat, & quam in rem insignis admodum exstat apud Platonem locus l. x. de Legib. p. 906. φαμὲν, δὲ εἶναί που τὸ νῦν ὀνομαζόμενον ἁμάρτημα, τὴν πλεονεξίαν· ἐν μὲν σαρκίνοις σώμασι νόσημα καλούμενον, ἐν δὲ ὥραις ἐτῶν καὶ ἐνιαυτῶν ΛΟΙΜΟΝ, ἐν δὲ ΠΟΛΕΣΙ καὶ πολιτείαις, τοῦτο αὐτὸ ῥῆμα μετεσχηματισμένον, ΑΔΙΚΙΑΝ, *dicimus autem illud, quod nunc peccatum vocatur*, seu *intemperantem & vitiosum excessum, in corporibus quidem carneis, morbum; in anni tempestatibus* PESTILENTIAM; *in* URBIBUS *autem earumque regendarum formis, transformato hoc vocabulo*, INJUSTITIAM. Λοιμὸν autem non de hominum solum, sed armentorum etiam seu

ſeu animalium *lue* vel morbo, haud minus ac febrem, dyſenteriam, hydropen, ſcabiem, paralyſin, podagram aliaque id genus νοσήματα dici, liquet potiſſimum e priſcis Rei Veterinariæ Scriptoribus, & qui λοιμὸν equis, aliisve armentis abortum tradunt, ac remedia ſimul adverſus eundem ſuppeditant, ſicut docebit inſcriptum ex eorum Auctorum numero, Pelagonii caput IV. πελαγονίε περὶ λοιμοῦ, *Pelagonii contra Peſtilentiam.*

Ibid. ἔργα δὲ πάχνη] Alterum hic calamitatis genus injuſtorum ſedibus ſeu urbibus illatum, agrorum nempe ἀκαρπίαν, ſeu *ſterilitatem* hic tangit; utrumque proinde, quod eadem in re ait Heſiodus Εργ. v. 241. λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, *famem ſimul ac peſtem.* Notum autem quam noxia ſit ſurgentibus jam frugibus, ἑωὰ uti ab Æſchylo vocatur, πάχνη Prom. v. 28. ſeu *matutina grando*, juxta illud Maronis Georg. l. 1. v. 447.

Tithoni croceum linquens AURORA *cubile*,
Heu! male tum mites defendet pampinus uvas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit HORRIDA GRANDO.

Depaſci proinde a ſimili *grandine* agros, ſeu *læta fata* dixit hoc loco Callimachus, nempe καταβόσκειται ἔργα δὲ πάχνη; haud aliter ac ſimili in re Æſchylus Eumen. v. 805.

—— Δαιμόνων φαλάγματα,
Βροτῆρας ἀνχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους,
—— *Dæmonum* ſeu *Geniorum ſtillas*,
Qui exeſuri ſemina, ſqualores immites,

prout legendum ibidem pluribus ad eundem Tragicum docemus, & cui loco ac ſimul immiſſæ hic a Diana ſementibus *grandini*, egregia lux e Theophraſto accedit de C. Pl. l. v. c. XI. ubi de variis arborum aut plantarum φθοραῖς agit, ὡς γ' ἐνίαις καὶ ΑΠΟ ΤΩΝ ΔΑΙΜΟΝΩΝ συμβαίνουσι, καθάπερ ἡ ΚΑΛΑΖΟΚΟΠΙΑ, *nam & a* DÆMONIBUS *nonnulla evenire creduntur, qualis eſt* GRANDO. Eadem autem de re paullo ante dixerat ὅταν ἢ χειμῶνες ὑπερβάλλοντες ἢ καύματα, ἢ ἐπομβρίαι, ἢ ΑΥΧΜΟΙ, ἢ ἄλλοι τὶς δυσκρασία τοῦ ἀέρος, *cum aut frigora ſupra modum aut æſtus, aut imbres, aut ſqualores, aut alia aeris intemperies, accedunt.* Sic a Diana itidem Patrenſibus Achæis, ob violatam nefario ſtupro ædis apud eoſdem ſanctitatem, immiſſam continuo ἀκαρπίαν docet Pauſanias l. VII. p. 434. & ſimiliter Tegeatis Arcadibus, ab eadem Diana juxta & Apolline, ob admiſſum ab uno e Tegeati liberis ſcelus, l. VIII. p. 540. De aliis vero id genus ἀκαρπίαις, quibus ſæpenumero multaſſe feruntur Dii Gentilium homines & loca, quibus erant ob eorum ſcelera infeſti, haud una apud eundem Pauſaniam alioſque veteres Auctores occurrit mentio: ne jam certiora e ſacro fœdere ac nota hujus rei exempla & comminationes, juſta veri & unius Numinis ira ac vindicta, haud infrequentes huc advocem, ut Levit. XXVI. 20. Deuter. XI. 17. & XXVIII. 22. &c.

V. 126. κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' ὑιάσιν] Verum hujus loci male ab Interprete accepti ſenſum, eumque alias haud reconditum, viderunt jam

ad

ad eundem H. Stephanus, Vulcanius, & eorum hic insistens vestigiis præstantissima Fabri filia. Ut vero hic de *patribus* jam senio confectis in morte *filiorum*, sic de filio in inferiis patris seu de Oreste dicitur ab Æschylo Cœph. v. 178.

Ἔπεμψε χαίτην κουρίμην, χάριν πατρὶ,
Misit detonsam comam in honorem patris,

quo sensu κούριμος ab Euripide etiam sumitur, non vero, ut ibi Interpres, χαίτην κουρίμην, *juvenilem comam* vertit. Quod adstruit pariter similis Agathonis, Athenienſis itidem Tragici, apud Athenæum locus l. VI. p. 528.

Κουρῆτες εἶναι, κουρίμου χάριν τριχὸς,
Curetas esse, detonsi gratia capilli.

Nihil vero acerbius & præter naturæ leges, quam ubi debitum patribus a liberis officium, iis nempe solitas præstandi inferias, a patribus, iisque jam senibus, mutato rerum ordine, mortuis defertur liberis. Nempe juxta illud Catonis Majoris de obitu præstantissimi filii apud Ciceronem de senectute cap. ultimo, *cujus a me corpus crematum est, quod contra decuit ab illo meum.*

V. 127. ἡ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες] Mulieres hic innuit, quæ in puerperio, tanquam sidere ictæ seu enectæ, una cum fœtu moriuntur. Hinc apud Hippocratem de Mulierum morbis l. I. c. LXXXV. non puerpera quidem, sed ipse fœtus enectus βλητὸς dicitur nempe ἕτερον ἐκβόλιον, ὁ τὸ παιδίον βλητὸν γενόμενον ἐκβάλλοι, *aliud ejectorium* seu *medicamentum, quod fœtum enectum*, sive *sideratum ejicit.* Βλητοὺς vero idem, & quod Medicorum filiis notum, ubi de Morbis l. II. c. II. & c. VIII. *sideratos* veluti & stupore corporis detentos; alibi autem *pleuriticos*, qui celeriter & quidem mente læsi moriuntur vocasset; addit, de victu in morbis acutis sect. IV. μάλα δὲ τοὺς τοιουτέους οἱ ἀρχαῖοι ΒΛΗΤΟΥΣ ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅτι καὶ ἀποθανόντων αὐτέων, ἡ πλευρὴ πελίη εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ, *hos autem potissimum antiqui* SIDERATOS *esse censuerunt, cum ob id præcipue, tum ob id non parum, quod mortuis latus lividum, tanquam ex plaga deprehendatur.* Cujus nempe appellationis, cur βλητοὶ sint iidem ab antiquis dicti, duplex ibi, & quod non satis observavit eruditissimus Fœsius, ratio redditur; una, & quidem præcipua, stupor mentis, & quam ibidem notat etiam Galenus, mortis celeritas; altera autem mortui latus, tanquam plagæ ictu lividum, & quam postremam caussam tangit alibi idem Hippocrates, nempe Coac. Prænot. tme. 400. cur peripleumonici, quibus idem accidit quandoque, βλητοὶ itidem seu *siderati* ab antiquis fuerint appellati. Unde lux Hesychio βλητὸς, ὁ ἀπόπληκτος, & plenior Phavorino, qui utramque appellationis illius modo dictæ rationem tangit, βλητὸς, ὁ ἀπόπληκτος, ὁ ὑπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδέως τελευτῶν, nempe βλητὸς, *apoplecticus, qui e morbis acutis subito moritur.* Βληταὶ proinde hic dicuntur λεχωΐδες seu *puerperæ*, quæ Dianæ λοχείας, utpote *puerperii Deæ* vel *Lucinæ* ira, subito una cum fœtu percussæ veluti sive enectæ. Unde haud male hic Scholia, βληταὶ, βεβλημέναι

ὑπ'

ὑπ' Ἀρτέμιδος, *percussæ a Diana*. Haud aliter nempe ac infra Hymin Cererem v. 102. Canaces filium βλητὸν ὑπ' Ἀπόλλωνος *ictum*, seu *casum ab Apolline* refert, aut quod de abortivo Semeles, illiusque fulmine ictæ partu dixit Euripides Bacch. v. 91. &c.

Νηδύος ἔκβολον μάτηρ
Ἔτεκε λιπασ' ἀϊῶ-
Να Κεραυνίῳ πλαγᾷ,
Utero ejectum, seu abortivum partum
Mater edidit, relinquens
Vitam fulmineo ictu.

Unde *abortivus* etiam *partus* Hebræis נפל, *Nephel*, seu *ejectus* e matris utero, nempe ut modo ab Euripide, νηδύος ἔκβολον similiter dictus; neque ignota alioquin, quæ de percussa muliere gravida, ac inde abortum passa traduntur Exod. XXI. v. 22. 23. Ut proinde hic non ἀφορίαν solum seu *sterilitatem* (quamquam ea inter graves pœnas ab irato sceleribus numine illatas, præter Hesiodum Ἐργ. v. 242. Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσι, *neque mulieres pariunt* in sacro etiam fœdere, ut Jobo XXIV. 21. & Hosea IX. 14. commemoretur) sed mortuas insuper cum ipso fœtu Dianæ ira, minime hic proinde, uti in Orphicis alioquin vocatur, ὠκυλοχείας, *matres* seu *puerperas* hic notet Callimachus.

V. 128. Τῶν δ' ἑδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνίσῃ] Verum hujus loci sensum primus indicavit H. Stephanus, ut fœtus nempe hic intelligantur brevis ævi, seu, ut post eum ibi Vulcanius ὠκύμορον. Quo nempe loquendi genere, ut hoc addam, usus hic eam in rem Callimachus, quod ex omnibus animantibus contingat ἄνθρωπον μόνον ὀρθὸν ἵστασθαι, *hominem solum stare rectum* seu *erectum* ut id Galeno dictum præclari operis de usu partium l. III. c. VI. idque, ut dixerat c. III. quod μόνῳ γὰρ αὐτῷ καὶ ἐυθὺ τῶν σκελῶν ἡ ῥαχίς ἐστιν, *soli enim ipsi secundum rectitudinem crurum est spina.* Σφυρὸν autem cum de *malleolo pedis*; tum de *talo*, ut hoc loco; tum de *pede* etiam cum *crure*, ut viderunt jam alii, dictum liquet. Opportune autem hic Horatianum illud l. II. Ep. I. v. 176. adtulit Anna eruditissima, *recto stat fabula talo*; neque tamen certum, quod ibi obiter additur, *talum* dici *astragalum*, qui vulgaris quidem est error interpretum, & cui, ut alia hic mittam, repugnant quæ apud Galenum de pedis divisione sequitur, laudati operis de usu partium l. VII. c. VI. sed maxime libro de Ossibus cap. XXII. ubi tota via docet aberrare, qui ita ἀστραγάλους vocant; & cap. sequenti, ubi plenius adhuc id totum explicat, & partem eam pedis, qua gradimur, & proinde qua etiam stamus, alio, quam ἀστραγάλου nomine, dici observat.

V. 129. ἐυμειδὴς τε κὴν ἵλαος] Non proinde *perfidum ridens Venus*, sicuti ab Horatio dicitur l. III. od. XXVII. sed qualis alibi ab eodem *Ericina ridens* lib. I. od. II. seu noto ejus epitheto φιλομειδὴς, ita *blande* etiam *ridens* seu *benevola*, & *propitia* inducitur hic Diana, illis nempe urbium incolis, qui diverso plane ab iis paullo ante devictis institutu, juris & æqui tam erga cives, quam erga hospites erant studiosi ac te-

naces. Haud aliter proinde ac de placatis Eumenidibus, ac in posterum futuris Atticæ propitiis, non vero infestis, quales prius, uti antea vidimus, se ferebant, ait Æschylus Eumen. v. 1043. ἵλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ, *propitiæ vero & benevolæ terræ* Atticæ. Hinc ΣΩΤΕΙΡΑ etiam Diana, seu ut benevola conservatrix, a variis olim, quod obiter supra innui, urbibus culta, ut præter Syracusanos, quod in nummis eorum adhuc hodie comparet, a Pellenensibus Achivis, aut apud Phegalenses Arcadas, juxta Pausaniam p. 453. & 520. Ad quem proinde *propitiæ* ejusdem Deæ & *Servatricis* cultum respexit Auctor Orphicorum ultimo versu 1. Hymni de quo jam supra ad vers. 1. In eundem autem finem, sicut abunde ex iisdem liquet, scripti iidem Hymni Orpheo vulgo tributi: ut nempe benevola & *propitia* sibi Numina, dum eorum celebrant Mysteria, continuo redderent, ac proinde solemnes in iis aliisque veterum formulæ, ἵλαθι ἔρχευ (ut hic itidem dicitur) ἵλαος, *sis propitius, veni propitius* &c. sicuti etiam infra ultimo in Cererem Hymn. versu, ἵλαθί μοι, & qua de re ibidem. Adde, quod plura Jovis Μειλιχίε fana aut simulacra exstitisse leguntur apud Pausaniam, & Ara etiam in genere θεῶν Μειλιχίων apud eundem l. x. p. 686.

V. 130. εὖ μὲν ἄρουρα φέροι φάχυν] A placatis nempe seu propitiis Numinibus, omnia sibi ac terræ, quam incolebant, fausta, Gentiles ominabantur. Sic placatæ Eumenidis diris, ut paullo ante dixi, in vota seu verius promissa versis, felicem terræ proventum Atticæ continuo augurantur, apud Æschylum Eumen. v. 941. &c.

Δενδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα,
Arboribus autem noxium ne spiret damnum,

& quæ plura ibi eam in rem leguntur. Sic Rhea etiam Phrygibus exorata apud Apollonium Rhod. l. v. 1142.

Δένδρεα μὲν καρπὸν χέον, ἀσπέλιον, ἀμφὶ δὲ ποσσὶν
Αὐτόματη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης,
Arbores uberrimos refundebant fructus, circum pedes autem
Spontanea e terra pullulabat herba tenera ac florens.

Simile extat Chori Danaidum votum pro Argivorum terra, apud dictum modo Tragicum Suppl. v. 696. καρποτελεῖ δέ τοι, *fructus autem ferat.* Haud mirum proinde eadem beneficia Dianæ hic accepta tribui, quæ a Cerere *spicifera* seu FRVGIFERA alioquin, ut ea in marmoribus antiquis dicitur, proficisci credebantur; ac unde Πολύκαρπε & Πολύσαχυ eadem apud Theocritum invocatur Idyll. x. v. 42. immo a qua ipse Callimachus inter alia contendit infra Hymn. in eandem v. 137. φέρε φάχυν, *fer spicam*, quod hic a Diana & iisdem verbis factum dicitur. Notum quippe hanc Deam illis etiam symbolis in antiquis Ephesiæ seu πολυμάζε Dianæ aliisve simulacris effingi, quæ eam non pro *Luna* solum, sed pro *Tellure* seu Natura omnium procreatrice, eandemque cum Cerere habitam, abunde arguunt.

Idem fit Callim. carm. jussu Vespasiani (920). Græca et hujus rei præsertim, qui Dianam et Cererem et eandem. Quæsit angelical. Religion in epocha Deæ benè evenisse ex opinione gentilium.

Ibid. & V. 131. εὖ δὲ χοιράδη τετραπόδων] Fecunditatem nempe armentis loco pestilentiæ, quæ eadem, ut antea vidimus, depascerei, hic præ-

præstat Diana; sicuti Eumenides rursus apud Æschylum in cognomine dramate v. 947. &c.

Μῆλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν
Σὺν διπλοῖς ἐμβρύοις
Τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ.
Pecoraque partu valde fecunda
Cum gemello fœtu
Nutriat stato tempore;

& similiter Danaidum Chorus apud eundem, Suppl. v. 698.

Πρόνομα δὲ βοτὰ τὼς
Πολύγονα τελέθοι.
Animalia autem ante urbem
Pascentia sint fecunda.

V. 131. & 132. *Οὐδ' ἐπὶ σῆμα Ἔρχονται*] Duo nempe alia justorum a Diana dilectorum beneficia, his & sequentibus verbis tangit: unum hic, quod monumentis majorum, aut quæ sibi ipsi in patria paraverint, condentur, non profugi proinde & extorres, (sicuti illæ, de quibus paullo ante, gravidæ mulieres) in alieno solo; eo solatio orbi occumbent. Alterum, uti mox ait, quod senio demum & annis confecti, illos iisdem monumentis condi contingeret. Quanti vero primum illud omni ævo & ubique fuerit habitum, condi nempe monumentis patriis, (quæ a Græcis *σήματα*, ut hoc loco & apud Thucydidem l. II. p. 120. *τὸ δημόσιον σῆμα*, vel *τάφοι*, *μνήματα*, Atticis etiam *θῆκαι*, eæque *πατρῷαι* aut *προγόνων*, aut *ἤθεια* etiam *προγονικὰ* dicebantur, *patria aut majorum monumenta*) abunde cum e Sacro Fœdere ut Jacobi morti proximi ad Josephum Gen. XLVII. v. 29. 30. aut Nehemiæ ad Persarum Regem verbis Nehem. II. 3. 5. tum ex institutis, moribus ac legibus eam in rem aliarum Gentium constat, & de quibus nos alibi, ut ad Æschyli Persas v. 405. *θῆκαι τε προγόνων*. Quum contra pro gravissimo *τῶν ἀδίκων*, de quibus hic agit Callimachus, seu *injustorum* vel impiorum pœna duceretur, eo beneficio orbari; uti rursus e l. I. Regum XIII. v. 22. aliisque exemplis veterum Annalium, aut testimoniis Auctorum liquet.

V. 132. *πλὴν εὖτε πολυχρόνιοι*] Alterum illud, quod modo dixi, beneficii genus, seu *longævitas* justis ac probis a Diana præstita hic dicitur. Insignis proinde locus, & cum tot aliis, qui eam in rem leguntur in Sacro Fœdere, de *longævitate* scilicet, tanquam de singulari præmio aut retributione probis seu Dei, parentum, aut patriarum legum observantibus, propitio Numinis favore, indulta consonus; uti præter alia Psalm. XXI. 5. *Vitam petiit a te, dedisti longitudinem dierum in seculum & seculum*, ac similiter a Jobo cap. v. vers. 26. *ingredieris in senectute sepulcrum.* Quod his nempe & superioribus verbis a Callimacho dicitur, *Οὐδ' ἐπὶ σῆμα Ἔρχονται, πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν, neque ad sepulcrum veniunt, antequam longævitatem retulerint.* Hinc illa Herodis, quamquam inania, impii quippe ac injusti, de se verba apud Josephum Αλωσ. l. I. c. XVII. *τό τε θεῖον ὅτῳ τεθεραπεύ-*

καμεν· ὥστε ἂν ἐπὶ μῆκος βίου προελθεῖν, ubi vetus Interpres, *Divinitatem vero ita coluimus, ut in longum nos ævum progressuros esse credamus.* Immo unde etiam apud Gentiles, sicuti hic apud Callimachum, ad summam senectutem sana mente & corpore integro pervenisse dicti, qui maximam corporis non solum, sed animi quoque, in Sapientiæ nempe ac Deorum cultu exerciti curam habuisse censebantur. Quod agnoscit ipse, quamquam alioquin Deorum, & omnis proinde eorum θρησκείας irrisor, in Macrobiis Lucianus; firmatque cum Nestoris Græcorum Sapientissimi, tum Tiresiæ ac Numæ, tanquam Deorum cultui deditissimorum exemplis; quorum illum ad plures etiam ætates, hunc seu Numam supra octogesimum annum, & quod aliunde etiam constat, vitam traduxisse ibidem refert. Quibus adde, quod apud hunc Battiadem, se illi Tiresiæ, ut ingens cæcitatis solatium, daturum dicit Minerva Hymni in ejus Lavacrum v. 128. βιότου τέρμα πολυχρόνιον, *vitæ terminum longævum*; aut quod Hyperboreos, tanquam primos Apollinis cultores, πολυχρονιώτατον αἷμα, *valde longævum genus* vocat Hymno præcedenti v. 282.

V. 133. Οὐδὲ διχοστασίη τρώγει γένος] Novum hic adhuc & ultimum beneficium tangit, a Diana in justos & probos collatum; nempe, quod nulla interna discordia, quæ sæpe domos firmiter stantes evertit, laborarent eorum familiæ, sed in summa concordia domestica, eædem agerent; Quam in rem Alcinoi filiæ, *maritum*, *familiam*, & *concordiam* uno eodemque versu adprecatur apud Homerum Ulysses Od. Z. v. 181.

Ἀνδρά τε, καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν.

Verum quum eam in rem, seu in publicæ aut privatæ concordiæ laudem & commoda tot alia exstent præclara veterum scita, eademque luculentis exemplis testata; tum longe sunt clarissima, quæ suppeditant magno numero nummi antiqui Græci Latinique, in quibus modo variarum inter se urbium, aut vero ipsorum, qui simul regnabant, Principum OMONOIA vel CONCORDIA signatur; aut similiter CONCORDIA IMPERII; vel omnium cum Principe Reipublicæ ordinum, ut CONCORDIA PROVINCIARUM; CONCORDIA EXERCITUUM; CONCORDIA MILITUM; CONCORDIA PRÆTORIANORUM; CONCORDIA EQUITUM; aut vero privata etiam seu domestica Augustarum cum conjugibus Cæsaribus CONCORDIA itidem insculptum.

V. 134. θυωρὸν] Notant hic Scholia, θυωρὸν dici *de mensa, quæ amicis paratur*, ἡ φιλικὴ τράπεζα, *proprie autem de ea quæ Diis est sacrata*, κυρίως δὲ ἡ θεοῖς ἀνακειμένη. Quod postremum non ex Hesychio solum, sed præterea e Pherecydis dicto liquet apud Laertium in ejus vita, & a Phavorino, sed a quo id *Lycophronis* pro *Callimachi*, quod μνημονικὸν videtur ἁμάρτημα testimonio firmatur, θυωρὸς γὰρ κυρίως, ἡ τράπεζα, παρὰ τὸ θύη τῶν θεῶν δέχεσθαι· θυωρὸς ἡ τράπεζα, παρὰ Λυκόφρονι, ἡ καὶ τὰ θυήματα ὠρεῦσα ἢ φυλάττουσα, h.e. θυωρὸς *enim proprie mensa, quod* θύη, seu *suffitus Deorum recipiat.* θυωρὸς *mensa apud Lycophronem, quæ*

τὰ

τὰ θυήματα seu *suffimenta servat & custodit.* Adde Athenæum l. v. p. 195. ubi in solemni illa pompa Antiochi, trecentas ferme ejusmodi *sacras mensas*, θυωλίδας nempe, illatas dicit. θυωρὲς enim & θυωλίδας promiscue eadem dictas constat præterea e Polluce l. IV. c. XIX. p. 203. prout ibi omnino legendum existimo, καὶ τράπεζα πέμματα ἔχουσα, ἡ θυωρὸς ὀνομαζομένη, ἢ θυωλὶς, *& mensa cui liba imposita*, θυωρὸς *vel* θυωλὶς *appellata.* Ubi Latinus Interpres pro πέμματα male legisse videtur στέμματα, qui *corollas* vertit. θυωροὶ vero aut θυωλίδες (non autem θεωλίαι, vel juxta magnum quoque Casaubonum ad prædictum Athenæi locum, θεωλίδες) dictæ, sacræ id genus cum libis aut suffimentis mensæ. A quibus diversa omnino fuerunt θεωροὶ, θεωλίαι & θεωλίδες, ac diversa etiam, ut aliunde notum, earundem vocum origo. Dicti enim θυωροὶ, ut id modo e Phavorino vidimus, ac firmat etiam Hesychius, & alioquin ad Laertium idem ὁ πάνυ viderat, ὦθεν τὰ θύη ὠρῶν, *a suffimentorum custodia*; ac unde θυωρίτης, τραπεζίτης, & θυωρεῖσθαι, juxta eundem Hesychium & postrema quidem significatione. Quod vero addit in explicatione vocis θυωρῷ Hesychius, καὶ τὰς ἱερεῖς καὶ μυρεψὰς ἔτω, h. e. θυωρῷ voce, non *mensam* solum, in qua suffimenta ad usum sacrorum reposita, sed *sacerdotes* ipsos & *unguentarios ita dictos*, firmat egregie postremum, quod attinet, & quod opportune hic notare licet, Nicander Ther. p. 7.

— ἤνγε θυωροὶ
Πρώτην, μεσοτάτην τε, πολύτριπτον καλέεσιν,
— *quam unguentarii*
Primam, mediam & multum tritam vocant;

Sicuti bene eam vocem θυωροὶ per *unguentarios* reddidit ibi Interpres, nec id debuit proinde a Græcarum vocum Latinis Collectoribus hactenus prætermitti.

V. 135. Εἰνάτερες γαλόω τε] Ad Homeri exemplum cum alibi, tum Iliad. X. v. 473. γαλόω τε καὶ εἰνάτερες, *gloresque & fratriæ.* Hesychio autem εἰνάτερες non solummodo *fratrum uxores*, sed præterea αἱ σύννυμφαι dicuntur, seu ut id Ælius Dionysius explicat apud Eustathium Iliad. Z. p. 648. αἱ τοῖς ἀλλήλων ἀδελφοῖς γεγαμημέναι, ἃς συννύμφους τινὲς φασὶν, *quæ suis invicem fratribus nuptæ*, quas συννύμφους *quidam vocant.* Αἴλιοι contra, ut ibidem observatur, & pleonasmo litteræ I ἀιέλιοι dicebantur, qui duas sorores duxerant, apud Hesychium itidem ἀέλιοι & ἀιέλιοι, non, ut postrema vox corrupte ibi, ἀίλιοι, quod vidit jam ad eum locum Guyetus.

Ibid. ἆεὶ δίφρα τίθεσθαι] Nempe *circa mensam* seu θυωρὸν, de qua ante; unde liquet primo δίφρα & δίφρους promiscue a Poetis dici, sicut ῥύπτης & ῥύπα, λύχνης & λύχνα, κελεύθης & κέλευθα, ut hoc & alia insuper notat Eustathius Iliad. A. p. 108. & quomodo τὰ τραχήλια γυμνάζει, pro τὺς τραχήλους a Callimacho dici observat, insuper eodem loco & præterea Etymologici Auctor in voce κέλευθος, unde inter hujus poetæ Fragmenta idem locus fuit jam relatus. Alterum ad priscum morem hic respici, quo, ut e plurimis Homeri locis constat, & Athe-

næo præterea l. x1. p. 459. (qua de re obiter olim egimus ad Juliani Cæſares p. 11. & 300.) non accumbebant Heroicis temporibus in lectis ſeu tricliniis ad menſam, ſed ſellis ad eandem inſidebant, & quas ſellas θρόνους, κλισμούς, δίφρους, promiſcue vocat Vatum Parens.

V. 136. τῶν εἴη μὲν ἐμοὶ φίλῳ, ὅτις ἀληθὴς] Ingenioſam hic emendationem ſeu *reſtitutionem* eruditiſſimi Tan. Fabri, eamque doctis, ut ait, placituram adfert præſtantiſſima ejus filia, nempe ut pro ὅτις ἀληθὴς legatur, ὅν κε φιλήσῃς, vel quod magis eidem Fabro arridebat, ὅς κε φίλῳ τοί, ad exemplum nempe illius quod ab hoc Poeta dictum Hym. in Cererem. v. 117. ὃς τοί ἀπεχθήσ. Cui emendationi inſuper favere videtur, & anſam procul dubio dediſſe, quæ hujus loci exſtat in Scholiis explicatio, nempe εἴη μοι φίλος, ὅτις ὑπὸ σοῦ φθονεῖται, *ſit mihi amicus quicunque a te providetur* ſeu cujus curam geris. Verum alium omnino & verum ſi quid judico, horum Callimachi, prout in eodem leguntur, verborum ſenſum, viderat, & ad eundem adnotarat H. Stephanus. Nempe ut illud τῶν hic ad eos referatur, quibus a Diana, favente iiſdem ac propitia, tot bona provenire modo dixerat; addatque continuo, *illorum in numero*, ſeu *e quibus ſit*, *quicunque mihi amicus verus & ſincerus*; *ipſe quoque*, ut pergit, *ſim unus ex illis*, aut ſicut, qui H. Stephanum jure hic ſequutus eſt Vulcanius,

Horum ego de numero Dea ſim, ſit quiſquis amicus,
Et mihi ſincerus.

Idque ſicut ſimile etiam votum in amicorum ſuorum gratiam interpoſuerat Callimachus, Hym. in Jovem v. 69.

Σῶν τεράων, ἅτ' ἐμοῖσι φίλοις εὐδείελα φαίνοις,
Tuorum auguriorum, quæ utinam amicis meis fauſta oſtendas.

Quæ utique longe commodior hic eſt & conſona prioribus, ac ipſis præterea Poetæ verbis, prout in editis hactenus & ſcriptis ejuſdem libris leguntur, hujus loci explicatio; ut haud neceſſe ſit proinde aut etiam conſultum, eam ad lubitum refingere; nihilque obſtet omnino, cur vox ἀληθὴς optime ſtare hic non poſſit.

V. 138. Τῇ ἕνι μὲν Λητὼ γάμῳ ἔσσεται] Novum hic poema ſpondet, quo & *Latonæ* cum Jove *nuptiæ*, & Apollo præterea ac Diana potiſſimum, ut continuo addit, forent celebranda; quale ſi a Callimacho ſcriptum, idem cum tot aliis eruditiſſimi Poetæ ſimul & Critici lucubrationibus periit. Neque enim veriſimile Hymnum ſequentem in Delum hic ab eodem innui; quo non adeo *Latonæ nuptiæ*, quam partus aut pariendi difficultas, ejuſdemque partui proximæ varii errores continentur; neque præterea multus in eodem de Apolline aut de Diana ſermo; aut vero hujuſce labores ac venationes, quæ tamen omnia ſe illo poemate celebraturum hic & ſequentibus verſibus ſpondet, ibidem leguntur.

V. 141. Φοίβην φορέουσιν] Φώσφορον quippe, ut ante vidimus, ſeu Σελασφόρον, prout eadem in Attica teſte Pauſania lib. 1. p. 59. colebatur, ſive *Luciferam*, ac proinde Νυκτὸς ὀφθαλμὸν, *Noctis oculum*, ab Æſchylo pridem dictam Sept. Theb. v. 396. Unde

de radios etiam eidem tribuere videtur Sophocl. Oedip. Tyr. verſ. 216.

Ταί τε πυρφόρος Ἀρτέμιδος αὐγλας
Atque igniferos Dianæ radios ſeu *fulgores*,

ſicuti nempe Σελήναιην αὐγλην dixit itidem Apollonius l. IV. v. 167. Immo unde Dianam Δικτυναν (de qua infra ad v. 205.) a Græcis dictam tradit Phornutus cap. penult. Ἀφ' τὸ δίκειν ſeu βάλλειν τὰς ἀκτῖνας, *ab emittendis radiis*. Θηητὸν vero, non de Diana quidem, ſed de muliebri choro in ſolemnibus Bacchi Feſtis peragi ſolito, dixit Dionyſius Alex. v. 841. de quo loco infra.

Ibid. Ὁτ' ἐς Διὸς οἶκον ἐλαύνεις] Seu ἐς Διὸς δωμάτιον, ut de *cœlo* itidem Comicus Ran. F. 226. quum nempe ex Oceano, Dea bigis pro more vecta emergeret, quo Dianam ſeu Lunam, ut antea obiter dictum, æque ac Solem, aut reliqua etiam ſidera ut de iis Aratus Διοσημ. v. 14. demergi, indeque oriri denuo ferebant vulgo Poetæ, immo mare ibi a Sole, a Luna autem Solem alibi, juxta illud Anacreontis Od. XIX. τὸν δ' ἥλιον Σελήνη, nempe quod ante dixerat, πίνει, *Solem vero Luna ebibit*. Unde de eadem Luna, epoto quaſi Sole, ſeu luce ab eo accepta, ex Oceano prodeunte, ait verſu jam ante adducto, Valerius Flaccus l. II. v. 295. *qua nunc trahis æquore bigas*. Id enim ἐλαύνειν Græcis, quod obvium, dicebatur, & ſicuti de fratre Apolline ait Pindarus Ol. od. VIII. ἐς Ἴστρον ἐλαύνων, *ad Iſtrum vectus*, quadrigis nempe, conſueto ejuſdem Dei, ſicuti Lunæ bigis, ut notant veteres Grammatici, ritu, non vero ut ibi Lyrici Interpres, *equitans*. Cujuſmodi autem bigis vectæ & præeunte quidem ac habenas regente Heſpero, ſpectatur etiamnum Romæ inſigne ſimulacrum in Arcu Conſtantini, inter alia & præclara omnino ejuſdem Arcus ornamenta, ab eximiis Urbis Antiquariis vulgata. Ut proinde haud mirum ſit, Perſas uno ritu Lunam & Heſperum, ſeu Dianam & Venerem coluiſſe, uti e Strabone jam monuit vir ſummus J. G. Voſſius Idolol. l. VII. c. 1. Alias de eodem Heſpero Boethius l. I. Met. V.

Et qui primæ tempora noctis
Agit algentes HESPERUS *ortus*,
Solitas iterum mutet HABENAS,
Phœbi pallens Lucifer ortu.

non aurigans quidem ibi, ſed equitans, unde ἱππότης etiam, quod obſervo, ab Euripide apud Hephæſtionem p. 85. dictus, & mutato quidem *equo*, ut de eo Statius Theb. l. VI. v. 240. prout idem nempe, quod ibi notat vetus Papinii Interpres, vel *Lucifer*, vel *Heſperus*, ſeu Horatio *Veſperus*, dicebatur.

V. 142. οἳ προμολῆσι] Vide quæ de poſtrema hac voce notavi ad v. 99. In hoc autem cœli *veſtibulo* Dianæ *occurriſſe* dicuntur Mercurius, ut ſequenti verſu, ac Apollo; quod nempe uterque in atriis, ſeu veſtibulis ædium, atque ante earum fores & προπύλαιοι inde ambo etiam dicti, apud Græcos colerentur. Hinc Mercurium, quod adtinet, προπυλαίῳ ejuſdem ſtatua in Arcis ingreſſu Athenis exſtitiſſe dicitur apud

Pausaniam l. 1. p. 40; idemque πρὸς τῇ πυλίδι, *ad portulam* sacratus, apud Demosthenem legitur adv. Euergum p. 682; & quo spectant insuper, quæ veteres ad Comicum Critici notarunt Ἐφην. 6. 699. εἶχον Ἑρμῆν ἱδρύοντες πρὸ τῶν θυρῶν, *erat iis in more Mercurium erigere ante fores ædium.* Immo unde Στροφαῖος idem Athenis etiam cultus, de quo Aristophanes in Pluto p. 109. h. e. πρὸ στρόφιγγι τῆς θύρας ἱδρυμένος, *apud cardinem januæ erectus*; Syracusis autem, teste Athenæo l. x. p 437. τῷ Ἑρμῇ τῷ ἱδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς, *Mercurio erecto in ipso aulæ*, seu Dionysii Regiæ *aditu.* Ut mittam, quod Abydi similiter ἐν προαυλίοις seu *vestibulis* idem statuatur a Theod. Prodromo in Rhodantis & Desidis amoribus, a doctissimo Gaulmino editis p. 105. Adde, quod Dianæ seu Lunæ orienti occurrisse inde hic dici potuit Mercurius; quod idem subinde, haud aliter ac Luna, ad vesperam oriri, mane autem occidere soleat. Ut ita duplex hujus *occursus* ratio reddi hic possit; prior e sacris apud Græcos consuetis; altera Physica seu ex Astronomorum scitis.

V. 143. Ὅπλα μὲν Ἑρμείης ἀκακήσιος] Arcum nempe & pharetram, quæ etiam *arma Dianæ* a Gratio dicuntur Cyneg. v. 252. & quæ eadem ab initio hujus Hymni a Jove, dein a Cyclopibus fabricari sibi petit, v. 81 & 82, quibusque instructa passim cernitur in monumentis antiquis. Detracta vero a *Mercurio* huic Deæ a venatione reduci *arma*, seu quod ille non unius esset Jovis, sed aliorum etiam magnorum Deorum λάτρις, (ut ille cæteroquin de se, tanquam Deorum tantum summi *famulo* loquitur in Jone, Euripid. v. 4.) ac unde etiam in genere MINISTRATORIS seu ἀμφικόνις, uti ab Æschylo dicitur Prom. v. 941. nomen ei datum in veteri lapide in Cl Sponii Miscell. p. 91. ac novissime in marmoribus Felsineis ab illustrissimo Comite Malvasia vulgatis legitur p. 490, aut tanquam caduceator, & armorum proinde optimus sequester vel custos seu ὁπλοφύλαξ, prout alias Hercules dicitur in marmoribus Oxon. p. 264 ac in nummis etiam antiquis. Ἀκακησίς autem dicti hic *Mercurii* duplex ratio in Scholiis traditur; una a monte Arcadiæ ita dicto; altera tanquam foret μηδενὸς κακῶ αἴτιος, *nullius mali auctor.* Priorem Pausaniæ testimonio firmarunt jam hic post eruditissimum, qui iis præiverat, L. Gyraldum, viri docti. Ἀκακήσιον quippe urbem Arcadiæ memorat Pausanias l. VIII. p. 514. ubi cultus fuerit Mercurius Ἀκακήσιος, ibi nempe ab *Acaco* (quod notat etiam Stephanus) & unde eidem Mercurio a loco nomen Lycaonis filio nutritus. Alteram significationem hujus vocis quod adtinet, Ἀκακησίς nempe, quasi ἀκακήτης, quomodo dictum eundem Phornuto vidit etiam Gyraldus, seu ab omni malo inferendo alieni, & qua voce ἀκακήτης usus est Nicander Alex. p. 168, aut prout ἀκάκης ab Æschylo exstitisse dicitur Darius Xerxis pater Pers. v. 857. ἀκάκης, ἄμαχος βασιλεύς, *a malo inferendo alienus, invictus Rex.* Ita etiam hic Mercurius tanquam verus Ἀλεξίκακος, seu *malorum averruncator* vel *depulsor* qualis Hercules aliique Dii subinde dicti, aut ipsemet ab omni malo, seu probro immunis dicitur. Ut proinde non esset hic Ἑρμῆς Δόλιος, qui infans etiam-

etiamnum arcum Apollini, surripiens depingebatur in veteri tabula juxta Philostratum Icon. l. 1. p. 769. aut vero χθόνιος, sicut alias subinde dictus & cultus fuit, sed qualis in marmoribus aut nummis quoque antiquis occurrit, vere scilicet COELESTIS & PACIFER.

Ibid. & V. 144. Ἀπόλλων ὅτι φέρτατα] *Apollo* nempe hic juxta Mercurium, Dianæ in Cœli vestibulo obvius, tanquam προπύλαιος itidem Deus, seu ante fores ædium, aut in earum atriis & vestibulis apud Græcos, ut e priscis Auctoribus ac monumentis liquet, sacratus. Quo nomine προσατήριος etiam, θυραῖος, Ἀγυιεὺς ab iisdem dictus & cultus; ut illud e Sophoclis Electra constat, v. 640. φοίνιε προσατήριε, ὅτι πρὸ τῶν θυρῶν ἵδρυται, *quod ante fores erigitur*, ac e Demosthene præterea adv. Midiam p. 392. qui illum eodem nomine Athenis invocatum docet. Θυραῖον autem eadem de causa, seu ante ædium fores, tanquam *exitus & introitus potentem*, sacratum tradit Macrobius Saturn. l. 1. c. 19. Sic idem Ἀγυιεὺς, quod præter eundem Macrobium, e Poetis maxime Atticis & antiquis eorum enarratoribus, Aristide præterea in Smyrnam p. 407. T. 1. obvium, ante fores itidem cultus, columna in acutum obeliski instar eidem dicata. Feræ autem, quam e venatione Κυνηγὸς Diana retulerat, onere eandem sublevare hic dicitur, eamque feram suscipere Apollo; quod nempe idem juxta sororem Ἀγροτέραν, venationi præesse crederetur; ac ei proinde simul ac Dianæ vota a Venatoribus nuncupari, de impertiendis prædæ primitiis, solita: ut id jam ante ad v. 104. ex Xenophontis & Arriani Cynegeticis monui. Quibus adde Aristidem, qui feras & venationem, Apollinis ac Dianæ lusum vocat, Hym. in Minervam p. 25. T. 1.

V. 146. τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος] In Scholiis MSS. ad Homeri Iliada, quæ olim penes virum πολυμαθέστατον J. Vossium, dum in Anglia publico nomine agerem, ejus beneficio evolvere mihi licuit, hæc occurrit glossa ad verba Iliad. Hom. v. 231. ἡμεῖς δὲ ἴσμεν τοῖοι, *nos autem sumus tales*, nempe τοῖοι, οἱ γλωσσογράφοι τὸ τοιοῦτοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοί· ὅθεν καὶ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ τῶν ΤΟΙΩΝ ἀεὶ ΚΕΧΡΗΤΑΙ, h. e. τοῖοι *Glossographi vocem* τοιοῦτοι *pro* ἀγαθοὶ seu *boni usurpant*. *Unde etiam* CALLIMACHUS *semper voce* τοίων UTITUR. Cujus equidem notationis cum hic, tum plura adhuc in paucis illis, quæ supersunt Callimachi poematibus exempla, & quæ vel additus iisdem Græcus singularum vocum index, in ista etiam repetendus, abunde suppeditabit.

V. 147. Ἔσηκε πρὸ πυλέων] προπύλαιος proinde statuitur hic etiam Hercules, & quidem quo relatam a Diana venatrice prædam, quam continuo deglutiret, ibidem, ut hic dicitur, præstolaretur. Unde facta iterum a Callimacho mentio, ut mox videbitur, Dei hujus ἀδηφαγίας. Adde, quod idem Hercules, haud male hic in ea statione positus videtur, qui COMES OMNIUM DEORUM vocatur in marmore antiquo Synt. Reinesii p. 112.

V. 148. Νεῖον πῖον ἔδεσμα] Decantata nempe hujus Dei, & cujus infra, ut modo dixi, meminit ἀδηφαγία seu inexplebilis quædam inglu-

vies & voracitas, qua factum, ut boves integros deglutiisse, ac indè Βυφάγου etiam dictus feratur. Unde de quodam adolescente, insigni helluone, refert in Apollonii vita Philostratus l. v. c. VIII. p. 230. illum eo nomine reprehensum, Herculis exemplo se tueri voluisse, ὡς ἡ τὰ σιτία αὐτῷ παρασκευὴ τοῖς ἄθλοις ἥδετο, *adeo ut ejus cibatus ex aquo ferme cum ejus certaminibus celebrentur.* Quod Herculis etiam insanum circa epulas studium, sicuti ejusdem nota aliunde voracitas, inter potissimas rationes ab Athenæo recensetur l. x. p. 312. ut non laboriosam, quod vulgo de eo traditur, sed voluptuariam maxime vitam egisse censeri debeat hic Alcides. Hinc οἰνοποσίαν ejus, haud minus ac voracitatem, notarunt veteres; unde & *crater Herculis* a Græcis dictus; & ipse ebrius ac ejusmodi craterem aut cyathum tenens, spectatur etiamnum in antiquis aliquot Thebanorum nummis. Sed qua de re infra ad v. 160. agendi adhuc opportunior erit locus.

Ibid. & V. 149. Θεοὶ δὲ ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ Ἀλληλον γελόωσι] Nempe Homerica, quæ huic Poetæ solemnis, imitatione, Iliad. x. v. 784.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν
Hi autem, omnes super ipso suaviter riserunt.

Alibi vero, ut hoc loco, de Diis ad Vulcani per domum, quamquam claudi, circumcursitantis adspectum, Iliad. A. v. 599.

Ἄσβεστος δὲ ἀρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν,
Inextinguibilis autem excitatus est risus beatis Diis.

Hinc illud ἄληκτον, quod hic de simili Deorum *risu* dicitur, explicant itidem brevia Scholia ad Iliad. v. 632. ἄληκτον, ἀκατάπαυστον, ἀτερμάτιστον; *irrequietum, immedicabilem*; alibi ἄληκτον, ἀλήκτως, qua notione etiam occurrit apud Apollonium Rh. l. i. v. 1148. ἐκ κορυφῆς ἄληκτον de aqua nempe *indesinenter* scaturiente e monte Dindymo, singulari Rheæ, de quo supra ad v. 31. Hym. in Jovem, beneficio. Neque vero hic aut superiori apud Homerum loco, Venus tantum φιλομμειδὴς; aut vero Bacchus φιλογέλως, de quo Julianus Imp. in Cæsaribus; vel *ridens* Pallas saucium Martem intuita, Iliad. Φ. v. 408, vel unus Deorum Parens, ad Dianæ non *ridentis* quidem sed flentis adspectum, eod. lib. v. 508.

Εἶλε πατὴρ Κρονίδης, καὶ ἀνήρετο, ἡδὺ γελάσας,
Cepit Pater Saturnius, & interrogavit dulce ridens;

Sed ipse una cum omni Deorum cœlestium Choro, in *inextinguibilem* illum *risum* effusus. Quo nomine etiam Homerum aliosque Poetas redarguit apud Platonem Socrates de Republ. l. iii. p. 388. & 389. quod utrumque illum tum *fletus*, tum *risus*, utriusque etiam immodici, adfectum, non Heroibus solum, sed Diis & quidem Deorum summo tribuere non dubitarint. Proclus autem in iis, quæ in πολιτείαν illam commentatus est, ita ea de re differit, ut agnoscat *lachrymas* & *risum* decere quidem eos, qui naturæ humanæ sunt compotes, non autem Deos, addita etiam ratione, quod procul a voluptate ac dolore constitutum sit supremum Numen: inde tamen utrumque illud ab Homero aliisque μυθογράφοις, Diis tribui, ob providentiam eorum, quæ res humanas

manas indefinenter procurant. *Flere* proinde eofdem dici, ubi fingulari eidem providentiæ refiftit quædam pars univerfi, inde inevitabilem interitum nacta; *ridere* autem, ob immenfam eorum in univerfum orbem *efficacitatem* feu ἐνέργειαν, & lætitiæ omnis ab iis manantem caufam. Hinc etiam, ut ibidem addit, non *femper* quidem *flere*, fed *femper ridere* Deos, ab iifdem Poëtis (uti hoc etiam loco a Callimacho) dici, quod *lachrymæ* fint eorum in res humanas, caducas illas & mutabiles, Providentiæ documenta; *rifus* autem, eorundem in univerfa & femper ita fe moventia, Providentiæ, feu τῆ παντὸς ἐνεργείας complementa: adeo, ut *rifus* naturæ Deorum, *lacrymæ* hominum feu animalium conditioni tribuantur. Unde præterea factum, ut utraque, *rifus* & *threni* feu *lamentationes*, iique per vices in variis iifque arcanis Deorum Myfteriis, a facrarum legum Antiftitibus indicerentur. Quæ paucis hic & opportune ad hunc Callimachi locum adferre eo magis libuit, quod illæ Procli in hanc Platonis πολιτείαν Enarrationes, feu Quæftiones in eandem difficiliores, cum Græce, quod equidem fciam, tantum hactenus proftent; tum eædem haud adeo in omnium manibus verfentur. Leguntur vero ea, quæ compendiofe tantum & vitandi faftidii ergo inde adtuli, duobus capitulis; uno juxta Græca eorum lemmata, de *Threnis*; altero *de Rifu, qui a Poetis, Heroibus, aut Diis & Deorum etiam fummo tribuuntur*, p. 383. 384. edit. Græc. Bafil. Quo utique referri etiam poteft, quod *rifus* ipfe fuerit quoque inter Deos Gentilium adfcitus, nec diffimilibus proinde, ut opinari non folum fed ex Apulejo licet ftatuere, facris cultus, de quo ille Milefior. l. III. *nam lufus iſte, quem publice gratiſſimo* DEO RISUI *per annua reverticula ſolemniter celebramus, ſemper eminenti novitate floreſcit.* Quo fenfu autem de vero fapientiffimoque Deo, *ridere* in facro Fœdere fubinde dicatur, ficut Job. IX. 23. Pfalm. II. 4. & alibi, notius, quam ut hic commemorari debeat. Ut mittam, quæ de Servatore, *flente* quidem, fed nufpiam *ridente*, a Sanctiffimis Eccleſiæ Doctoribus, Chryfoftomo Homil. VI. in Matthæum, Salviano de Gubernatione Dei l. VI. c. V. quod viderunt jam alii, traditur.

V. 149. μάλιστα δὲ πενθερὴ αὐτὴ] Quæ tamen Juno frequentius privignorum, &, ex eorum numero, Herculis adfpectum aut commemorationem, ira æftuaffe, quam *rifiſſe* legitur; unde etiam iftud ut fingulare quid ac eidem novercæ alioquin inſolitum, tribuitur. Neque vero hilare, fed lugubre Junonis feftum, præter talium folemnium, nifi forte Adoniorum &c. (qua de re ad fequentem Hymnum) morem, apud Corinthios exftitiffe, tradunt veteres Critici ad Euripidis Medeæ v. 1379. Quum autem placatam hic privigno, immo *immenſuratim*, ut cum Salviano loquar de Gubernatione Dei l. VI. c. 15. ad ejus adfpectum *ridentem* hic inducat *Junonem* poeta, merito ac opportune etiam, eandem hic non μητρυιὰν feu *novercam*, qualis alioquin & quidem fæva erga eundem fuit, fed πενθερὴν feu *ſocrum* vocat; qualis fcilicet, collocata ei in uxorem Hebe filia ut id jam animadvertit hic Friſchlinus, exftitit eadem Juno. Unde etiam γαμβρὸς Ἥρης, feu *Junonis gener* dictus a Pin-

Pindaro Hercules, Isthm. od. IV. p. 459. immo ipse mox rogo arsurus, de se ait apud Senecam, Hercul. v. 1435. *placatam quoque specto Novercam*, ac dein *Juno me generum vocat*. Mitto quod ille juxta Heben conjugem depictus cernitur in veteri, eoque minus obvio Philippi senioris nummo, in urbe Thraciæ ΒΙΖΥΗΝΩΝ percusso. Non proinde irata hic Juno in cœli atrio Herculem præstolatur, sicuti apud Maronem dicitur Æn. l. II. v. 613. *hic Juno Scæas sævissima portas prima tenet.*

V. 150. Ταῦρον, ὅτ' ἐκ δίφροιο &c.] Unde juramentum veteris poetæ, Μὰ τὸν βουθοίναν Ἡρακλέα, *per boum voratorem Herculem*, Anthol. l. VI. c. VIII. Epigr. XL, qui Βοηλάτης alioquin seu *boum agitator*, a Lycophrone dictus p. 197. ut de noto ejus cum *tauro* Cnossio in Olympia, juxta Pausaniam l. V. p. 308. depicto certamine; aut vero cum Acheloo Ταυρομόρφῳ nihil dicam, quale etiamnum cernitur, juxta alios hujus Alcidis Agonas, in veteribus nummorum aut lapidum monumentis. Ita Crotoniates etiam Milo, *taurum* humeris impositum (qualem nempe in stadio Olympico gestasse apud Athenæum legitur l. IX. p. 410,) ferre cernitur in veteri gemma Electoralis hujus Gazæ, qualem cum reliquis ejusdem κειμηλίοις in lucem proferet præstantissimus Begerus noster.

Ibid. & V. 151. χλούνην κάπρον] Non solum χλούνην, σῦν ἄγριον *aprum silvestrem*, seu, juxta veteres Grammaticos, quasi χλούνην sive in *gramine cubantem*, vocat Homerus Iliad. l. V. 535. sed præterea Nicander in Georgicis apud Athenæum l. XV. p. 683. ut bene ibi animadvertit ac emendavit ὁ πάνυ,

Χλούνην γε μετεσσύμενος σκυλάκεσσι,
Aprum persecutus cum canibus.

Sic χλούνην σῦν seu *suem silvestrem* aut *agrestem*, de *apro* dixit quoque Philostratus Icon. l. I. p. 771. χλούνης κάπρος vel σῦς, idem proinde quod σύαγρος, σῦς ἄγριος, ἢ τὸν Αργεῖον ἰχθὺν, ut postrema hæc verba legi debere, pridem ex Philemonis versu apud Athenæum & Eustathio docui Diss. de Præst. Numism. p. 206. Adeo, ut in eo Græcis, cum Hebræis Syris & Arabibus conveniat, qui *aprum* itidem, & quidem citra aliud proprium eidem nomen, *porcum e silva*, aut *porcum agri* vel *agrestem* dixerunt; sicut de his orientalibus *apri* nominibus id jam adnotavit, ὁ πάνυ Bochartus, Hieroz. T. III. c. XXIX. Adde κάπρον inde nonnunquam de *capro*, pro *apro*, reddi a Latinis Græcorum Auctorum Interpretibus; sicut apud Homerum de Diana apros aut cervos montis Taygeti vel Erymanthi, de quo loco jam supra, venante Homerus Odyss. Z. v. 104.

Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Delectata apris (non ut ibi Interpres) *capris*, & *velocibus cervis.*

V. 151. Ὀπισθιδίοιο φέροι ποδὸς ἀσπαίροντα] *Postremo pede trahere palpitantem* seu *spirantem* adhuc *aprum* dicitur hic Hercules, haud aliter ac prioribus pedibus hinnulum trahit apud Homerum canis Odyss. T. v. 228.

Et

Ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχοι ποικίλον ἰλλὸν,
Ἀσπαίροντα λάων,
In prioribus pedibus canis trahebat varium hinnulum
Palpitantem eum *videns*;

& ſicuti de *apris* proſtratis & adhuc *palpitantibus* itidem Oppianus, Κυνηγ. l. II. v. 132.

Καὶ σύας ἀιδυκλῆρας ἐπὶ χθόνῳ ἀσπαίροντας,
Et apros violentos in terra palpitantes.

Haud inſolitum vero id Herculi liquere videtur, ex inſigni eam in rem & hic valde opportuno apud Ælianum loco, ubi ſtupendum Titormi cujuſdam bubulci robur memoratur, V. Hiſt. l. XII. c. XXII. qui ut virium ſuarum Miloni id expoſcenti, experimentum daret, ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθε, καὶ φὰς εὐ μέσῳ, τὸν μέγιστον ΤΑΥΡΟΝ ἄγριον ὄντα ΛΑΜΒΑΝΕΙ ΤΟΥ ΠΟΔΟΣ, καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν, ὁ μὲν ἐδύνατο· Παλαίοντα δὲ ἕτερον, τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας, ΤΟΥ ΠΟΔΟΣ ὁμοίως εἶχε, *ad gregem abiit, & ſtans in medio maximum ferumque* TAURUM PEDE PREHENDIT, *qui quum vellet effugere, non valebat. Alium quoque interea accedentem* ATTRACTVM PEDE, *manu altera ſimiliter tenuit.* Quo viſo, ut addit ibidem & huc imprimis facit, continuo exclamavit Milo (qui tamen taurum, ut paullo ante dictum humeris impoſitum geſtaverat) O *Jupiter, hunc Herculem continuo genuiſti*, indeque natum proverbium, ἄλλος ἑτῶν Ἡρακλῆς, *hic eſt alter Hercules.* Ut haud opus ſit proinde hic aliud Herculis factum advocare, quo non proſtratum jam & *palpitantem aprum*, ſed feralis tunicæ Latorem vivum etiamnum ac ſtantem Lycum, *pede prehenſum* ποδὸς νιν, adliſit ad prominentem ſcopulum, apud Sophoclem Trachin. v. 192. Neque omittenda, quæ inſuper huic Callimachi loco lux adfulget e veteribus iiſque inſignibus nummis, in quibus idem Hercules *aprum* Erymanthium non *poſteriori* quidem *pede*, ut hic, *trahens*, ſed humeris ſublatum geſtans cernitur. Adde, quod ut hic apud Callimachum φέρει ποδὸς, ita λαμβάνειν & συναρπάζειν τῷ ποδὸς, ab Æliano, & a Sophocle, ποδὸς ſimili conſtructione dici, e locis modo adductis conſtat.

V. 152. πινύσκει] Quam vocem Scholia hic reddunt, per σωφρονίζει. Sic Æſchyl. Perſ. v. 832.

Πινύσκεθ' ἐυλόγοισι νουθετήμασιν,
Docete eum eruditis monitionibus.

ubi veteres Critici itidem πινύσκετε, καὶ συνετίζετε, καὶ σωφρονίζετε ἐκεῖνον τὸν Ξέρξην ἐν συνετοῖς νουθετήμασιν, h. e. πινύσκετε, *intelligentem ac moderatum reddite illum Xerxem prudentibus monitis.* Ita mutuam ſibi lucem antiqui illi cum Poetæ, tum Critici fœnerantur.

V. 153. ἵνα θνητοῖσι βοηδὸν] Certiſſima hic viri ſummi, & cujus amicitiam nuper in Gallia coram coalitam, mihi honori duco, Dan. Huetii emendatio, de qua monuit in notis præſtantiſſima Fabri filia, ἵνα θνητοί σε βοηδὸν Ὡς ἐμὲ κικλήσκωσι, *ut te homines Auxiliatricem, ſicut me, invocent.* Ἀλεξίκακον vero & Σωτῆρα dictum eundem Herculem (ſicut poſtre-

postremum hoc illi elogium in antiquis etiam & obviis Thasiorum nummis tribuitur) non ut hic innuit, ob prostratas ab eo *noxias feras*, quales aut Nemæus Leo, aut Hydra, aut Aper Erymanthius, aut Stymphalides, aut Diomedis Equi ab eo domiti vel prostrati, sed ob Tyrannos & sceleratos ab eo demum punitos, docet Dio Chrysost. Orat. 1. p. 17. καὶ Δι' τοῦτο, inquit, τῆς γῆς καὶ τῶν ἀνθρώπων ΣΩΤΗΡΑ εἶναι, ἐχ ὅτι ΤΑ ΘΗΡΙΑ αὐτοῖς ΑΠΗΜΥΝΕΝ· πῶς γὰρ ἄν τις καὶ βλάψειε λέων ἢ ΣΥΣ ΑΓΡΙΟΣ, *& propterea telluris & hominum* SERVATOR *exstitit, non quod* BELLUAS AB IIS EXPULERIT, *quomodo enim tantum damni inferant Leo &* APER, sed ut pergit, ob sceleratos ac Tyrannos punitos ac eversos, additque, καὶ νῦν ἔτι τοῦτο δρᾷ καὶ ΒΟΗΘΟΣ ἐστι, καὶ φυλαξ τῆς ἀρχῆς, ἕως ἂν τυγχάνης βασιλεύων, *& hucusque hoc facit, &* AUXILIATOR *est, & custos principatus, donec imperabis.* Trajanus nempe, quem ibi respicit Pryscensis Orator.

V. 154. ἔα ὠκύπους, ἠδὲ λαγωὸς] Quod non impetrasse legitur Hercules a Dea Venatrice, cui ἐλαφηβολίας & λαγωβολίας non curæ solum fuisse, innuit ab initio hujus Hymni & in sequentibus Callimachus; sed quod ex perpetuo ejusdem Deæ in monumentis antiquis habitu, quem ei veteres adfingere soliti, etiamnum liquet. Unde de Diana Hippolytus apud Senecam in cognomine dramate vers. 60. *nunc veloces Figis damas*, (h. e. ὠκύπους) *leviori manu.*

V. 156. Σύες ἔργα, σύες φύτα λυμαίνονται] Nempe σύες ἄγελοι, seu χλέναι κάπροι, de quibus paullo ante, aut sicut Homerus Iliad. E. v. 783, σύες κάπροι, *porci Silvestres* seu *apri.* Et qua voce etiam *apri* melius hoc loco ad tollendam ambiguitatem usus esset Latinus Interpres, quam per unam vocem *sues.* Quamquam σύες iidem, *apri* Græcis simpliciter etiam dicti, uti loco Oppiani supra adducto Κυνηγ. l. II. v. 132. Unde συοκτονία de *aprorum venatione*, quam in tabula depictam ibidem describit, a Philostrato vocatur Icon. l. 1. p. 771, & Palæstina συοτρόφος seu *aprorum altrix* regio, a Josepho Αλωσ. l. 1. c. XVI. *Vastari* autem, quod hic dicitur ab iisdem apris *fruges* & *plantas* cum abunde tangit itidem Philostratus, tum præter tot obvia veterum ea de re loca, eadem voce ἔργων usus eam in rem Herodotus Clio cap. XXXVI. de ingenti illo *apro* de quo supra ad v. 100. qui τὰ τῶν Μυσιῶν ΕΡΓΑ διεφθειρέσκε, *Mysorum fruges devastabat.* Sic vocem λυμαίνεσθαι adhibuit similiter Plutarchus de virtut. mulier. ΣΥΝ ἄγελον ἐν τῇ Ξανθίων χώρᾳ, κῆμ ζῶα, κῆμ καρπὲς ΛΥΜΑΙΝΟΜΕΝΟΝ, APRUM *in Xanthiorum Regione animalia & fruges devastantem* &c. ac Ælianus itidem V. Hist. I. XII. cap. XVIII. ἐν Κλαζομενίοις ΣΥΝ γίνεσθαι πῖνον, ὑπερῶν ΕΛΥΜΑΙΝΕΤΟ τὴν χώρην, *apud Clazomenios porcum fuisse alatum, regionem devastantem.* Et quo spectat illud Regii vatis Psalm. LXXX. v. 14. *vastavit eam* (vitem) *porcus e silva, & fera agri depasta est eam.* Verum res hæc experientia quotidiana adhuc manifestius, maxime in Germania nostra, quam priscæ ea de re memoriæ exemplis vel auctoritatibus, comprobatur.

V. 157. Καὶ βοὸς ἀνθρώποισι κακὸν μέγα] Sola ex iis, qui Callimachum

chum hactenus ediderunt aut illustrarunt, præstantissima Fabri filia, opportune hic monuit, *boves* intelligi *Silvestres*; quum per *boves* simpliciter vel *tauros*, hanc vocem reddant priores hujus Hymni Interpretes. Cujusmodi nempe erant, ut de *bobus* id genus *feris* tradit Plinius l. VIII. c. XV, *uri*, & juxta quosdam etiam, ut apud Martialem, *bubali*, spectac. Epigramm. XXIII.

Illi cessit atrox bubalus atque bison;

& præterea *bonaci* vel *bonasi* itidem in Pannonia feri, juxta Aristotelem & Plinium. Hinc illud de Venatrice Diana Κυνηγῷ itidem Hippolyto dicitur apud Senecam v. 64. *Tibi villosi terga bisontes, latisque feri cornibus uri.* Nisi vero quis id simpliciter de *tauris* seu *bobus* cornupetis a Callimacho dici hoc loco censeat, quibus proinde fœnum apud Romanos, ut ab iis caverent sibi obvii, circumligatum tradit Plutarchus in Crasso, & Quæst. Rom. LXXI. ac unde vulgatum illud Horatii Satyr. IV.

Fœnum habet in cornu, longe fuge.

Unde nota lex Exod. XXI. 28. qua cavebatur, ut bos ejusmodi cornupeta, tanquam revera, quod hic dicitur, ἀνθρώποισι μέγα κακὸν, *hominibus magnum malum*, ubi quempiam occidisset, lapidibus obrueretur; immo dominus etiam idem subiret fatum, ubi de noxa a simili bove imminente fuerat antea monitus.

V. 159. Φρυγίη πὲρ ὑπὸ δρυὶ.] Φρυγίην hic intelligi non de regione ita dicta, sed de summitate Oetæ montis *Trachiniæ*, ubi exustus fuerit Hercules, vere jam e Stephano monuit Frischlinus. Quod vero idem locus *juxta Oetam* exstitisse dicitur in aliis ad hunc locum notis, id ex Eustathio unice haustum videtur, qui ad Periegeten p. 107. verba Arriani refert, ubi vocatur hæc Φρυγίη τὶς τόπος Ευρωπαῖος, ἀμφὶ τὴν Οἴτην, τὸ τῆς Τραχῖνος ὄρος, *quidam locus Europæ circa Oetam Trachiniæ montem.* Verum hunc locum non *juxta hunc montem*, sed revera *in* eodem *monte*, & quidem in ejus ἄκρῳ exstitisse, cum e vulgatis Poetarum de illo Herculis rogo ibidem structo, ac unde ei Φρυγίας nomen, narrationibus; tum e Stephano, ac Livio insuper aperte liquet, l. XXXVI. c. XXX. *Ipse etiam* (Manius Acilius) OETAM ADSCENDIT, *Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem* PYRAM, *quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, appellant.* Unde in Arriani loco apud Eustathium, pro ἀμφὶ τὴν Οἴτην, *circa Oetam*, omnino ἀμφὶ τὴν Οἴτην, *apud Oetam* legendum censeo, quo eruditissimi Præsulis verba cum clarissimis aliorum Scriptorum ea de re testimoniis constent. *Quercus* autem, sub qua *exustus*, seu consecratus fuerit Hercules, hic mentio; haud aliter ac ubi feralem illam pyram sibi parandam præcipit Hyllo filio apud Sophoclem, Trachin. v. 1213.

Πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου ΔΡΥΟΣ,
Multam quidem materiam profundam habentis radicem QUERCUS;

Quamquam Seneca Hercul. Oetæ v. 1483. dicat ea de re in genere, *cadatur omnis silva*; ac dein recensitis, fago, pinu &c. addat vers. 1634.

—— *& sacra quoque*
Senſere QUERCUS *horridam ferro manum.*

Tralatitium vero δρῦν de quavis *arbore agreſti* a Græcis dici. Unde etiam in genere ex aridiſſimis lignis rogum illum Herculis ſtructum tradit Dio Chryſ. Orat. VIII. p. 137. πυρὰν νήσας ἐν τῇ Οἴτῃ ξύλων ὡς ξηροτάτων, *collecto ex aridiſſimis lignis rogo in Oeta*, non vero, ut modo dictum, *juxta Oetam.*

Ibid. γυῖα θεωθεὶς] Quæ loquendi formula de conſecrato Hercule, aliqua notatione digna videbatur. Neque enim *membra* ſeu corpus, ſed anima defunctorum, ſimili Apotheſeos ritu *divinari*, ut in gloſſis quandoque antiquis ad litteram Græci verbi hic adhibiti, dicitur, ſeu in cœlum evolare cenſebatur. Unde Lucanus de iis, quos *ignea virtus*, ut loquitur, ad aſtra evexerat, ait l. IX. v. 9. *æternos animam collegit in orbes*, & Dionyſ. Halicarnaſ. l. II. p. 89. εἰς ἔρανον ἀναδιδάξουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἐπιφανῶν, *in cœlum evehunt animas illuſtrium.* Hinc de hoc ipſo Herculis rogo in adducto ad ſuperiorem notam apud Livium loco, dicitur, *quod ibi mortale corpus ejus Dei ſit crematum*, haud aliter ac de Jul. Cæſare, qui primus eodem ritu apud Romanos θεωθεὶς legitur, Ovidius de Ponto l. IV. El. XIII.

Nam Patris Auguſti docui mortale fuiſſe
Corpus, in æthereas Numen abiſſe domos,

h. e. *animam* ejuſdem; & quod miror ibi Interpretes ad Auguſtum hactenus retuliſſe, qui adhuc vivus & florens regebat Imperii clavum, & de quo addit continuo,

Eſſe parem virtute Patri, qui frena coactus
Sæpe recuſati ceperit imperii.

Eadem vero adſeruit Cicero, ubi id genus Apotheoſes, & ipſius quidem Herculis, ex opinione de animorum immortalitate profectas docet l. II. de Legibus. *Quod autem ex hominum genere conſecratur*, SICUT HERCULEM *& cæteros coli lex jubet, indicat omnium quidem* ANIMOS IMMORTALES *eſſe, ſed fortium bonorumque* DIVINOS. Illud tamen aliunde etiam conſtat, haud unam eorundem Gentilium fuiſſe de conſecratis ſuis Heroibus opinionem. Quoſdam enim ex iis, ut Diis ſcilicet immortalibus, & quidem Jove Deorum Patre genitos, inde mixtam habuiſſe naturam ſtatuebant; e mortali nempe ac immortali ſemine, ſed ita ut poſtremum in iis prævaleret, ſeu τῷ θνητῷ μίγματος ὑπὸ τῆς ἀφθάρτου μοίρας καλακρατηθέντος, *mortali mixtura ab immortali ſuperata*, juxta Philonis in inſigni ea de re loco verba, libro, quod omnis probus liber, p. 881. Hinc de hoc ipſo Hercule adhuc puero Julianus Imp. Orat. VII. p. 408. Ἡρακλῆς δὲ λέγεται παιδίον γενέσθαι, καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὸ ΣΩΜΑ τὸ ΘΕΙΟΝ ἐπιδοῦναι, *Hercules porro puer fuiſſe dicitur ac* DIVINUM *illius* CORPUS *pauliſper incrementa cepiſſe*; & de eodem mox p. 409 Τί ὅτ' ἐχ' ἁπήκασεν, αὐτῷ ΤΩ ΘΕΙΩ καὶ καθαρωτάτῳ ΣΩΜΑΤΙ, *quid nam vero divino ejus puriſſimoque* CORPORI *non paruit*? Unde etiam id genus Heroes, qualis hoc loco Hercules, mortali illa parte igne aut alia ratione conſumpta, demptoque iis ſenio,

non

non inter astra solum, seu in orbe Lunæ proximo, vel etiam parte sublunari, ut de semideis manibus, loco ante indicato, Lucanus l. IX. v. 5.

Quodque patet Terras inter, Lunæque meatus;
Semidei manes habitant.

Sed in ipso Deorum Cœlestium Concilio, ut de eodem Hercule Tullius l. III. de Officiis, collocari censebantur. Quod de Alexandro M. & Ptolemæo Lagi, tanquam ibidem e regione ejusdem Herculis confidentibus, & cum Diis Cœlicolis epulantibus, ait Theocritus Idyll. XVII. v. 24.

Ὅτι σφέων Κρονίδας ΜΕΛΕΩΝ ΕΞΕΙΛΕΤΟ ΓΗΡΑΣ,
Quod eis Juppiter E MEMBRIS EXEMIT SENECTAM.

Idem proinde, quod hic de Hercule, post absumptam in ferali pyra mortalem partem, dicit Callimachus, γυῖα θεωθεὶς; nempe juxta illud, quod ipsemet de se ait apud Senecam ad matrem Alcmenam in Hercule Oetæo 1966. &c.

— *quidquid in nobis tui*
Mortale fuerat, ignis evictus tulit;
PATERNA COELO PARS *data est, flammis tua.*

Ita ut igne, non ab ipso quidem Hercule, vel a Philoctete, uti in Græcorum Commentariis, vel in eodem Senecæ Hercule Oetæo legitur, sed a Jove ipso accenso, θεωθεὶς idem dicatur, apud Julianum ead. pag. modo indicata εἶτ' ἐπανήγαγε διὰ τοῦ Κεραυνίου πυρὸς πρὸς ἑαυτὸν, *ac deinde per fulminis ignem ad se revocavit.* Hinc *Immortalis* inde etiam dictus in quodam Posthumi nummo Gazæ Gallorum Regiæ, ac a me olim ad Juliani Cæsares p. 14. prolato, in quo Hercules Cerberum ex inferis educens visitur cum inscr. HERCULI IMMORTALI. Dicti enim Dii *Immortales*, juxta Varronem, notante id Servio ad Æn. l. VIII. v. 275. *qui immortales ex hominibus facti sunt.* Sedem autem illius *Herculis Immortalis* apud *Ægiochum* seu Jovem Ægida tenentem, statuit Pindarus Isthm. Od. IV. p. 459. Neque enim idem Hercules θεωθεὶς, ut hoc loco, dictus, privata urbis alicujus, uti sæpenumero contigit, religione: sed unus habitus e *Diis Communibus*, ut idem a Marone vocatur loco modo indicato, h. e. Interprete ibidem Servio, *ex iis, quos unaquæque gens colit.* Quam in rem videndus etiam Cicero de Natura Deorum l. III. Ut mittam hic denique, quæ de Diis corporeis, ut vel e Plutarcho notum, qui eo nomine illos haud semel redarguit, (ut jam mittam in eorum Apologeticis Christianos auctores, Tertullianum, Clementem, Originem, Theodoritum &c.) statuebant olim Stoici; aut quæ de discrimine, quo Dii quidem *incorporei*, genii autem & Heroes *corporei*, juxta Porphyrium, epistola ad Anebonem Ægyptium, ab aliis tradebatur; aut denique quæ de Cœlesti corpore, ut valde cognato immateriali Deorum substantiæ, disserit Jamblichus de Myster. l. I. c. XVII. Quamquam, ut hoc addam, eundem ἀποθεώσεως honorem, vel immerito Herculi tributum, inter alia redarguat Theodoritus Therapeut. Serm. VIII. tanquam nulla sapientiæ vel

temperantiæ laude commendandum, ἀλλὰ ἀκολασίᾳ καὶ λαγνείᾳ ξυνέζηκότα, *qui vitam in libidine & lascivia transegit*, & qua etiam mortem, ob suam nempe cum aliena muliere consuetudinem, Deianiræ uxoris zelotypia, sibimet adsciverit.

Facete de hac voracitate Arist. Ran. 63; 557.

V. 160. Παύσατ' ἀδηφαγίης] Unde Athenæus sub initium l. x. p. 411. Ὅτι ἦν καὶ Ο ΗΡΑΚΛΗΣ ΑΔΔΗΦΑΓΟΣ· Ἀποφαίνονται δὲ τοῦτο σχεδὸν πάντες ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, *quod fuerit* HERCULES *magnus* HELLUO. *Id autem omnes ferme poetæ ac Scriptores declarant*, adductisque mox eam in rem Euripidis, Jonis, Pindari, aliorumque auctorum, quæ consuli ibidem possunt, & quibus addendum istud Callimachi, testimoniis comprobat, & de quibus ait insuper τοιοῦτον οὖν αὐτὸν ὑποστησάμενοι ταῖς ἀδδηφαγίαις &c. *Tantam itaque voracitatem* in eo (Hercule) *fuisse rati*. Hinc ejusdem Herois cum Lepreo de ἀδδηφαγίᾳ seu πολυφαγίᾳ certamen aut victoriam simul pluribus ibidem commemorat, qui & in sequentibus insignem ac notam Athletarum ἀδδηφαγίαν etiam tangit, de quibus ait, p. 413. Καὶ οὐδὲν παράδοξον τούτους τοὺς ἄνδρας ΑΔΔΗΦΑΓΟΥΣ γενέσθαι· πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων, καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται, *minime autem mirum voraces esse homines ejusmodi, quandoquidem Athletæ post diurnas exercitationes multa comesse adsuescunt*. Unde ἀδδηφάγοι, teste Hesychio, ab Argivis etiam dicti Athletæ, indeque, ut observat inter alios Philo Ἀλλην. νομ. l. 1. p. 58. ἕνεκα τοῦ πιαίνεσθαι, καὶ ῥώννυσθαι, *quo pinguescerent & robusti evaderent*, ut proinde haud mirum quoque sit, idem Herculi tribui, qui & ΠΡΩΤΟΣ ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ vocatur in columnis marmoreis, quibus Herculis gesta continentur in ædibus Farnesianis, ubi Romæ olim easdem vidimus; quique in Athleticis Agonibus haud semel victor exstitisse dicitur; immo a quo iidem Ηρακλέους ἀγῶνες juxta Pollucem p. 170. fuerint dicti, ac ipse inde juxta Mercurium inter Εναγωνίους seu Præsides eorundem Agonum Deos, in palæstris vulgo sacratus. Quamquam aliter de eodem Hercule senserit Dio Chrysostomus, de quo ait Orat. VIII. p. 136. οὐδὲν ὢν τοιούτοις ὅμοιος τοῖς ἀθληταῖς· πῶς γὰρ ἂν ἠδυνήθη προσελθεῖν, σάρκας τοσαύτας ἔχων, ἢ τοιούτων κρεῶν δεόμενος, βαθὺν οὕτως ὕπνον καθεύδων, ἀλλὰ ἄγρυπνος καὶ λεπτὸς, ὥσπερ οἱ λέοντες, h. e. *nulla itaque in re similis Athletis, quo enim potuisset pervenire ea corporis mole onustus, aut tot carnibus ad victum indigens, aut profundum adeo somnum dormiens? immo pervigil & gracilis instar Leonis*. Quibus nempe verbis a vulgo poetis aliisque Scriptoribus traditis, tam de ἀδδηφάγῳ, quam de SOMNIALI (sicut idem vocatur in Inscr. antiqua in Cl. Sponii Miscell. p. 100.) hoc Deo, recedit hic, ac impugnat eadem Dio. Inde autem eadem opera emendandus hic Hesychius, ἀδηφαγία, πολυφαγία, ἀναγκοφαγία, non ut ibi hactenus legitur, εἰκαιοφαγία; Notum enim ἀναγκοφαγίαν a Græcis dictam, *de victu copioso*, & quidem εἰς πολυσαρκίαν πιαινομένων, ut ea de re Philo loquitur de Septenar. p. 1184. ad quem nempe *adstringebantur* etiam inviti Athletæ. Cujus rei Interpres alibi ipse Hesychius, ἀναγκοφαγεῖν, πρὸς ἀνάγκην ἐσθίειν, ὅπερ ἀθληταὶ πάσχουσιν, h. e. ἀναγκοφαγεῖν, *ad necessitatem impositam comedere, quod Athletis contingit*; & qua

voce

voce ἀναγκοφαγεῖν pro *Athletice comedere*, usus etiam Pollux p. 169. juxta alias voces Athletis proprias. Unde ἀναγκοφαγίαν, præter Aristotelem Polit. l. VII. c. IV. adhibuit quoque agens de Athletarum exercitationibus, Themistius Orat. XV. quæ in postrema editione Parisiensi primum juxta alias nonnullas, prodiit p. 186. Καὶ τῆς ἀναγκοφαγίας ἢ τῶν ἀκροχειρισμῶν, καὶ τῶν ἁλτήρων, σὺν πολλῷ τῷ ἱδρῶτι τοῦτο τὸ ἀναγκαῖον, *atque etiam præscripto illo athletis victus genere, & summorum digitorum tactu, tum halteribus cum multo sudore voluntario, quem ante necessarium sustinent.* Quomodo nempe vox illa ἀναγκοφαγίας verti ibidem debuit, quo non in genere *exactum* juxta eruditum Interpretem, *vivendi genus*, quod latius patet, sed ratio modusque cibum Athleticum, & ad quem iidem tenebantur, sumendi, unice, quod vox ipsa indicat, innuitur. Ut mittam quod ἀδηφαγίαν, non *inediam*, sed *ingluviem* aut *voracitatem* vertere hic debuerit Callimachi interpres.

Ibid. Οἱ πάρα νηδὺς ἐκείνη] Πάρα nempe hic, quod apud veteres Poetas obvium ac tralatitium, pro πάρεσι: De Athletis vero juxta Herculem, uti modo vidimus, ἀδηφάγοις, & quorum vitam ac studia infectatus in Antolyco Euripides apud Athenæum l. IX. p. 413. inter alia hæc notat,

Γναθῶν τε δοῦλον, ΝΗΔΥΟΣ τ' ἠσκημένον,
Gulæ servum subjectusque ventri.

De Hercule autem dicitur Anthol. l. IV. c. XII. Ep. LXXXVI. στέρνα τε καὶ ΝΗΔΥΣ ΗΡΑΚΛΕΑ, HERCULEM *pectus* & VENTER *produnt*, sicuti alioquin idem apud Theocritum Idyll. XXIV. v. 78. ἀπὸ στέρνων πλατὺς Ἥρως, *e lato pectore Heros* agnosci *dicitur*. Ut vero νηδὺς hic pro *ventris ingluvie*, sic γαστρίζομαι eodem sensu de *helluone* illo adolescente dicitur, qui se Herculis exemplo tuebatur, de quo paullo ante e Philostrato diximus ad v. 148. Νεῖμ πίον ἔδεσμα. Non Herculis alioquin, sed Διονυσίην τε νηδὺν, *Bacchi autem ventrem*, ad plenam nempe Bathylli pulcritudinem a pictore inter alia flagitat Anacreon Od. XXIX. non qualem proinde vulgo ei adfingunt pictores.

V. 161. συνήντετο Δηιοδάμαντι] Notam Herculis cum hoc Dryopum Rege contentionem, ob bovem aratorem ab illo famelico Heroe comestum, ex Apollonio & Philostrato notarunt jam ad hunc locum priores editores, cujus rei nempe meminit ille Argon. l. I. v. 121. iste Icon. c. 10. p. 819; Sed a quo postremo non *Dryopum* Rex, verum *Lindius*, quo nomine incolæ in Insula Rhodo appellati, dicitur. Inde tamen ipse Alcides βυφάγος aut βυθοίνας, ut Anthol. l. IV. c. VIII. Epigram. XL. dictus fertur; quamquam & aliud βυφαγίας ejus exemplum e Pindaro commemorat, indicato paullo ante loco, Philostratus; nempe quando Coroni tectum subiens, ita nigrum comederit bovem, ut ne ab ossibus quidem abstinuerit.

V. 162. Ἀμνισιάδες] Quas dixit supra v. 15. Ἀμνισίδας ἴκοσι νύμφας, ubi vide si lubet, quæ de iis noto.

Ibid. ζευγλῆφι λυθείσας] Ita de cerva Calpurnius Ecl. VI. v. 35. *scit frenos, scit ferre jugum*; ζεύγλαν autem vulgo quidem, ut hoc loco,

de *jugo* animalium dictæ, quandoque etiam de *jugis* vel *loris* gubernaculi, quo navis regitur, ut apud Euripidem Helen. v. 1552.

Πηδαλιάτε ζεύγλαισι παρακαθίετο,

Gubernaculaque jugis vel *loris immittebantur.*

V 163. Κεμάδας] Vide supra notata ad v. 112. κεμάδεσσι χαλινὰ, de iisdem *cervis* ad Dianæ currum junctis. Κεμάδες nempe & κεμμάδες, ob metrum; ut proinde non debuerint eadem apud Hesychium, sed cujusmodi passim apud eum obvia, diversas & alio etiam loco dispositas glossas constituere.

V. 164. Ἥρης ἐκ λειμῶνος ἀμησάμεναι] Sicuti nempe non cœlum solum animatum, sed astra totidem ζωΐδια seu *animalia*, quod negabat Epicurus, statuebant veteres Philosophi, ac unde Asterismis figuram animalium ac nomina dudum tribuerunt Poetæ & Astronomi. Qua ratione etiam contigit, ut *pabula* & *præsepia* in iisdem itidem finxerint. Ita antiqua Jovis *præsepia* in cœlo ἐν Ὀλύμπῳ φάτναι ζηνὸς ἀρχαῖαι a Pindaro dicuntur Ol. Od. XIII. p. 120. ad quæ scilicet post ejectum in terram sessorem Bellerophontem, traductus fuerit Pegasus, & ad quem locum notant veteres Critici, Ἄρατος μέμνηται, ὅτι φάτναι ἐν οὐρανῷ καὶ ὄνοι καλούμενοι Ἀστέρες, *Aratus meminit, quod præsepia in cœlo, & Asini dictæ stellæ.* Quæ Arati ea de re, φάτνη nempe & ὄνοις, totidem in Cancro stellis seu Ἀστερισμῷ, verba leguntur in Διοσημ. v. 160. Σκέπτεο καὶ φάτνην &c. *inspice & præsepe.* Ut mittam quæ de iisdem, φάτνῃ nempe illa & ὄνοις, præter veteres Arati Interpretes Germanicum & Avienum, Ptolemæum insuper ac Proclum in Sphæra & Hyginum, plenius adhuc in Eratosthenis, unde sua hausit Hyginus, καταστερισμοῖς, Oxonii, bono harum litterarum fato una cum Arato editis, leguntur, *Prata* proinde, juxta fabulosas de his Ἀστερισμοῖς sub figura animalium narrationes, seu *pascua*, fuerunt, ut hoc loco, in cœlis itidem adsignanda; seu quærendum, ut ait Lucretius, l. I. v. 232. *Unde æther sidera pascit.* Inter Astra autem locatam Junonem ab antiquis, tum ex Euripide liquet, Helen. v. 1103. ubi de Junone in cœlis agente ait,

Ἵν' οἰκοῖς ἀστέρων ποικίλματα,

Ubi habitus in varia sede Astrorum;

tum ex eo, quod a priscis Theologis, veneris stellam dictam *Junonis stellam* tradat Plotinus Ennead. l. VI. p. 198. nempe post Timæum de Anima Mundi apud Platonem, uti infra adhuc videbitur ad v. 204. & quod præterea ab Hygino, ubi agit de *stella veneris*, aliisque e veteribus vel Astronomis vel Criticis est observatum. Ne jam hic eandem cum Junone *Lucina*, nempe *Dianam* φωσφόρον seu Εἰλείθυιαν, de cujus Deæ cervis e *Junonis prato* pabulum nactis agit hic Callimachus, huc advocem; aut quod ab aeris temperie, ut aliarum frugum aut sementum, sic *pabuli* etiam omnis ac pascuorum proventus & fertilitas pendeat. Unde etiam aerem semina omnium habere, quibus una cum aqua delatis, plantas omnes gigni, affirmabat Anaxagoras, teste Theophrasto H. Pl. l. III. c. II. Adde hisce Claudianum de iisdem Dianæ cervis agentem, sec. Cons. Stil. v. 286.

- CER-

— CERVI *currum subiêre jugales*,
Quos decus esse Deæ primi sub limine COELI
Roscida fœcundis concepit LUNA *cavernis.*

ac Petronium, LUNA *innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit* AD PABULUM. Neque vero mirum, Nymphas Amnisidas dici hic in eo *Junonis prato demetere*, seu secare pabulum, de quo sequenti adhuc versu, quo illo nempe Dianæ cervas pascerent. Sicuti enim Nymphæ, aut *Hamadryades* aut *Montanæ* vel *Fluviatiles*, vel *Paluſtres* &c. sic etiam cum Επιμηλιάδες, quasi *Pecoraria*, tum λειμωνιάδες seu *Pratenses* dicuntur, ut apud Apollonium Rh. l. II. v. 687. τίκτε δὲ μιν Νύμφη λειμωνιὰς, *illum autem Nympha Pratensis peperit.* Ad instar nempe ipsius Dianæ, cui præter fontes fluviorum, aut saltus, ἀνθηροὶ λειμῶνες, *florida prata* sacra etiam dicuntur apud Maximum Tyrium Diss. XXXVIII. p. 378. Adde hisce, quod sacra Dianæ, seu futuras ejus victimas, pecora, inter pascendum pinguiora reddi censerent Hyampolidos in Phocide incolæ, juxta Pausaniam l. X. p. 680.

V. 165. Ωκύθοον τριπέτηλον] Vidit jam Vulcanius, ab Hesychio, (qui, ut solet, ad poetarum glossas, ita ad hunc Callimachi locum procul dubio respexit) Ωκύθοον dici de hoc ipso *trifolio*, nempe Ωκύθοον, πόα τὶς καὶ ἡ τριφύλλος λεγομένη. Ex ea nempe *trifolii* specie, (quales plures dari, vulgo & ex antiquis etiam Botanicis constat) quæ velociter nascebatur, seu ut hic Scholia, τὸ ταχέως ἀνατέλλον τριφύλλον. *Pasta* autem eo *trifolio Junonis prato* a Nymphis *demesso*, dicuntur hic Dianæ cervæ; tum tanquam herba *optima pratensi*, sicut eadem a Plinio dicitur l. XVIII. c. XXI. tum quod jumentorum pabulo eadem inserviret. Unde etiam addit continuo Callimachus, *a Jovis equis* idem trifolium *comedi* solitum, ὁ καὶ Διὸς ἵπποι ἔδονσι. Id autem de *Medico trifolio* ita dicto maxime intelligendum inde liquet, quod ei juxta cytisum, *principatus*, teste Plinio eod. lib. c. XLIII. *detur in pabulis.* Unde erudite etiam Hesychius, τριφύλλα πολύφυλλα, καὶ πόα τὶς Μηδικὴ ἥτω καλυμένη, & de quo videri insuper potest Dioscorides l. III. c. XXXIII. ubi pro gramine eodem uti docet illos, qui jumenta pascunt & pecora. Adde Romanos Rei Rusticæ Scriptores, Columellam, l. II. c. XI. qui de hujus Medicæ herbæ seu *trifolii* pabulo agens, ait, *idem per annum recte quater, interdum etiam sexies demetitur*, ac præterea, *quod omne emaciatum armentum ex ea* PINGUESCIT, *quod ægrotanti pecori remedium est*; & a Palladio itidem l. V. *agrum stercorat, macra animalia reficit, curat ægrota.* E quibus idonea, ut opinor, hujus apud Callimachum loci fax & ratio eluceſcit. *Cervas* alioquin *fessili* ante pastum purgari, *cizara* autem *cervos* contra noxia gramina, aut *dictamno*, quo pasti accepta ejiciant tela, tradunt veteres, Aristoteles, Cicero, Plinius, Ælianus, Apulejus, Solinus, nisi quod apud Ælianum σέλινα seu *apia*, pro σίσελι, sive auctoris, sive librariorum errore hactenus legatur H. V. l. XIII. c. 35. sicut ad elegantissimum Auctorem viderunt jam viri docti.

Ibid. ὁ καὶ Διὸς ἵπποι ἔδονσι] Ut optimum nempe, quod modo vidi-

 mus,

mus, idque veterum Auctorum fide, *equorum* pabulum; unde de eodem addunt etiam Columella & Palladius, locis supra indicatis, *quod jugerum ejus toto anno tribus equis abunde sufficit*. De dictis autem *Jovis præsepibus*, ad quæ nempe traductus fuerit etiam Pegasus, & in quibus proinde stabulabant hi *Jovis equi*, actum jam ad superiorem versum, Ἥρης οὐ λειμῶνος. Tales *Jovi equos*, Nisæos nempe, a Proristhenitis ali, tradit, Dio Chrys. Or. xxxvi. p. 448. καὶ δὴ ΤΩ ΔΙΙ τρέφουσιν ἄρμα Νισαίων ΙΠΠΩΝ· οἱ δὲ εἰσὶ κάλλιστοι καὶ μεγάλοι κατὰ τὴν Ασίαν, JOVI *vero alunt quadrigas Nisæorum* EQUORUM. *Hi autem sunt magni pulcerrimique eorum, qui sunt in Asia.* Quamquam alias, ut obiter hæc dicam, vix occurrat Ἵππειος, seu *Equestris* in veterum monumentis Juppiter; sicuti alioquin, ut de aliis silleam, numinibus, Juno Ἱππεία legitur, cujus nempe eo nomine Aram in Olympia exstitisse refert Pausanias p. 316.

V. 166. & 167. ὑπολιμνίδας ἐπλήσαντο ὕδατος] Opportune ad illustrationem hujus loci, seniores Gen. xxx. v. 35. ληνοὶ πολισηΐων ὕδατων, *alvei aquariorum*, seu, ut ibi vetus Interpres, *canales, ubi effundebatur aqua.* Adeo ut ληνοὶ, & unde hic ὑπολιμνίδες, non *vini* solum in torculari expressi *receptacula*, sed *aquariorum* etiam vicem præstarent. Sic ληνὸς λειμῶνος *prati aquaria*, ad quæ nempe Apollinis boves agerentur, dixit Homerus, aut quisquis auctor Hym. in Mercurium v. 104. Idem proinde hic quod supra v. 50. vocavit Ἱππείην ποτίδρων, *equestre aquarium*, & juxta veterum Criticorum glossam ad hunc locum, ὑπολιμνίδας, πυέλους, ποτίδρους.

V. 167. θυμάρμον εἶαρ] Sic θυμάρμον εἶαρ *optatum ver* apud Nicandrum legitur Alex. p. 168. & ad quorum proinde Poetarum loca respicit Hesychii glossa, θυμάρμον, ἡδύ.

V. 169. Απόλλωνι παιζέμεν] Non solum ut soror, ἀυτοκασιγνήτη, sed præterea, ut ὁμότροφον Απόλλωνος, *simul nutrita cum Apolline*, sicuti vocatur in Hymnis, qui Homero tribuuntur in hanc Deam, & quæ insuper modo Clarum, modo Delphos, ad dilecti fratris Apollinis domum tendere, continuo in iisdem dicitur. Immo unde utriusque fana & simulacra leguntur sæpe iisdem in locis juncta, cujus rei exempla obvia in veterum monumentis; ubi præterea Κλαρίη, aut Δηλίη, vel Κυνθίη Ἄρτεμις, haud minus ac Κλάριος, Δήλιος, vel Κύνθιος, *Clarius*, *Delius* vel *Cynthius Apollo* legitur; & puncta proinde utriusque Numinis capita in antiquis *Deliorum* nummis, cum inscr. ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. Sed de quibus agetur opportunius ad sequentem hujus Battiadæ Hymnum in Delum. Haud aliter nempe ac sæpenumero sub Solis ac Lunæ effigie, simul iidem comparent in aliis veteribus nummis.

V. 170. αἳ Νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσονται] *Chori* nempe virginum *circulares* passim in Dianæ honorem, ac solemnibus aliorum quoque numinum festis agitati leguntur apud veteres, & qua de re abunde alioquin nota jam supra dictum ad hujus Hymni v. 3. χορὸς ἀμφιλαφὴς, & infra adhuc dicetur v. 267. hujus Hymni. Quibus addi potest similis apud Apollonium locus l. 1. v. 1223. &c.

NYM-

ΝΥΜΦΑΩΝ ἵςαντο ΧΟΡΟΙ· μέλε γὰρ σφίσι πάσαις,
Ὅσσαι κεῖσ' ἐρατὸν Νύμφαι ῥόον ἀμφενέμοντο,
ΑΡΤΕΜΙΝ ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς,
Instaurabantur NYMPHARUM CHORI. *Nam omnibus ipsis curæ erat*
Nymphis, quæcunque amœnum accolebant fluentum,
DIANAM, *ut nocturnis cantibus assiduo celebrarent.*

V. 171. Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο] De hoc Deli fluvio rursus infra H. in Del. v. 205. & cur *Ægyptii* nomine appellatur, cum ibidem, tum in antiquis Scholiis ad hunc locum abunde dicitur. Quod memorat etiam Strabo l. XI. p. 271. ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες, *hujusmodi prodigiosa commenta augent, qui Inopum e Nilo in Delum derivant.* Adde Lycophronem p. 97.

—— Ινωποῦ πέλας
Αἰγύπτιον Τρίτωνος ἕλκοντος πότον,
—— *Inopum juxta*
Ægyptium Tritonis (h. e. *Nili*) *trahentem liquorem.*

Veram nominis illius rationem indicat ibidem Tzetzes; quod nempe augescat idem Deli fluvius, quo tempore Nilus irrigat Ægyptum; unde dictum sit, *Inopum* per occultos meatus *Nili* aquis impleri.

V. 172. Ἢ Πιτάνης &c.] De urbe *Macedoniæ* explicant hic Scholia, cujus haud alibi, quod equidem sciam, occurrit mentio. Nota vero e Geographis aliisque Auctoribus antiquis, cum *Troadis* seu *Æolidis*, tum *Elidos*, & *Laconica* insuper *Pitana*. Duarum priorum, *Æolicæ* ac in *Elide* meminit tantum Strabo, & *Æolicæ* solum Stephanus; posterioris autem ad *Eurotam*, Laconicæ fluvium, plures e Poetis aliisque priscis Scriptoribus, Pindarus, Euripides, Plutarchus, Pausanias, Plinius, Solinus &c. quorum loca jam congessit in Laconicis diligentissimus Meursius l. IV. c. X. Unde non satis capio, quid moverit τὸν πάνυ in Plinianis p. 139. ut *Pitanen* inter Laconicæ urbes, juxta Cardamylem, Anthiam, vel Anthanem aliasque, memorari apud Plinium l. IV. c. V. ac inde a Solino redarguat, aut *Pelana* ibidem legendum malit, ac ideo quidem, quod *Pitane* urbs (de qua nempe Strabo l. VIII. p. 343.) Elidos, prope Olympiam *& ad Alphei ostia fuerit sita.* Ab ea enim diversa omnino *Pitane Laconica*, quæ παρ' Ευρώτᾳ *ad Eurotam*, uti jam dictum, non *ad Alpheum*, apud Pindarum Ol. Od. VI. dicitur, neque Menelai tamen, quod tradit laudatus modo Meursius Laconic. p. 278. dicta ab Euripide in Troadibus patria. Neque enim iis, quos inde adfert vir eruditissimus, versibus, de *Menelao*, sed de *Helena* Διὸς κόρη *Jovis filia*, uti ea duobus tribusve ante versibus dicitur, ibi apud Tragicum sermo; cui utique non *Menelao*, ut ille statuebat, imprecatur captivarum Troadum Chorus, ne unquam in terram Lacænam ad patrios lares *aut in Pitanes urbem*, μηδὲ πόλιν Πιτάνης, eadem veniat; quæ, ut continuo additur, *ex infaustis*, cum Paride scilicet, *nuptiis, cum magnum toti, qua patet Græciæ, dedecus, tum ingentes Trojanis mulieribus calamitates adtulerit.* Vide locum in Tragici Troadibus a vers. 1109. &c. Ab

Hesychio quidem Πιτανάτης *Menelaus*; ita tamen ut non ab urbe sed a tribu, Πιτάνη dicta, hanc vocem ibi deducat Glossographus: haud aliter ac Πιτανάτην Λόχον, *Pitanatam cohortem*, Spartis ab Antonino Caracalla accitam, refert Herodianus l. IV. cap. VIII. qualem alioquin, sed falso olim apud Lacedæmonios dictam, tradiderat pridem Thucydides l. I, quod jam observarat Meursius Lect. Attic. l. I. c. XVI. Quibus autem clarissimis veterum Pindari, uti vidimus, Euripidis, aliorumque de *Pitane* urbe *Laconicæ* ac *ad Eurotam* sitæ locis (ad quæ non adtendit vir maximus, dum unum hic in Plinianis ante oculos habuit Strabonem) accedit etiam hoc Callimachi testimonium. Ad hanc enim Laconicam *Pitanen* hic respici, bene jam monuit Frischlinus, & quidem ex uno Pausaniæ loco, qui apud eundem exstat p. 192. ubi sacra Dianæ Ὀρθίας (seu ut legendum aliunde, & qua de re etiam mox Ὀρθωσίας) celebrata perhibet a Limnatis, Spartanis & ab iis, qui e *Pitane* veniebant, τοῦτο δὲ οἱ Λιμνάται Σκαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ ἐκ Μεσόας τε, καὶ ΠΙΤΑΝΗΣ, θύοντες τῇ ΑΡΤΕΜΙΔΙ &c. *deinde, quod* LIMNATÆ *apud Spartanos, & Cynosurenses, quique ex Mesoa &* PITANE *venerant, dum sacrum Dianæ facerent.* Quibus etiam sequentia hic Callimachi verba, καὶ γὰρ Πιτάνη σέθεν, ἢ ἐνὶ Λίμναις, *nam & Pitana tua est, aut in Lemnis*, pari opera explanantur ac illustrantur. Unde cum male hic in Scholiis Πιτάνη δὲ πόλις Μακεδονικῆς pro Λακωνικῆς, haud insolito Græculorum seu librariorum errore, legitur. Neque melius Λιμναι hic de *vico* Atticæ, ubi colebatur Diana, ab aliis explicatur; quum *vici* ita dicti apud Laconas, ubi erat Dianæ Templum, & a quo Λιμνάτις eadem etiam dicta, meminerit haud uno Laconicorum loco idem Pausanias, & quidem inter alia p. 191. ubi ejusdem Ὀρθίας seu Ὀρθωσίας potius, Spartanæ nempe Dianæ, Templum exstare adserit. Idem præterea alibi, nempe l. IV. p. 222. Λιμνάτιδος Dianæ fanum, solis Doriensibus Messeniis & Lacedæmoniis commune memorat.

V. 173. Ἁλὰς Αραφηνίδας] Unus nempe e pagis seu populis Atticæ, Tribus *Ægeidis*, ita dictus, ad discrimen alterius Populi dicti Ἁλαὶ Αἰξωνίδες Tribus *Cecropiæ*; ut cum e Stephano, tum e Scholiis ad hunc locum, sed ubi male, quod jam vidit Meursius in libello de Populis Atticæ, ζωνίδες hactenus legitur. Meminit vero ejusdem pagi, & præterea, quod sequenti mox versu dicitur, Dianæ Tauricæ signi eo e Scythia advecti, Euripides loco insigni eam in rem, & qui ab eodem Cl. Meursio, maxime ab eruditis Callimachi editoribus, præteriri minime debuit, nempe Iphigen. Taur. v. 1450.

Χῶρος τίς ἐστιν Ατθίδος πρὸς ἐσχάτοις
Ὄροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
Ἱερὸς ΑΛΑΣ νιν ὑμὸς ὀνομάζει λεὼς,
Ενταῦθα τάξας ναὸν, ἵδρυσαι βρέτας,
Επώνυμον ΤΗΣ ΤΑΥΡΙΚΗΣ, πόνων τε σῶν,
Est quidam locus in extremis Atticæ
Finibus, vicinus littori Carystio
Sacer, quem meus populus nunc vocat HALAS.

Illic

Illic exſtructo Templo, colloca ſtatuam
Cognominem TAURICÆ (Dianæ) *& tuorum laborum.*

Quamquam illud *Taurica Dianæ* ſignum, non quidem in hunc pagum Ἄλαι, ut ab illo Athenienſi Tragico, aut Callimacho præterea hic dicitur, ſed in alium pagum Atticæ, Brauronem dictum, delatum refert Pauſanias in Atticis p. 41. Verum quum idem pagus Ἀλαὶ apud Stephanum dicatur inter Phegeum & Brauronem ſitus, facile potuerunt hæc ob loci viciniam confundi, & modo huic, modo alteri adſcribi. Ab Ἀλαῖς autem dictum gentile Ἀλαιεὺς, uti cenſuit Meurſius, ſicut ex antiquis ejuſdem loci inſcriptionibus a Cl. Sponio vulgatis libello de Populis Atticæ, nunc indubie liquet, & firmant etiam Demoſthenes adv. Olympiodor. p. 691. Κόνων Ἀλαιεὺς *Conon Alæenſis*, & adverſus eundem Cononem p. 731. Ἀρχεβιάδης Δημοτέλες Ἀλαιεὺς, *Archebiades Demotelii F. Halæenſis* Antiphanes; præterea apud Athenæum l. VII. p. 329. a quo, ut e MSS. recte ad eundem emendavit ὁ πάνυ dicitur, Δήμου δὲ Ἀλαιεύς ἐστιν, *eſt vero e pago, qui dicitur Halæ.* Unde liquet quid de Stephano, aut ejus Epitomatore ſit ſtatuendum, a quo δημώτης hujus loci ſine littera I ſcribendum dicitur, nempe Ἀλεὺς, & pro quo Ἀλαεὺς legendum conjiciebat poſtremus Stephani editor Berkelius, ſicut etiam in Batava Harpocrationis editione, male Ἀλαιὺς pro Ἀλαιεὺς legitur, uti recte in priori ab ipſo Mauſſaco vulgata exſtabat, ſed hoc leve.

V. 174. ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης] Quid de hoc *Tauricæ* Dianæ ſigno e *Scythia* in Atticam tranſlato, tradat hic juxta alios, & quidem antiquiorem Athenienſem inſuper Poetam, Callimachus, modo vidimus. A quibus tamen diſcedit alibi Pauſanias, ubi nempe idem *Scythicæ* hujus Deæ ſimulacrum, ab Oreſte & Iphigenia in Laconicam, & quidem Limnæum, de quo paullo ante, vicum delatum refert, ibique ſub Dianæ Ὀρθίας ſeu Ὀρθωσίας nomine cultum; cujus etiam rei indicia quædam, & quidem e cultu apud Laconas ejuſdem Deæ Ὀρθωσίας commemorat, ac unde vero magis conſentaneum colligit, ut non in Atticam ſeu Brauronem pagum, de quo paullo ante, velut hoc loco, Ἀλάς, ſed in Laconicæ vicum Limnæum dictum, deportatum cenſet illud Dianæ e *Scythia*, quod hic dicitur, *advectæ* ſimulacrum, l. III. p. 191. & 192. Ὀρθωσίας vero potius, quam Ὀρθίας, ut tamen ibi apud Pauſaniam hodie legitur, fuiſſe ei nomen a Laconibus inditum, ad cujus nempe Aram flagris cæderentur eorum Ephebi, adeo ut ſanguine eadem adſpergeretur, patet abunde ex iis, quæ de eodem ritu, non apud Plutarchum ſolum leguntur in Lycurgo, ac in inſtitutis Laconicis, (ubi male in priori Ὀρνιθείας, quod viderunt jam ibi Interpretes, in poſteriori vero loco Ὀρθίας legitur) ſed præterea apud Sex. Empiricum Hypoth. l. III. p. 153. Λάκωνες δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος μαστίζονται πικρῶς, *Lacedæmonii autem ad Aram Dianæ Orthoſiæ flagris acerrime cæduntur*, ut multus, quod addit, in Aram Deæ defluat ſanguis. Adde Pindarum, qui Dianæ Ὀρθωσίας & Taygetæ Nymphæ (unde nempe mons Laconicæ Taygetus, de quo infra v. 187.) meminit Olymp. Od. III. Lycophronem præterea, qui nominatim Dianæ hujus Scythicæ, de

qua hic Callimachus, & quidem Ὀρθωσίας dictæ mentionem facit v. 1330. &c.

—— καὶ Θεμισκύρας ἀπὸ
Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν,
—— *Tum ex Themiſcyra*
Sagittariam rapiens Orthoſiam.

Ut mittam Herodotum l. IV. c. LXXXVII. qui Dianæ Aram eo nomine ſeu Ὀρθωσίας, non Spartæ quidem, ſed Byzantii exſtitiſſe memorat. Quamquam ad Pindarum dicto loco p. 33. veteres Critici Ὀρθωσίαν & Ὀρθίαν Dianam promiſcue olim dictam tradunt; ita tamen ut Ὀρθωσίαν; *Taurica*, de qua hic agitur, apud Spartanos *Dianæ* ſignum olim appellatum, e dictis Pindari, Lycophronis, & Sex. Empirici locis abunde, ut opinor, liqueat; atque ita verius apud Plutarchum & Pauſaniam, ubi ejuſdem *Taurica* apud eos Deæ fit mentio, legendum.

Ibid. Τέθμια ταύρων] Vide ſupra adnotata ad H. in Apoll. v. 87. τέθμια, & infra H. in Cer. v. 19. Τέθμια δῶκε. Ab his Ταύροις autem, non Ταυρικὴ ſolum, ſed Ταυροπόλῳ dicta etiam hæc Dea Soph. Ajac. v. 172.

Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμι,
Quæ in Tauris colitur filia Jovis,

Diana, ſeu, uti ibi notant veteres Critici, Ταυροπόλα, ἢ ὅτι ἐν ΤΑΥΡΟΙΣ ΤΗΣ ΣΚΥΘΙΑΣ τιμᾶται· ἢ ἀπὸ μέρους τῶν ποιμνίων ἡ ἀρχόντης· ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ Σελήνη ἐστὶ καὶ ἐποχεῖται ταύροις ἣν καὶ ταυρωπὸν ὀνομάζουσιν. h. e. Ταυροπόλα, *vel quod in* TAURIS SCYTHIÆ *colitur, vel a parte armentorum, cujus ea præſes, vel quod eadem eſt Luna, quæ tauris vehitur, quam etiam* & ταυρωπὸν ſeu *cum taurino adſpectu nuncupant.* Culta vero eo nomine Ταυροπόλος hæc Dea in Inſula Icaro, qua de re mox ad v. 187.

V. 175. Μὴ νεὸν τημὸς ἐμῷ βόες] Non hoc ſpectat, quod exiſtimaverat Friſchlinus, ad religioſam Feſtorum obſervationem, juxta quam tum a ſolitis operibus requieſcebant veteres, & prout a Tibullo dictum l. II. Eleg. I.

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator &c.

Alia mens, ut abunde e ſequentibus liquet, hujus loci, cur ſuos nempe boves nolit Poeta alteri cuipiam locare ad diurnum opus arandum; quod nempe, etſi iidem cum ætate tum robore, & pro loci præterea indole, validiſſimi ad ſimile opus forent, defeſſi tamen & viribus exhauſti, non poſſent non ab aratro redire ob productos a Sole dies, ubi ille curſum ſiſtit dum contemplatur Nympharum Chorum, quem eædem in Dianæ honorem agitabant. Quæ plana omnino & perſpicua horum & ſequentium mox apud Poetam verborum ratio, ut alio hæc detorqueri nullatenus debuerint.

V. 176. Τετράγυον τέμνοιεν] Per τετράγυον, non *quatuor jugera*, juxta Interpretem, ſed diurnum laborem aratori propoſitum intelligi, e Varrone jam bene monuit eruditiſſima Fabri filia. Quod firmant etiam ad Homerum veteres Grammatici, ubi nempe a Poeta Odyſſ. Σ. v. 373. τετράγυος ager dicitur, a robuſtis itidem, ut hic, & æqualibus bobus aran-

arandus, & quod explicat Eustathius p. 1851. τετράγυον δὲ διάστημά τι, ὅσον ἦν ἀροτριᾶν, ὡς εἰκὸς δι' ἡμέρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐργάτας καὶ χρωμένους βουσὶν ὁμοίοις, h. e. τετράγυον *autem spatium quoddam, quantum licet per diem bonis agricolis, & qui æqualibus utuntur bobus, arare.* Γύη nempe apud veteres de *arvo* seu *agro* ad arandum apto in genere dicta. Unde ἀρώσιμοι γύαι, *arva ad arandum*, appellata a Sophocle Antigon. v. 575. & ab Euripide Phoen. v. 651. βαθύσποροι γύαι, *arva profundos habentia sulcos*, apud Apollonium Rh. 1. v. 796. πυροφόρους ἀρόωσι γύας, *arva arant tritico feracia*; & quo sensu etiam Æschylus dixit Prom. v. 369. (quem locum notavit hic præstantissima Daceria) feracis Siciliæ λευρὰς γύας, *arva spatiosa.* Adde Lycophronem p. 50, ληΐου γύαι, *segetis arva.* Hinc autem γύη μέτρον γῆς, seu in genere *mensura* quædam *terræ* explicatur a priscis Grammaticis; ab aliis autem πλέθρον, quod vulgo *jugerum*, sed minus accurate reddunt Interpretes. Unde τετράγυος apud eosdem antiquos Homeri aliorumque veterum Poetarum Enarratores, τεσσάρων ὀργυιῶν, aut vero τετράπλεθρον redditur. Hesychius, τετράγυον τεσσάρων ὀργυιῶν· Γύη δὲ μέτρον ἕκτον σταδίου, ἔνιοι δὲ ὀργυαῖον μέτρον, τετράγυον *quatuor orgyiarum*: Γύη *vero mensura sexta stadii.* Quum vero *stadium*, juxta Columellam aliosque Romanos Scriptores fuerit pedum DCXXV. seu CXXV. passuum, γύη, quæ illi *sexta pars stadii*, fuisset pedum circiter CIV. & τετράγυον proinde pedum CCCCXVI; quum *jugerum* esset pedum CCXL. & *quatuor jugera* ideo forent pedum DCCCCLX. Quæ firmant etiam cum idem Hesychius, dum ab eo antea γύη non ὀργυία quidem aut ὀργυαῖον μέτρον redditur, sed γύαι, πλέθρα, atque iterum γύη, μέτρον πλέθρου dicuntur; πλέθρον autem juxta Suidam, sit itidem *sexta pars stadii*, h. e. centum circiter; ut idem explicat, pedum: tum Eustathius, qui ad Odyss. Σ. p. 1851. τετράγυον per τετράπλεθρον reddit, ac ita a veteri Paraphraste intellectum notat, qui τὸ τετράγυον interpretatus sit, ἐλαύνειν ἐν νειῷ τετράπλεθρον. Mitto, quod de *quadrilatero* seu de *quadrangulo*, vel *æquilatero arvo* dici τετράγυον ibidem notat Eustathius, nulla cæteroquin τεσσάρων ὀργυιῶν, aut ὀργυαίου μέτρου, ut in superiori apud Hesychium glossa, aut alibi etiam in brevibus ad Homerum Scholiis ad Odyss. H. v. 113. facta mentione. Vulgaris vero ille, non hujus solum Callimachi, sed aliorum etiam, sicut Homeri, Interpretum error, ut τετράγυον, quemadmodum loco modo dicto, de Alcinoi horto Odyss. H. v 113 reddant *quatuor jugera*, & similiter πεντηκοντάγυον Iliad. 1. v. 575. per *quinquaginta jugera*, de agro nempe prope Calydonem. Quos sequutus etiam haud indoctus alioquin Apollonii Rh. interpres. in explicatione eorum versuum, quos licet cum isto & superiori apud Callimachum Lectori obiter contendere, nempe l. III. v. 1342. &c.

Τῆμος ἄρ' ἤροτο νειὸς ὑπ' ἀκαμάτῳ ἀροτῆρι,
Τετράγυός περ ἐοῦσα· βοῶν τ' ἀπελύετ' ἄροτρα,
Tunc peractum erat novale, ab aratore infatigabili,
Quamquam magnum foret arvum (seu quantum per diem integrum possent validissimi boves arare) *& ab aratro abjungebantur boves.*

Tertia

Tertia enim diei pars, ut superiori versu poeta dixerat, tantum effluxerat; ita ut una adhuc absolvendo diurno aratoris operi seu τετραγύῳ superfuisset. Quamquam illud etiam liquidum sit, a Græcis subinde Scriptoribus, ubi de agrorum apud Romanos divisione agunt, *jugerum* sed minus accurate per πλέθρον reddi; sicut eo loco quo Plutarchus in Camillo legis Liciniæ meminit, qua cautum, μηδένα πλέθρων πεντακοσίων πλείονα χώραν κεκτῆσθαι, h. e. interprete Livio l. VI. c. XXXV. *nequis plus quinquaginta jugera possideret.* Quum alioquin *bina jugera* unicuique Romano abunde sufficere antea crederentur; qualia viritim etiam a Romulo divisa tradunt, Varro, Plinius &c. Neque plura in agris dividundis, adultæ quoque Reip. Romanæ temporibus, fuerunt adsignata; ac inde illud Juvenalis Satyr. XIV. v. 162.

Tandem pro multis vix jugera bina dabuntur
Vulneribus &c.

V. 177. γυιά τε καὶ ἀυχένα κεκμηκυῖαι] Certissima hic, ut bene jam monuit Anna præstantissima, H. Stephani emendatio, καὶ γυῖα καὶ ἀυχένα κεκμ. per γυῖα autem, non *membra* solum in genere, sed *pedes* in specie dici notant prisci ac eruditi Nicandri Enarratores ad illud Ther. p. 56. ῥαθυὰ γυῖα, nempe γυῖα δὲ νῦν τὰς πόδας. Boum autem, qui ad arandum admoventur, aut ab aratro redeunt, quæ cura habenda sit, ne defatigentur scilicet nimium; aut vero ut defatigati continuo opportunis eam in rem remediis restaurentur, notant veteres Rei Rusticæ Scriptores, & quidem in Græcis Geoponicis l. XVII. c. IX. ὡς ἐργαζομένους μὴ κοπιᾶν, *ut boves arantes non lassentur.* Unde continuo Maro sub initium Georg. *qua cura boum, qui cultus habendo sit pecori* &c. & qua de re agit Georgicorum l. III.

V. 178. κόπρον ἔπι σκεδόωντο] κόπρον hic dici de ἐπαύλει seu *stabulo* notant Scholia. Quo respexisse etiam videtur Hesychii glossa, κόπρος, καὶ ἡ φάτνις τῶν βοῶν, i. e. κόπρος *etiam statio boum*; per tropum nempe poetis haud insolitum.

Ibid. καὶ ἐι Στυμφαλίδες εἶεν] Bene hic legendum Στυμφαλίδες, non ut antea Στυμφαλίδες, animadvertit ingenio ac eruditione insignis Fabri filia, ad idque jure inducta, veteri ad hunc locum Criticorum glossa qui de Epiroticis bobus hoc dici, & a regione Epiri Στύμφαι appellata, observant. Στυμφαλίδες certe non *boves*, de quibus hic agitur, Epiroticæ, sed galeatæ illæ & infaustæ Arcadiæ volucres, ab Hercule sagittis confixæ, de quibus ait Lucretius l. V. v. 32.

—— *unusque timenda*
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes,

& quarum iconem in denario gentis Valeriæ expressam olim protuli ac illustravi Diss. de Præst. Numism. p. 226. &c. Στυμφαία autem non *Arcadiæ*, sed *Epiri* tractus, ac inde inter Epiroticas regiones relata a Strabone l. VII. p. 325. ac ab aliis etiam memorata, ut Diodoro l. XX. p. 766. Arriano Ἀναβ. l. I. &c. ac unde alibi apud Diodorum & Ptolemæum, Στυμφαίαν pro Στυμφαλίαν legendum bene observat eruditissimus Palmerius Græc. Antiqu. p. 342. Adde, quod idem hoc Callima-

chi

chi loco, quem ibi memorat (ſed male Στυμφαλίδες pro Στυμφαΐδες retinendo) adductus, urbem Epiri, Βένετμα apud Stephanum, a *boum* nempe *paſcuis* dictam, in hoc Epiri tractu Στυμφαίῳ exſtitiſſe cenſeat. Celebratam vero Epirum, tanquam optimis paſcuis ac bobus feracem, quod innuunt hic Scholia, idque a Dodona uſque ad mare Jonium, monuit jam olim Pindarus Nem. Od. IV. p. 362. ubi ait.

Βόσται τόθι πρῶνες ἔξοχοι κατάκεντμ,

Ubi boves paſcentia cacumina inſignia reperiuntur,

& veteres ibi Critici, βοτρόφος γὰρ ἡ Ἤπειρος, *boum enim nutrix Epirus*. Hinc etiam obvius adhuc hodie bos cornipeta in antiquis Epirotarum nummis, quales proſtant cum apud Goltzium, tum in præclaris Cimeliarchiis, & in Electorali etiam hac Gaza.

V. 181. & 182. ἀλλὰ θεῆται Δίφρον ἐπιῄσας] Haud inſolita Poetis licentia hoc dici, abunde liquet; ut Sol nempe voluptate captus diutius inſpiciendi Nympharum chorum, curſum ſiſteret, dieſque inde, quod continuo addit Callimachus, producerentur; haud aliter ac de nocte geminata apud Comicum Latinum legitur, quo diutius Juppiter Alcmena potiretur. Quæ inania poetarum commenta nemo utique in exemplum trahet, veri illius ac ſingularis miraculi, quo Sol & Luna revera ſtetiſſe dicuntur Joſuæ X. v 13. aut alterius, quo tempore Regis Ezechiæ retro ceſſiſſe Sol traditur II. Reg. XX. II. & Eſa. XXXVIII. Neque vero audiendi illi Hebræorum Magiſtri, & quibus adhæſiſſe nollem τὸν πάνυ Grotium, qui miraculi illius a Joſua divino numine patrati veritatem convellentes, id phraſi poetica, ac de die æſtiva demum dici exiſtimant. Quum haud ignotum ſit illud divinitus firmatum a Propheta, qui eo reſpexit Habacuc cap. III. v. II. *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo*, & quod longe etiam antiquiores Maimonide aut Gelzomi magiſque hic ἀξιόπιστοι recutiti, veritatem ejuſdem miraculi adſtruant; ſicuti Joſephus in narratione hujus facti Origin. l. v. c. CII, tum Talmudici etiam Doctores, de quibus conſuli poteſt in adnotatis ad eum Joſephi locum, vir varia & eximia doctrina Edmundus Bernardus. Neque omnino parem quiſpiam tribuet fidem iis, quæ eodem viro doctiſſimo referente, in Talmude Babyl. comminiſcuntur Magiſtri de Nicodemo Gorionita, cujus gratia Sol nempe aliquando ſteterit.

V. 182. Φάεα μηκύνονται] Φάεα itidem pro *diebus* adhibet hic Poeta infra H. in Cererem v. 83. ὁ δὲ ἔννεα φάεα κεῖται, *ille autem novem dies jacet*; ſic ἐπὶ κεκριμένων φαέων, *de diebus criticis*, ſit mentio ab Agathia Anthol. l. II. c. XXII. Epigr. XIX. Apud Æſchylum autem, de juſtitia celeriter in ſceleratos animadvertente dicitur Chœph. v. 60. τοῖς δὲ ἐν φάει &c. quod vertit Interpres, *aliquos ipſo die puniens*; rectius tamen *aperte* ſeu φανερῶς, juxta veteres ibidem Criticos, & quod ſequentia Tragici verba etiam adſtruunt.

V. 185. Ηρωΐδας] Idem Poeta, Epigrammate ſupra inter ejus fragmenta relato, Δέσποιναι Λιβύης Ηρωΐδες, & ſicuti cum alibi, tum in priſcis aliquot nummis (& de quibus alibi egimus) ΙΟΥΛΙΑΝ ΠΡΟΚΛΑΝ ΗΡΩΙΔΑ, & ΝΑΥΣΙΚΑΑΝ ΗΡΩΙΔΑ ſignari legimus, ac ſimiliter *Heroidas*

roidas apud Latinos poetas, uti Ovidium, Propertium, &c. Dictæ vero insuper eædem cum Ἡρωίναις, ut ab eodem Callimacho Hym. in Delum v. 161. Theocrito Idyll. XXVI. v. 36. Luciano in Necromantia; tum contracte ob metrum Ἥρῃναι, ut apud Aristophan. Nub. p. 113. & in Inscr. Regillæ; ac Ἡρῇσται apud Apollonium Rhod. l. IV. v. 1309. sicuti ad Juliani Cæsares olim monui p. 450. Per Ἡρωΐδας vero, ut hic ait Battiades, *Dianæ socias*, Nymphas Deæ comites intelligi, sive *Oceanitas*, sive *Amnisidas*, sive *Fluviatiles*, de quibus supra egerat poeta, non mirabitur, qui novit Nymphas, Deas etiam subinde a veteribus dictas, ut a Theocrito Idyll. XIII. v. 44. Νύμφαι &c. θεαὶ θεαὶ ἀγροιώταις, *Nymphæ, graves Deæ agricolis*, & ab Aristide Serm. Sacr. I. p. 493. ὅτι οὐκ εἰσὶν θεαὶ χαριέστεραι, *quod nullæ sint gratiosiores Deæ*, & apud Athenæum, ubi privata memorat, quibus Nymphæ apud Siculos colebantur, sacra, l. VI. p. 250. Additque, ὀρχεῖσθαί τε περὶ τὰς θεάς, & *saltare circa illas Deas*, seu earum, de quibus idem agit, simulacra. Ut mittam Nympharum Aram prope Ithacam, de qua Poeta Odyss. p. 210; aut inter Orphicos Hymnos sive τελεστάς, unum etiam Nymphis dictum, quibus inter alios, juxta adductum Aristidis modo de iis locum, eædem invocantur, tanquam

Σὺν Βάκχῳ Δηοῖτε χάριν θνητοῖσι φέρουσαι,
Cum Baccho & Cerere, gratiam seu *hilaritatem mortalibus adferentes.*

Quamquam ea in re, uti in reliquis etiam μυθικοῖς, haud sibi constare veteres norim, a quibus modo *Nymphæ*, uti ab Orpheo seu Onomacrito Argon. v. 646. ἀθάνατοι *immortales*, & qui cum iis vitam agunt, ἀγήρατοι seu *senii expertes* dicuntur; modo, ut a Pausania l. X. p. 670. vivere quidem per longam annorum seriem Nymphas, non tamen, ut Poetarum de iis ferunt fabulæ, eas esse immortales.

V. 187. Δολίχη] De *Icaro* Insula hoc diei, quæ prius *Doliche* (non ut hic legitur, Δολίχη, sed Δολιχή) appellata fuerit; e Plinio jam opportune monuit Frischlinus, & simile nomen Μακελὶς, a *longitudine* nempe eidem Insulæ, inditum. Nihil proinde illi commune, cum alia Echinadum Insula prope Ithacam, quæ non *Dulichium* solum seu Δουλίχιον, sed Δολίχη etiam, teste Strabone l. X. p. 458. fuit nuncupata, & a qua *Dulichius* dictus, non jam, ut apud Homerum a procis Penelopes, Amphinomus, sed ipse Ulysses apud Propertium l. II. Eleg. XX.

Sic a Dulichio juvene est elusa Calypso.

Cur autem altera hæc Δολιχὴ seu *Icarus*, præ aliis Insulis singulariter a Diana dilecta hic a Poeta dicitur, inde fit, quod cum juxta Periegetem aliosque, una foret e Cycladibus, quæ Delum, Apollini simul ac Dianæ sacram, circumdarent; tum quod, ut e Strabone liquet l. XIV. p. 639. eximie in eadem Diana Ταυροπόλος coleretur, ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλλίμορον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, *est etiam templum Dianæ nomine Tauropolium in ea Insula* Icaro; quod alioquin de altera Insula in sinu Persico *Icaro* itidem dicta, observat Dionysius vers. 610.

Ἴκα-

Ἴκαρον εἰναλίην, ὅθι Ταυροπόλοιο θεοῖο
Βωμοὶ κνισσήεντες ἀθύρεκέα καπνὸν ἔχουσι,
Icarum maritimam, ubi Tauro vecta Deæ
Aræ nidore abundantes, acerbum fumum habent;

eodem ritu ſcilicet, ſi utriuſque Scriptoris, Strabonis ac Dionyſii par ratio hic habenda eſt (idque juxta veterem Coloniarum morem, ſacra a Metropoli mutuandi) in utraque hac Inſula obſervato ac retento. Sed quæ omnia & hunc Callimachi imprimis locum, egregie illuſtrat vetus hujus Inſulæ *Doliches* vel *Icari* nummus apud Goltzium, in quo illinc Dianæ, venatricis habitu cum Arcu & Cane infra; hinc rurſus eadem Dea cum velo, Tauro vecta, vera proinde Ταυροπόλῳ viſitur, quod viderat jam e Strabone Goltzii Interpres Nonnius, & poſt eum, adducto etiam opportune hoc Callimachi verſu, eruditus Harduinus de Num. Antiq. pag. 217.



Adde, quod eadem hæc *Doliche* ſeu *Icarus*, Mileſiorum Colonia refertur a Strabone l. XIV. p. 635. Dianam autem deductæ Miletum ab Athenienſibus Coloniæ ducem, ſeu ἡγεμόνην exſtitiſſe, hoc ipſo Hymno, præter alia veterum teſtimonia, traditur v. 226. &c. ac unde Feſtum eidem Deæ annuum a Mileſiis ſolemniter celebratum, uti poſtea dicetur, conſtat. De Ταυροπόλῳ autem hac Diana in Attica etiam culta, actum jam ſupra ad v. 174. Diverſa vero, quod præterire hic non licet, ab eadem Diana Ταυροπόλῳ eaque *Dolichia*, ſeu *Icaria*, quæ occurrunt JOVI DOLICHENO eoque Tauro etiam vecto, qualia vulgarunt celebres Antiquarii, optimeque de his litteris meriti, Car. Patinus Numiſm. Imp. p. 286. & Sponius Miſcell. p. 101, erecta ſimulacra. Quo referre inſuper licet alias Inſcriptiones antiquas, eidem JOVI DOLICHENO, aut vero JUNONI ASSYRIÆ REGI DOLICHENÆ dicatas; & cujuſmodi e Schedis Pyrrhi Ligorii, Romæ pridem a me excerptas, & ex Italia reduce, juxta alios complures acceptos, in Syntagm. Inſcr. (ut ille agnoſcit ibidem) retulit vir doctiſſimus Thomas Reineſius p. 213. 214. Ea autem ſpectare non ad *Dolichen*, de qua hic Callimachus, ſeu *Icarum*; neque ad Macedonicam Δολίχην, ſicuti de alia ejuſdem JOVIS DOLICHENI Inſcriptione conjecerat idem Reineſius Synt. p. 34, ſed ad Syriæ Commagenes urbem Δολιχήνην dictam

ctam, bene e Stephano non solum, quod vidit Cl. Sponius, sed etiam e Luciano de Dea Syria, qui de simili Jovis Tauro vecti simulacro apud Syros loquitur, observavit ad Stephanum Eruditissimus Holstenius.

Ibid. πολίων δὲ ἔναδε Πέργη] Haud obscurum, cur *præ* aliis *urbibus Pergam*, Pamphyliæ, prout hic in Scholiis, ac in veteri etiam Hadriani nummo Cimeliarchii Gallorum Regii (nempe ΠΕΡΓΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ & de quo nos alibi) eadem vocatur, *Metropolim*, *dilexisse* Diana hic dicitur, ubi solemnis maxime exstitit hujus Deæ cultus, ΠΕΡΓΑΙΑΣ inde etiam nomen nactæ. Quod cum aliunde, tum clarissime e veteri & luculenta nummorum penu etiamnum obvium, in quibus cum illa appellatione, vario insuper & peculiari nonnunquam amictu, Templo præterea, eoque ΑΣΥΛΟΥ jure insigni, occurrit eadem Dea. Cujus rei utique depromptæ e Thesauris Gallorum sequentes nummorum icones fidem abunde præstabunt; quæ & adillustrandum hic Callimachum, & demerendum præterea harum elegantiarum haud incuriosum lectorem, conducere eadem opera poterunt.



Prior nummus, isque præclarus admodum illustrissimi Harlæi, primi hodie Parisiensis Parlamenti Præsidis, & qualis etiam exstat in Gaza Medicea, Dianam exhibet laureatam verius, quam dictamno, uti existimabat peritus olim ejusdem Gazæ custos Fittonius, coronatam, cum solitis præterea Arcus & Pharetræ a tergo insignibus; illinc eandem Deam stantem & succinctam, cum Corona & Hasta, ad pedes autem Cervo, & inscript. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ, *Dianæ Pergææ*. In altero autem nummo Cimeliarchii Regii visitur *Dianæ Pergææ* stantis in Templo effigies, sed alio cultu, velatæ nempe, cum Corona aut cum Calatho in capite; in Templi autem fastigio Aquila, infra duæ Aræ accensæ. Templi vero hujus *Pergææ*, omisso etiam *Dianæ* ipsius, ut aliunde ea appellatione satis noto, nomine, meminit Philostratus l. II. Sophist. p. 574. ἔξεστι συμβαλεῖν ταῖς εἰκόσιν, αἳ ἀνάκεινται τῇ τῶν Περγαίας ἱερῷ, *licet conjicere ex imaginibus, quæ erectæ sunt in* PERGÆÆ. Dianæ *fano*. Mitto alios insuper, neque passim obvios ejusdem Urbis nummos, in quibus idem Templum, in cujus medio Ara; aut in quo etiam Mons cum stella ac dimidia Luna; aut vero Victoria stantem Dianam & Aram tenentem coronans spectatur, cum inscr. ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΑΣΥΛΟΥ, *Pergææ Dianæ Asyli* seu *Invielabilis*, quo fani illius celebri-

tas

tas simul ac religio abunde declaratur. Quæ singula magnam huic Callimachi loco lucem adfundunt, cur nempe præ aliis urbibus *Perga* Dianæ *dilecta* hic ab eo dicitur.

V. 188. Τηΰγετον ὀρέων] Quamquam omnes olim *montes*, qua de re jam supra, Deæ quippe ὀρεία seu ὀρεσείρα, *Montanæ*, fuerint consecrati; præ cæteris tamen gaviſam eam Lyciæ Cariæque montibus, notavit ad Catullum, quod ante vidimus ad v. 18, vir doctissimus Is. Vossius p. 236. quo nempe *Idei* Cariæ montis lectionem pro *Idæ*, in eo Veronensis Poetæ loco revocaret. Hic tamen *Taygetus*, qui aliis montibus a Dea prælatus hic dicitur, Laconiæ, ut notum, mons fuit. Callimacho autem hic præivit (& cujus locum etiam supra ex parte memoratum, ea de re refert Ælianus de Animal. l. III. c. XXVII.) Homerus, Odyss. Z. v. 102.

Οἵη δ' ΑΡΤΕΜΙΣ εἶσι κατ' ὄρεος ἰοχέαιρα,
Ἣ κατὰ ΤΗΥΓΕΤΟΝ ἀειρώκεστον, ἢ Ἐρυμανθον,
Qualis autem DIANA *incedit per montes sagittis gaudens*,
Aut per TAYGETUM *excelsum, aut Erymanthum* &c.

Cujus præterea rei rationem, prælati nempe aliis montibus a Diana hujus *Taygeti*, indicabit abunde, quod jam vidit Frischlinus, Pausanias l. III p. 201. παρέχεται δὲ καὶ ὁπόσα τε Ταΰγετον, τῶν ἀγρῶν τέτων ἄγραν καὶ ὠὴν, πλείστην δὲ καὶ ἐλάφων καὶ ἄρκτων, *facit vero qualibet sui parte Taygetus venatoribus luculentam caprarum & aprorum, maxime autem cervorum & ursorum copiam.* Hinc *Taygeti canes* e genere nempe optimorum, quales olim Laconici, venaticorum, in eoque proinde monte frequentium, a Marone memorati, Georg. l. III. v. 48. Unde utique nihil mirum, a venatrice Dea, eaque potissimum Ελαφηβόλῳ, statui ab hoc poeta, dilectum præ aliis montibus *Taygetum*, ἐλάφοις ὀρεσδρόμοις, *cervis montanis*, prout illi ab Euripide dicuntur Iphig. in Aul. v. 1593. imprimis feracem.

Ibid. λιμένες γε μὴν Εὐρίπου] Non de *Æolide* proinde solum hoc dicitur, noto ad *Euripum portu*, ubi alioquin conspicuum Dianæ fanum, duoque erant Deæ simulacra, juxta Pausaniam l. IX. p. 570. unum *Tediferæ*, alterum *Arcitenentis*; & quo respexit etiam Euripides Iphigen. in Aulide v. 1492.

Συνεπαείδετ' Ἄρτεμιν,
Χαλκιδ' ἀντίπορον,
Concelebrate Dianam,
Quæ est e regione Chalcidis,

nempe in Aulide. Idem de aliis in utraque Euripi *ripa*, Bœotiæ nempe aut Eubœæ, *portubus*, in quibus vigeret idem Dianæ cultus hic dictum liquet. Talis utique *Delium*, ubi similis Dianæ ac Latonæ, juxta Pausaniam, honos habitus, l. IX. p. 573. *Amarynthus* præterea, ubi *Amarynthiæ Dianæ* fanum extitisse tradit Strabo l. X. p. 448. eamque non ab Eubœensibus solum, sed ab Athenienſibus Ἀμαρυσίας nomine cultam refert Pausanias l. I. p. 60. Cujus alioquin AMARYNTHIÆ DIANÆ a me olim Romæ ex iisdem schedis, de quibus jam supra, Ligorianis de-

scriptam inscriptionem, & ad Cl. Reinesium cum aliis missam, inde ipsomet id indicante, retulit vir doctissimus, Syntagm. p. 216, sed quam *Amarantiam*, idque ab *Amaranto* liberto, qui eandem dedicaverat, dictam, male ibidem statuit, ac fabrili scilicet errore legi in eodem lapide, *Amarynthiam*. Neque enim *Amarantia*, sed *Amarynthia* vere appellata, & in illa ipsa inscriptione, *Diana*; idque nota ejus aliunde, uti vidimus, ex dicto nempe Euboeæ oppido *Amarynthо*, petita nomenclatione.

V. 190. Ἐλαφόνοον Βριτόμαρτιν] Non solum hæc *Britomartis* Dianæ Nympha, sed ipsa Diana Ἐλαφόνος, juxta Etymologi Auctorem, dicta, ἡ τὰς ἐλαφους φονεύσα, ὅ ἐστι τὰς ἐλάφους, *hinnulos* seu *cervos conficiens*. Idem proinde quod Ἐλαφηβόλος seu *cervorum venatrix*, vel potius *hinnulorum*, juxta traditam a priscis Grammaticis vocis ἔλλος significationem. Hinc Ἐλαφόνοον hic in Scholiis per νεβροκτόνον redditur, quibus suffragatur Hesychius, ἔλλος, τὸ ἔκγονον τῆς ἐλάφου νεογνὸν, ὁ νεβρὸς, h. e. ἔλλος, *cervi recens partus*, *hinnulus*. Idem antea Ἔλλον, ἔλαφον νεογνὸν, ut ibi omnino & circa distinctionem legendum liquet, quod ex parte jam in editione Batava est adnotatum. Quod vero addit idem Glossographus, τῇ Δωδωναίᾳ, respicit ad *Hellos* antiquos illius tractus, ubi olim Dodonæ incolas, & de quibus ait Ἕλλοι (non ἔλλοι) Ἕλληνες, οἱ ἐν Δωδώνῃ, h. e. *Helli Graci*, *qui in Dodone*. Quin ipsum Jovis templum in Dodone Ἑλλὰ, juxta eundem Criticum, nuncupatum. An autem ἔλλος de νεβρῷ seu *cervi hinnulo*, juxta Etymologi Auctorem dicitur, tanquam ἐν ἕλει seu *in palude* degente; an ut diminutivum ab ἔλαφος; an vero ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, seu a *saliendo*, ut solent ejusmodi *hinnuli*, nihil adtinet hic, quod Græculi alioquin solent, indagare.

Ibid. Βριτόμαρτιν ἐύσκοπον] Βριτόμαρτις, quod notant hic Scholia, ac præterea Etymologus, qui hunc Callimachi locum adducit, tam de *Nympha* Cretensi, quam de *Diana* ipsa olim dicta; quod postremum etiam tradit Hesychius, Βριτόμαρτις, ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις, *Britomartis*, *in Creta Diana*, ac similiter Solinus cap. 11. a quo dicitur Βριτόμαρτις, quasi *virgo dulcis*, e duabus nempe vocibus Cretensibus, Βριτὸς *dulce* (quod apud Hesychium legitur & apud Etymologum, Βελτὸν h. e. ἀγαθὸν) & μάρτις *virgo*. Quo refert ὁ πάνυ ad Solinum aliam Hesychii glossam, μορτὸς, ἄνθρωπος, unde μορτὶς *mulier*, & metathesi litterarum ο in α Cretensibus familiari, μαρτὶς, unde Βριτόμαρτις *dulcis virgo* sit appellata. Neque aliter de eadem Bochartus de Colon. Phœn. l. II. c. XII. Casaubonus vero ad Strabonem p. 198. de hac ipsa loquens *Britomartide*, & ratione nominis a Solino indicata, non μάρτιν, sed ὁμαρτὶν *virginem* dictam putat a Cretensibus, ὡδὲ τὸ ὁμαρτεῖν τῇ μητρὶ, *quod matrem sequi soleant virgines*. Aliam vero de qua silent viri illi summates, causam etiam adfert dictæ hujus Βριτομαρτιδος, Etymologi Auctor; nempe ὅτι ταῖς Βρίσαις Νύμφαις ὁμαρτεῖ, *quod Brisæ Nymphas sequeretur*; & de quibus Nymphis, quæ Βρίσαι fuerint appellatæ, egerat paullo ante idem Grammaticus, sicut etiam de Baccho, Βρισαίῳ. *Virginem* vero a Cretensibus dictam μαρταν, non vero μάρτιν,

notat

notat Stephanus, qua de re alibi. Eadem vero Dea *Britomartis* εὐσκοπος hic dicta, quæ *circumspectrix* ab Interprete redditur. Apud Hesychium autem εὐσκοπος, ἄνετος, quod contrarium potius, seu *solutum* ac *remissum* notat. Unde pro ἄνετος ibidem συνετὸς, commoda eo sensu vocis εὐσκόπε significatione, legendum mallem. Verum ad hunc Poetæ locum opportunius, εὐσκοπος hic a Vulcanio pro εὔστοχος seu *certa in collimando*, de Nympha nempe venatrice quæ sagittandi peritia excelleret, dicitur. Haud aliter nempe, & quo respexit hic Callimachus, εὔσκοπος ἰοχέαιρα, *sagittandi perita jaculatrix*, Diana ipsa ab Homero dicitur Odyss. Λ. v. 197; & sicut alibi θηροσκόπος ἰοχέαιρα, *ferarum jaculatrix sagittis gaudens*, vocatur ab Auctore Hymni in Dianam, qui Homero cum aliis tribuitur.

Ibid. & V. 191. *Μίνως πλοιηδεὶς ὑπ' ἔρωτι*] Opportuna hic Hesychii glossa, πλοιᾶσθαι λέγεται τὸ παρορμᾶσθαι, οἷον τὰ Ἀφροδίσια, h. e. πλοιᾶσθαι, *valde incitari ad Venerem*, non proinde ut ait in Dialogis Meretriciis Lucianus, ἐρᾷν ἐπιπλαίου τινὸς ἔρωτα, *amare levi quodam amore*. Sic eodem verbo, pro *immodico alicujus rei desiderio teneri*; usus M. Antoninus l. 1. p. 3. μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπλοῆσθαι, *neque circa talia insano ferri studio*. Totam autem hanc, quæ sequitur, de *Minoe* narrationem, quod amore æstuaret hujus Nymphæ Cretensis Britomartidis; illam fugientem, ac latitantem modo in silvis, modo in paludibus, per plures montes insequutus, coegerit tandem in mare se præcipitem dare, ubi eadem in retia piscatorum, Dianæ consilio præparata, inciderit, ac inde *Dictynna* fuerit appellata; mons autem, unde ea deciderat, *Dictæus*: totam eam, inquam, narrationem, velut a Callimacho traditam redarguit, quod viderunt etiam priores editores. Strabo l. x. p. 479. neque obscure etiam Diodorus l. v. p. 343. & qua de re mox videbitur. Meminerunt insuper ejusdem fabulæ Virgilius in Ciri, Pausanias l. 11. p. 141. Antonius Liberal. c. XL. ac veteres Critici ad Euripidis Hippolytum v. 146. prout ea loca jam congessit diligentissimus Meursius in Creta p. 202. &c. ac ubi in dictis modo Scholiis ad Hippol. Βριτομάρτιδος φυγόσης τὸν Μίνωα, pro Κρητομάρτιδος, φαγόσης &c. inepta valde lectione, ut pridem ad oram mei Callimachi notaveram, ac eundem Meursium in opere illo haud ita dudum vulgato, emendasse nunc animadverto.

V. 193. *ἰαμβρῆσιν*] Præter Homerum vox est frequens in Apollonii Argonauticis, ut l. 11. v. 797. ὑπ' ἰαμβραῖς ὑπείοιο, *ad irrigua loca Hypii fluvii*, ubi eruditi Critici ἰαμβρὰς δὲ λέγει τὰς καθύδρους τόπους, quæ eadem est Hesychii ad hanc vocem glossa, ἰαμβρὰς, *autem dicit locos aquosos* seu *irriguos*. Adde eod. lib. Argon. v. 820. l. 111. v. 1021. & 1219. l. 1v. v. 316. ubi eadem vox ἰαμβρὴ & in plurali ἰαμβραὶ pariter legitur.

Ibid. *ἐννέα μῆνας ἐφοίτα*] Aliter vero de hoc Minoe Plato in cognomine Dialogo ΕΦΟΙΤΑ ἓν δὲ ΕΝΑΤΟΥ ΕΤΟΥΣ εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, *frequentavit quoque* ANNO *Jovis antrum Minos*. Quod a Maximo Tyrio itidem traditur Diss. XXII. ab Homero autem dicitur Odyss. T. v. 179.

Ἐννέωρον βασίλευε Διὸς μεγάλου ἀοιδός,

Per novem annos regnavit magni Jovis confabulator;

adeo ut in illo *novenario*, sive *mensium*, ut hoc loco, sive *annorum* etiam numero, ubi de hoc Minoe apud veteres sermo, iidem seu casu seu industria conspirasse videantur.

V. 194. Παίπαλα] Unde apud Homerum sæpius παιπαλόεσσα de *loco prærupto*, & quod minus obvium, apud Æschylum Eum. v. 390. δυσπαίπαλα, ubi Grammatici, δυσπαίπαλα, δυσπαρόδευτα καὶ τραχέα ζῶσι, καὶ τοῖς θνήσκουσι, h. e. *δυσπαίπαλα, quæ difficulter transiliuntur, aspera tam vivis, quam mortuis.* Adde Aristophanem Nub. p. 138. κρότα λον, παιπάλη, & eruditos itidem Enarratores, παιπάλη δὲ λέγει τὴν τραχύτητα, ἐπεὶ καὶ παίπαλα καλεῖται τὰ δύσβατα, h. e. *παιπάλη autem propter asperitatem, quandoquidem παίπαλα vocamus, quæ difficilem habent accessum*, vel *transitum.* Neque tamen de hac Nympha, Minoa fugiente, sed de eadem cum Κυνηγῷ Diana venante, ait Claudianus Sec. Cons. Stil. v. 302.

Dalmatiæ lucos, ABRUPTAQUE *brachia Pindi*,
Sparsa comam BRITOMARTIS *agit.*

Alio vero sensu παιπάλημα occurrit apud eundem Comicum, nempe Avib p. 565, de tenuissima *farina* seu *polline*, ut notant itidem Critici, & quo sensu παιπάλη itidem alibi, quod aliunde notum, dicitur.

Ibid. ἐκ ἀνέπαυσε δίωκτὸν] Injuriam hic *Minoi* fieri, qui justitiam coluerit & laudabiliter vixerit, observat loco ante indicato Diodorus, nempe l. v. p. 343. Nota vero aliunde ac trita, quæ de hoc *Minoe*, ut juris & æqui summe studioso, ac legum apud Cretenses, quas a Jove scilicet didicerat, latore; eodem Justitiæ etiam sceptro inde ornato, ac jura insuper inferis dante, a veteribus, Homero, Herodoto, Platone, Diodoro, Strabone, Cicerone insuper, aliisque tradita. Neque tamen idem *Minos* ab injustitiæ ac sævitiæ nota, quæ & hic eidem adfingitur, dum pudicam virginem per plures menses insectatus, & quo vim illa ejus effugeret, adigit, ut se de monte in mare præcipitem daret, immunis plane habitus. Ita ob injustam ejusdem Minois regnandi libidinem ac sævitiam, ὀλοόφρονα seu *perniciosi* (quamquam de ea voce alii aliter e priscis ad poetam Criticis) ab Homero, ut observat Cyrillus Adv. Julian. l. VI. p. 191. fuit insignitus, nempe Odyss. Λ. v. 321. ac unde de eodem, ut refert insuper Alexandrinus Antistes, dixit Callimachus & cujus ea de re versum supra inde inter ejus Fragmenta retuli,

Καὶ νήσων ἐπέτεινε βαρὺν ζυγὸν αὐχένι Μίνως,

Et grave jugum insularum cervicibus Minos imposuit.

Unde etiam liquet, cur idem *Minos*, *injusti Regis* nomine a Catullo perhibetur, Epithal. Pelei v. 75. & a Philostrato Vit. Apoll. l. III. v. VII. omnes homines crudelitate superasse dicitur. Quibus adde Theodoritum Therapeut. Serm. XI. p. 658. ubi quum traditos a Platone mortuorum judices, Æacum, Minoa & Rhadamantum, non per omnia laudandos dixisset, addit nominatim, τῷ δὲ Μίνῳ καὶ πολλὰ ἄτοπα κατηγοροῦσι τινες, *in Minoe autem sunt & qui multa criminantur.*

V. 197.

V. 197. Ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες] Quæ hic & sequentibus duobus versibus tradit Callimachus de *monte Dictæo*, & Nympha ipsa Britomartide *Dictynna* a *Cydonibus* inde dicta, quod εἰς δίκτυα seu *in retia*, quæ illam servarunt, opportune eadem inciderit, ac inde solemnibus sacris fuerit ab iis culta, aperte redarguit, uti paullo ante vidimus, ac jam reprehensum ab aliis observat gravis Auctor Strabo loco jam indicato l. x. p. 479. idque inde quod *Cydones* nullatenus essent iis locis, seu *Dictæo* in Creta monti vicini, sed in occiduis illius Insulæ partibus agerent. Ita vero Battiadem nostrum absolvendum putat ὁ πάνυ ad Solinum p. 171. ut diversitatem quidem illam situs inter *Cydonas* seu *Cydonios* & *Dicten* seu *Dictæum* Cretæ montem agnoscat, sed Callimachum, per Κύδωνας, *Cretenses* in genere intellexisse, non vero Κυδωνιάτας, tantum seu *Cydonios*, existimet. Cui tamen ne continuo suffragari liceat, obstat Strabonis ipsius, & eorum ex antiquioribus Criticis vel Scriptoribus, quorum ibi ea de re sententiam refert ac tuetur, auctoritas, qui per Κύδωνας *Cydoniæ*, nobilissimæ urbis Cretæ, incolas, a Callimacho ibidem intelligi statuunt. Accedit, quod non de Diana, sed de Nympha Britomartide, illo *Dictynnæ* nomine, post ejus εἰς δίκτυα seu *retia* lapsum a *Cydoniis* appellata, hic agat Battiades; ac unde postea Dianam ita a Cretensibus dictam tradit demum v. 204. &c. Καὶ δέ σε κείνης Κρηταέες καλέουσιν, *& te quidem ab illa Cretenses vocant* &c. Quod a *Cydoniis* itidem præ aliis Insulæ incolis factum liquet, quod non *Dictæum* quidem, neque proinde denominatum a monte *Dicte*, sed *Dictynnæum* Dianæ Templum, quamquam in alio Cydoniæ monte, ut hodie ibidem legitur, *Tityro* vel *Tyro*, exstitisse ibidem tradit Geographus. Firmat id insuper, de culta nempe apud *Cydonios Dictynna*, vetustiorum etiam Auctorum, ut Herodoti testimonium, qui exstitisse apud Cydonios Dictynnæ fanum, illudque, sicut alia Cydonia Templa, a Samiis urbis illius οἰκισταῖς, condita memorat l. III. cap. LIX. ὥς τε τὰ ἱερὰ τὰ ἐν ΚΥΔΩΝΙΗ ἐόντα νῦν, οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες καὶ τὸν ΤΗΣ ΔΙΚΤΥΝΝΗΣ νεὼν, *adeo ut Templa, quæ nunc* CYDONIÆ *visuntur, isti* (Samii) *fecerint, & ipsum* DICTYNNÆ *fanum.* Quo referri præterea debet, quod inter alia Dianæ cognomina, Κυδωνιὰς seu *Cydonia* eadem in Orphicis vocetur, nempe Hym. ibi in Dianam, Κυδωνιὰς, αἰολόμορφε, *Cydonia varias induens formas* &c. Quicunque vero primi auctores fuerint conditæ in Creta *Cydoniæ*, & cultæ ibidem *Dictynnæ*, illud tamen ex hisce liquidum, eo nomine dictam omnino, & sacris, aut primum, quod hic innuit Callimachus, aut potissimum celebratam a *Cydoniis Dictynnam.* Adde, quod in eorundem *Cydoniorum* vicinia, ut refert mox ipse Strabo, ac ut inde facile tutelare illius tractus numen agnoscas, culta itidem fuerit hæc *Dictynna*, nempe πρὸς ἑσπέραν δὲ ὅμοροι ΤΟΙΣ ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΙΣ Πολυῤῥήνιοι, παρ' οἷς ἐστὶν τὸ ΤΗΣ ΔΙΚΤΥΝΝΗΣ ἱερὸν, *ad occasum Polyrrhenii sunt* CYDONIATARUM VICINI, *apud quos est fanum* DICTYNNÆ. Quibus addendi, & in eodem occiduo Cretæ tractu, finitimi Polyrrheniis *Phalasarmenses*, a quibus sacratam similiter *Dictynnæ* nomine eandem Deam, tradit Dicœarchus in Creta,

—— φασὶ δὲ ἐν Κρήτῃ πόλιν
Εἶναι Φαλάσαρνα κειμένην πρὸς ἠέλιον
Δύοντα, κλειτὸν λιμένʼ ἔχεσαν, καὶ ἱερὸν
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἅγιον, καὶ καλεῖσθαι τὴν Θεὸν
ΔΙΚΤΥΝΝΑΝ,

—— *ajunt autem in Creta urbem*
Esse Phalazarna, sitam ad solem
Occiduum, celebrem habentem Portum & Templum
DIANÆ *sacrum, & vocari Deam*
DICTYNNAM.

Quamquam & latius emanarit postea ejusdem *Dianæ Dictynnæ*, & extra Cretam quidem, qua de re mox, cultus. Quod autem spectat diversum horum Κυδώνων seu *Cydoniorum*, de quibus hic agit Callimachus, & *Dictes* seu *Dictæi* montis in eadem Insula situm, de eo mox etiam videbitur ad v. 199. Δικταῖον καλέεσιν &c.

V. 198. Νύμφαν μὲν Δίκτυνναν] A qua nempe Dianæ comite, ut ea de re mox v. 205. Dea ipsa, cujus ope scilicet illa incolumis e δικτύοις seu *retibus* evaserat, eodem nomine fuit appellata. Ut hic de memoratis paullo ante Virgilio in Ciri, Pausania, Antonio Liberali, priscis Euripidis Enarratoribus, Servio ad Virgilium, aliisque nihil dicam, qui ejusdem vocis *Dictynnæ* caussam reddunt. Quibus addi insuper potest Plutarchus de Solert. Anim. p. 965. loco jam ante alia occasione indicato; ubi non obscure Dianam Δίκτυνναν dictam, tanquam *Marinam*, haud minus ac Ἀγροτέραν seu *Agrestem* Deam, & proinde a δικτύοις εἰς κυνηγεσίαν ita dictam velint hanc Nympham Britomartida, seu ob repertos ab illa eosdem venaticos casses, ut Diodorus de eadem ait l. v. p. 343. seu quod venando forte illa in easdem inciderit, prout notant veteres Critici ad illud Comici in Ranis p. 275. Δίκτυννα, παῖς Ἄρτεμις καλή, *Dictynna, virgo Diana pulcra*, nempe φασὶ δὲ ὅτι Νύμφη τις Βριτόμαρτις καλουμένη, ΘΗΡΕΥΟΥΣΑ ποτὲ ΔΙΚΤΥΟΙΣ τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε, καὶ ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, ΔΙΚΤΥΝΝΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἱερὸν ἱδρύσατο, *ferunt, quod Nympha quædam Britomartis nomine quondam* VENANDO *inciderit forte in* RETIA, *a Diana autem inde liberata*, DICTYNNÆ DIANÆ *fanum erexerit*. Quo respexit proinde idem Comicus Vesp. p. 454.

Ἡ δὲ μοὶ Δίκτυννα συγγνώμην ἔχει τῷ δικτύῳ,
Dictynna vero ignoscit mihi propter hoc rete,

& quod male ibi in Florentis eruditissimi notis, sed librariorum, ut opinari licet, culpa, ad *Minervam*, non vero ad *Dianam* continuo refertur; haud absimili alioquin Latini Nicandri Interpretis, uti paullo post videbitur, errore, qui Δίκτυνναν itidem, non de *Diana*, sed de *Pallade* explicare non dubitavit. Quo loco insuper mihi occurrit præclarus de hac *Dictynna* apud Cretenses Æde, sed male etiam ab Interprete, quod frequenter ei contigit, acceptus Philostrati locus Vit. Apoll. l. VIII. c. XII. p. 429. ubi dicitur idem Apollonius, dum in Creta ageret, ἀφικέσθαι δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δικτύννης, *perveniisse in Dianæ Dictynnæ Templum*, non

non ut ibi Interpres, in *Dictææ Matris Templum*, quasi non *Dianæ*, sed *Deum Matri*, quæ scilicet in *Dictæo* monte Jovem peperisse ferebatur, sacra esset, & quidem sub Δικλυννης appellatione hæc Ædes. Quæ vel sequentia ibidem, de Dea κυνηγῷ seu *venatrice*, qualis *Dictynna* habebatur, dici abunde arguebant; nempe canibus custodia ejusdem Templi credita, iisque, qui ursos aliasque feras belluas non reformidarent.

V. 199. Δικλαῖον καλέσσιν] Haud frustra reprehensum, qua de re paullo ante, a Strabone Callimachum, qui ab illo *Dictæo* Cretæ monte, *Dictynnam* a *Cydoniis* vocatam hic dicit Nympham Britomartida, licet omnino statuere. Δίκλη enim Diodoro, Straboni, Stephano aliisque, Δίκλος autem Arato Phænom. v. 33. ac unde eidem Δικλαῖον ὄρος, *mons Dictæus*, apud Græcos Latinosque Scriptores dicitur, non Dianæ quidem, sed Jovis in eodem cultu, seu Natalibus, Antro, Fano, & Δικλαῖς etiam inde, ut supra Hym. in eundem v. 4. appellatione, juxta notas poetarum fabulas, mons nobilitatus; situs præterea idem in Orientali Cretæ parte, & ad Prasum, juxta Geographum p. 475, haud ignotam tractus illius urbem; cujusque, ut obiter hic tangam, exstat adhuc hodie antiquus nummus, apud Cl. Chiffletium Sequanum, in quo hinc caput imberbe, ac ut videtur, Apollinis, illinc Bos cum flore desuper & inscr. ΠΡΑΙΣΙΩΝ. Unde omnino apud Strabonem Πραῖσον & Πραίσιοι, sicuti apud alios etiam Auctores legitur; non Πρᾶσον & Πρασιοι legendum itidem liquet. Κύδωνες autem, seu *Cydonii*, a quibus montem illum *Dictæum*, tanquam iis foret finitimus, primum dictum; ipsamque Nympham, quæ ex eodem εἰς δίκλους deciderit, *Dictynnam* appellatam, illi inquam, siti erant in adverso plane & inde quidem remotissimo Insulæ latere, seu, ut vere tradit Strabo, occiduis ejusdem partibus. Unde utique non vicinus iis, ut bene inde colligit Geographus, mons *Dicte* aut *Dictæus*, sed omnino, quod addi hic ab eodem Strabone debuerat (qui *Tityri* aut *Tyri*, prout præferunt veteres libri, montis in eo tractu tantum meminit) *Dictynnæus* mons, de quo ait utique Dicæarchus in Creta;

Ὄρος τὸ Δικλόναιον ἐπὶ δυσμὰς φέρον,
Mons Dictynnæus ad occasum tendens,

Cydoniis proinde finitimus, ubi sita etiam urbs, quæ *Dictynna* a Mela dicitur l. II. c. VII, & a quo monte vel urbe dictum *Dictynnæum*, cujus ipse Geographus alibi meminit, nempe p. 484, Promontorium. Quem præterea *Dictynnæum* in Creta montem memorant alii, ut Plinius l. III. c. XX. de Creta, *montes Cadistus*, *Idæus*, *Dictynnæus*, prout præferre omnes Plinii veteres libros monuerunt viri docti, ac retinuit etiam postremus ac eruditus ejus editor Harduinus, ac inde, ut agnovit etiam ad eundem ὁ πάνυ, Solinus (de quo jam ante) cap. XI. *albet jugis montium Dictynnæi*; & Marcianus Capella de Creta itidem, *montibus Idæo & Dictynnæo sublimis*. Quibus accedunt iusuper veteres Pindari Enarratores, loco jam supra a me adducto ad v. 41. ubi nempe Diana jam grandiuscula dicitur e Delo in Cretam venisse, & *Dictynnæum* in ea

montem inhabitasse, καὶ τὸ Δικλόνιον (seu Δικλυναῖον) ὄρος κατέχειν. E quibus proinde, ut opinor, abunde constat, non *Dictam* vel *Dictæum*, ut hic tamen Callimacho vocatur, sed *Dictynnæum* in Creta, & oppositio quidem illius Insulæ latere, ac Cydoniis finitimam, montem exstitisse; a quibus etiam Cydoniis eo *Dictynnæi* nomine dictus mons ille fuerit, & *Dictynna* insuper vocata eadem Nympha, quæ se ex eo εἰς δίκτυα egerat præcipitem. Ut mittam analogiam, juxta quam a voce δίκτυα melius Δίκλυνα ac inde Δικλύναιον, quam Δίκτη & Δικταῖον formari liquet. Neque proinde id absolvit Callimachum, quod non de *Cydoniis* speciatim, sed de *Cretensibus* in genere id ab eo dictum statuit ὁ πάνυ ad Solinum; quum, ut alia ea de re ad superiorem vers. 197. jam monita hic mittam, non *Dictæus* Cretæ mons, sed *Dictynnæus* ab eo, quod ibidem agnoscit ὁ Δαυμάσιος, diversus sit juxta eundem Battiadem, ab eo Cretensis Nymphæ lapsu denominatus. In eundem vero errorem induxisse videtur Maronem Callimachus, dum ille in Ciri, eandem de hac Nympha Britomartide Minoa fugiente, & a qua postea *Dictynnæ* nomen Dianæ quoque hæserit, ait,

Dictæas ageres ad gramina nota capellas,

Dictæas nempe pro *Dictynnæas*, quæ eo magis hic fuerunt adnotanda, quod neque a prioribus Callimachi editoribus, qui Strabonis tamen ea de re locum viderant, neque a diligentissimo Meursio in Creta, aliisve vel Geographorum vel Poetarum veterum Enarratoribus, fuerint eadem satis expensa; illudque inter *Dictynnæum* & *Dictæum*, ut diversos longeque a se dissitos Cretæ montes, si τὸν πάνυ ad Solinum, (qui illud paucis attigit) mittas, discrimen idonee observatum.

V. 200. ἱερόν τε ῥέζεσι] Quod de culta *Cydoniis Dictynna*, testantur præterea, uti paullo ante vidimus, Herodotus, Strabo, ipsa quoque Orphica, & cujus cultum iis insuper tribuunt, qui iisdem Cydoniis finitimi, *Polyrrheniis & Phalasarnensibus*, Strabo rursus ac Dicæarchus. Unde etiam postea latius emanasse *Dianæ Dictynnæ* cultum, cum ibidem obiter dictum, & mox ad v. 208. plenius adhuc tradetur.

Ibid. στέφε ἥματι κείνῳ] Juxta morem nempe Gentilium in solemnibus eorum sacris haud ignotum, ut singula, quibus eadem dicata erant Numina, peculiaribus ramis seu frondibus arborum, ante floribus nexis corollis, iidem colerent. Sic Jovi, quod tralatitium, *esculus* aut *quercus*; eidem insuper ac Apollini corona e *lauro*; Minervæ ex *olea*; Veneri e *myrtho*; Cereri *spicea*; e *populo* Herculi; Baccho ex *hedera*; Rheæ, Pani, Neptuno & Vulcano, e *pinu*; Furiis e *narcisso*; aut juxta alios, Cereri etiam & Proserpinæ, vulgo sacratæ; ut id non solum a Phædro l. III. Plinio l. XII. §. 11. Plutarcho Sympos. l. v. q. III. & Eustathio Iliad. A. p. 87. sed ex multis insuper nummorum & lapidum seu statuarum monumentis, etiamnum obvium.

V. 201. ἢ πίτυς, ἢ χίνος] Opportune huc facit, nempe ad *coronam pineam*, qua redimiti dicuntur Cydonii, ubi Dictynnæ sacra facerent, id quod apud Achillem Tatium legitur, nempe coronatas e *pinu* Virgines, periculum Virginitatis facturas, l. VI. p. 481. ἐκφαίνεται δὲ ἡ παρθένος ἐπι-

ἐστεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίτυος κόμαις, *prodit autem in conſpectum virgo caput coronata pinus frondibus.* Unde etiam *pinea corona*, ut virginitatis ſymbolo ornata Chloe in Longi Paſtoral. l. 1. p 18. πίτυος ἐστεφανῶτο κλάδοις, *pineis coronabatur ramis*, quamque capiti ejuſdem detractam ſuomet imponit ibidem Daphnis. Ut mittam illud Virgilii in Ceiri:

Pronuba nec caſtos accendit pinus odores,

aut Ovidii Faſtor. II. v. 25. ubi *pura arbor* de *pinu* ab eo dicitur, additque

Ipſe ego Flamineam poſcentem februa vidi,
Februa poſcenti pinea virga data eſt.

Verum quæ loca, nempe Achillis Tatii & Longi, opportune cum aliis dudum congeſta video a Paſchalio in erudito opere de Coronis l. VI. c. XXVIII. Quibus adde Ælianum, qui duos Atalantæ, & de quibus paullo infra, procos Hylæum & Rhoecum, fractis recentibus *pineis ramis*, & inde coronas nectentes, ad puellam continuo diſcurriſſe memorat, l. VI. c. XXVIII. Ἐρίνῳ autem ſeu *lentiſco*, cur in ſacris Dictynnæ, quod hic a Callimacho additur *coronam* adhiberent Cydonii, haud aliud occurrit, niſi quod ex eadem arbore, quæ ſicut in aliis Inſulis maris Mediterranei, ita etiam in Creta frequens proveniret, arando auſpicia capere ſolerent agricolæ, eademque ter in anno fructum ferret. Utrumque certe apud Aratum legitur, Διοσημ. v. 325.

Ὅν τινα δ' κάλλιστα λοχαίη χῖνος ἄρηται,

h. e. Grotio τῷ πάνυ interprete,

Si gravida egregios glandis lentiſcus acervos
Proferat, hoc largas ſperabis ab omine meſſes;

ac paullo ante nempe v. 319. idem Aratus τριπλόα δὲ χῖνος κυέσκε Cicerone interprete,

Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Quæ poſtrema de σχίνῳ ſeu *lentiſco* leguntur itidem apud Theophraſtum de ſign. ſerenit. p. 440. ὁ τῆς σχίνου (non σχοίνου, quod jam vidit interpres) καρπὸς σημαίνει τὰς ἀρότους, ἔχει δὲ τρία μέρη, καὶ ἔστιν ὁ πρῶτος τοῦ πρώτου ἀρότου σημεῖον· ὁ β'. τοῦ β'. ὁ γ' τοῦ γ'. *lentiſci fructus, ſationum tempora ſignificat. Eſt autem ille trium temporum, & primus primæ ſationis ſignum adfert, alter ſecundæ, poſtremæ tertius.* Unde merito Julium Scaligerum alioſque recentiores Botanicos redarguit ad Theophraſti Hiſtoriam de Plantis vir doctus, qui male a Cicerone σχῖνον per *lentiſcum* reddi, aut ea voce alibi apud Theophraſtum, *ſcillam* demum deſignari, ſecus exiſtimaverant. Ut inde haud mirum ſit eandem arborem, Dictynnæ huic Nymphæ, ceu appellatæ ab eadem uti paullo e Virgiliana Ceiri vidimus, *Dictynnæ Lunæ*, eique τῇ αὐξούσῃ πάντα καὶ τρεφούσῃ, *omnia augenti & nutrienti*, ut de ea Joſephus Origin. l. 1. c. 11. ſacram ab his Cretenſibus habitam: de qua nempe Dea Catullus Carm. XXXV.

Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples;

ac Maro Georgicorum l. I. v. 276.

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum.

Unde apud Petronium poſita in domo Trimalcionis tabula, *quæ* habebat *Lunæ curſum ſtellarumque* VII. *imagines pictas, & qui dies boni, quique incommodi eſſent, diſtinguente bulla notabantur.*

Ibid. μύρτου δὲ χέρες ἀδύκλοι] Quæ haud parum illuſtrat Nicander circa finem Alexiph. ubi nempe huic *Dictynnæ* pariter ac Junoni inviſam tradit *myrtum*,

Ἠρὸς δέ τι σοι, Δίκτυννα, τιὰς ἐχθήρεθλο κλῶνας,
Ἥρης τ' Ἰμβρασίης μύνης οὐφ' ἔχ ὑπόδεκλο,
Præterea vero ſuos Dictynna odit ramos (myrti)
Junonemque Imbraſiam ſola non coronavit.

Male autem, quod paullo ante innuebam, Latinus Nicandri Interpres, ibi Δίκτυννα per *Palladem* reddit, & ideo quidem, quod continuo addit Poeta, victricem judicio Paridis in Ida monte Venerem, *myrto* fuiſſe coronatam, inde *myrtum*, ſicuti modo dixerat, Junoni inviſam. Quamquam coronam e *myrto* proprium fuiſſe ἀγώνων, ſeu agonum, qui in Junonis Argivæ honorem Argis celebrabantur, tradere norim veteres Criticos ad Pindari Olymp. Od. VII. p. 70. ab Ariſtophane autem Avib. p. 593. dicantur παρθένιαι λευκότροφοι, *virgineæ albi nutrimenti myrti*, neque proinde a ſacris Dictynnæ, Virginis utique ac inde παρθένου ſubinde & Ἀγνῆς a veteribus dictæ, aliena. Unde coronati etiam *myrto* in Eleuſiniis cum initiati, tum qui ex utroque ſexu præerant aut inſerviebant caſtis illis, ceu quæ in ſumma ἁγνείᾳ peragi dicebantur, ut aliunde notum, Myſteriis; prout illud de *myrteis* nempe coronis in iiſdem τελεταῖς, legitur in Græcorum commentariis ad Sophoclis Oedip. Col. v. 715. & Ariſtophanis Ran. p. 228. Id quod, ut obiter hoc addam, ſicuti alia in iiſdem Myſteriis, ex Oriente omnino hauſtum mihi videtur, prout in veteri Fœdere *juſti* aſſimilantur *myrto*; quod nempe, ſicut *myrtus* æſtate ac hieme, ita juſti ſemper florent in hoc & futuro ſeculo, (quæ ipſiſſima Gentilium de iis, qui rite Eleuſine initiati, fuit opinio) ac unde Eſtherem הדסה *Hadeſſam* dictam tradit Chaldæus Paraphraſtes, Eſth. c. II. v. 7. Unde præterea pro eo, quod Eſa. LV. 13. legitur pro *faliunca* (ſeu *virgulto*) *aſcendit abies, & pro urtica creſcit* MYRTVS, id ab eodem Paraphraſte redditur, *pro impiis conſurgent juſti, & pro peccatoribus conſurgent* TIMENTES PECCATUM. Curtamen a *myrto* abſtinuiſſe hic dicantur in Dictynnæ ſacris Cydonii, ad ſequentem mox verſum videbitur. Conſtat alioquin ex Athenæo l. XV. p. 678. in alio Cretenſium Feſto Europæ ſacro, dictoque Ελλώτια, coronam e *myrto* vehi in pompa ſolitam, eamque vocatam inde Ελλωτίδα. Mitto quod *myrteam* coronam Cereri (ſicuti de Eleuſiniis ejuſdem Deæ modo dictum) ac Veneri communem tradit Artemidorus l. I. c. LXXIV. p. 67. aut quod a Theophraſto H. Pl. l. IV. c. VI. dicitur in omnibus ad Pontum locis, nullam omnino *myrtum* reperiri. Καλλιξ, ut addit, παιδάζουσαν ἡ πᾶσα μυρσινωνία ἐφ' ἑαυτῆς, Gaza

Gaza Interprete, *quamquam ſummo ſtudio omnique ſolertia myrtum ſerere conantur, ad uſus religionis.*

V. 203. ὅθεν μέγα χώσατο μύρτῳ] Cauſſam cur adeo *myrtum* oderit Dictynna, neque ex ea coronas in ejus ſacris necterent Cydonii, caſui hic tribuit poeta; quod nempe hujus Nymphæ Minoa fugientis peplo adhæſerit *myrti* ramus. Potior autem illa habenda hic eſt ratio, quod cum *myrtus* alioquin Veneri, ut id tralatitium & ab Anna eruditiſſima jam obiter eſt adnotatum, ſacra haberetur, unde μύρτον Ἀφροδίτης φυτὸν, *myrtum Veneris plantam* vocat Plutarchus in Marcello p. 310. Virgini proinde Ἀγνῇ & pudicitiæ antiſtiti, ſeu Nymphæ, ſeu Deæ *Dictynnæ* eadem *myrtus* haud immerito fuerit inviſa; tum præterea quod *myrtus* in mortuorum inferiis vulgo adhiberetur. Id quod e variis veterum Tragicorum locis liquet, ſicut Sophoclis Electr. verſ. 324. 512. &c. ac unde *myrti* frondibus coronatæ fuerint Deorum Aræ a moritura Alceſtide apud Euripidem, Alceſt. v. 171. Sic *myrto* etiam redimiti apud Thebanos victores in ſolemni Feſto Ἰόλαια ab iis dicto, ſeu in agonibus ad Jolai tumulum inſtitutis; atque ideo juxta veteres Pindari Enarratores Iſthm. Od. 11. p. 460. μυρσίνῃ γὰρ στεφανοῦνται, διὰ τὸ εἶναι τῶν νεκρῶν στέφος, *myrto enim coronantur, quod ea ſit mortuorum corona.* Quæ feralis proinde planta, Deæ Εἰλειθυίᾳ ſeu Λοχείᾳ, nempe juxta Catullum Carm. xxxv. *Lucinæ Junoni*, minus utique auſpicata videbatur.

V. 204. Οὖπι ἄναασ' ἐνώπι] Haud una traditur hic in Scholiis ratio, cur Diana Οὖπις a Poeta appelletur, & inter alia, deſumpto nomine ab una e Deæ comitibus Οὖπι dicta, de qua agitur infra H. in Delum v. 292. Unde Virgilio, qui ejuſdem Dianæ comitis meminit Æn. l. xi. v. 532. *Opim unam ex Virginibus ſociis &c.* non debuit Macrobius Satur. l. v. c. xxii. unice tribuere, quaſi quod Dianæ epitheton legerat in Græcorum libris poeta, uni ex ejus ſociis continuo impoſuerit, ad idque Alexandri Ætoli verſibus, qui ibidem leguntur, inductus, in quibus non Dianæ comes, ſed ipſa Dea Οὖπις dicitur. Verum hanc Macrobii de eo Virgiliano loco, quod vidit jam doctiſſimus Turneb. Adv. l. xii. c. iii. opinionem, abunde redarguunt, quæ de hac Οὖπι Dianæ comite, & a qua Deæ ipſi nomen poſtea adhæſerit, non hic a priſcis ſolum Criticis dicuntur; ſed infra etiam, uti paullo ante innui Hym. in Delum, ubi Οὖπις juxta ſorores *Loxo* & *Hecaergen* totidem vocantur Virgines, quæ ſacrorum primitias ex Hyperboreis in Delum Inſulam primæ detulerint, & qua de re ibidem opportunior dicendi erit locus. Haud aliter cæteroquin ac eadem Diana, a comite Nympha Britomartide, eaque *Dictynna* poſtea, uti modo dixerat, appellata, idem nomen deinceps apud Cretenſes obtinuiſſe, hic a Callimacho traditur. Unde utique id non *nimiæ* quidem Virgilii *doctrinæ*, juxta Macrobium loco modo indicato, qua ſcilicet ille Dianæ *nomen Opin in ejus comitem tranſtulerit*, ſed ipſius Macrobii, qui ignoraverit rem tamen in Græcorum monumentis pervulgatam, ἀδληψίᾳ vel ἀκριτίᾳ erit potius tribuendum. Cautius proinde Servius, qui, quamquam ad eum Maronis

nis versum *de Opi, una e Virginibus* Dianæ *sociis*, eundem Alexandri Ætoli poetæ locum quoque indicet, in quo Dianam ab Ephesiis Opim vocatam tradit, *quod hoc loco peritissimus*, ut addit, *antiquitatis poeta socia ejus imposuit*; ante tamen dixerat, *Opim quando dicimus, Nympham significamus.* Unde aliorum etiam opinionem continuo refert, de Hyperboræis Opi & Hecaerge, additque, *alii putant Opim & Hecaergen nutritores Apollinis ac Dianæ fuisse. Hinc itaque* OPINDIANAM *ipsam cognominatam.* Immo addit ibidem aliam quoque ejus appellationis caussam, vel *quod proxima Luna* (*quæ Diana*) *terris. facile conspiciat*; nempe ἀπὸ τῦ ὀπήσασθαι, ut apud Hesychium ὀπήσασθαι, (non ὠπήσεσθαι) ὄψεσθαι, alibi ὀπήσασθαι, θεωρῆσαι. Quæ alioquin prior ratio de Diana ita appellata a nutrici ejus Οὖπι, traditur quoque in Scholiis ad hunc Callimachi locum; aliàque insuper παρὰ τὸ ὀπίζεσθαι τὰς τικτούσας, *quod curam ageret parturientium*, seu *iis opem ferret*; prout etiam DIANA OPIFERA dicta in antiquo marmore apud Gruterum XLI. 8. & quo sensu alias ὄπις apud Pindarum de *cura* seu *ope Deorum* legitur Pyth. Od. VIII. p. 293. θεῶν δὲ ὄπιν ἄφθιτον αἰτέω, *Deorum autem opem immortalem peto*, atque, ut ibidem addit, Xenocratis, quem illo Hymno celebrandum susceperat, *fortunis*, seu juxta Scholiastem, *votis*. Hinc alibi ad eundem Lyricum notant veteres Grammatici Pyth. Od. IV. p. 242. Ὀπιζομένων, ἀντὶ τῦ ἐπισρεφομένων ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὰς ὦπας ἐπιβαλλόντων· ἢ ὅτως, ἐπεὶ Ὄπις ἐςὶν ἡ τῦ μέλλοντος ἐπισροφή, quæ postrema ab illis Criticis totidem verbis notantur ad Isthm. Od. III. p. 450. h. e. Ὄπις *est de futuro cura* seu *providentia*. Unde profluxit eadem Hesychii Glossa, ὄπιδα, ἐπισροφήν, & mox ὄπις, ἐπισροφή, non ut ibi ἀπεισροφή, quod postremum adnotatum jam in editione illius Grammatici Batava. Neque vero hic prætereundum, quod Diana, non quæ hic e Jove & Latona, sed alia scilicet patre *Upi* & matre *Glauce* nata, dicatur a Tullio, *quam Græci sæpe Upim* (seu Opim) *paterno nomine appellant*, de Natur. Deor. l. III. c. XXIII. Quam vero Οὖπιν nuncupatam ab Ephesiis Dianam diximus, iis, qui apud Macrobium leguntur, Alexandri Ætoli versibus, eandem tanquam ita peculiariter a Lacedæmoniis appellatam, e Palæphato nempe cap. XXXII. notarunt jam hic priores Callimachi editores. Frischlinus & Vulcanius. Unde quod observo, fieri potuit, ut juxta Coloniarum morem, a Cyrenæis, Spartanorum (uti ea de re supra ad H. in Apoll. v. 72. &c) traducibus, Diana Οὖπις seu Ὦπις coleretur; ac opportune proinde a Cyrenæo Vate, illo nomine eadem Dea hic & rursus infra v. 240. Οὖπι ἄναασα itidem invocetur. Neque enim, quod censuit Vulcanius, Dianam a Cretensibus dictam Οὖπιν hic adfirmat Callimachus (haud magis utique, quam ἄναασαν aut φαεσφόρον, quibus tanquam consuetis Deæ epithetis, poetarum, maxime ὑμνογράφων, more, eam continuo hic compellat) sed ab ea, de qua modo egerat, Nympha, *Britomartin* aut *Dictynnam* potius, uti mox sequenti ab eo versu aperte etiam dicitur, appellatam. A qua alioquin Diana Οὖπι dicti videntur Hymni in hanc Deam Οὐπιγγοι, uti in prima ad hunc Hymnum nota vidimus; quod

etiam

etiam monuerat, uti postea animadverti, doctissimus Lil. Gyraldus. Ipsa vero *Nemesis* appellata quoque Οὖπις, uti in Inscr. Herodis Attici v. 2. Ραμνουσιὰς Οὖπις, sed quam eamdem cum *Diana* habitam, bene ex Harpocratione observat ad eum locum & alibi ad dedicat. Statuæ Regillæ, ὁ πάνυ. Locus nempe Harpocrationis, exstat in voce Αδράστεια, ubi inter alia, Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος Ἄρτεμιν φησιν εἶναι τὴν Αδράστειαν, ἀπὸ Αδράστου τινὸς ἱδρυμένην, *Demetrius vero Scepsius, Adrasteam Dianam esse tradit ab Adrasto quodam, qui Templum ei erexerit.* Ad quam proinde Οὖπιν *Rhamnusiam*, haud minus ac ad Dianam, uti supra vidimus, ab ὀπήσασθαι, seu *inspiciendo* dictam respexit Auctor Orphicorum Hym. in Nemesin, de qua ait inter alia, πάντ' ἐσορᾷς, *quæ omnia vides* &c. Quamquam ab alia significatione ejusdem vocis Ὄπις, pro *vindicta* nempe seu *animadversione*, dictam Οὖπιν Jonice, seu ὄπιν eandem *Nemesin* haud male statuere videatur vir omni excellentis eruditionis, ingenii, ac a præclaris in rem litterariam meritis laude abundans J. G. Grævius, & cujus ea de re ac voce Ὄπις eo sensu notatio in Lectionibus ad Hesiodum p. 27. mihi forte, dum hæc scriberem, opportune occurrit. Ut vere ibidem in Hesychii glossa ante adducta, ὄπις ἐπιστροφὴ, non περιστροφὴ, legendum viderat; ita alteram, quæ ibidem sequitur, φωνὴ & pro qua ποινὴ legendum alioquin statuit vir doctissimus, præter eandem ὀπὸς ab ὤψ notionem, & a qua voce ὀπὸς verbum ὀπυίειν pro γαμεῖς deducunt eruditi Apollonii Enarratores ad l. 1. v. 46. ἢ ἀπὸ τῆς ὀπὸς, τῆς φωνῆς, tueri insuper posset Aristarchus, qui ad illud Pindari Isthm. Od. V. ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν, *spei perturbarunt sollicitudinem* seu *eventum* in Scholiis dicitur eadem verba interpretatus, ἐλπίδων τῶν περὶ τὴν νίκην ἔκνισα τῇ φωνῇ. Sed hoc obiter. Ad ipsam vero Rhamnusiam Οὖπιν seu Ὄπιν refero priscum eumque minus obvium Antonini Pii nummum, in quo mulier visitur, quæ dextra scipionem tenet, sinistram autem velo capitis admovet, haud insolito utique *Nemeseos*, quod norunt talium periti, in aliis antiquis nummis insigni, cum epigraphe OPI AVG. seu *Augustæ*. Immo quo spectare insuper observo alium Græcum, eumque oppido singularem, Neronis nummum Gazæ Mediceæ, in quo figura seminuda cernitur, dextra cyathum, juxta Fittonium, eximium quondam præclari illius Cimeliarchii Custodem, aut, si licet conjicere, Pateram tenentem, sinistra vero Hastam, ad pedes autem Gryphus, cum inscr. ΟΠΙΣ. Occurrunt enim, & quales in Thesauris Gallorum Regiis aliisque subinde versavi, veteres aliquot & Smyrnæorum potissimum nummi, in quibus Nemesis cernitur cum iisdem utriusque nummi modo traditi symbolis, scipionis nempe seu sceptri, aut interdum Pateræ, quam una manu præfert, dum alteram capiti seu ori admovet, & cum Grypho præterea ad pedes. Quod postremum illustrat egregie Nonnus l. XLVIII. p 1270. ubi volare dicitur prope hujus Nemeseos sedem Γρὺψ πτερόεις, *Gryphus alatus*. Ὄπις autem in superiori nummo, communi nempe dialecto, dicta, quæ Ionibus Οὖπις, Doribus autem Ὦπις dicebatur, & quomodo in hoc ipso Callimachi loco legisse videtur Hesychius, juxta

juxta ejus gloſſam Ὥπι ὄνασσα, quod monuit jam ad Inſcr. Herodis magnus Salmaſius. Alioquin non *Diana* aut *Rhamnuſia virgo* ſed Saturni conjunx *Rhea*, ſeu *Tellus*, OPIS nomine, uti e Macrobio rurſus Saturn. l. 1. c. x. Feſto præterea, Servio, aliiſque abunde notum, appellata legitur. Ut nunc mittam alium eumque jam apud Antiquarios pervulgatum Pertinacis nummum, cum inſcr. OPI DIVINAE, nempe juxta illud Pindari paullo ante adductum, ΟΠΙΝ θεῶν.

Ibid. φωσφόρῳ] Vide quæ ſupra de hac Diana LUCIFERA adducuntur ad verſ. 11. Ἀλλὰ φωσφοείην &c. quam ibi a Jove adhuc infans contendit eadem, & cujus proinde voti quaſi jam compos eo nomine hic a poeta invocatur. φωσφόρῳ nempe & φωσφόρῳ tam de *Diana* ſeu *Luna*, quam de *Veneris ſtella* dictus ſeu *Lucifero*, eademque *Junonis* ſtella; ut illud pridem a Timæo de Anima Mundi apud Platonem, quod ſupra obiter ad verſ. 164. innui, traditur; nempe δύο δὲ ἰσόδρομοι Ἀελίῳ ὄντι, Ἑρμῇ τε καὶ ΗΡΑΣ, τὸν ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ καὶ ΦΩΣΦΟΡΟΝ, τοὶ πολλοὶ καλέουσι, *duo autem Aſtra pari cum Sole curſu eunt, Mercurii & JUNONIS aſtrum, quod* VENERIS *&* LUCIFERUM *a multis dicitur.* Unde in gloſſis Philoxeni, φωσφόρῳ *Lucifer*; & φωσφόρῳ ἡ Ηρα, *Lucina.*

Ibid. & V. 205. σὲ κείνης Κρηταίες καλέσσιν ἐπωνυμίην &c.] Non *Britomartida* quidem, ut hic a Latino Interprete additur, & quamquam eo nomine dicta etiam fuerit, quod ante vidimus ad v. 190. a Cretenſibus Diana, ſed *Dictynnam.* De hac enim poſtrema Nymphæ illius appellatione modo egerat Callimachus, & qua cultam maxime, non a *Cydoniis* ſolum, ſed eorum exemplo, ab aliis *Cretenſibus*, & etiam extra eandem Inſulam, Dianam conſtat. Inde Virgilius in Ciri, ubi de eadem hujus Nymphæ Britomartidos fuga & caſu egiſſet, addit,

— *alii, quo notior eſſes,*
DICTYNNAM *dixere tuo de nomine* LUNAM.

Immo quod ut proprium Deæ illius nomen apud *Cretenſes* evaſiſſe obſervant veteres, ut præter Diodorum l. v. p. 343. Palæphatus Fab. XXXI. καλέουσι δὲ τὴν Αθηνᾶν Κυρηναῖοι Γοργόνην, ὥσπερ τὴν ΑΡΤΕΜΙΝ Θρᾷκες Βένδειαν, ΚΡΗΤΕΣ δὲ ΔΙΚΤΥΝΝΑΝ, *Palladem autem Cyrenæi Gorgonem vocant, ſicuti Thraces* DIANAM *Bendiam*, CRETENSES *autem* DICTYNNAM; & ſimiliter Apulejus Metam l. XI. quæ loca jam occupavit in Creta Cl. Meurſius p. 207. *Cyprii Paphiam Venerem* CRETES *Sagittiferi* DICTYNNAM DIANAM; eandem quippe, quod addere hic licet, τοξότιν ac Venatricem Deam, & quæ inde πολυθήρος Δίκτυννα, *multas venans feras Dictynna*, ab Euripide loco jam alibi adducto dicitur, Hippol. v. 145. Unde cælata etiam eadem arcitenens & Κυνηγὸς Dea, ſeu *Dictynna* viſitur adhuc in antiquis *Cretenſium* nummis, & a *Communi* quidem gentis percuſſis, cum inſcr. ΚΟΙΝΩΝ ΚΡΗΤΩΝ, *Commune Cretenſium.* Cujuſmodi nempe ſub Trajano & Hadriano cuſi plures exſtant in Theſauris Gallorum Regiis, iique ſubinde præter ſuccinctæ & arcitenentis Dianæ habitum, cum cane inſuper Venatico, ut Κυνηγὸν Deam facile iidem prodant. Quibus accedit alius inſignis Tra-

jani

jani nummus, quem jam vulgarunt nobiles Antiquarii Triſtanus ac Seguinus, in quo Dea hæc nuda, monti nempe Dictynnæo, de quo paullo ante, inſidens ſiniſtra infantem, tanquam λοχεία Dea ſeu Ειλείθυια, dextra autem jaculum tenens; utrinque vero ſtantes duo armati milites cum haſta & clypeo ſpectantur, ac Inſcr. ΔΙΚΤΥΝΝΑ. Quorum etiam nummorum ectypa, e quibus hic & plures aliorum Auctorum loci de hac *Dictynna*, eaque Κυνηγῷ *Cretenſium* Dea, ut hic dicitur, haud parum illuſtrantur, hic adponere haud erit inconſultum.





Quamquam non in *Creta* primo repertum, ſed a Samiis ad Cydonios Cretenſes tranſlatum hujus *Dictynnæ* cultum, tradat loco ſupra jam adducto ad v. 198. Herodotus; & alibi etiam extra Cretam eundem viguiſſe conſtet, ſicut in Laconica, idque cum in Aphetaide, ubi Dictynnæ Ædem refert Pauſanias l. III. p. 183. tum in Dianæ Promontorio, ubi celebratum annuum Δικτύννης Αρτέμιδος feſtum obſervat eodem libro p. 210. Adde Ambriſenſes in Phocide, apud quos Δικτυνναίαν (ni legendum forte Δικτύννην) Αρτέμιδα præcipua religione cultam idem memorat l. x. p. 682. Hinc a Plutarcho etiam dictum de Solert. Anim. p. 984. καὶ μὴν ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ γε ΔΙΚΤΥΝΝΗΣ. Δελφινίου τε Απόλλωνος ἱερὰ καὶ βωμοὶ παρὰ ΠΟΛΛΟΙΣ ΕΛΛΗΝΩΝ εἰσὶν, *unde etiam* DIANÆ DICTYNNÆ (h. e. a δικτύοις ſeu *retibus*, uti ea de re ſupra, dictæ) *& Apollinis Delphinii Templa & Aræ* PASSIM APUD GRÆCOS. Quamquam non a δικτύοις, ſeu piſcatoriis, ſeu venaticis; aut vero quod relicta Delo in Dictynnæo Cretæ monte egerit, uti ſupra tradentes vidimus Pindari Enarratores, eo *Dictynnæ* nomine appellata fuerit hæc Dea; ſed miſſis poetarum ea de re fabulis, a *radiis*, quos ad nos *remittat* Diana ſeu Luna; aut vero quod vis ejus omnia pervadat, dictam eandem Δικτίνναν vel Δικτίνην illud nempe a δίκειν pro βάλλειν *jacere*, vel *jaculari*; iſtud a διακνεῖσθαι *permeare*, tradat Phurnutus penult. capite.

V. 206. Κυρήνην ἑταρίσσαο] De hac *Cyrene* Nympha venatrice abunde actum jam ſupra ad Hym. in Apollin. v. 94. quæ Υψηΐς, quod mox hic ſequitur, *Hypſii* nempe filia, ibi itidem dicta v. 92.

V. 208. παρὰ τύμβον Ἰώλκιον] *Peliæ* nempe ut notant hic Scholia, qui *Pelias* proinde non *Peleus* (ut male in Friſchlini ad hunc locum adnotatis, forte typothetarum errore, ſcribitur) ἐν εὐρυχώρῳ Ἰωλκῷ Ναῖε πολύῤῥηνος, in *Jolco ſpatioſo habitabat opulentus*, juxta poetam, Odyſſ. Λ. l. 255. Dicta quoque illa Jaſonis, *Peliæ* e fratre nepotis, patria, & ob me-

metrum similiter Ἰάολκος pro Ἰώλκος apud Apollonium Rhod. l. IV. v. 218 Ἐν δὲ αὐτῇ Ἰαολκὸς ἐμὴ πτόλις, in *ipsa autem* (Thessalia) *Jolcos civitas mea* &c. Eadem vero urbs, non quidem ab hoc *Pelia*, sed a situ ad radicem montis in Thessalia Pelii sive Πηλίου, appellata Πηλιῶτις Ἰωλκὸς apud Euripidem Mede. v. 484.

Την Πηλιῶτιν εἰς Ἰωλκὸν ἱκόμην,

Peliotam ad Jolcum veni,

scilicet juxta Pindarum, qui Nem. Od. IV. p. 363. Πηλίου παρ' ποδὶ Ἰωλκὸν, *Pelii ad pedem montis Jolcum* vocat. In eodem autem monte *Pelio* venatam assiduo Cyrenem, ibique, quod jam supra ad H. Apollin. v. 91. adnotavi, insignem de prostrato leone victoriam, idque sine armorum opera retulisse, memorat idem Lyricus Pyth Od. IX. p 299 Quod proinde peractum feliciter ibi ac intrepide ab hac Nympha Κυνηγῷ certamen, a Callimacho hoc & superiori versu innuitur. Iis enim dicitur hæc *Hypsei filia* duos venaticos canes a Diana nacta, & illis *apud tumulum Peliæ*, *Jolci* Regis, h. e. in radicibus montis Pelii, ubi *Jolcos* sita, insigne illud cum leone certamen decertasse. Quæ clara mens hujus loci, quam ex parte viderat, sed non satis adsequutus est aut declaravit Frischlinus,

Ἀυτη θηρητῆρε δύω κῦνε, τοῖς ἔνι κούρη
Ὑψηΐς παρὰ τύμβον Ἰώλκιον ἔμμορ' ἀέθλου,

Duos canes venaticos (a Diana datos) *cum quibus*
Hypsei filia Cyrene, *Jolci apud tumulum Peliæ victoriam de leone prostrato reportavit.*

Illud vero in priori versu τοῖς ἔνι, pro *cum quibus*, seu *quorum opera*, pari schemate dictum videtur, quo apud Atticos μεθ' ἡμέραν, pro ἐν ἡμέρᾳ dicebatur, ut notant veteres Critici ad illud Aristophanis in Pluto. p. 92. ἀποδύομαι μέθ' ἡμέραν, *spolior interdiu*, aut ἐκ pro μετὰ *post* apud Æschylum dicitur Agamem. v. 909.

Κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,

Pulcherrimum diem videre post tempestatem.

V. 209. Κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον] Πρόκνη seu *Procne* in scholiis ad hunc locum dicitur, quæ vulgo alioquin *Procris* apud Poetas ac Mythographos, Homerum, Maronem, Ovidium, Antonium Liberalem Fab XLI. Pausaniam, aliosque appellari consuevit; nisi quod in Romano Virgilii, eoque venerandæ antiquitatis codice, *Procne* pro *Procris* legitur, ut observarunt viri docti ad Æn. l. VI. p. 44. Nota alioquin abunde ex iisdem Mythographis *Procne*, non *Cephali* quidem, sed *Terei* infelix conjux.

V. 210. σὺν ὁμόθηρον] Unde similiter de eadem *Procne* seu *Procride* Ovid. Metam. l. VII. 746

Montibus errabat studiis operata Dianæ,

& apud Pausaniam fit mentio canis venatici, huic Nymphæ a Diana dati, ὑπὸ τοῦ κυνὸς, ὃν Προκρίδι τῇ Ερηχθέως ἔδωκεν Ἄρτεμις, *ab eo cane, quem* Procridi *Erechthei filiæ Diana dono dedit*. Quibus adde Xenophontem, qui concludit opportune Cynegeticon suum his verbis, quod non viri

viri ſolum, quotquot venandi fuerunt ſtudioſi, præclari viri exſtiterint, ἀλλ' οὐ γυναῖκες, αἷς ἔδωκεν ἡ θεὸς ταῦτα ΑΡΤΕΜΙΣ, Ατalάντῃ καὶ ΠΡΟΚΡΙΣ, καί τινες ἄλλαι. *ſed etiam feminæ, quibus hæc* DIANA *largita eſt, ut Atalanta &* PROCRIS, *& ſiquæ alia.* Hinc utraque etiam, hic *Procris*, mox *Atalanta*, inter Dianæ ὁμοθήρους a Callimacho refertur.

V. 211. ἴσον φαέεσσι φιλῆσαι.] Ita Moſchus Idyll. II. v. 9.

Τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν,

Eum quidem colebam ſicut oculos meos,

& qui ſæpe alibi Callimachum exprimit vel imitatur, Veronenſis Poeta notis verſibus, Carm. III. *Quem plus illa oculis ſuis amabat*, & Carm. XVI, quod poſtremum jam adtigit Anna eruditiſſima, *Ni te plus oculis meis amarem*, ut vulgo Galli ſimiliter, *il aime plus que ſes yeux. Oculi* nempe ſeu *lumina* Græcis Latiniſque Scriptoribus, paſſim de rebus aut perſonis, quæ pro cariſſimis vulgo habita, quod tralatitium, dici ſolet; unde de Ajace frater Teucer apud Sophoclem Ajac. v. 991.

Ὦ φίλτατ' Αἴας, ὦ ξυναίμων ὄμμ' ἐμοί,

O amantiſſime Ajax, o conſanguinee mihi ocule.

Sic *Regis oculi* dicti apud Perſas, fidiſſimi eorum ſatrapæ, ut præter Ariſtophanem Acharn. p. 375. aut Plutarchum in Artaxerxe, liquet præterea ex Æſchylo Perſ. 877.

Τὸν σὸν πιστὸν παντὶ ὀφθαλμὸν,

Tuum fidum per omnia oculum,

de uno nempe e Xerxis Satrapis. Adde Ariſtotelem Politic. l. III. c. XVI.

V. 212. ἀμφ' ὤμοισι φαρέτρας ἰοδόκους] Qualis vulgo Dianæ habitus in ſtatuis ac nummis antiquis comparet, cum exerto nempe *humero dextro*; *pharetra* ad eundem *ſagittis plena* ſeu ἰοδόκῳ (aut quod idem, ut apud Apollonium l. I. v. 1194. εὐῤῥοδόκη φαρέτρη) & nuda inſuper, ut continuo de his Dianæ Nymphis ſequitur, dextra mamma. Ad quem etiam exertum vulgo in iiſdem monumentis Dianæ humerum, reſpexit Claudianus de Nupt. Honor. & Mar. v. 290. ubi in hujus Auguſtæ ſponſæ laudes excurrens, ait inter alia

Auroræ vincis digitos, HUMEROSQUE DIANÆ.

Idem vero, quod hic dicitur, comitum venatricis hujus Deæ κυνηγῶν Nympharum habitus; niſi quod ſubinde etiam non in *dextro*, ſed in *ſiniſtro humero pharetram* ἰοδόκον eædem geſtarent; prout de Atalanta, de qua mox Callimachus, dicit Ovidius Metam. l. VIII. v. 320.

Ex HUMERO *pendens reſonabat eburnea* LÆVO

Telorum cuſtos.

Ubi præterea *telorum cuſtos* dicitur, quæ hic φαρέτρα ἰοδόκος, & qua de re vide notata ſupra ad v. 82. καλλικλῆδα βελέμνων.

V. 213. ἀσύλωτοι δὲ φὶν ὦμοι Δεξιτεροὶ] Hac voce ἀσύλωτοι, non *inviolabiles* aut *illæſos*, juxta Interpretes, ſed *nudos* ſignificari, ingenioſe conjecit præſtantiſſima Fabri filia: velle enim Callimachum, illis Dianæ comitibus, *dextros humeros nudos* fuiſſe ſicuti Amazonibus, quod

adſtruant etiam ſequentia Poetæ verba, de *nuda* earundem Nympharum *mamma*; quamquam id alibi, quod ſciat, haud reperiatur. Res equidem ipſa, ut eam hujus loci explicationem confirmem ac illuſtrem, de *nudis* nempe Dianæ Venatricis ejuſque comitum Nympharum *humeris dextris*, (quamquam & *lævis* nonnunquam, ut modo diximus ad v. 212.) ac *nuda*, quod hic additur *mamma*, e veteribus Nummorum ſtatuarumve obviis adductiſve paullo ante iconibus, aut quæ mox adferentur, certa omnino & liquida. Hinc de iiſdem Dianæ comitibus Claudianus 11. Conſ. Stil. v. 243.

— *veniunt* HUMERUS *& brachia* NUDÆ.

Vocis autem illius ἀσυλώτε pro *nudo* uſum, licet alibi forte haud obvium, adſtruere hic videtur, quod exuviis ferarum dextri veterum venatorum priſcorumve Heroum aut Heroidum etiam humeri vulgo tegerentur, juxta illud Criticorum ad Apollonii Rhod. l. 1. v. 1438, de Argi nempe humeris taurina pelle amictis, ubi adnotant iidem, σύνηθες γὰρ τοῖς Ἥρωσι δερμαδοφορεῖν, *ſolemne enim Heroibus pelles* ſeu *exuvias animalium geſtare*. Quo amictu etiam, caprinarum nempe pellium, indutæ Heroides Libycæ, quo nempe tractu oriundus erat hic vates Cyrenæus, leguntur alibi apud eundem Apollonium l. IV. v. 1348.

Στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμένοι ἐξ ὑπάτοιο
Αυχένος, ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύος,
Caprinis amicta pellibus, e ſumma
Cervice circum humeros & lumbos.

Et quo proinde alias conſueto humerorum tegumento caruiſſe hic dicit Callimachus has Heroidas, ſeu Dianæ κυνηγὲ comites Nymphas; proinde *exuviis* id genus deſtitutos earundem *humeros*, ſeu *nudos*, quod pleniſſime antiqua comprobant monumenta, hinc vocat. Idem tangit Valerius Flaccus l. v. v. 136. *atque humeros nudata pharetris*. Quamquam & Interpretes, qui ἀσυλώτες per *inviolabiles* & *illæſos* reddunt, tueri forte hic poſſet, quod nempe *pharetram ſagittis plenam*, ſeu, ut hic dicitur, ἰοδόκον, eamque cingulo ad dextrum latus adſtrictam eædem geſtarent Nymphæ, quo proinde teli ſeu armorum genere, ab omni vi ac injuria, ſe ad inſtar Dianæ *illæſas* abunde præſtarent. Unde de iiſdem ait loco paullo ante adducto Claudianus, nempe ſequenti verſu 244,

Armataque manus jaculis, & terga ſagittis.

Immo quod continuo firmare poſſet aut illuſtrare, Statii de Statua Domitiani Equeſtri, primo Silvarum Poematio locus, ubi totum ejus habitum deſcribens ait inter alia, v. 93.

It tergo demiſſa chlamys, LATUS *enſe quieto*
SECURUM.

Haud aliter ac *humeros* harum Nympharum, *pharetris* itidem inde pendulis *ſecuros* ſeu *inviolabiles* ἀσυλώτες nempe hic dicit Callimachus. Verum iis verbis Papinius, pacatorem, ſeu, ut de eodem ante dixerat, *dextra vetat pugnas*, non vero amplius bellorum diſcriminibus obnoxium adumbrat ibi Domitianum.

V. 215.

V. 215. Ποδοῤῥώην Αταλάντην] Scholia ad hunc locum, Ποδοῤῥώην, τὴν τοῖς ποσὶν ὀρούσαν καὶ ὁρμῶσαν, seu *pedibus irruentem & velociter gradientem*. Occurrit alioquin vox ῥώεσθαι pro *festinare*, non apud Homerum solum, sed apud Nicandrum Ther. p. 24. de *dipsade*, quæ *præ siti adusta cervice properabat gressum*, κεκαυμένος αὐχένι δίψη Ῥώετο, & apud Apollonium Rhod. de Nereidibus l. 1. v. 942. Ῥώοντο ἔνθα καὶ ἔνθα, *discurrebant hinc & illinc*; & præterea in Inscr. Herodis Attici v. 9. Ὡς τὴν δὲ ῥώεσθε, *sic huc properate*, ac ubi inde Ποδοῤῥώην seu *velocem pedibus Atalantam* hic a Callimacho dici observat ὁ πάνυ. Neque vero aliter de Ποδοῤῥώῃ hac virgine Ælianus V. H. l. XIII. c. 11. ἐπεφύκει δὲ ΩΚΙΣΤΗ ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ, καὶ οὐκ ἂν διέφυγεν, οὔτε θηρίον, οὔτε ἐπιβουλεύων αὐτῇ ἄνθρωπος; φυγεῖν δὲ ἐθέλουσαν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβε, *natura autem eam* CELERRIMAM PEDIBUS *finxerat, ita ut neque fera cursu ab ea posset evadere, neque homo ei insidians; ubi autem voluit aufugere, tum vero nemo eam fuisset adsequutus*, & quæ plura adhuc in sequentibus tangit de incredibili hujus Atalantæ *velocitate*, quæ fulguris instar aut stellæ transvolans apparebat repente, vel subducebat se hominum conspectui. Quæ tamen inde confundi nullatenus debuit, quod a Statio alioquin factum Thebaid. l. VI. v. 563. (& qua de re mox dicetur) cum altera illa vere etiam Ποδοῤῥώη, seu *pedum velocitate*, & cursus gloria nobilitata Atalanta, de qua ille ibidem, *Nota parens cursu* &c. Quod jam ibi ad Statium notavit vetus ejus Interpres.

V. 216. Κούρην Ιασίοιο &c.] Mire confusa & perturbata sunt apud veteres Mythologos, Poetas, Criticos, quæ de *Atalanta* seu *Arcadia*, seu *Argiva* vel *Bœotica* iidem memorant; quod erudite animadvertit ac demonstravit ad Propertium elegantissimus Muretus, ac observarat etiam pridem Apollodorus l. III. c. IX. Hinc, ut aliam mittam, *Arcadica*, seu *Jasii Arcadis*, ut hic vocatur *filia*, ac inde *Jasis*, quod viderunt alii, a Propertio appellata l. 1. El. 1. eadem, inquam, modo Ἰάσου παῖς, ut apud Apollodorum loco modo indicato, & veteres Homeri Iliad. l. v. 544. ac Euripidis Phœn. v. 152. Enarratores; modo Ἰασίωνος, uti duobus apud Ælianum locis V. H. l. XIII. c. 1. modo Ἰάσονος etiam in antiquis ad Apollonium Rhod. Scholiis l. 1. v. 769. Sed ubi Ἰάσου vel Ἰασίωνος legendum omnino videtur; modo Ἰασίου, seu ob metrum, ut hic Ἰασίοιο, ac similiter apud Hyginum Fab. XCIX. *Jasii filia* dicitur. Diversa vero eadem *Atalanta*, quod notarunt jam alibi viri docti, & quibus præiverant cum, ut jam dixi, Apollodorus, tum veteres Euripidis, Apollonii Rhod. & Statii Interpretes, ac præterea Tzetzes in Chiliadibus, diversa, inquam, ab altera illa, vel *Argiva* vel *Bœotica* vel (neque enim hic veteres ὁμόψηφοι) e *Scyro* Insula, quamquam vera itidem, ut supra dixi, Ποδοῤῥώῃ seu *pedibus veloci* Atalanta, eaque *Oenomai*, aut, juxta alios, *Schœnei* filia, non *Jasi* vel *Jasii*; ac inde *Schœneia* appellata ab Ovidio *Metam.* l. X. v. 609. & *Schœnis* (sicut altera illa uti vidimus *Jasis*) a Sidonio Apoll. Carm. XII. v. 15. aut *Schœneis*, eaque *volucris* proinde apud Claudianum dicta in laude Seren. v. 170. Quæ postrema tamen *Atalanta*, quod monen-

dum hic fuerat a Callimachi editoribus, non vero juxta Callimachum prior illa *Jasii filia*, ab aliis Scriptoribus, Diodoro l. IV. p. 240. Apollodoro l. I. & eodem teste l. III. Hesiodo, aliisque pluribus Auctoribus, Hygino præterea Fab. CCXLIV. & CCLXXIII. iis accensetur, qui venationis hujus apri Calydonii fuerunt socii. Mitto, quæ de *Jasidos Atalantæ*, & de qua hic Callimachus, conjuge vel *Meleagro*, vel *Menalione* aut *Melanione* natoque inde *Parthenopæo* Arcade, uti ille ab Æschylo etiam dictus Sept. Theb. v. 582. apud memoratos modo Auctores, Apollodorum, Ovidium, Propertium, Hyginum, Statium, item Pausaniam l. V. p. 327; aut vero quæ de eodem *Melanione* ac *Atalanta*, juxta Palæphatum cap. XIV. vel altera illa *Schœneia Atalanta* & Hippomene, juxta Ovidium Metam. l. VIII. v. 689. ac Heraclidem a Leone Allatio vulgatum Incredibil. p. 22. edit. Cantabrig. in leones scilicet conversis, pari συγχύσει & varietate traduntur. Quibus utique discrimen illud, quod viderunt alioquin post veteres Criticos viri docti, de duplici hac *Atalanta*, *Jasíde* nempe, de qua hic sermo, & *Schœneide*, non medetur; & in quibus perturbatis adeo ac oppositis inter se veterum Auctorum de utraque illa virgine narrationibus conciliandis, ut neque tot aliis eorundem μυθολογεμβρίοις, frustra quis hodie ingenii aciem intendat, aut vero otiosus abutatur.

Ibid. συοκτόνον Ἀρκαδίδαο] E quo loco Stephanum bene emendarunt viri doctissimi Salmasius ac Holstenius, ubi antea in voce Ἀρκὰς legebatur τὸ πατρονυμικὸν Ἀρκεσίδας, pro Ἀρκασίδας, & quod jam arguebant sequentia, τὸ θηλυκὸν Ἀρκασὶς. Inde vero hæc Atalanta, a patria nempe in eadem Arcadia, *Nonacrina Atalanta* ab Ovidio de Arte Amandi l. II. v. 125. alibi vero, nempe Metam. l. VIII. v. 316. *Tegeæa*, ab alio eoque celebri *Arcadiæ* oppido, denominata. Συοκτόνος autem seu *apri* Calydonii *interfectrix* eadem hic traditur, quod in solemni illa venatione Meleagro socia, prima etiam aprum sagitta transfixisse dicitur apud Pausaniam l. VIII. p. 528. Unde quoque comparet eadem, quod observo, juxta reliquos Heroas ad venationem illam accinctos, in præclaro marmore apud Cl. Sponium Miscell. p. 312. Sed quam male ibi ad Dianam, cui nulla utique in ea venatione partes, referebat vir doctus. Eodem enim plane habitu spectatur hæc *Atalanta*, quo eam describit aprum cum Meleagro venantem Philostratus Icon. p. 868, & quod magis adhuc ibi opportunum, quo hæ Nymphæ Dianæ comites amictæ, ut modo vidimus, a Callimacho enarrantur; arcu nempe & sagittis instructa, veste præterea supra genu, qualis vulgo & de qua ante v. 11. κυνηγὲ Deæ ejusque comitum Nympharum, succincta, cum crepidis præterea ad pedes adstrictis, (de quibus supra ad v. 16. brachiis denique ad humerum usque exertis; nempe ut de eadem Atalanta dicto loco Philostratus, ἔσαλλαι δὲ ἐσθῆτι μὲν ἅπερ γόνυ κεκρύφαλος (non κεκρῖδα) δὲ τοῖν ποδοῖν ὑπῆλθε· καὶ αἱ χεῖρες ἐς ὦμον γυμναὶ, ἀφ' ὃ τὸ ὑπερῷον εἶναι τῆς ἐσθῆτος ὀκεῖ ἐς περόνας ξυνεχομένης, *accincta vero est veste supra genu, soleis pedibus adnexis, manus & brachia ad humerum nuda, quod sit ad agendum parata, veste ibi ad fibulas constricta.* Quæ ipsissima est sequen-

quentis venatricis Atalantæ in dicto apud Sponium marmore, unde illa hic exprimitur, cælatæ effigies.



V. 218. ἐπίκλητοι Καλυδωνίȣ ἀγρευτῆρες] Sic Ovidius de iisdem apri hujus venatoribus, Metam. l. VIII. v. 300. *lecta manus juvenum* &c. qui cum ibi, tum ab Apollodoro l. I. cap. VIII, & ab Hygino plenius enumerantur Fab. CLXXIII. Horum etiam præcipuos recenset, quales nempe depicti erant in simili hujus venationis tabula apud Tegeatas Arcadas, Pausanias l. VIII. p. 529. sicuti ab una parte, ut ibidem ait, eadem hæc Atalanta, Meleager præterea, Theseus, Peleus &c. Spectatur vero idem *aper Calydonius* venabulo confixus in vetustis aliquot Ætolorum, quorum primaria, ut aliunde notum, urbs *Calydon* exstitit, nummis, & cujusmodi nuper alia occasione protuli in vulgatis meis ad præstantissimum Begerum nostrum epistolis. A quo etiam apro *Calydonio*, eandem, quamquam non Ætolicam, sed Arcadicam συοκτόνον vocat Hieronymus adv. Jovianum l. I. *Atalantam Calydoniam virginem*, & quem locum jam ad Ælianum notavit eruditissimus Kuhnius. Idem vero aper, non *Calydonius* solum a loco, ubi idem cæsus, sed *Oetæus* etiam dictus seu Οἰταῖος (nempe ab ejus natali solo *Oeta*; noto Thessaliæ monte) apud Lycophronem p. 84. & Eustathium ad Iliad. I. p. 773. & 747.

V. 219. Μέμφονται κάπροιο] Nisi forte Thestii filii, qui ob datum Atalantæ a Meleagro, & in prœmium præstitæ in ea venatione laudabilis operæ, occisi nempe apri caput simul ac pellem, aut juxta alios pellem

 solam,

ſolam, quæ dona eidem Nymphæ ademiſſe aut adimere voluiſſe dicuntur apud Apollodorum l. I. Diodorum l. IV. p. 240. Hyginum Fab. CLXXIV. Tzetzem ad Lycophr. p. 861. & Euſtathium dicta modo pag. 774. l. 47. Quamquam nulla mentio Atalantæ, ubi orta de illo cæſi apri prœmio rixa, vel apud Homerum legatur in commemoratione hujus rei Iliad. l. I. v. 543. &c. & quem proinde hic ſequutus Battiades; vel apud Antonium Liberal. Fab. II, qui ejuſdem facti meminit. Unde etiam non veterum, ſed recentiorum demum Auctorum, ſeu, ut ibidem ait, οἱ νεώτεροι φασὶ (& in qua tamen claſſe, uti modo diximus, Apollodorus, Diodorus, Hyginus &c.) hoc ab Euſtathio ibidem traditur dato nempe Atalantæ a Meleagro cæſi apri prœmio, ſubortaque inde inter eundem & Theſtii liberos contentione.

V. 220. ἔχει δὲ ἔτι θηρὸς ὀδόντας] Tegeatæ nempe Arcades, apud quos apri hujus Calydonii *dentes* obſervatos, ac dein ab Auguſto Romam delatos, tradit Pauſanias l. VIII. p. 529. mox autem ſeu p. 530. e duobus illis in urbem aſportatis hujus apri *dentibus*, unum effractum, alterum in Liberi Patris æde ſervatum. Idem vero ibi quoque obſervat, in templo Minervæ Aleæ apud dictos Tegeatas, pellem ejuſdem apri Calydonii ſetis nudatam ac jam præ ſenio putreſcentem, ſuo adhuc ævo repoſitam. Inſignis autem, & cujus alibi facta a me mentio, nummus, non *Arcadum* quidem, ſed *Ætolorum* in Theſauris Gallorum Regiis, in quo hinc caput Apollinis laureatum viſitur, illinc hi *dentes* apri Calydonii, cuſpis præterea venabuli, quo idem confoſſus, ac botrus inſuper occurrunt, cum inſcr. AITΩΛΩΝ. Ut de Meleagri haſta hic ſileam ſeu venabulo, quo eundem aprum confeciſſe dicitur, non apud Arcadas, aut vero apud Ætolos, ſed apud Sicyonios (& qua de re nos etiam alibi) ſervato, tradit idem Auctor l. II. p. 299. Mitto hic aprum Erymanthium, cujus in Arcadia cæſi *dentes*, non in eadem regione, ſed apud Cumanos in Opicis cuſtoditos, aut pro talibus venditari, refert idem Pauſanias l. VIII. p. 492. Nota alioquin veterum religio, & de qua nos alibi, juxta quam in Deorum Fanis, aut Antris ſubinde, lociſque ad id ſeu θησαυροῖς (quales apud Delphos, aut vero Olympiæ in Elide & alibi commemorantur) deſtinatis, ſtudioſe recondi & adſervari conſueverant, id genus de proſtratis hoſtibus vel immanibus feris, ut de aliis ſileam, & conſecratis inde omne genus ſpoliis vel donariis, monumenta; dictique fuerint, quibus tradita id genus κειμηλίων cuſtodia, οἱ ἐπὶ τοῖς θαύμασι.

V. 221. Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ροῖκον] In antiquis ad hunc locum Scholiis dicitur, utrumque hunc *Hylæum* & *Rhœcum* Centauros circa Arcadiam exſtitiſſe, qui Atalantæ vim inferre parantes, ab eadem fuerint interfecti. Quam rem pluribus tangit non Ælianus ſolum, quod jam hic vidit vir doctus, V. H. l. XIII. c. I. ſed etiam Apollodorus l. III. c. IX. & a quibus proinde haud aliena, quæ de *Jaſidos* hujus *Atalantæ* proco *Menalione* vel *Melanione* (utroque enim modo vocatur in veteribus libris) ab *Hylæo* vulnerato tradit Propertius,

Ille

Ille etiam Hylæi percussus vulnere rami,
Saucius Arcadicis rupibus ingemuit.

A quibus tamen abit Maro, qui Georg. l. II. v. 435. utriusque hujus Centauri meminit, verum tanquam in cruento Centaurorum ac Lapitharum convivio a Baccho interempti. Ad quem proinde Virgilii *Rhœcum* vel *Rhœtum* (variant hic etiam MSS.) respexisse videtur Val. Flaccus l. I. v. 141. *multoque insanus Jaccho Rhœtus*, ut præfert postrema e veteribus libris a Nicol. Heinsio, de Latinis Musis præclarissime merito, emendata editio. Ad *Hylæum* autem, de quo Maro, similiter Horatius l. II. Od. XII. *Nec fœvos Lapithas, & nimium mero Hylæum*; Alibi vero apud eundem Lyricum, non Centauri quidem sed Gigantis seu Terrigenæ *Rhœci* vel *Rhœti*, a priori proinde diversi, occurrit mentio lib. II. Od XIX. & l. III. Od. IV. Unde etiam in hac diversitate, hinc Callimachi hoc loco, & qui ei suffragantur, Apollodori, Æliani, ac veterum ad eundem Battiadem Interpretum, illinc Virgilianæ de utriusque hujus Centauri exitio narrationis, nihil aliud statuendum est, nisi aut non de iisdem, sed de diversis agi ab utroque Poeta, *Centauris*; aut quod priscis etiam fabulatoribus, & quidem in Atalantæ hujus rebus aut gestis, uti paullo ante vidimus, solemne, ut diversa omnino & inter se pugnantia subinde de iisdem tradiderint.

V. 224. Μαινάλη &c.] In hoc *Mænalo* Arcadiæ monte egisse hanc venatricem Atalantam, docebit præterea Apollonius Rhod. ubi in eodem datam ab ea Jasoni hastam tradit, eandemque voluisse cum Argonautis proficisci, nempe l. I. v. 769. &c.

Δεξιτερῇ δὲ ἕλεν ἔγχος ἀκαχμένον, ὄρρι Ἀταλάντη
Μαινάλῳ ἔν ποτε οἱ ξεινήιον ἐγκυάλιξε,
Dextra autem capit hastam procul jaculatricem, quam ei Atalanta in monte
Mœnalo, tanquam hospitis munus quondam dederat &c.

Quamquam non hanc *Mœnaliam Atalantam*, uti illa a Statio vocatur Theb. l. VI. v. 563, sed quam ibidem (sicut paullo ante vidimus) cum altera Argiva vel Bœotica confundit, verum alteram Atalantam Schœnei filiam, inter Heroas Argonauticos commemoret Apollodorus l. I. cap. VIII. Quum tamen prior seu *Mœnalia* cupiisse quidem dicatur ab Apollonio, loco modo adducto, seu qui proxime sequitur, cum Argonautis proficisci, a Jasone tamen metu rixæ inter ejus procos (aderat enim inter eos Meleager) impeditam; nulla præterea facta, uti nec ab Orpheo seu Onomacrito in Argonauticis, hujusce *Mœnaliæ* seu *Jasidos*, aut vero alterius *Schœneiæ Atalantæ*, inter comites celebratæ adeo expeditionis, mentione. Ab eodem autem *Mœnalo* monte, de quo hic Callimachus, dicta quoque eadem *Atalanta* apud Æschylum Sept. Theb. v. 538. Μάτηρ ὀρεστόου, *Mater monticola*, Parthenopæi nempe, unius e septem Argivorum contra Thebanos ducibus, sicut bene illud de hac *Atalanta*, non ut alia ad eundem locum Scholia, de *Antiope*, explicant veteres illius Tragici Enarratores, adduntque τῆς ἐν τῷ ὄρει Ἀμφιονίδης, ἅτε ἱερείης οὔσης Ἀρτέμιδος, *ejus* (Atalantæ) *qua montem*

incolebat, quippe quæ Dianæ erat Sacerdos. Accedit quod apud Apollodorum l. III. c. IX. dicatur *Atalanta*, juxta Euripidem Μαινίλαι, seu *Mœnalo orta.* Unde utique haud novum videbitur, quod in eodem hoc *Mœnalo*, utriusque hujus Centauri, *Hylai* & *Rhœci*, ab hac Atalanta confossi *ilia inundasse* hic dicantur. Adde non Panem solum, qua de re supra ad vers. 89, sed Dianam quoque, e cujus comitibus Nymphis Atalanta, in hoc *Mœnalo* monte venatibus se exercere creditam, juxta illud Claudiani Olyb. & Prob. Cons. v. 185. de hac Dea,

Illa feros saltus & desolata relinquens
MÆNALA, *lassato certis venatibus arcu.*

Ibid. νᾶεν] Haud prætereunda hic Scholiorum glossa, νᾶεν, ἔσταξεν, ἔῤῥεξεν, ὅθεν τὸ νᾶμα, καὶ νασμὸς. Ab antiquo nempe verbo νάω, pro ῥέω *fluo.* Quo usus Vatum parens Odyss. 2. v. 292. κρήνη νάει, *fons fluit*, ac unde similis etiam Hesychii glossa, Νάει, ῥέει, στάζει, item νασμῶν, ῥευμάτων. Apollonius autem l. 1. v. 1146. dixit ob metrum ναῖεν, nempe ὕδατι ναῖεν, sed male, ut observant ibi veteres Critici, pro νᾶεν, quod hic apud Callimachum & alibi apud Homerum legitur; nempe prout iidem notant, τὸ δὲ ναῖεν ἐκ τοῦ ἔδει τῷ χωρεῖς τὸ ι ναῖεν ἵν' ᾖ ἔῤῥει, adducuntque eam in rem Homeri locum, qui exstat Odyss. 1. v. 222. (sed ubi hodie νάον legitur) νᾶεν δὲ ὀρῷ ἄγγεα πάντα, *repleta autem erant sero omnia vasa.* Hæc levia fateor, sed haud omnino supervacanea, nec proinde unius Nazianzeni testimonio priscus vocis illius νάω pro *fluo* usus, firmari in Hellenismi Thesauris aliisque Promptuariis debuit, ubi hæc cum veterum Poetarum, tum Criticorum ea de re loca, erant in medio posita.

V. 225. Χιτώνη] De qua Dianæ appellatione jam supra actum ad H. in Jov. v. 77. Χιτώνης Ἀρτεμιδος.

V. 226. Μιλήτῳ ἐπιδήμιε] De Gentilium Diis, inter homines scilicet modo ἐπιδήμιοις, modo ἀποδήμιοις, *præsentibus* seu *absentibus*, pro diversa nempe locorum aut temporum conditione, actum jam supra ad Hymn. in Apoll. v. 13. τὸ Φοίβου &c. ἐπιδημήσαντος. Hic vero de *Diana* dicitur, tanquam *Mileti præsente*, urbe alioquin, ut aliunde notum, fratri Apollini, ubi claro *Didymei* nomine solemniter cultus, potissimum sacra. Unde *Delum* ac *Miletum*, ἀμφοτέρους ἱεροὺς Ἀπόλλωνος, *utramque Apollini sacram*, dixit Aristides Serm. Sacr. p. 583. Quin Venus inter præcipua *Mileti*, quæ luxuria olim ac libidinibus, unde natum ei juxta Pausaniam l. IV. p. 583. exitium, diffluens, Numina olim habita. Quod arguunt etiamnum veteres, iique insignes *Milesiorum* nummi, in quibus subinde Venus occurrit nuda, tanquam Tutelare urbis illius Numen; cujusmodi videas in Antonino Pio apud Tristanum T. 1. p. 600. & 602, ac præterea qualem inspeximus in insigni Severi nummo e maximorum genere, ac in altero insuper Faustinæ junioris, utroque in Gaza Gallorum Regia. Neque minus tamen viguit itidem apud *Milesios Diana* cultus, ut liquet etiam ex eadem veterum nummorum, qui ab iis percussi fuerunt, penu, qualis occurrit in Trajano ejusdem Cimeliarchii Regii, ubi Diana stans spectatur, quæ cervi hinnulum tenet (& quale aliquin

quin Didymei quoque Apollinis ſymbolum, ejuſmodi nempe hinnulum dextra geſtantis in aliis Mileſiorum nummis comparet, ac de quibus alibi egimus) quodque ad innuendum apud Mileſios communem Dianæ & Apollinis cultum haud male refert eruditiſſimus Harduinus, de Nummis Urb. Illuſtratis p. 327. Verum, quod continuo hic a Callimacho additur, de tradita *Mileti* origine, ſeu deductis eam in urbem, duce & auſpice Diana, colonis; eam proinde ut Ἀρχηγέτην a *Mileſiis* cultam ibique frequenter ἐπιδήμιον ſeu *præſentem* creditam, abunde etiam arguit, quod ſolemne Dianæ Feſtum, de quo mox, ſacrum inde apud Mileſios fuerit.

Ibid. & V. 227. ποιήσατο Νηλεὺς ἡγεμόνην] De *deducta* Miletum a *Neleo* Athenienſi Codri Filio *Colonia*, haud obſcura apud veteres mentio, Herodotum l. IX. c. XCVI. Strabonem l. XIV. p. 633. Ælianum V. H. l. VIII. c. V. Pauſaniam l. VII. p. 398. Cononem Narrat. II. apud Photium Cod. CLXXXVI. Ammianum præterea l. XXII. alioſque, notabiliter etiam in vetuſtis illis Epochis Marmor. Oxon. Epoch. XXVIII. prout lacunas commode ibi ſupplerunt Viri docti, Ἀφ' ἧς ΝΗΛΕΥΣ ᾤκισε Μίλητον ἐν Καρίᾳ, λαὸν ἀγείρας Ἰώνων &c. *A quo* NELEUS *incoluit Miletum in Caria, gentem congregans Jonum* &c. Inde a conditore hoc *Neleo*, cum *Miletus urbs Nelei*, πόλις Νείλειο dicta a Theocrito, ut jam vidit Anna præſtantiſſima, Idyll. XXVIII. v. 31. tum *Mileſii* appellati, quod obſervo, Νηλείδαι apud Apollonium Rhod. l. I. v. 959.

Νηλεΐδαι μετόπισθεν Ἰάονες ἱδρύσαντο
Ἶρόν,
Neleidæ poſtea (ſeu *a Neleo deducti*) *Jones erexerunt*
Templum,

Minervæ nempe, de qua ibi agitur, Jaſoniæ, & ad quem locum ab eruditis Criticis, Νηλεΐδαι de *Mileſiis* explicantur, Μιλήσιοι δὲ ἐξοικήσαντες &c. Quod vero hic addit Callimachus de Diana ἡγεμόνη, ſeu *Duce* illius deductæ Miletum Coloniæ, ab hoc *Neleo* delecta, id pro recepto nobiliſſimarum apud veteres Coloniarum, qua de re ſupra ad H. in Apoll. v. 55 more, ut Diis non Auctoribus ſolum vel Auſpicibus, ſed Ducibus etiam, idque ſub variis avium aliorumve animalium figuris, Corvi, Cygni, Apis &c. eædem deduci crederentur. Hinc Νηλεὺς, in memoriam ſcilicet deductæ Miletum, a *Neleo*, *Diana Duce* ſeu ἡγεμόνη, Coloniæ ſolemne feſtum Deæ illi apud Mileſios ſacrum; cujus præter Plutarchum de Virtut. Mulier. qui Dianæ dicatum illud Feſtum, Νηλείδα a Mileſiis dictum, docet, meminit inſuper Polyænus Stratag. l. VIII. c. XXXV. ἑορτῆς ἔτους παρὰ Μιλησίοις, ἣν ΝΗΛΗΙΔΑ καλέουσιν, *cum Feſtum apud Mileſios celebraretur, quod* NELEIDEM *appellant*; & cap. ſeq. XXXVI. ſed quæ loca jam occupavit Meurſius in Græcia Feriata. Quo reſpexiſſe etiam videtur Athenæus l. VII. p. 28. ubi Χηστὶς Nympham, de qua mox, ait trajeciſſe, εἰς Μίλητον κατά τινα Ἀρτέμιδος ἑορτήν, *Miletum, ad quoddam Dianæ Feſtum*. Cujus autem Feſti apud Mileſios eam fuiſſe religionem arguit loco adducto Polyænus, ut ſeceſſione facta & orto inde bello inter *Nelei* hujus poſteros,

& Jonas, qui Mileto relicta Miuntem transierant, hi nihilominus *Neleidos* hujus tempore, ad celebrandum illud Festum, Miletum, tanquam pacatis rebus, contenderent. De aliis vero & *Neleo* antiquioribus *Mileti* conditoribus, ut *Mileto*, a quo nempe urbi nomen, aut *Sarpedone*; variisque ejusdem urbis, pro varia ejus sorte, nominibus, qualia Πιτυοῦσα, dein Ἀστερία, post Ἀνακτορία, tandem Μίλητος, qua de re consuli possunt Apollonii Rhod. Enarratores ad l. I. v. 186. Plinius l. v. c. XXIX. Pausanias l. VIII. p. 398. Stephanus aliique, de quibus, inquam, agendi nunc non est locus. Ut mittam proinde, quod de *Mileto* urbe, tanquam a voce Hebræa מלט *milet*, *liberare*, eademque Ἀνακτορία a voce ἄνακος, seu a *salute* vel *servatore* dicta observat eruditissimus Steph. le Moyne Observ. in Var. Sacr. p. 134.

V. 227. ἡγεμόνην] Nelei nempe *ducem* Dianam, Athenienses, uti mox addit, navibus Miletum deducentis, haud aliter ac Musæ Apum specie, Cecropida, itidem, duce alio Codri filio Androclo, Ephesum, alterum Joniæ Ocellum, deduxisse dicuntur apud Philostratum Icon. lib. II. p. 793. Ἀθηναίοι τὴν Ἰωνίαν, ὅτε ἀπώκιζον Μοῦσαι ΗΓΟΥΝΤΟ ΤΟΥ ΝΑΥΤΙΚΟΥ ἐν εἴδει Μελιττῶν, *Athenienses, quando Ioniam Coloniis frequentarunt, Musæ* CLASSIS DUCIS *fuere sub Apum specie*; ac unde *Apes* in Ephesiorum nummis passim signari, & quod fugit hactenus eruditos, qui de iis egere, antiquarios, jam alibi monui. Ἡγεμόνη itaque hic Diana seu vera Milesiorum Ἀρχηγέτις, pro nota fratris Apollinis ΑΡΧΗΓΕΤΟΥ, & de qua supra ad H. in eundem, qua in conditis, eo scilicet *Duce*, Coloniis colebatur, appellatione. Hinc ἡγεμόνης hujus Deæ celebratus alibi etiam cultus, cujus eo nomine Templum apud Ambraciotas exstitisse tradunt Polyænus l. VIII. c. LII. de Deidamia, quæ εἰς τὸ ἱερὸν ΤΗΣ ΗΓΕΜΟΝΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, *in Templum Dianæ* HEGEMONES seu *Ducis* vel *Præsidis* confugit; & Antonius Liberal. c. IV. Ambraciotas dicit servitutem fugientes, Ἄρτεμιν ΗΓΕΜΟΝΗΝ ἱλάσασθαι, *Dianam* PRÆSIDEM *placare*. Adde Arcadas, apud quos tum prope Acacesion, tum præterea apud Tegeatas, Dianæ ἡγεμόνης fana itidem exstitisse tradit Pausanias l. VIII. p. 513. & 531. Athenienses insuper, apud quos in sacramento Epheborum invocatam juxta alia Numina ἡγεμόνην, docet Pollux l. VIII. c. IX. p. 402. sed ubi male ἡγέμονι pro ἡγεμόνῃ legitur. Unde etiam factum videtur, ut ab Atheniensi Neleo, sub illius Athenis cultæ ἡγεμόνης Dianæ auspiciis, deducta crederetur Miletum Colonia, aut eadem Dea illius *Præses* in posterum haberetur.

V. 228. Χησιὰς, Ἰμβρασίη] Duo hic *Dianæ* epitheta prius, juxta Scholia ad hunc locum, a Sami Promontorio Χήσιον dicto; alterum, a fluvio ad Samum *Imbraso*. Unde etiam Χησιεῖς dicti veteres *Sami* incolæ, juxta eruditum Nicandri Enarratorem p. 57. Χησιεῖς πρῶτον ᾤκησαν ἐν Σάμῳ, *Chesienses primum habitarunt in Samo* Insula; & apud ipsum Nicandrum Alexiph. p. 139. de insula Samo & Nymphis indigenis,

ΙΜΒΡΑΣΙΔΟΣ γαίης χιονώδεος, ἥντε κεράστης
Ἀμνὸς ΧΗΣΙΑΔΕΣΣΙ νέον σημήνατο Νύμφαις.

Imbra-

Imbraſidos telluris nivoſæ, quamque cornutus
Agnus (Aries) CHESIADIBUS *indicavit Nymphis.*

Adde quod ſimiliter Χησιὰς dicta occurrat Nympha, e qua nempe & *Imbraſo* Sami fluvio nata ferretur virgo Ωκυρόη, quæ Apollinem fugiens, Miletum ad Dianæ Feſtum, confugerit, juxta Athenæi ea de re petitam ex Apollonio Rhodio in Naucrateæ, ut ibidem ait, κτίσει, narrationem, l. VII. p. 283. ubi inter alia τὴν δ' Σαμίων πόλιν παραῤῥεῖν ποταμὸν IMBRASON;

Τῷ ῥα ποδ' Ωκυρόην Νύμφην περικάλλεα κούρην,
ΧΗΣΙΑΣ ἐυπατέρειαν τέκεν φιλότητι μιγεῖσα,

nempe IMBRASUM *fluvium adluere Samiorum civitatem;*

Cui Ocyrrhoen Nympham, virginem pulcherrimam,
CHESIAS *claris orta natalibus peperit, ex ejus concubitu* &c.

Quod alioquin utrumque Dianæ datum hic a Callimacho epitheton Χησιὰς, Ἰμβρασίη, magis utique *Junoni Samiæ*, tutelari, ut aliunde notum & ex antiquaria etiamnum penu, Samiorum Deæ convenire videretur, quæque Ἰμβρασίη etiam dicta ab Apollonio Rhod. l. I. v. 187. Ἰμβρασίης ἕδος Ἥρης, *Imbraſiæ ſedes Junonis*, ac ſimiliter apud Nicandrum, circa finem Alexiph. Ἥρης τ' Ἰμβρασίης, *Junonis autem Imbraſiæ*, ſeu *Samiæ* &c. Immo ad quem fluvium *Imbraſum* ſub vitice nata ferebatur, juxta Pauſaniam l. VII. p. 402. eadem Juno. Verum eximie cultam quoque a *Samiis* Dianam, cum inde liquet, quod ab iis Cydoniæ in Creta οἰκισταὶς, Metropoleon more, Dictynnæ Dianæ Sacra eo fuiſſe delata, ex Herodoto vidimus ad v. 197. hujus Hymni; tum præterea, quod, ut id alibi ab eodem traditur, nempe l. III. c. XLVIII, ad Templum Dianæ Sami confugerint, idque Samiorum ſuaſu, trecenti Corcyræorum liberi, qui Sardes a Corinthiis evirandi mittebantur, & qui inde loci ſeu Aſyli religione ab ea contumelia immunes evaſerunt. Quibus addi inſuper hic debet, quod præter ea, & qua de re jam ſupra obiter actum, quæ Junoni ac Dianæ communia, ac unde utraque LUCINA & Εἰλείθυια, ſeu pro eodem parturientium Numine vulgo habita, magnam inſuper huic Callimachi loco facem præferre videantur veteres, iique inſignes nummi, in quibus idem ferme *Dianæ* (qualis nempe *Epheſiæ*, aut vero *Pergææ* peculiaris Deæ illius in antiquis id genus monumentis habitus) & *Junonis Samiæ* ſpectatur, velatæ ſcilicet mulieris cum calatho in capite, duobus præterea verubus ſuffultæ, & in nonnullis etiam Samiorum nummis, cum dimidia Luna tum in capite, tum ad pedes clariſſimo proinde *Dianæ* ſymbolo. Quod ne fortuito a me dici quis putet, & præterea ut haſce obſervationes, inſertis totidem veluti teſſellatis gemmis, ſubinde exornem, ſuumque eadem opera præclaris antiquitatis ſtudiis pretium, oblata quacunque ejus rei facultate, pro virili parte adferam, en hic duas *Dianæ* ac *Junonis Samiæ* icones; unam expreſſam in veteri Samiorum nummo Antonini Pii cum velo, calatho, duobus, quibus Dea innititur verubus, & quod hic præcipuum, dimidia Luna eaque cum ſupra caput, tum ad pedes ſculpta; alteram Gordiani Pii, cum Junonis Samiæ ſtantis cum calatho & verubus

rubus in ejusdem æde effigie, modio præterea cum spicis, & in utroque nummo Regiæ Gallorum Gazæ, cum inscr. CAMIΩN *Samiorum.*



Ita jam res liquida, cur eædem hic Dianæ, quæ alioquin *Junoni Samiæ* erant peculiares appellationes, a Callimacho tribuantur; quod equidem, quamquam aliqua notatione dignum, non adtigerant priores editores, ac simul comprobatur id quod a Servio dictum ad Georg. l. 1. v. 5. *item* LUNAM, *eandem* DIANAM, *eandem Cererem*, *eandem* JUNONEM, *eandem Proserpinam dicunt.*

V. 229. πηδάλιον νηὸς] Nihil faciunt ad illustrationem hujus loci, quæ ad eundem e Strabone ac Pausania notat vir doctus; nempe de duobus templis Dianæ ab Agamemnone conditis; uno in ignobili oppido, non procul ab Epheso; altero Megaris, post reditum a Trojana expeditione. Meminit hic enim Callimachus non conditi Dianæ ab illo Heroe Templi, minus autem post ejus a Trojæ excidio reditum, sed sacrati ab eo in æde hujus Deæ in Aulide, *navis gubernaculi*, quam nempe ibidem, Dianæ voluntate adversi detinebant cum reliqua Græcorum Classe venti, in ipso ferme profectionis ad Trojam limine. Factum id proinde ab Agamemnone, ad placandam Deam, utque eandem propitiam ad perficiendum reliquum navigationis ad Ilium cursum experiretur. Solita vero in Deorum Fanis reponi id genus donaria, cum tralatitium, & e Pausania maxime ac ubique ferme apud eundem obvium; tum supra obiter etiam dictum ad v. 220. de servatis in Arcadia apri Calydonii dentibus. Ut ergo *navis clavus* hoc loco, inter sacra id genus κειμήλια dicatus; sic ancora a Mida inventa Ancyræ in Jovis templo sacrata, teste eodem Pausania l. 1. p. 8. & funiculus e comis Thraciarum mulierum, quo navis Herculem vehens Erythræas adducta, ibi in æde illius Dei reconditus, ab eodem Auctore dicitur l. VII. p. 406. Ita ipsum navigium, quo Theseus salvus Athenas rediit, usque ad Demetrii

metrii Phalerei ætatem, Athenis servatum, veteribus nempe lignis sublatis, & aliis validioribus suffectis, tradit in Theseo Plutarchus. Ut taceam studiose imprimis a Græcis adservata, quotquot existare credebantur, belli Trojani monumenta; sicuti Equi Durii Athenis in arce, juxta Pausaniam p. 402; ipsa instrumenta, quibus ille ab Epeo fabricatus, in Templo Minervæ prope Metapontum; præterea arma Diomedis & sociorum Græcorum ad Trojam, secures insuper æreas, in alio Minervæ fano circa Dauniæ loca, recondi tradit Aristoteles Θαυμ. Ἀκουσμ. cap. CXXIV. In quam classem referri etiam debet Achillis hasta, Phaselide, in æde itidem Minervæ; Machaonis ossa a Nestore servata, teste rursus Pausania p. 163. & 215. tum Diomedis clypeus Argis (& de quo, ut & de advecto ab eodem Trojano Palladio, dicetur infra Hym. in Lav. Pallad. vers. 38.) solemni pompa gestari ibidem solitus.

V. 230. Μείλιον ἀπλοίης] Μείλιον, quæ vox apud Homerum, juxta veteres ad eum Criticos, & quibus suffragatur ὁ πάνυ de modo usur. p. 144. de *dote* seu *donis in dotem* datis dicitur, appellatum etiam de quibusvis *donis*, aut vero *ludicris*, quibus vel Dii vel homines, vel ipsi infantes placabantur. Hujus rei luculentus testis Apollonius Rhod. apud quem eodem modo pro παιγνίοις seu *ludicris*, qualia Jovi adhuc infanti, aut vero Veneri ad oblectandum data, ut l. III. v. 135. & 146. & ad quem postremum locum Critici, μείλια τὰ παίγνια, δ' ὧν παῖδες μειλίσσονται, h. e. *μείλια, quibus infantes demulcentur:* modo pro muneribus, quibus Heroas Argonauticos, ad Phæacum terram appulsos, mulieres illius tractus continuo, prout erga tantos hospites decuit, prosequi cogitant, nempe l. IV. v. 1190.

Μείλιά τε χρυσοῖο, τῷ ἀλλοίην ἐπὶ τοῖσιν
Ἀγλαΐην, οἵην τε νεόζυγες ὀτρύνουται,
Lautia etiam ex auro, aliumque præterea
Mundum, quo novæ nuptæ instruuntur.

Alibi vero & opportunius quidem ad hunc Callimachi locum usus Apollonius eadem voce, quo denotaret *munus* Diis oblatum, ut placatis iisdem ac propitiis in reditu uterentur Argonautæ. Exstat id eodem l. IV. v. 1548, ubi Orpheus,

Κέκλετ' Ἀπόλλωνος τρίποδα μέγαν ἔκτοθι ΝΗΟΣ,
Δαίμοσιν ἐγγενέταις, νόστῳ ὅπι ΜΕΙΛΙΑ θέσθαι,
Hortatur magnum Apollinis tripodem E NAVI *depromptum,*
Diis indigenis, placabile pro reditu donum, sacrare;

eruditi autem Critici ibidem, μείλια, τὰ ἐξιλεωτικὰ δυνάμενα δῶρα, τὰ ἱλαστήρια, h. e. *μείλια dona placandi vim habentia, propitiatoria* seu *placabilia.* Unde etiam clara mens hujus apud Callimachum loci, quo similiter dicitur Dianæ sacratus ab Agamemnone, uti superiori versu, *navis Clavus*, atque, ut nunc addit, μείλιον ἀπλοΐας, seu tanquam *placamentum impeditæ* hactenus a Dea, dum secundos illa detinet ventos, *navigationis* ad Trojam; haud aliter nempe ac eandem in rem invocatum dicit Apollinem Æschylus Agam. v. 153.

Μὴ

Μή τινας ἀντιπνόους
Δαναοῖς χρονῖας ἐχενηΐδας
ΑΠΛΟΙΗΣ *τεύξῃ*,
Ne quas adversorum ventorum
Græcis, diuturnas navium remoras,
Navigationis difficultates creet Diana;

sicuti de hac Dea id intelligendum monent ad postrema hæc Tragici verba veteres Critici, & qua de re iterum agit v. 196. *ἐυτ' ἀπλοΐᾳ κεναγγεῖ* &c. *quando navigandi impotentia naves exhauriente, gravabatur populus Græcorum.* Quomodo similiter de eadem Græcorum classe in Aulide adversis ventis detenta, seu, ut ibidem quoque dicitur, *ἀπλοΐᾳ*, idque donec placaretur Iphigeniæ sacrificio, quod unum nempe *μείλιον ἀπλοΐας*, Diana, apud Euripidem legitur, Iphig. Taur. v. 15. & sequentibus.

V. 231. *Τεύκρων ἡνίκα νῆες Αχαΐδες*] Adducitur hic versus a Tzetze ad Lycophronem p. 192. sed ubi pro *Αχαΐδες* legitur *Αχαιῶν*, quamquam haud opus sit ea vocis mutatione Homero familiari. Utrumque enim apud Homerum obvium, *Αχαιΐδες* & *Αχαιάδες*, & *Achaiades* apud Ovidium Ep. III. v. 71.

V. 232. *Ελένῃ Ραμνουσίδι*] Athenagoras initio Apologiæ, *ἀλλ' ὁ μὲν Ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει, καὶ* ΕΛΕΝΗΝ ΑΔΡΑΣΤΕΙΑΝ *ἐπιστάμενος, προσκυνεῖ, sed Iliensis quidam Deum Hectorem prædicat, & HELENAM* NEMESIN *ratus, adorat.* Ad quem locum, *Adrasteam Helenam* hactenus se non legisse, adnotavit doctissimus Gesnerus; quod ab eo utique factum non fuisset, si hujus apud Callimachum loci ei forte occurrisset memoria. *Rhamnusida* enim aut *Rhamnusiam*, de *Nemesi* seu *Adrastea* dici a Græcis Romanisque Scriptoribus, ut *Ῥαμνουσίας Οὖπις*, de qua supra ad v. 204. in Inscr. Herodis Attici, & *Rhamnusia virgo* aliquoties apud Catullum, vel tyronibus notum; ut proinde eadem sit apud Athenagoram *Ελένη Αδράστεια*, quæ hic *Ελένη Ραμνουσὶς*. Ad originem etiam illius appellationis *Ῥαμνουσίδος* vel *Ῥαμνουσίας*, pagi nempe in Attica, ubi colebatur *Nemesis*, respexit Parmenio Anthol. l. IV. c. XII. Ep. LXXI.

Ἔνδικος ἱδρυνθεῖσα θεᾶ Ῥαμνοῦντος ἐπ' ὄχθαις,
Justa Dea erecta ad Rhamnuntis ripam;

situs enim erat ad mare ille Atticæ pagus, ut ex Pausania etiam liquet l. I. p. 62. in quo conditum erat Nemeseos fanum, ac erectum præterea nobile Deæ simulacrum, Phidiæ opus, & quod juxta Plinium l. XXXVI. c. V. *M. Varro omnibus signis prætulit.* Quum autem in eo Atticæ pago, Jovem cum Nemesi, quod innuunt etiamnum hic Scholia, concubuisse, indeque natam cum Dioscuris Helenam fabularentur; hinc eadem *Rhamnusia Helenæ* mater, Leda autem ejus nutrix a Græcis habita, ut ait Pausanias l. I. p. 63, Tzetzes præterea ad Lycophr. p. 2, & quo respicit Plutarchus de Pyth. Oracul. p. 401. *Τῶν δὲ Γραμματικῶν ἀκούσῃ καὶ τὴν Λήδαν Νέμεσιν*, ut bene ibi Interpres, non *Μνησινόην*, *Grammaticos quoque audies Ledam, Nemesin appellantes.* *Ῥαμνουσὶς* itaque

que illorum Auctorum fide dicta hic a Callimacho *Helena*, Attica proinde, non Spartana; & quam pro matre *Nemesi*, aut ejusdem instar, ab Iliensibus cultam docet loco paullo ante adducto Athenagoras.

V. 234. Ἄλλον μὲν Κορίης] Vidit Pausaniæ locum Frischlinus, ubi non Dianæ quidem, sed Minervæ Κορίας ædes exstructa in vertice montis prope Clitorios dicitur, & cujus alioquin Minervæ Κορίας apud Arcadas dictæ, meminit etiam Cicero de Natura Deorum l. III. c. XXIII. Adeo ut vel isto gravissimi Auctoris testimonio, nihil sit in Pausania mutandum, Ἀρτέμιδος nempe pro Ἀθηνῆς; quamquam idem aut vicinus locus foret, ubi conditum alterum, de quo mox, Dianæ Ἡμερίας aut Ἡμερησίας templum, a Callimacho & ipso Pausania paullo ante, nempe *l. VIII. p. 485. traditur.* Verum haud insolitum, ut diversis Gentilium *Numinibus* eadem subinde cognomina, quod paullo ante de Diana ac Junone vidimus ad v. 228. tribuerentur; maxime ut Minervæ ac Dianæ, utrique Ἁγνῇ, παρθένῳ, & Ἀδαμάστῳ, *Castæ, Virgini, ac indomitæ* apud Poetas dictæ, opportune idem Κορίας nomen, a κόρη nempe, *virgo* seu *puella*, concedatur; Immo quomodo κόρη Τιτηνὶς *Virgo Titania*, a Nicandro *Diana* dicitur Ther. v. 13. Quæ appellatio utrique forte in eodem aut vicino loco, eadem de caussa, indita etiam videtur; *Dianæ* quidem, quod in Scholiis ad hunc locum innuitur, ob liberatas ab insania in ejus æde, ut ait Pausanias, Proeti κόρας seu *filias*; *Minervæ* autem, eidem nempe quæ, juxta Phornutum, Διὸς Σύνεσις, item ἡγίεια Athenis antiquitus, teste Aristide H. in eandem p. 25. culta. Opportune proinde in memoriam ac durationem ejusdem beneficii, seu bonæ ac sanæ mentis illis Proeti filiabus redditæ, utraque Dea, *Diana* ac *Minerva*, illo Κορίης nomine potuit eo in tractu sacrari. *Minervam* certe præcipue coluisse Arcadas, tanquam apud se natam & educatam, tradit eodem libro Pausanias p. 497.

V. 235. Ἀξείνια] Mons Arcadiæ hic in Scholiis dicitur, quo nomine tamen nullus hactenus occurrit apud Geographos. Unde pro Ἀξείνια omnino Ἀζήνια vel Ἀζάνια hic legendum pridem vidi, inductus Stephani in ea voce notatione, ubi in Ἀζανία, nota etiam aliunde Arcadiæ regione, fontem tradit exstitisse, in quem Melampus purgamina fertur injecisse, quando Proeti filias, de quibus hic agit Callimachus, purgare adgressus est. Quin insuper fons *Clitorius*; de quo loco paullo ante, in narratione hujus facti ab Ovidio dicitur Metam. l. XV. v. 322. Unde obvia continuo & certa vocis hujus Ἀζήνια pro Ἀξείνια apud hunc Poetam emendatio; & quam eidem quoque doctissimum Holstenium ad Stephanum non invidisse nunc animadverto.

Ibid. Τὸν δὲ ἐνὶ Λύσοις] Utroque modo hic scribitur Λύσοις, & in aliis veteribus libris, sicut in H. Stephani editione adnotatur, ac in Scholiis ad hunc locum, Λύσσοις, ubi præterea dicitur casu recto offerri hoc urbis nomen, τὰ Λῦσσα, & quidem Herodiani Grammatici nempe, auctoritate. Apud Polybium quoque Λυσσῶν cum gemino σ, & loci incolæ Λυσσιᾶται dicuntur l. IV. p. 288. & 295. sicuti apud Stephanum, juxta

juxta veteres omnes libros Λουσοὶ, ut agnoscit postremus ejus editor Berkelius, quamquam Λουσοὶ in eodem expresserit. Apud Pausaniam vero l. VIII. p. 415. Λουσοὶ aliquoties hodie legitur qui intra Clitoriorum fines fuerint, & ubi a Melampode in Dianæ æde liberatas ab insania Proeti filias, ab eo ac Stephano etiam traditur. Ad quod proinde *Dianæ* in hac *Lusorum* vel *Lussorum* urbe fanum, cujus hic meminit Callimachus, illudque in summa religione ibidem habitum, respexit Polybius, dum refert eodem loco, ubi *Lussorum* meminit, quod Ætoli post direptos Cynæthenses Arcadas, προσῆγον ὡς ΕΠΙ ΛΟΥΣΣΩΝ, καὶ παραγενόμενοι, πρὸς τὸ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἱερὸν, ὁ κεῖται μὲν μεταξὺ Κλείτορος καὶ Κυναίθης, ἄσυλον δὲ νενόμισθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, *castra moverunt versus* LUSSOS, *& quum ad* DIANÆ ÆDEM *inter Clitorem & Cynætham sitam pervenissent, quam Asyli religione Græci colunt*, eos sacrum Deæ pecus ac cætera circa fanum diripere contendisse; *Lussiatas* vero, data prudenter supellectilis parte, furorem impium Ætolorum, ne quid gravius in se consulerent, avertisse. Unde postea etiam p. 295. a Bœotis accusatos ait inter alia Ætolos, quod συλήσειεν δὲ τὸ ἐν ΛΟΥΣΣΟΙΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΙΕΡΟΝ, DIANÆ TEMPLUM LUSSIS *expilassent*. Idem vero l. IX. p. 564. de alia ejusdem Templi direptione a Timæo profecta &c. καὶ τὸ τῆς ἐν ΛΟΥΣΟΙΣ ΙΕΡΟΝ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἐσύλησε, *&* DIANÆ ÆDEM LUSIS *spoliavit*; ubi rursus per unum σ vox eadem legitur.

V. 236. Ἡμέρῃ] Seu potius Ἡμερίῃ, prout legit hic Scholiastes, & addita quidem ejus nominis ut & alterius Κορίης, Dianæ iis in locis tributi ratione, διότι τὰς κόρας ἡμέρωσεν, *quod* nempe *mansuetas reddidisset* furentes antea Proeti *filias*; apud Pausaniam vero, non Ἡμέρη vel Ἡμερίη, sed Ἡμερασίη inde appellata a Clitoriis Diana dicitur. Haud aliter nempe ac Diana Ἠπιώνης, seu *morbos mitigantis* nomine apud Epidaurios culta, teste Pausania l. II. p. 135. sicuti nempe sanitatis alioquin largitor & tutelare eorundem Numen, Ἤπιος, ut aliunde constat, & qua de re postea ad v. 214. Hym. in Delum, ubi de ipso Apolline dicitur, ἤπιος ἔξιθι κόλπου, agendi erit locus. Illud vero hic ad curatas ab insania, seu ab *animo*, ut hic dicitur, *fero*, & quidem Dianæ ope, has Proeti filias, ac inde Deam in beneficii illius memoriam Fano, sub nomine *Mansuetæ* seu Ἡμέρης vel Ἡμερίης, cultam, notandum opportune, quod ab Hippocrate in Argum. libr. de Virginum Affectib. traditur, prolapsa nempe in dementiam virgine nubili; postea φρονησάσης δὲ τῆς ἀνθρώπου, τῇ ΑΡΤΕΜΙΔΙ πολυτελέστατα τῶν ἱματίων ΚΑΤΙΕΡΟΥΣΙ τῶν γυναικείων, *redeunte autem ad bonam mentem virgine, mulieres cum alia multa, tum vero etiam pretiosissimas vestes muliebres* DIANÆ *consecrant*; idque, ut addit, Vatibus jubentibus. Quamquam non Diana quidem, sed Deum mater, Ῥέα καθάρτρια τῆς μανίας, *Rhea insaniæ purgatrix* dicatur a priscis ad Pindarum Criticis, Pyth. Od. III. p. 224. Ad quam alioquin Dianæ Ἡμέρης hic dictæ appellationem referri obiter etiam posset, quod ei, ut tradit, loco alia occasione adducto, Philostratus Icon. l. I. p. 774. πάντα ἨΜΕΡΑ καὶ μὴ δεδιότα τοὺς ἀνθρώπους ut legendum jam vidit

vidit Interpres, seu *cicures omnes & hominem minime timentes bestiæ*, ali in pascuis ad id delectis solerent.

V. 238. Παῤῥαλίῃ Ἐφέσῳ] Ni potius Ἐφέσῳ legendum videatur, quum παῤῥαλίη seu παραλίη, *maritima* nempe seu ad mare sita dicta fuerit *Ephesus*, ut apud Dionysium, v. 827.

Παῤῥαλίην Ἔφεσον μεγάλην πόλιν ἰοχέαιρα,

Maritimam Ephesum, magnam urbem sagittis gaudens Diana &c. Hinc inscriptio etiam veteris nummi a Cl. Patino vulgati, ΕΠΙ ΑΡ-ΧΙΕΡ. ΑΣΚΛΗΠ. ΕΦΕΠΑΡΑΛΙ ΣΜΥΡΝΑΣ, sicuti eam haud incommode supplevit vir eruditus de Num. Urb. Ill. p. 462. sed quod alibi docemus, minus commode explicat ac distinguit, quasi nempe ibi de tribus diversis locis ageretur, quorum *Pontifex* esset ille *Asclepius*, nempe *Ephesi*, *oræ Maritimæ*, *Smyrnæ*. Utraque enim Urbs *Ephesus* ac *Smyrna* ad mare sita, inde παραλίη utraque etiam dicta; sicut prior adducto modo e Periegete loco; Smyrna autem cum in nummo illo, ad discrimen nempe alterius superioris Smyrnæ, seu τῆς ἄνω dictæ, ut e Philostrato alibi docemus, ac præterea haud semel eodem nomine a Smyrnæo Rhetore appellata, pars nempe illius urbis maritima, Monod. in Smyrn. p. 458. ὦ κόσμιοι παραλίαι, non adeo ut Canterus vertit, *o marina ornamenta*, sed *o maritimæ Smyrnæ*, nempe ad *mare* (ut alibi loquitur Smyrn. p. 404.) *extensæ*, quæ cladem illam passa, *ornamenta*; ac iterum in Smyrn. p. 405. πάντα ἤδη ἤδη μέχρι παραλίας καταλάμπεται γυμνασίοις, ἀγοραῖς, *omnia deinceps ad maritimam* (seu ad extremam sitam in littore urbem) *gymnasiis*, *foris* &c. *resplendent*. Ac unde Smyrnæi ἡ οἱ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ seu *ad mare* a Philostrato dicti, de Soph. l. 1. p. 531. Ita παραλίη etiam Attica, *littoralis* nempe seu *maritima* apud Hesychium aliosque, sed qua de re plenius alibi. Quamquam παραλίη seu παῤῥαλίη possit hic etiam apud Callimachum *de ora maritima* ad Ephesum intelligi; haud aliter ac apud Strabonem de eadem legitur l. XIV. p. 639. ἐν δεξιᾷ ἐστὶν ἡ Ἐφεσίων παραλία, *ad dextram est Ephesiorum ora maritima*, & mox δὲ ἐν τῇ αὐτῇ παραλίᾳ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἐστὶν ἡ Ὀρτυγία, *in eadem ora maritima paullulum supra mare Ortygia est*, *lucus* &c.

Ibid. βρέτας ἱδρύσατο] De simulacro solum Dianæ hoc dicitur ab Amazonibus illic loci erecto, non de *Templo*, uti & apud Pausaniam, sed quem locum male accipit Interpres l. IV. p. 275. αἰ φήμην τὸ ΑΓΑΛ-ΜΑ ἔχουσιν ΙΔΡΥΣΑΣΤΑΙ, καὶ ὅτι ὧν παλαιοτάτῳ τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐποιήθη, *quas* (Amazonas) *fama fert Deæ* SIMULACRUM EREXISSE, *& quod ab antiquissimis temporibus Templum illud fuerit conditum*; sicuti verti locus ille debuit & quod postremum, de *Templo* nempe, Amazonum ea in loca profectione vetustiori, alibi pluribus adserit, immo Deæ illi Ephesiæ sacra ibidem ab *illis* e Thermodonte mulieribus facta, nempe l. VII. p. 399. Templum quidem ipsum Dianæ, præter Pindarum aliosque ab Amazonibus conditum tradit, ubi παῤῥαλίης Ἐφέσῳ, loco paullo ante indicato, meminit Dionysius, de qua re mox. Dianæ vero hujus *Ephesiæ simulacrum*, tanquam διοπετὴς potius, de quo Actor.

Bene hoc refellit Arnald. anim. p. 67. Sectâ Strab. XIV. p. 647 statua Dianæ ab Amazonibus nō in urbe, sed foris ad litus dedicata fuit.

Frustra Spanh. Difficultatem movet. Vid. et Callim. v. 248 templi ibi structi tradit. Vox illud ἐνὶ πρέμνῳ πτελέης nimis magnum, et vertendo sylvæ, sed ad. apud. sic ἐν Σαλαμῖνι, prope Salamina. Lycophron. v. 17.

XIX. v. 35, quam ab Amazonibus, uti hoc loco dicitur, aut ab alio artifice, juxta Plinium l. XVI. c. XL. fabricatum, non summa solum religione, quod itidem exstat Actor. XIX. 27. sed ad ejus formam quoque passim in aliis Græcanici ritus urbibus sacratum. Quod tamen non e Strabone adeo, Pausania, aliisque priscis Auctoribus, quam e veteri & luculenta nummorum suppellectile etiamnum, & qua de re nos alibi, obvium. Bene autem eos, ut obiter hoc addam, qui βρέτας indeclinabile existimabant, redarguit ad v. 248. hujus Hymni, ubi de eodem Dianæ simulacro agitur, eruditissima Fabri filia, adducto uno & altero, qui contrarium docent, Æschyli testimonio, ubi βρέτη legatur; & quibus addi possunt ex eodem Tragico βρέτεα Eumen. v. 80. & 172. βρέτει ibidem v. 259. Ut mittam vocem βρετίεσσα ab eo usurpatam, Suppl. v. 892.

V. 239. φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ] Haud male ingeniosissimus Tan. Faber, ut e præstantissima ejus filia ad hunc locum discimus, legendum hic statuit in secundo casu, φηγῶ ὑπὸ &c. Dorice pro φηγοῦ *fagi* nempe *trunco*. Dionysius autem Alex. v. 828. non βρέτας quidem, quod confundi hic non debuit sed νηὸν *templum* ipsum Deæ Ephesiæ, πρέμνῳ ἐνὶ πτελέης, *sub trunco ulmi* conditum tradit v. 827.

Sic X. in Del. 209 φοινικος πρεμνον. Sed hic Dorism. ille locū nō habet.

Ἔνθα θεῇ ποτὲ ΝΗΟΝ Ἀμαζονίδες τετύκοντο,
Πρέμνῳ ἐπὶ πτελέης, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα,
Ibi quondam templum, Deæ Amazonides fabricarunt
Sub trunco ulmi, venerandum hominibus miraculum,

Nisi eodem loco βωμὸν, ut præferunt etiam veteres aliquot ejusdem Poetæ libri, sicut id in margine Stephanianæ editionis adnotatur, pro νηὸν, *aram* pro *templo*, quod a doctissimo Is. Vossio ad Melam factum p. 85. legi placeat. Quod me utique haud invito etiam fiet, ni illud, quod in sequenti poetæ versu legitur, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα, *summe venerandum hominibus miraculum*, ad ipsum Dianæ Ephesiæ *fanum*, aut saltem admirabile Deæ illius *simulacrum* potius, quam ad *aram* spectare videretur. Aliunde vero, e Stephano nempe discimus dictum Ephesi locum, πτελέην, in quo ædificatum fuit Dianæ Templum, & a quo urbs ipsa πτελέα fuit appellata; ut videre est in voce Ἔφεσος, ac præterea in πτελέα. Sub *trunco* autem *fagi* seu φηγῷ ὑπὸ πρέμνου, erectum hoc Dianæ Ephesiæ ab Amazonibus simulacrum dicitur; seu, quod ait poeta, *sub tegmine fagi*, haud alieno etiamnum multis in locis more, quo vel Deiparæ Virginis, vel ipsius Servatoris signum, arboribus subinde, vel ligno seu palo erecto adfigi consuevit. Neque mirum illud hic de eo Dianæ signo *sub fagi stipite* sacrato videbitur; quum & ipsa nonnunquam nobilissima aliarum Dearum simulacra, sicuti Minervæ Atticæ, aut Cereris Fariæ, nonnisi rudis palus seu truncus exstiterint, juxta Tertullianum l. I. contra Nation. c. XII. *Quinimo distinguitur a Crucis stipite, Pallas Attica & Ceres Faria, quæ sine forma, rudi palo & solo staticulo ligni informis repræsentatur*; prout idem locus in Tertulliani Rigaltiana, sed ante ab incomparabili Salmasio emendatur de Cruce p. 236. Quamquam ea de re sileat vir doctissimus in Observ. ad Varia

Sacra

Sacra p. 488. &c. a quo idem locus, prout a celeberrimo Jac. Gothofredo, qui primus illud Tertulliani opus vulgavit, sed parum emendate editus, ad eandem normam castigatus refertur. Ut sileam hic insuper φηγίνεον Πανὸς ἄγαλμα, *e fago Panis simulacrum*, cujus meminit Nicander apud Athenæum l. II. p. 52. Neque enim *e fago* exstitisse ideo Dianæ Ephesiæ simulacrum, sed vel e *cedro*, juxta Vitruvium l. II. c. IX. cujus materiam optimam ad statuas tradiderat jam ante Theophrastus H. Pl. l. V. c. V. vel ex *ebeno*, aut juxta Mucianum, e *vite* seu *vitigineum* apud Plinium l. XVI. c. XL. idque signum, quod ibidem addit, *nunquam mutatum, septies restituto templo.* Ut illud addam postremo, nec alieno loco, aliam arboris speciem exstitisse Græcorum φηγὸν, aliam Latinorum *fagum*; illam enim inter quercuum genera, & quidem cujus lignum sit robustissimum, nec putredini obnoxium, apud Theophrastum referri H. P. l. III. & apud Grammaticos, sicuti Theocriti Enarratores ac Hesychium, φηγὸς, ἡ δρῦς· φήγινος δρύϊνος. Quod ibi ad Theophrastum monuit eruditissimus Palmerius; sed jam in Plinianis præiverat ὁ πάνυ, ac inde ad eundem Theophrastum J. Bodæus.

V. 240. περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο] Armata nempe saltatio, prout decuit *Martias Virgines*, & qualem Curetibus supra tribuit poeta Hym. in Jov. v. 52. περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο. De duabus autem saltationis apud veteres speciebus, altera pacifica, altera militari videndus est Plato de Legib. l. VII. p. 815. &. 874.

V. 241. σακέεσσιν ἐνόπλιον] Quod nempe *armatæ saltationis* seu cum *clypeis* genus, Græcis olim & Barbaris fuit ex æquo familiare. Unde Athenis pueri cum *clypeis* saltare in Panathenæis soliti, ut liquet ex Comico Nub. p. 179. ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις, δέον αὐτὸς τὴν Ασπίδα &c. *Quando saltare in Panathenæis oportet, clypeum &c. protendens*; & ubi consuli possunt eruditi ejus Enarratores. Cujus insuper ἐνοπλίου seu *armatæ saltationis*, Athenis in honorem Palladis fieri solitæ meminit Plato de Legib. l. VII. p. 769. Fiebat autem eadem *saltatio* πρὸς ῥυθμὸν, ut liquet rursus ex alio Comici loco in eodem dramate p. 165. ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν κατ' ἐνόπλιον, *quis sit modus armatæ saltationis ad rhytmum*; & similiter apud Thracas, de quibus Xenophon Αναβ. l. VI. p. 370. καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, *& armati ad tibiam saltabant.* Unde minus insolitum id de *Threiciis Virginibus*, quales dictæ a Marone Amazones Æn. l. XI. v. 659. videbitur, quod hic ἐνόπλιον cum *clypeis saltasse* a Callimacho dicantur. Ut mittam, quod de Arcadibus itidem ait paullo post idem Xenophon p. 371. ἐξοπλισμένοι ὡς ἐδύναντο, κάλλιστα ᾔεσάν τε ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, *armis quantum potuerant, pulcherrime instructi, ad rhytmum incedebant, præcinente tibia modum armatæ saltationi convenientem.* Addit vero ibidem inductam quoque saltatricem mulierem, quæ pyrrhicham seu ἐνόπλιον cum levi clypeo, non sine ingenti adstantium plausu, saltaret. Quo autem metri genere uterentur, qui quatiendo clypeos ἐνόπλιον saltarent, docent veteres Critici ad dictum Comici locum, Nub. p. 165.

Ibid. & V. 242. Κύκλῳ Στησάμεναι χορὸν] Quales ἔυκυκλοι seu in *orbem*

bem veterum *choreæ*, maxime in hujus Dianæ (qua de re jam supra ad v. 2. & infra adhuc v. 266.) tum Cereris, aut aliarum quoque Dearum Festis peragi solitæ, eæque una voce χοροστασίας etiam dictæ, sicuti infra Hym. in Lav. Pall. v. 66. ac alibi. Hinc agentes Thesmophoria apud Comicum in cognomine dramate mulieres p. 820, non Cererem ibi solum, Festi illius Deam, sed Dianam orbicularibus illis *choreis* dicuntur quoque celebrare.

Πρῶτον ΕΥΚΥΚΛΟΥ ΧΟΡΕΙΑΣ ἐυφυῆ ΣΤΗΣΑΙ βάσιν,
Primum decentis in ORBEM CHOREÆ *concinnum* STATUERE *gressum*;

ac, ut continuo additur ut chorus ille cum Apollinem, tum τοξοφόρον ΑΡΤΕΜΙΝ ἄναστον ἀγνάν, *Arcitenentem* DIANAM *Reginam castam*, cantu celebret. Neque vero solum *concinno* illo pedum, ut ibi Comicus, seu, ut supra jam dictum, *ad rhytmum gressu*, sed manuum similiter decenti plausu, ac proinde, sicuti hoc in ἐνοπλίῳ seu *armata saltatione*, *clypeos quatiendo* τῷ ῥυθμῷ *choreæ* id genus peragerentur. Unde paullo ante dixit ibidem Comicus,

Κέρα ποσὶν ὡγ' ἐς κύκλον,
Χειρὶ σύναπτε χέρα, ῥυθμὸν χορείας
Ὕπαγε πᾶσα,
Leviter pedibus move te in orbem,
Manui conjunge manum, rhytmum choreæ
Observa unaquæque.

Quo spectat etiam id quod alibi apud eundem Comicum, ab ipso Choro ad saltandum prodeunte in Eleusiniis, ejusdem Cereris Festo, dicitur Ran. p. 233. Τὸν ἡμέτερον τρόπον, τὸν καλλιχορώτατον παίζοντες, non, ut ibi Interpres, *& nunc solito pede*, sed *nostro*, seu *consueto* ad rhytmum *modo*, *pulcherrimum chorum agentes*. Unde ἐνοπλίῳ illa, de qua hic agitur, Amazonum cum *clypeorum* motione *saltatio* seu πυρρίχη, dicta etiam χειρονομία, seu *manuum ventilatio*, teste Athenæo l. XIV. p. 681. καλεῖται δὲ ἡ πυρρίχη, καὶ ἡ χειρονομία, *vocatur etiam Pyrrhiche cheironomia*, seu *manuum exercitatio*; & similiter Pollux p. 106. χειρονομῆσαι τὸ ταῖν χειροῖν ἐν ῥυθμῷ (MSS. Vossii ἔνρυθμον) κινηθῆναι, h. e. *χειρονομῆσαι*, *manibus ad rhytmum moveri*. Hinc illud discrimen inter μέτρον & ῥυθμὸν, non quod ῥυθμὸς solum de *incessu*, uti ad Luciani Timonem existimavit eruditus ejus Enarrator Tan. Faber, sed prout tradit Anonymus in Hermogenem haud vulgo obvius p. 387. quod inter alia, καὶ κρότος χαλκείων τε κίνησις δακτύλων, ῥυθμὸς ἐνομίσθη, *& pulsus æreorum crepitaculorum*, *& motio digitorum*, *rhytmus haberetur*; seu, ut antea in genere dixerat p. 381. ῥυθμὸν εἶσε μέτρον κινήσεως, *mensuram motionis*, sive pedibus proinde, sive manibus eadem fieret, & quæ postrema χήμαλα τῶν χειρῶν, *figuræ manuum* dicuntur apud Athenæum l. XIV. p. 631. sed cum quibus proinde confundi non debet ῥυθμὸς καλὸς δάκτυλος, *rhytmus* nempe *constans* e *dactylo* pede, cujus meminit Aristophanes Nub. p. 165. quoque tibicines olim usos tradunt ibidem veteres Critici, & de quo etiam *rhytmi* genere mentio occur-

occurrit apud Plutarchum de Musica p. 1133. ubi Olympus dicitur, χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ νόμῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, *usus curuli nomo, & ea specie, quæ e dactylo constat.* De altero vero, cujus ibi mentio, ac, ut obiter hoc addam, ἁρματείῳ νόμῳ, & cur ita idem sit dictus, consuli potest Euripides in Oreste v. 1385. ἁρμάτειον, ἁρμάτειον μέλος, *curule, curule carmen*, & Græci Enarratores ibidem.

V. 243. Λεπταλέον σύριγγες] Nulla ferme olim apud Græcos juxta & Barbaros Deorum sacra, sine organica haud minus ac vocali Musica, & qua de re multa exstant præclara apud Strabonem l. x. p. 467. &c. ubi inter alia observat, Platonem & priores Pythagoreos omne quod musicum, opus Dei censuisse. Unde apud Plutarchum etiam legitur libro de Anima e Timæo p. 1031, quod antiquitus Theologi, Philosophorum vetustissimi, instrumenta musica in manibus Deorum seu signorum, quibus iidem exprimebantur, continuo reponerent; *non utique*, ut addit, quod *eosdem lyra* vel *tibia* (non ut ibi Interpres, *lyra* vel *cithara*) *ludere putarent; sed quod nullum Deo opus convenientius judicarent, quam harmoniam & symphoniam*, οὐχ ὡς λύραν πᾶ καὶ αὐλὸν, ἀλλ' οὐδὲν ἔργον οἰόμενοι θεῶν, οἷα ἁρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν. Inter ea autem instrumenta musica, tria olim præcipua; sicuti idem præclarus Auctor observat libro de Musica p. 1136, *Cithara, Tibia* ac *Fistula*; unde tres Gratiæ tria illa manu gestarent in simulacro Apollinis in Delo; additque ibidem, tradi Hyperboreorum sacra, adhibitis tibiis, citharis, ac fistulis, antiquitus in Delum missa. *Fistulæ* nempe quæ accinere hic dicuntur isti Amazonum choreæ, e genere Instrumentorum, juxta *tibiam*, (eaque, ut continuo addit Callimachus, antiquiores) quæ nempe ἐμφυσώμενα dixerunt veteres seu ἐμπνευστὰ, & cujus *fistulæ* μονοκαλάμου inventorem Mercurium (quod ei etiam tribuit Hymnus in eundem Homero tributus v. 509.) aut Seuthen quendam & Rhonacem Medos, sicuti πολυκαλάμου Silenum; illius autem, quæ cera glutinatur, Marsyam tradit Athenæus l. IV. p. 184. Quum autem τὰ ἐμπνευστὰ faciliora essent, teste Aristotele apud Athenæum l. IV. p. 174. τοῖς ἐντατοῖς seu πολυχόρδοις, quæ *tendebantur*; hinc antiquior etiam habitus priorum usus. Unde, ut ibidem ait, nempe Naucratites, multi, qui nunquam didicerant, *tibia* tamen aut *fistula* veluti pastores, ludere potuerunt. *Fistula* autem & quidem μονοκαλάμος eadem de caussa, *tibia* vetustior. Quæ etiam *fistulæ*, inductis postea *tibiis*, simul antiquitus in Pythiis retentæ; quamquam dein a Telephone Megarico rejectæ sint eædem, uti docet Plutarchus de Musica p. 1138. Hinc λεπταλέαι, seu *tenues* dictæ hic *fistulæ*, quod nempe tenuis esset ac subtilis præ *tibiis*, earum sonus; quum *tibiarum* ferme βαρὺς φθόγγος *gravis sonus*, immo βόμβος seu *strepitus* haud semel fuerit dictus, ut apud Athen. l. IV. 682, & XIV. 633. ipsa autem *tibia* inde βαρύβρομος *graviter sonans* vel *strepens* apud Euripidem Helen. v. 1367. & similiter apud Comicum Nub. p. 143. μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν, *musa* seu *cantus graviter sonans tibiarum*, non ut ibi Interpres, & *suavi tibia cantu*. Quamquam ἡδυβόα αὐλῶν πνεύματι, *suaviter resonante tibiarum flatu*, dixerit idem

Tragicus, Bacch. v. 127. & alibi Heraclid. v. 893. Λιγεῖα λωτὸς χάρις, *suavis tibia* potius quam *fistula*, ut ibi Canterus, *gratia*. *Tibia* enim, maxime Africanæ, e *loto*, qua de re mox. Ad hunc autem *subtilem* seu *tenuem*, de quo hic Battiades *fistularum sonum* illud Plotini Enarrat. l. III. l. II. p. 270. ὥσπερ ἐδὲ ἐν ΣΥΡΙΓΓΙ φωνὴ μία, ἀλλὰ καὶ ΕΛΑΤΤΩΝ τις ἔτα καὶ ΑΜΥΔΡΑ ὡς ἁρμονίαν τῆς πάσης Συρίγγος συντελεῖ, *quemadmodum neque in* FISTULA *vox unica satisfacit, sed* MINOR *præterea* DEBILIORQUE *requiritur, ad totam fistulæ consonantiam conficiendam.*

V. 244. Νέβρεια δὲ ὀστέα τετρήνολο] Unde simpliciter τὰ νέβρεια vocantur apud Plutarchum in Sympos. p. 150. ea *hinnulorum ossa*, e quibus parabantur tibiæ. Dictæ etiam inde νέβρειοι αὐλοὶ *ex hinnulis tibiæ*, ab Antipatro Anthol. l. IV. c. XXVIII. Ep. XIII, & quod Thebanorum inventum tradit Juba apud Athenæum l. IV. p. 182, Θηβαίων δὲ ἔυρημα φησὶν εἶναι, Ἰόβας τὸν ΕΚ ΝΕΒΡΟΥ ΚΩΛΩΝ κατασκευαζόμενον ΑΥΛΟΝ, TIBIAM *autem, quæ paratur* E TIBIIS HINNULI, *Thebanorum inventum esse tradit Juba*; cui consona etiam habet Pollux l. IV. c. X. p. 190. Θηβαῖοι μὲν αὐλὸν ΕΚ ΝΕΒΡΟΥ ΚΩΛΩΝ ἐργάσαντο; χαλκήλατον δὲ ἦν τὴν ἔξωθεν ὄψιν, *Thebani quidem* TIBIAM EX HINNULI TIBIIS *compegerunt, sed ære inducta erat pars ejus exterior*; & similiter qui id ab Athenæo, quod ei solemne, hausit Eustathius, ad Iliad. Σ. pag. 1157. Unde Bœoti hominis verba apud Aristophanem Acharn. p. 412.

Ὑμεῖς δὲ ὅσοι Θεῖβαθεν αὐληταὶ πάρα
Τοῖς ὀσίνοις φυσᾶτε,
Vos autem, qui adestis Thebani tibicines,
Ossei inflate tibiis &c.

ubi Critici, ὀσίνοις δὲ, ἔφη, ἐπεὶ τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῶν ΕΛΑΦΕΙΩΝ ΟΣΤΩΝ κατεσκεύαζον ΤΟΥΣ ΑΥΛΟΥΣ, *Ossei autem, quandoquidem antiquitus* E CERVINIS OSSIBUS *fabricabant* TIBIAS. Quam in rem etiam Philostratus Vit. Apoll. l. V. c. VII. p. 228. ubi simul alia, e quibus parabantur veterum tibiæ, memorat, πότερον αὐτὸς ἐργάζεται ὁ ΑΥΛΟΣ, ἢ τὸ χρυσᾶ τε καὶ ὀρειχάλκεα καὶ ΕΛΑΦΟΝ ΚΝΗΜΗΣ ξυγκεῖσθαι· Οἱ δὲ ὄνων, ἢ ἕτερόν ἐστιν, ὁ ταῦτα δυνάμενος, *an efficit hoc* TIBIA, *quod ex auro, orichalco, aut* CERVORUM CRURIBUS, *vel asinorum juxta alios sit compacta.* De *tibiis* quidem ex asinorum, pro cervinis, ossibus, videndus insuper Plutarchus dicto paullo ante loco Sympos. p. 150. ubi inter alia de Naucratitæ Ægyptii uti dicuntur tibiis ex asininis ossibus, idque iis vitio versum a Busiritis. Notæ alioquin *tibiæ* aliunde, quam ex horum animalium, aut elephantis etiam ossibus (prout, ut alia mittam, *tibia eburna* dicitur apud Propertium lib. IV. Eleg. VI, & similiter apud Athenæum, de quo loco mox, ἐλεφάντινοι αὐλοὶ) paratæ: ac frequentius ex *arundinis* seu καλάμου genere dicto inde αὐλητικῷ apud Theophrastum H. Pl. l. IV. c. XII; aut e *buxo*, qualis tibia Phrygia apud Pollucem; aut e *loto*, prout vulgo, sicuti supra obiter, dictæ Africorum tibiæ, ac unde Λιβυς αὐλὸς & Λιβυς λωτὸς, de *Libyca tibia* apud Euri-

Euripidem Alceſt. v. 346, & Troad. v. 544. Immo unde λωτὸς pro *tibia* paſſim apud veteres Tragicos ſumitur, & quam vocem ſubinde Interpretes minus accurate per *fiſtulam* vertunt; quæque *Africanæ tibiæ* dictæ etiam ab Alexandrinis φώτιγγες, auctore Athenæo l. IV. p. 182. ac inde apud Euſtathium pag. 1157. Neque vero novum, ad denotandas tibias, *perforata* hic dici illa *hinnulorum*, e quibus eædem fiebant, ὀστᾶ, ſeu νέβρεια ὀστέα τετρήνοντο; ſed minus forte alibi obvium, quod τὰς καλαμίνας ἐλεφαντίνας ΑΥΛΟΥΣ παρὰ ΦΟΙΝΙΞΙΝ ΑΝΑΤΕΘΗΝΑΙ, dictas *eburneas* TIBIAS a PHOENICIBUS, (primum nempe) PERFORATAS, tradat memorato modo apud Athenæum loco Typhon. Apud Hebræos certe נקבים item חללים dictæ *tibiæ* vel *fiſtulæ*, quaſi *perforatæ*; a duobus verbis נקב & חלל, quorum illud *perforare*, iſtud cum *proſtratum* eſſe, tum *ἀυλέω* præterea ſeu *tibias canere* ut 1. Reg. I. 40. & Pſalm. LV. 21. Ita *tibiæ* etiam apud Græcos dictæ ſubinde, ut ab Alcæo l. I. c. XI. Ep. v. τρητὼ δονακίς, *perforatæ arundines*, & Epigram. I. ejus capitis, λωτοὶ πολύτρητοι, *tibiæ cum multis foraminibus*, ſeu juxta Apulejum Florid. I. *pluriformi & multiforabili tibia*, ac unde Ariſtoxeni liber exſtitit, περὶ Αὐλῶν τρήσεως, de *tibiarum perforatione*, teſte Athenæo l. XIV. p. 634.

V. 245. Ἔργον Ἀθηναίης] Ideo nempe, quod Muſica, ob ſingularem ejus ac divinam præſtantiam, Deorum, ut ait Plutarchus de Muſica p. 1136. olim inventum haberetur; inde etiam factum, ut præcipua ejus inſtrumenta, Diis auctoribus continuo adſcriberent. Hinc fiſtulæ μονοκαλάμους, de qua ſupra, inventum Mercurio, ſicut πολυκαλάμους Sileno; *lyræ* inſuper & *chelyos*, eidem Mercurio; *citharæ*, Apollini; πηκτίδος ſeu *fidium*, non ſemideo minus quam ſemifero Chironi, juxta Orpheum ſeu Onomacritum Argon. v. 411, quamque alias Sapphus reperiſſe ab Ariſtoxeno apud Athenæum dicitur, l. XIV. p. 635. σαμβύκης, uni e Muſis; *tibiæ* autem *rectæ*, de qua hic nempe, *Minervæ*; *obliquæ* vero ſeu πλαγιαύλου, Baccho vel Pani tribuitur. Unde eam in rem Bion Idyll. III. v. 7.

Ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὡς ἀυλὸν Ἀθήνη,
Ὡς χελυν Ἑρμάων, κίθαριν δὲ ὡς ἀοιδὸς Ἀπόλλων,
Quomodo tibiam obliquam Pan invenerit,
Minerva tibiam, chelyn Mercurius, & citharam dulcis Apollo.

Et tibiam quidem quod adtinet, qua ubique non aliud inſtrumentum in Deorum ſacris, feſtis, aut agonibus iiſdem dicatis, magis olim frequentatum, ejus inventum, ſicuti hoc loco Callimachus, ad *Minervam* itidem referunt paſſim priſci Poetæ ac Mythologi; ſed quam eadem ob oris viſam inde, dum illam inflat, deformitatem continuo abjeciſſe dicitur. Hinc Apollo etiam a Minerva doctus tibia canere, juxta Plutarchum de Muſica p. 1136. de quo tamen paullo ante dixerat, eum, non vero Marſyam, aut Olympum, aut Hyagnidem, *tibiæ* vel citharæ auctorem exſtitiſſe. Alii vero iiſdem Phrygibus, *Marſyæ*, *Olympo*, vel *Hyagnidi*, aut vero *Seriti* Afro, aut juxta varios inductos tibiam inflandi modos, variis ſubinde tribuunt auctoribus. Sed nullum nobilius

hodie de primis *tibiæ* inventoribus, aut de tempore ejusdem repertæ, monumentum versamus, Chronico dicto Oxoniensi, & quod utique, sicuti tot alia quæ ad hoc argumentum spectant, prætermitti non debuit ab erudito de Tibiis veterum Commentatore. Exstat nempe locus ejusdem Chronici Epoch. x. Καὶ ΥΑΓΝΙΣ ὁ Φρὺξ ΑΥΛΟΥΣ ΠΡΩΤΟΥΣ ΕΥΡΕΝ ἐγ Κελαίναις τῆς Φρυγίας, καὶ τὴν Ἁρμονίαν, τὴν καλουμένην Φρυγιστὶ, πρῶτος ΗΥΛΗΣΕ, καὶ ἄλλους Νόμους Μητρὸς, Διονύσου, Πανὸς, καὶ τῶν ἐπιχωρίων θεῶν καὶ Ηρώων, Ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ερικθονίου, τὸ ἅρμα ζεύξαντος, *Et* HYAGNIS *Phryx* TIBIAS PRIMUS INVENIT *in Celænis urbe Phrygiæ, & Harmoniam dictam, juxta Phrygium modum primus* TIBIIS CECINIT, *& alios Nomos magnæ Matris, Bacchi, Panis, & Deorum Patriorum ac Heroum Anno* MCCLXII. *regnante Athenis Erichtonio, qui currum junxit.* Mitto quæ ad hunc locum a doctissimo Seldeno aliisque viris eruditis post eum sunt adnotata, & prostant in præclara editione marmorum Oxoniensium, ubi eadem consulere poterit Lector. Illud solum addam, inde & ex adscripta quidem Epocha constare, cum primum *tibiæ* inventorem (quod & apud alios Auctores, Plutarchum de Musica 1136, Aristoxenum apud Athenæum l. XIV. p. 624. & fusius apud Apulejum Florid. l. I. legitur) *Hyagnidem* a Græcis habitum; tum eum patria *Phrygem* & quidem Celænis habitasse; tempus insuper repertæ ab eodem *Tibiæ* & Nomorum ad tibiam, in Deum Matris aliorumque Numinum ac Heroum sacra inductorum adscribi, & quidem juxta accuratos Thomæ Lydiati calculos Anno Mundi conditi MMCCCCXCIX. h. e. temporibus Josuæ. Adeo, ut apud Græcos, & juxta hunc Chronici Auctorem, *tibiarum* usus, longe utique recentior haberetur. Tubalcaini temporibus a quo repertæ dicuntur Gen. IV. 21. כנור נעוגב quod postremum a Chaldæo Paraphraste אבובא *abbuba* redditur, & de *fistula* vel *tibia* (unde *ambubajæ* pro αὐλητρίδες seu *tibicines* Tyriæ apud Horatium l. I. satyr. II.) reddi ab Interpretibus consuevit. Ex Oriente certe, ut obiter hoc dicam, ad Græcos profluxere, sicuti aliarum artium, ita etiam prima & vetustissima quæque Musicæ organa; quod non dissimularunt præclari inter Græcos Scriptores, & qua de re plenius quandoque alibi. Certe Aristoxenus, qui non de Musica solum, sed de Tibicinibus, Tibiis & Organis libros hodie deperditos ediderat, juxta Athenæum l. IV. p. 182. & Strabo insuper l. X. p. 471, veterum Instrumentorum Musicorum nomina pleraque barbara ac peregrina fuisse observant, & Phœnicia quidem, præter instrumentum φοίνικα inde seu *Phœnicem* proprie dictum, aut Syriaca apud eundem Athenæum Sopater & Juba, Thracia autem & Asiatica, dicto loco Strabo. Cujusmodi etiam ab iis inter alia recensentur νάβλα, σαμβύκη, ut & apud alios, κινύρα, quæ utique non aliunde, quam ex Hebræis fontibus petenda abunde liquet; seu e veteri eoque authentico Fœdere, ubi eorum occurrit mentio, & sicut id a doctissimo Bocharto jam adsertum est de Colon. Phœn. l. VI. c. VII. Quibus addi etiam possunt Τύμπανον Hebræis תף & תפים *Thoph* vel *Theeph* & *Thupim*; ac præterea Μάγαδις, ἀρχαῖον ὄργανον, ut apud Athenæum dici-

dicitur l. XIV. p. 635. ac de quo, an e genere τῶν ἐντατῶν an vero τῶν ἐμπνευστῶν, seu *citharæ* an *tibiæ* species fuerit, prolixa exstat apud eum disputatio; cujus etiam, & quæ prioribus seu ἐγχόρδοις, juxta majorem veterum consensum, omnino illud imputat ὄργανον, exstat descriptio apud Philostratum Icon. l. 1. p. 746. Ejus autem vocis, quippe Græcis Auctoribus, Aristoxeno puta & Straboni, locis supra dictis peregrinæ ac barbaræ, & quam ἀπὸ Μαγδίου a *Magdie* quodam Thrace derivabat Duris juxta Athenæum l. XIV. p. 636, origo videtur mihi haud obscura, a voce nempe Hebræa מגר מגרים *meged*, *megedim*, quæ *rem pretiosam*, seu *omne in re aliqua eximium & præstans* denotat, Deuter. XXXIII. 13. & Cant. IV. 13. Immo quod addere licet, hic opportune, non Phœnicum solum, *Tibiæ*, quibus Adonin lugebant, dictæ ab iisdem Γίγγρου vel Γίγγρα teste eodem Athenæo l. IV. p. 174; sed *tibia* vocata in genere *barbara* apud Catullum Epithal. Thetid. v. 264.

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu,

h. e. *Phrygia*, & unde etiam Horatius Epod. IX.

Sonante mistum TIBIIS *carmen Lyra,*
Hac Dorium, ILLIS BARBARUM.

Qua in re nempe Latinis hisce Poetis præiverant Græci, ut Euripides Iphig. Aul. v. 576.

Βάξεια συνέζων Φρυγίων
Αυλῶν Ολυμπε καλαμοις,
Canens barbaricos modos Phrygiarum
Tibiarum Olympi calamus,

quia nempe Phryx *Olympus*, unus e modorum ad tibiam inventoribus, ut e Plutarcho de Musica aliisque notum, habitus; ac proinde ubi male a Cantero, ad majorem scilicet loci illius lucem, additur, *Olympico ritu calamos connectens*, quasi non de Phryge illo *Olympo*, sed de ludis *Olympicis*, ibi ageretur. Meminit vero alibi idem Tragicus, modo Φρυγίων αὐλῶν *Phrygiarum tibiarum*, ut Bacch. v. 127; modo, sicuti eorum mentio in adducto Chronici loco, Φρυγίων νόμων, Orest. v. 1428. & quomodo itidem modo Φρύγιος ῥυθμὸς, ut ab Anacreonte dicitur ad LVI. ac denique Μητρῶον αὔλημα, seu *ad tibiam cantus in honorem Deum Matris* (cujus inventum Phrygi *Hyagnidi* tribuit etiam laudatum Chronicon) apud Phrygas receptus traditur a Pausania l. X. p. 668. Quamquam idem ibi non *Hyagnidem* & *Marsyam*, ejus, ut aliunde constat filium, μητρὸς illius αὐλήματος auctorem facit; & quod alioquin Seriti Afro adscribitur apud Athenæum l. XIV. p. 618. ὃς καὶ κατηύλησε τὰ Μητρῶα πρῶτον, *qui etiam primus tibia in Matrem Deum* (non *Cercates* juxta interpretem, qui aliter nuncupati) Hymnos cecinit. Idem vero τῆς Φρυγιστὶ ἁρμονίας, *harmoniæ ad Phrygios modos*, de quo in eodem Chronici loco, meminit pariter, & cujus etiam auctores facit Phrygas, nempe Athenæus l. XIV. p. 624. & inde, ut ibi addit, *Phrygias* fuisse pleraque *tibicinum* apud Græcos appellationes. Mitto cæteroquin, quæ in eodem Chronico Epoch. XXXV. dicuntur de Terpandro Lesbio, qui *Nomos ad tibiam* simul & *ad lyram* docuerit, & quos cum tibicinibus si-

mul tibiis cecinerit. Quod multis post Hyagnidem seculis contigisse, cum ex iis, quæ de hoc Terpandro, insigni Musico ac Citharœdo, aliunde sunt nota (quem Lycurgo & Iphito, a quo prima instituta Olympias, coævum facit Athenæus l. XIV. p. 638.) tum ex adscripta itidem Epocha constat, quæ ad A. Mundi conditi MMMCCCL. refertur.

Ibid. & V. 246. ἔδρεμε δὲ ἠχὼ Σάρδιας] Fistulæ nempe de quibus hic agitur, sicuti tibiæ inter ἔνηκα ὄργανα, neque tamen gravis adeo toni, ut ille Ephesio *Sardes* usque, quæ aliquot dierum intervallo erant a se invicem disjunctæ, penetrare alioquin potuerit. Verum id pari fide hic, ut supra ab eodem Poeta dicitur Cyclopum incudem in Lipara Insula tundentium strepitu, personare non Ætnam solum & Siciliam reliquam, sed Italiam insuper & Corsicam. Neque mirum *Sardium* fieri mentionem, tempore hujus Amazonum eas in oras, Ephesi puta ac Smyrnæ, profectionis; quæ nempe urbs prima cunarum Jovis testis Bacchique nutrix a Macedonio dicitur Anthol. l. IV. c. XXVIII. Ep. XIX. Μάρτυς ἐγὼ πρώτη γλυφὴν Διὸς, *testis ego prima facta sum Jovis* &c. mox αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γλυφὴν τροφὸς, *ipsa & Baccho facta sum nutrix*. Strabo autem l. X. p. 625. eam recentiorem quidem Troicis temporibus, *antiquam* tamen vocat, ἀρχαίαν ὅμως, & sicuti Σάρδεις ἀρχαῖαι, *Sardes antiquæ* dicuntur in Epigrammate Alexandri Ætoli apud Plutarchum de Exilio p. 599. Τάρνη nempe prius dicta, & eo nomine ab Homero indigitata l. Iliad. B. v. 44. juxta brevia ad eum Scholia, quæ & Ὕδη etiam aut Arx illius urbis, juxta eundem Strabonem p. 125. ac Plinium l. V. c. XXIX. appellata. Quamquam vero eadem urbs Lydiæ caput exstiterit, ac *celebrari maxime Sardibus Lydiam*, dicat eodem loco Plinius, occurrit insigne & longius adhuc patens illius urbis elogium, in veteri nummo Gazæ Gallorum Regiæ, sed sequutis longe post Amazonas, quarum hic mentio, ætatibus, sub Gordiano nempe Imp. ut aliunde constat, percussio, & quem jam vulgavit, qui eum olim possidebat, in Selectis Numism. Cl. Seguinus, cum memorabili nempe inscriptione, de qua nos alibi, CAPΔIC ACIAC ΛΥΔΙΗC ΕΛΛΑΔΟC Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, *Sardis, Asiæ, Lydiæ, Græciæ Prima Metropolis*. Huic geminus etiam sed cum diverso typo in altera nummi area, videri potest in Itinerario Cl. Sponii; qualis nempe Romæ exstabat apud Cardinalem de Maximis, mirifice, dum viveret, omnis hujus veteris ac eruditæ elegantiæ studiosi ac periti, nec minoris, quam in eadem Urbe coram & prolixe olim sum expertus, humanitatis.

V. 246. ἐς τε νόμον Βερεκύνθιον] Qui inter Lydiam & Phrygiam exstitisse in Scholiis ad hunc locum dicitur. Strabo l. X. p. 469, & juxta eum Hesychius, *Berecyntos* Φρυγῶν φῦλον, *Phrygum genus* statuunt. A Plinio autem prope Nysam ac Tralles *Berecyntius* tractus dicitur l. V. c. XXIX. & qui non ideo simul Nysæ urbi & Marsyæ proximus, a postremo ac erudito Plinii editore ac interprete dici debuit. A *Nysa* enim, quæ haud procul Mæandro sita, ad amnem *Marsyam*, qui prope Celænas & Apameam in Mæandrum influit, haud exiguus adhuc tractus interjacebat; & ad quem *Marsyam* amnem, situm montem *Berecyntium*

tra-

tradit Plinius. Νόμον autem Βερεκύντιον, (ita enim passim in veteribus libris legitur, non Βερεκύνθιον) *tractum* illum *Berecyntium* hic vocat Callimachus, pro Cyrenæi scilicet seu Alexandrini, qualis ille exstitit Poeta, more, juxta quem divisa antiquitus in varios Νόμους seu *Præfecturas*, Ægyptus, eosque variis nominibus, uti ex Herodoto, Platone, aliisque constat, distinctos. A quo præterea *tractu* vel *monte Berecyntio*, dicta etiam cum Cybele, Phrygia quippe Dea, *Berecyntia*, tum *tibia* ipsa, quæ in ejus sacris seu Μητρώοις, de quibus paullo ante invaluerat, ut apud Horatium l. IV. Od. 1. *Berecyntiæ delectabere tibiæ*; h. e. *Phrygiæ*, juxta Hesychii glossam, ἕτερον Βερεκυντίας ἢ Φρυγίας, ᾗ αὐλὸς Βερεκυντίος, *prius Berecyntia dicta Phrygia, & tibia Berecyntia*; & mox Βερεκύντια βρόμον, Φρύγιον αὐλὸν, Σοφοκλῆς ποιμέσιν, *Berecyntium sonum, Phrygiam tibiam vocat Sophocles in Pastoribus*· Βερεκύντιος utique de *Phrygibus* olim dictos, erudite jam monuit ad Catullum vir longe doctissimus Is. Vossius, & firmat adhuc alibi Hesychius emendandus, Βερεκύνται (non Βερεκύνδαι) δαίμονες, οἱ Φρύγες.

V. 247. ἔλα κατεκροτάλιζον] Obvia nempe verbi origine a voce κρόταλα, quibus juxta tympana & cymbala, locus erat in sacris Deæ Phrygiæ, & de quibus exstant corrupti adhuc, quamquam a magno Casaubono ex parte emendati, apud Strabonem Pindari in veteri Dithyrambo versus, l. x. p. 469.

Σοὶ μὲν καταρχαὶ, μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων,
Ἐν δὲ παλλακῶν ΚΡΟΤΑΛΑ,
Tibi quidem primitiæ sacrorum, o Magna Mater,
Adsunt quoque Magni rhombi cymbalorum,
En etiam cynædorum CROTALA,

sicuti postremo versu legendum existimo, pro quo ibi καλλάδων, voce Helladi hactenus ignota, legitur; nisi quis malit καλλαΐδων, quæ vox de quodam *saltationis* genere, ex Æschylo & Eupolide in deperditis dramatibus, ab Athenæo adducitur l. XIV. p. 629. & 630. sed quum apud Hesychium καλλαΐδες dicantur, & qua de re ad titulum hujus Hymni, de quibusdam Hymnis in Dianam cani solitis; in illis autem Pindari apud Strabonem versibus, agatur de sacris Deæ Phrygiæ totoque eorum apparatu, omnino opportunior videtur ibidem, quam modo adtuli, παλλακῶν pro καλλάδων emendatio. Neque enim παλλακαὶ solum, unde Latinorum *pellices*, ut apud Demosthenem in Neæram p. 535. dicuntur de *concubinis*, sed παλλάκοι etiam de *amasiis* seu *cinædis*, unde apud Hesychium, παλλακὸς, ἐρωμένος, apposite omnino ad hunc locum de *cinædorum* nempe seu *Gallorum crepitu*, quem κροτάλοις edebant in his Matris Deum sacris: haud aliter ac de semiviris & circumforaneis Deæ Syriæ bajulis Apulejus l. VIII. *qui per plateas & oppida cymbalis &* CROTALIS *personantes* &c. Erant autem vulgo ex ære eadem *crotala*, unde κρόταλα χαλκᾶ apud Euripidem Cycl. v. 204. & χάλκεα κρόταλα, quibus strepitum edidisse dicuntur Γαλλαὶ (quarum haud facile obvia mentio) Magnæ Matris comites, in antiquis apud Hephæstionem versibus p. 40.

Γαλ-

Γαλλαὶ Μητρὸς ὀρείης Φιλόθυρσοι δρομάδες,
Αἷς ἔντεα παταγεῖται, καὶ χάλκεα ΚΡΟΤΑΛΑ,
Gallæ Matris montanæ, thyrsos amantes sequaces,
A quibus arma quatiuntur, & ærea CROTALA.

Ubi Γαλλαὶ *effeminatos* seu *eviratos* illos hujus Deæ ministros notant. Cum quibus vero æreis *crotalis* confundi non debuit *sistrum*, sicuti id ab illustri Scaligero factum ad Copæ poematium v. 2. *Crispum sub crotalo* &c. ubi nempe *æneum crepitaculum*, quale ab Apulejo dicitur Metam. l. XI. & quo omnino *sistrum*, ut viderunt ibidem viri docti, describitur, ad *crotalum* retulit. Erant enim præter *crotala*, *crepitacula* dicta a Græcis κρέμβαλα, & quæ inter Instrumenta Musica ψόφου μόνον παρασκευαστικὰ, *sonum solummodo excitantia*, ab Athenæo recensentur l. XIV. p. 636, a Dicæarcho autem ibidem vocantur, χρυσοφανέα κρέμβαλα χαλκοπάρεια, *deaurata crembala ænea*. Sicuti vero obviæ non solum *sistrorum* in priscis monumentis effigies, sed qualia *sistra* versantur adhuc hodie in Antiquariorum aut Principum Thesauris; ita non *tympana* tantum *cymbala*, sed κρόταλα quoque & κρέμβαλα, *crotala* & *crepitacula* nonnunquam (quorum nempe usus erat ad ciendum crepitum in solemnibus Deæ Phrygiæ aut Bacchi etiam sacris) conspiciuntur in antiquis, quæ olim vidisse non semel juvit, marmoribus, & cujusmodi prostant in Cl. Sponii Miscell. p. 21. A quibus proinde vocibus, ut κροταλίζειν, hic a Callimacho dictum pro *crepitum*, non manibus quidem, prout *crotalis* alioquin factum, sed, quod hic dicitur, *pedibus ciere*; sicuti rursus ἀνακροταλίζειν, pro *applaudere* apud Athenæum sumitur l. IV. p. 129. ἐφ' οἷς ἡσθέντες ἀνεκροταλίσαμεν τὸν νυμφίον, *quibus magnopere læti, sponsum cum applausu laudavimus.*

V. 248. & 249. θέμεθλον Δωμήθη] Ædificatum fuisse eodem in loco, ubi nempe Dianæ signum ab Amazonibus erectum, sed non ab iisdem Martiis virginibus, hoc Ephesiæ Dianæ fanum a Callimacho dicitur. Quod postremum ut a Pindaro, sed præter rei veritatem, traditum, redarguit Pausanias l. VII. p. 399. & quod proinde de aliis Auctoribus, qui idem tradidere, erit quoque statuendum, qualis est Mela l. I. c. XVII. Ut de Dionysio Alex. de cujus ea de re loco actum antea, nihil hic dicam, qui idem cum Pindaro, de condita nempe ab Amazonibus hac Dianæ sede, protulere. Neque certe una occurrit veterum de primis Templi hujus conditoribus narratio. *Cræso* quidem *indigenæ* ac *Epheso*, Caystri scilicet fluminis filio hanc laudem tribuit dicto loco Pausanias; *Ctesiphonti* vero seu *Chresiphonti*, juxta veteres libros, Gnossio, & filio ejus *Metageni*, haud uno loco Vitruvius, sicut Præfat. l. VII. p. 125. & l. X. c. VI. & VII. Idem vero Χερσίφρων a Strabone dicitur l. XIV. p. 640. & similiter a Plinio l. XXXVI. c. XIV, alibi *Ctesiphon* l. VII. c. XXXVII, vel juxta antiquos codices, ut ad eum viri docti, *Cresiphon*, unde in Strabone etiam Χρεσιφὼν pro Χερσίφρων legendum putat in Plinianis ὁ πάνυ. Ab eo autem *Ctesiphonte* vel *Chersiphonte* exstructum quidem, sed ab alio majus factum illud Templum, adserit itidem Strabo; nempe a Demetrio ipsius Dianæ servo & Peonio Ephesio, qui hanc

ædem

ædem a Cteſiphonte, ut hodie ibi legitur, & filio inchoatam perfeciſſe dicuntur apud Vitruvium Præf. l. VII. Addit vero Strabo, eodem Templo ab Heroſtrato combuſto, aliud præſtantius continuo ab Epheſiis exſtructum, eodem operis illius, qui & Alexandriæ architecto *Cheiromœrate*, ſeu, ut e melioribus libris, (quod ad eum Strabonis locum adnotatur) reſtituendum patet, *Dinocrate*. Plinius autem dict. l. XXXVI. c. XIV. ducentis viginti annis a tota Aſia factum, illud Templum tradit, & cui operi, antiquioris proinde hujus ædis, præfuerit ille dictus Cherſiphon. Exſtructum vero hic a Callimacho dicitur prope locum erecti ab Amazonibus *ſub fago* Dianæ ſimulacri. In ſolo autem paluſtri, ubi, teſte etiam Theophraſto H. Pl. p. 47. conſtat φηγὸς facillime provenire, id factum memorat d. l. Plinius; alii in loco antea πλατείᾳ dicto ſeu *ulmis* conſito, ut Dionyſius ac Stephanus. In foro autem conditum idem Templum, e Creophilo, qui de hac æde ſcripſerat, refert Athenæus l. VII. p. 361. Eam vero ædem, ut obiter hoc addam, præterlabebatur Sellenus fluvius, juxta Xenophontem Ἀναβ. l. v. p. 360. & Strabonem ſimiliter l. VIII. p. 387. Sed in quo poſtremo Auctore Σελενῦς pro Σελινῦς, ac apud Plinium *Sellenantes* juxta Xenophontem, pro *Selinuntes*, legendum pridem monui Diſſ. de præſt. Num. p. 486. & quod arripuit poſtremus ac eruditus Pliniii Commentator.

V. 249. ἔτι δεύτερον ὄψεται ἠὼς] Quod de hac æde dicitur, quæ poſt Heroſtrati incendium, quo antiquior eadem, qua natus die Alexander, conflagravit, fuit refecta ſeu denuo condita; ſicut id e Callimachi ætate ſub Ptolomæis, Philadelpho & Euergete, abunde colligitur, & de qua ſimiliter agit, qui ſub Auguſto demum vixit, Dionyſius Alex. v. 829. σεβάσιον ἀνδράσι θαῦμα, *venerandum hominibus miraculum*. Neque minus tamen antiquior illa ædes, Cherſiphontis ſeu Creſiphonti opus, celebrata, quæ ab Ariſtophane Nub. p. 162. πάγχρυσος οἶκος, *domus tota aurea* dici meruit, & de qua etiam ait Livius, ubi ſub Rege Servio exſtructi in Aventino Dianæ Fani meminit, l. I. c. XLV. *quantum erat inclytum Dianæ Fanum, id communiter a civitatibus Aſiæ factum fama ferebat*. Ad quod proinde reſpexit itidem loco jam paullo ante indicato Plinius l. XXXVI. c. XIV. *magnificentiæ vera admiratio exſtat templum Epheſiæ Dianæ, ducentis viginti annis factum a tota Aſia*; poſtea, *operi præfuit Cherſiphon architectus*. Ne de recentiori illo Dianæ Epheſiæ Fano, Alexandri temporibus & ab alio architecto refecto loqui eum quiſpiam putet, quod nec a Vitruvio etiam factum locis ſupra indicatis, ubi ab eo nobiliſſimæ hujus ædis ejuſque ſtructuræ fit mentio. Quum tamen aliquot poſt ſeculis uterque ille Auctor vixerit, ab incenſa illa priori Epheſina æde, Cherſiphontis opere; nova autem eaque anguſtiore, uti e Strabone paullo ante vidimus, & qualis proinde eorum ævo exſtabat, fabricata. Qua de re ita ſtatuendum eſt, illo Heroſtrati incendio non conflagraſſe totam hanc ædem, aut ſubrutam univerſam ejus mirabilem ſtructuram; ita ut primi operis & architecti, qui ei præfuerat, laus ac induſtria, ex hominum conſpectu plane evanuiſſet. Unde factum etiam videas, ut duobus locis, quibus de admirabili hujus templi, & quod

quod tum adhuc erat miraculo, ſtructura aut artifice agit Plinius, nempe lib. VII. c. XXXVII. & l. XXXVI. c. XIV, a *Creſiphonte* ſeu *Cteſiphonte*, primæ ſcilicet ac antiquæ hujus ædis, multis ante eandem ab Heroſtrato incenſam ætatibus, ut e Strabone ac Vitruvio conſtat, architecto, non vero a Dinocrate, qui poſteriorem demum exſtruxit aut refecit, fabricatam, ut paullo ante vidimus, dicat. Mitto autem, quod valvarum illius ædes e cupreſſu, quæ per quadringentos annos durabant, meminerit idem Plinius l. XVI. ſect. LXXIX. cujus alioquin rei a Theophraſto fit mentio, H. Pl. V. c. V. p. 109. Quidcunque enim de hoc Theophraſti loco ſtatuatur, quem dum hæc ſcribo, in eruditiſſima doctiſſimi Bentley ad Jo. Malalam Diatriba feliciter expenſum video, illud utique liquidum, Alexandro M. σύγχρονον fuiſſe eundem Theophraſtum. Unde etiam merito in præfatione de Homonymis, Plinium, ut minus fidum loci illius Interpretem, redarguit magnus Salmaſius: fruſtra autem, quaſi nempe ab utroque auctore Theophraſto ac Plinio, diverſa omnino inſtituta eſſet narratio, poſteriori ſuppetias in notis ad eum locum ferente, nupero ac erudito Plinii Interprete. Multa autem erant, quæ hoc loco plane eximium Callimachi de eadem nobiliſſima toto orbe æde, qualis nempe ſuo ævo & a Dinocrate architecto refecta viſebatur, elogium tuerentur. Cujuſmodi erat Deæ, cui dicata erat eadem in toto illo Aſiæ tractu, præcipua quædam religio ac celebritas; unde *Magna* Epheſiorum *Diana* dici ac prædicari, ut vel ex loco Actor. XIX. 21. conſtat, ſolita: ipſius præterea Fani mirabilis, quam Vitruvius ac Plinius deſcribunt, quæque tota non conflagraverat, ſed anguſtiori adhuc forma fuit reſtaurata, ſtructura; Aſiæ ac Regum Alexandri ſucceſſorum in eadem fabricanda ornandave ſtudium ſingulare ac impenſæ: ejuſdem Fani, quamquam poſtea refecti, cum antiquitas, celebris jam, teſte Pauſania l. VII. p. 399. ante Jonum ea in loca profectionem; tum magnitudo, quam commendat etiam hoc loco Callimachus, dum ὑψιθρόον illud vocat, & tradit memorato ſupra loco Plinius, nempe l. XXXVI. c. XC; tum materia e cedro, cupreſſu, lapide candidiſſimo, auro præterea, quo eadem coruſcabat; & quæ ſingula a memoratis aliiſque inſuper Auctoribus traduntur. Adde ſingularia, quæ ad ædem illam ornandam collata erant ſeu conferebantur undique ævo Callimachi, decora, nempe, ſigna, Imagines, Tabulas, Donaria omnis generis; adeo ut de iis dicat Plinius l. XXXVI. c. XL. *cætera ejus operis ornamenta plurium librorum inſtar obtinent, nihil ad ſpeciem naturæ pertinentia.* Accedebat inſuper jus *Aſyli* eidem Fano antiquitus indultum, ab Alexandro etiam ad ſtadium uſque, ut ea de re Strabo l. XIV. 641, auctum & adſertum: Sacerdotum præterea ejuſdem ædis ex utroque ſexu, epulonum inſuper, ſeu qui Ἐσσῆνες ab Epheſiis, juxta Pauſaniam l. VII. p. 476. appellati, prærogativæ, caſtimonia, Sacrorum inſuper & ceremoniarum peculiares ritus; Ludorum & Agonum, ad quos e toto orbe fiebat concurſus, ibidem ſolemnia; Urbis denique ipſius, totius Aſiæ, minoris nempe appellatæ, clariſſimæ celebritas, ſitus, frequentia, & quæ ſingula alibi in noſtra nempe, de Metropolibus Aſiæ Proconſularis, ad Ulpiani leg. 4 ff. 5. D. de offic. Proconſulis,

Dia-

Diatriba, fusius expenduntur. E quibus præterea hactenus memoratis abunde liquet, cur nullum hac ipsa æde cum *divinius*, tum ut mox addit, *opulentius fanum*, Οὐδ' ἀφνειότερον dicat exstitisse Callimachus; & adeo quidem *ut facile ipsam ædem Delphicam*, de cujus Thesauris ac divitiis actum jam supra ad vers. 35. Hym. in Apoll. mirabile illud Ephesiorum *Artemisium* (sicuti eandem ædem vocat Strabo p. 641.) *superaret*, ῥεῖα κεν πυθῶνα παρέλθοι. Versus autem Homeri, qui ad illustrandum hunc Callimachi locum in Scholiis adducitur, exstat Iliad. I. v. 404. ubi nempe ab Achille dicitur, se præ legitima uxore & paternarum Pelei facultatum possessione, opes omnes parvi pendere,

Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος, πυθοῖ ἐνὶ πετρήεσσῃ,
Nec quantas opes lapideum limen jaculatoris intus continet
Phœbi Apollinis in Pytho saxosa,

seu ejus apud Delphos æde.

V. 252. Λύγδαμις ὑδρίεσσι] Quem nempe cum Cimmeriorum exercitu Joniam usque & Lydiam progressum, ac Sardes cepisse memorat Strabo l. I. p. 61. & apud eundem rursus Callisthenes l. XIII. p. 627. Quod tamen contigisse præter illius urbis Arcem tradit Herodotus l. I. c. XV. ubi itidem illius Cimmeriorum in ea loca expeditionis meminit. Hesychius autem ab eodem *Lygdami* incensum refert Dianæ Templum, Λύγδαμις ἀνὴρ ἔκαυσε τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος, *Lygdamis, qui combussit Templum Dianæ*, puta Ephesiorum, a quo tamen abit proximis, uti videbitur, versibus, Callimachus; & de quo facto silent insuper Herodotus ac Strabo; quorum ille etiam alibi, nempe l. I. c. VI, nullas in ea expeditione a Cimmeriis urbes expugnatas, sed per incursiones prædas tantum abactas refert.

V. 254. ναίεσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης] Eandem hujus *Bospori* Cimmerii ita appellati originem, a *transitu* nempe per illas fauces *Jus Inachi filiæ*, tradiderat pridem iis versibus Æschylus, quos jam adduxit opportune ad hunc locum Anna eruditissima. Iidem etiam ab Ἐθνικογράφῳ Stephano referuntur in voce Βόσπορος. Alias vero ac diversas de *Bospori* nomine ac origine opiniones, e vetustioribus Auctoribus adducunt eruditi Apollonii Rh. Enarratores ad l. II. v. 168, quas petere poterit ibidem lector, ac inter alia, πάντας τὰς στενὰς πορθμοὺς Βοσπόρους καλεῖσθαι, *omnia angusta freta dici Bosporos*. Ut mittam depictam *Bospori* imaginem, in Philostrati Icon. l. I. p. 748. Ἰναχιώνη vero seu *Inachi filia* hic dicitur ob metrum, quæ κόρη Ἰναχείη *filia* aut *virgo Inachia* ab Æschylo vocatur Prom. v. 592. ab Euripide autem Suppl. v. 629. πόρις seu πόρτις Ἰνάχου, idque non solum tanquam βουκέρως seu *cornigera vacca virgo*, ut illa a priori Tragico dicitur Prom. v. 590. Inachi *vitula* seu *partus*, sed quod insuper apud eosdem Tragicos, βοῦς, μόσχος, δάμαλις, πῶλος, νεοσσὸς, σκύμνος, πόρτις denique aut πόρις, de *pueris puellisque* dici promiscue ferme soleant. Hinc alibi Æschylus, non ipsam quidem *Jon Inachiam*, sicut dicto modo loco Euripides, aut similiter Lycophron pag. 191, sed ejus filium *Epaphum*, πόρτιν appellat Suppl. vers. 42.

δῖον

δῖον πόρτιν, *divinum vitulum* seu *partum*, & rursus eodem dramate v. 319.

Τὶς ἦν ὁ δῖος πόρτις ἔυχεται βοὸς,

Quis igitur se jactat divinum vaccæ Jus vitulum seu *filium.*

non, ut ibi Interpres, *gloriatur se fere* &c. De *Epapho* enim qui e Jovis cum βακέρῳ illa Jo concubitu natus ac pridem denatus ferebatur, ibi est sermo, & qui etiam a Danaidibus, ut ipsis præsto adesset, illo Tragici loco fuerat invocatus.

V. 256. Οὐτ' αὐτὸς Σκυθίην παλιμπετὴς] Eum certe in Cilicia periisse tradit Strabo l. I. p. 61. nempe postquam ipse cum Cimmeriis ab Alyatte Lydorum Rege, fuit ex Asia, h. e. Joniæ & Lydiæ, quem invaserant, tractu, cum suis ejectus, teste Herodoto l. I. c. XV.

V. 257. ἐν λειμῶνι Καϋστρίῳ] Haud procul nempe Sardibus ab hoc Lygdami & Cimmeriis, paullo ante, ut modo dictum, expugnatis, sed inde mox repulsis. Sardibus enim *Caystri campus*, seu ut hic dicitur *pratum*, & similiter a magno hujus Battiadæ imitatore poeta, Georg. l. I. v. 384. *prata Caystri*, seu τὸ Καϋστριανὸν scil. πεδίον, una cum Sardiano & Hermi campis subjacebat, juxta Geographum l. XIII. p. 626. Notum enim cum sæpe alibi, tum maxime a fluviis ea loca adluentibus non solum, sed pinguefacientibus, *Mæandro*, *Caystro*, *Hermo*, *Caico*, denominatos, qui in utroque eorundem fluviorum latere jacebant, *campos*, & quidem ab illuvie eorumdem fluviorum terræ adgesta, ut de iisdem alibi apud Strabonem Nearchus l. XV. p. 691, nempe

ἔνθα πεδίον Ἀἴσωπον ῥοαῖς,
Ἄρδει φίλον πίασμα Βοιωτῶν χθονὶ,
ubi Asopus campum fluentis
Irrigat, amice pinguefaciens Bœotorum solum;

& sicuti alibi Euripides de Thessaliæ fluvio, Hecub. v. 453. Ἀπιδανὸν πεδία λιπαίνειν, *Apidanum campos pinguefacere.* Hinc Plinius l. V. c. XXX. *A Smyrna Hermus* CAMPOS *facit*, & NOMINI *suo adoptat.* Unde etiam Ἑρμιον ἀμπεδίον a Mimnermo apud Stobæum Floril. serm. VII. Sicut ἀμπεδίον Μαιάνδριον, apud Dionysium v. 837. pro ἀνὰ πεδίον, cujusque *Mæandri campum* ab hoc *Caystri* fluvio irriganti ibidem tradit; & quos tractus illius *campos*, λειμῶνας seu *prata* etiam, ut hoc loco Battiades, de *Caystri campo* similiter vocat; cujusque versus proinde eadem merentur hic adscribi,

Πολλοὶ δὲ ΛΕΙΜΩΝΕΣ ἐν Ἀσίδι τηλεθόωσιν,
Ἔξοχα δ' ἀμπεδίον Μαιάνδριον, ἔνθα ΚΑΥΣΤΡΟΥ
Ἥσυχα καχλάζοντες ἐπιῤῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
Multa namque PRATA *in Asia virent,*
Præcipue vero in Campo Mæandrio, quo CAYSTRI
Placide strepentis influit limpida aqua.

Quomodo proinde dictum Καϋστρὸς vel Καϋστριανὸν (ut utroque nomine a Strabone vocatur p. 626. & 629.) πεδίον, *Caystri* aut *Caystrianus campus*, vel *Caystrius*, sicuti apud Comicum Acharn. p. 373. Ἀφ' τῶν Καϋστρίων πεδίων ὁδοιπλανῆντες, *per Caystrios campos palantes*, & quibus vicini

cini erant alii *campi* dicti *Cilbiani*. Unde præterea factum observo, ut Dii, qui in *campis* illis colebantur, in quibus nempe erectæ erant eorum aræ aut simulacra, πεδιονόμοι seu *campestres* vel *pagani*, ad discrimen nempe τῶν ἀστυνόμων seu πολιούχων & ἀγοραίων Deorum, qui in *urbibus* & quidem vulgo earum *foris*, templis ac aris sacrari consueverant. Liquet id ex Æschylo, & priscis ejus Enarratoribus, Sept. Theb. vers. 277. &c.

Ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς πολιστόχοις θεοῖς,
Πεδιονόμοις τ', κ' ἀγορᾶς ἐπισκόποις,
Ego vero regionis urbisque custodibus Diis,
Paganisque, & Fori præsidibus,

ubi veteres Critici Deos πεδιονόμους dici observant, quibus nempe in lucis & campis qui erant iisdem sacrati, habitare & coli contigerat; ac ubi proinde Dii πεδιονόμοι opponuntur iis, quos ἀστυνόμους seu *urbanos* idem *Tragicus* alibi vocat, Agamem. v. 88. Verum quod propius ad hunc Callimachi locum facit, occurrit ejusdem *Caystri* fluvii (a quo *Ephesus*, ut tradit Plinius l. v. c. XXIX. *adluitur*, dictusque hoc loco sit λειμὼν Καϋστρίου, seu Καΰστριον πεδίον) mentio in priscis iisque insignibus Ephesiorum nummis sub Severo cusis, cum inscr. ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚ... ΚΑΥCΤΡΟC, *Ephesiorum Neocororum Caystrus*; & in alio, ubi Diana cum duobus Fluviis infra jacentibus, & epigraphe ΚΑΥCΤΡΟC ΚΕΝΧΡΙΟC ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Caystrus Cenchrius Ephesiorum Neocororum*, cujus postremi equidem nummi meminit eruditus Auctor de Nummis Urb. Ill. p. 166, sed non indicato, ubi idem ille prostaret, Museo. Exstabat vero insignis ille nummus, & quem Romæ versavi olim non semel in Cimeliarchio CHRISTINÆ Augustæ, dum Græcos illius Gazæ nummos, male ut plurimum descriptos nec intellectos, ipse, impetrata ejus rei a rari exempli Regina facultate, ne dicam etiam mihi oblata, inspicerem, eorumque indicem in Cimeliarchii illius meumque simul privatum usum, ad eosdem refingerem. Quibus addi potest alius Ephesiorum nummus cum ejusdem *Caystri* effigie & qualem sub Valeriano, eidemque similem sub Gallieno, cusum protulerunt cum pluribus aliis in eruditæ peregrinationis monumentis Sponius ac Wehlerus. Neque vero hic prætereunda *Caystri* hujus mentio, in vexato a viris magnis apud Propertium loco l. III. El. XXII.

Et qua Gygæi viscnda est ora Caystri.

Ubi nempe pro *Gygæi*, sicut præferunt illius editiones, Scaliger e vestigiis veteris libri legebat, *Et si quadrigæ* &c. ut ad quatuor nobilissimas tum illius tractus urbes, *Ephesum*, *Smyrnam*, *Colophonem* ac *Miletum* id referri existimaret. Lipsius vero, *& qua cygnæi* &c. nempe *Caystri*: quibus vero, & vulgata simul lectione, repudiatis, Is. Vossius, vir vere πολυμαθέστατος ad Catullum p. 109. legendum contendit,

Et si qua Phrygii viscnda est ora Caystri,

quamque lectionem ibidem præfert priori a se alibi, ut ait, exhibitæ, nempe ad Pompon. Melam. p. 85. *& si qua Ortygii*. Verum ut de Scaligeriana hujus loci emendatione, quam nec mihi probari, ultro agnosco,

neque uno adhuc telo, ob *quadrigas* ſcilicet illarum memoratarum ab eodem urbium, poſſum confodere, nihil dicam, haud meliori etiam talo ſtare illam Voſſianam, *Phrygii* nempe *Cayſtri*, exiſtimo. Neque enim *Phrygius* ille fluvius, ſed Lydius, & cujus fontes non in *Phrygia*, ſed in *Cilbianis jugis* juxta Plinium l. v. c. XXIX. ſiti; haud procul proinde a Tmolo monte ac Sardibus, adde & a Gygia palude, de qua mox. Unde etiam tradit Strabo p. 629. *Cayſtrianum*, quem nempe fluvius ille adluebat, *campum*, inter mediterranea & Tmolum incidere, verſuſque Orientem ei eſſe conterminum campum Cilbianum. Hinc idem *Cayſtrus*, Lydias demum urbes, & poſtremam quidem, de qua ante, Epheſum adluens, inde ſe in mare exonerabat: Unde inter alias ad hujus *Cayſtri campum* adjacentes Lydiæ civitates, urbs *Hypæpa* a Strabone refertur l. XIII. p. 627. ΥΠΑΙΠΑ δὲ πόλις ἐστὶ καταβαίνουσιν, ἀπὸ τοῦ Τμώλου πρὸς τὸ τοῦ ΚΑΥΣΤΡΟΥ ΠΕΔΙΟΝ, ΗΥΡΆΡΑ *urbs eſt, qua deſcenditur a Tmolo ad* CAYSTRI CAMPUM. Unde lux, & qui ſimul Strabonem ac eundem urbis illius ſitum eximie illuſtrat, veteri nummo cujus ectypum omnis hujus antiquæ & eruditæ elegantiæ peritiſſimo Morello noſtro acceptum feret Lector, in quo nempe *Cayſtri* fluvii effigies ſignatur ac inſcr. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ ΚΑΥCΤΡΟC: cuique ea occaſione comitem addemus vulgatum in laudatis paullo ante *Itinerariis* nummum, cum ejuſdem fluvii effigie, ac nomine ΕΦΕCΙΩΝ ΚΑΥCΤΡΟC, *Epheſiorum Cayſtrus*.



Meminit vero ejuſdem *Hypæpenorum* nummi, tanquam a ſe viſi, ſed in iiſdem, ut opinor, optimi præſtantiſſimique Morelli Schedis eruditus Auctor de Num. Urb. Illuſtr. p. 522. E quibus autem ſatis liquere arbitror, cur ea *Phrygii Cayſtri* emendatio in Propertio non ſit admittenda; ut nec altera paullo ante memorata ejuſdem viri, ingenio alioquin & doctrina præſtantis, nempe *Ortygii*. Quam poſtremam etiam illud convellit, quod non *Cayſtrus*, ſed alter prope Epheſum, & in nummo ſupra deſcripto memoratus fluvius *Cenchrius*, per lucum illum juxta Epheſum *Ortygiam* dictum laberetur, ut aperte id tradit Strabo l. XIV. p. 639. qui ubi de illa agit *Ortygia*, addit continuo, διαῤῥεῖ δὲ ὁ Κέγχριος ποταμὸς, *per eam Cenchrius fluvius labitur*, & unde ſimiliter apud Tacitum Annal. l. III. c. LXI. ubi Epheſii inter alia in ſenatu prædicant, *eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam*

partu

partu gravidam &c. Adeo, ut si conjecturis ibi in Propertio esset locus, illam Lipsii, *Cygnæi* nempe *Caystri* reponentis, omnino aliis potiorem arbitrarer: quum his oloribus abundaret totus ille tractus, ut observat loco paullo ante indicato Dionysius Alex. v. 833. ac proinde, ut e Virgilio insuper liquet, cum vicina palus *Asia* appellata, tum ipse etiam *Caystrus*, de quo Georg. l. 1. v. 383.

& quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur PRATA CAYSTRI.

Adeo, ut *cygnus* vocetur *ales Caystrius* ab Ovidio Trist. l. v. El. 1. alibi autem, ut Metam. l. 11. v. 283. de cygnis itidem dicat, *caluere Caystro*; & quibus præiverat dudum Anacreon Od. LVII. Κύκνος Καύστρου, *Cygnus Caystri*. Ut mittam, quod *Cygnæi* vox ab altera *Gygæi* minus recedat; ut ita proclivis fuerit librariorum unam pro altera reponentium lapsus. Sed ne loco tamen continuo moveatur recepta lectio *Gygæi*, illud suadet, quod non solum *Gyges* exstiterit haud ignotus Lydiæ Rex, & ab eo etiam dicta in eo Lydiæ tractu, *Gygæa palus*, seu Γυγίη λίμνη, cujus Homerus meminit, Iliad. B. v. 865. sed illud potissimum, quod, uti supra obiter dictum, ac e Strabone abunde constat l. XIII. p. 626, haud procul ab eadem *Gygia* quæ Κολίη postea est appellata, *palude* esset *Caystrus* fluvius, immo ejusdem *Caystri* ortus. Eadem enim *Gygia palus* infra XL. stadia a Sardibus juxta Geographum eodem loco erat sita; ac proinde monti Tmolo & Cilbianis jugis, ubi *Caystri*, uti vidimus, fontes, vicina. Quæ confirmat haud parum ac illustrat præclarus eam in rem, & quem non adtenderunt viri magni, Nicandri locus Ther. p. 44. ubi Tmolus, *& Gygis monumentum*, Γυγέο τε σῆμα, ac præterea *Caystri* ortus refertur, ᾗ ἀντολαὶ εἰσὶ Καύστρου, *& ubi oritur Caystrus*. Locum, si vacat, adeat Lector, & quæ ad eum enarrat Græcus & antiquus Interpres, qui illud Γυγέο σῆμα, aut de *Gygio*, qui iis in locis regnavit, & cujus Hipponax meminerit, *sepulcro* intelligendum monet; aut de *Gygia palude*, quæ Lydiæ esset ac Mysiæ. Quibus insuper illud ante jam excussum de *Phrygio* nempe pro *Gygæo Caystro* abunde refellitur. Sed quibus forte nimium, quamquam ab hoc Callimachi loco haud alienis, præter institutum tamen longius, immoramur. Quamquam illud præterea hic addendum sit: nempe id quod ex eodem Callimacho refert Eustathius Iliad. M. p. 1714. καὶ Καλλίμαχος ἐν τῷ ὑπομνήματι, τὴν Ἄρτεμιν ἐπιξενωθῆναι φησὶν Ἐφέσῳ υἱῷ ΚΑΥΣΤΡΟΥ, ἐκδαλομένην δὲ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τὸ μὲν πρῶτον μεταλλαξεῖν εἰς κύνα &c. *Callimachus itaque in Commentariis Dianam refert hospitatam apud Ephesum* CAYSTRI *filium*; *ejectam autem a muliere*, *eam primo in canem mutasse*; dein, quod addit, reddita ei humana forma, eandem tamen præ pudore illius, qui ei contigerat casus, se suspendisse, a Diana vero, proprio mundo muliebri illi circumposito, *Hecaten* appellatam.

V. 258. Ἐφέσῳ τέῳ τόξα πρόκειται] Haud mirum τέῳ τόξα ad Dianam hic dici, quæ *arma Dianea*, & *arma Diana* (uti supra jam dictum ad v. 133.) a Gratio vocantur. Cyneget. v. 252. & 457. ac unde τοξότις eadem jam ante appellata hujus Hym. v. 223. Iisdem autem *telis*

perpetuo ab eadem Dea, tanquam *Magna* Ephesiorum *Diana* Act. XIX. 21. *propugnari Ephesum* traditur; sicuti sequenti Hymno. Delum ab Apolline, nullumque firmius dari, quod continuo addit, vallum, acideo quidem, quod Deus sit immotus & inconcussus; & de quo loco nos ibidem. Unde Tutelares & Custodes Urbium Dii (quales nempe vocat Horatius *custodes Numidæ Deos* l. I. Od. XXXVI. aut Apollinem e Vulcano natum *custodem Athenarum* Tullius de Natur. Deor. l. III. c. XXIII. &c.) passim ab iisdem præcipua quadam religione culti, quique πόλιν aut γῆν ἔχειν vel κατέχειν Atticis, uti apud Æschylum Suppl. v. 711, Aristophanem præterea, Thucydidem, Demosthenem, aliosque dicebantur; sub variis autem & peculiaribus, modo Πατρῴων, modo Ἐγγυῶν, seu Ἐγχωρίων, modo Ἀκραίων, modo Πολιούχων, modo Σωτήρων, aut apud *Romanos* similiter *Patriorum*, *Custodum*, *Tutatorum*, *Propugnatorum*, aliisque id genus nominibus, & quorum obvia in nummis ac lapidibus antiquis mentio, coli iisdem in locis consueverant. Unde hæc Diana itidem cum ΣΩΤΕΙΡΑΣ, de qua jam ante, tum CONSERVATRICIS aut INVICTÆ etiam appellationes in iisdem haud semel nacta conspicitur. *Ephesi* autem cum speciali σωτοδρονίης, teste Pausania l. X. p. 686. elogio eadem culta. Verum ut illud mittam, quamquam ab aliis Auctoribus, sicuti ex adducto supra Hesychii loco liquet, traditum fuerit, incensam nempe ab hoc ipso Lygdami, Ephesiæ Dianæ ædem; illud utique Callimachi ævo constare poterat, non hanc vim habuisse ea *Dianæ* hujus *Invictæ tela*, ut confosso iisdem Herostrato, institutam ab illo ejusdem ædis conflagrationem impedirent. Unde etiam eadem Dea, dum nobilissimum illud ejus toto orbe fanum deflagraret, abiisse peregre, ἀπόδημον nempe tum, non vero Ephesi ἔνδημον, est dicta; ab aliis autem minime esse mirandum, si domo abfuerit, quod Olympiadis in partu adesse voluerit, sicut id e Timæo a Cicerone refertur de Natur. Deor. l. II. cap. XXVII. paullo vero aliter apud Plutarchum, ac ut frigidum Hegesiæ cujusdam Magnesii dictum legitur, circa initia vitæ Alexandri. Ut mittam, quod quamquam eadem Dea Γαιάοχον, seu *terram obtinens* vel *servans* fuerit, uti a Sophocle Oedip. Tyr. v. 166. appellata, varios tamen terræ motus ab ea non averterit, quibus eadem dilecta *Ephesus* post Callimachi ætatem sæpius concussa fuit & prostrata. Unde & inter eas Asiæ civitates exstitit, quæ Tiberii temporibus *collapsæ nocturno motu terræ*, apud Tacitum dicuntur Annal. l. II. c. XLVIII. & *corruisse* apud Eusebium, seu ejus interpretem Hieronymum in Chronico.

V. 259. Πότνια Μηνιχίη, λιμφοσκόπε &c.] Citatus hic versus, sed paullo aliter a Tzetze ad Lycophronem p. 176. Ἄρτεμι Μηνιχίη, λιμένων σκοπή, χαῖρε φερωνίη, quamquam nihil obstat, quin retineatur, sicuti in scriptis aut editis hodie Callimachi libris legitur, idem versus. Quum autem vox πότνια apud Homerum ejusque imitatores poetas, Deabus, (uti supra Rheæ, Hym. in Jov. & Dianæ haud semel jam ante in hoc Hymno) aut Heroinis tribuatur, aut Matribus, iisque ferme Reginis, inde Cleophontem merito sugillat Aristoteles Rhetor. l. III.

c. XXIV.

c. XXIV. qui πότνια συκῆ, εὐτελὲς πρᾶγμα. τὸ δὲ πότνια, θείοις καὶ θεοῖς ἁρμόζουσα, *ficus enim res vilis*, πότνια *autem Diis & divinis convenit*. Hinc verbum ποτνιᾶσθαι, de feminis quidem, male autem de viris, Diis supplicantibus, dici observat in Chrestomathia, postumo fœtu a Cl. Meursio illustrata, Helladius p. 18. quod tamen promiscue a Græcis Scriptoribus, tam de viris, quam de feminis, ut præter Philonem, Lucianum &c. apud Josephum Αρχ. p. 662. lin. penul. ed. Genev. & quidem subinde alios etiam quam Deos deprecantibus, dici constat. Quibus postremis accedit Eusebius de vit. Const. l. IV. c. LXIX. de Romanis, qui corpus Constantini *in regia urbe deponi deprecabantur*; καὶ τῇ βασιλίδι πόλει κατατίθεσθαι ποτνιώμενοι. Non monerem, si vel uno verbo id ibi indicasset Cl. Meursius. Inde vero, ut alias magis obvias mittam, facta etiam vox ποτνιασμὸς, quæ apud Strabonem, neque forte alibi facile legitur, l. X. p. 297. ubi conjungit Geographus τὰς θεραπείας τῶν θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ ποτνιασμοὺς, *Deorum cultum & festa & supplicationes*; & altera ποτνιάνακτος, quam Smyrnæ tribuit Homerus in Epigrammate, quod in adscripta Herodoto ejus vita cum aliis nonnullis prostat,

Αἰολίδα Σμύρνην ἁλιγείτονα ποτνιάνακτον,

Æolida Smyrnam mari vicinam, dominii venerandi.

Dianam vero λιμενοσκόπον quod spectat, de ea actum est jam supra ad v. 38. ubi λιμένεσσιν ἐπίσκοπος, *portuum inspectrix* eadem dicitur. Quæ ratio est etiam inditæ hic eidem Deæ *Munichiæ* appellationis, a portu, ut notum, Athenarum ita nuncupatæ. Quod vero idem *portus* Μουνιχία, qui alias a Piræo diversus ab Auctoribus antiquis traditur, hic in Scholiis dicatur μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Αθηνῶν, *pars Piræi, portus Athenarum*, inde factum quod idem portus, seu *Munichia*, cum Pyræo esset conjunctus, ut id docet de eodem agens Strabo l. IX. p. 395. προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραῖα, *ambitu suo complexa Pyræum Munichia*. Fani vero ibidem *Dianæ Munichiæ* conditi, alii *Munichum*, a quo loco nomen, ut Stephanus ac Suidas; alii Embarum quendam, sicut Pausanias, juxta Eustathium ad Iliad. B. p. 331. auctorem statuunt. Qua de re consuli potest eruditissimi Meursii libellus de Piræo haud ita pridem editus. In ora autem Ephesiorum maritima situm etiam fuisse *Munichiæ* hujus *Dianæ* Templum, illudque ab Agamemnone conditum, tradit Strabo l. XIV. p. 639.

Ibid. Χαῖρε Φεραίη] Φεραίης hujus Deæ, præter Pausaniam, qui eam extra Thessaliam apud Athenienses, Argivos & Sicyonios cultam docet l. II. p. 104. & 137, meminit etiam Lycophron p. 176.

Θύσθλοις Φεραίαν ἐξακεύμενοι θεὰν,

Sacrificiis Pheræam placantes Deam;

& quam ibi de *Hecate* dici, nata scilicet Jove & Pheræa Æoli filia, tradit Tzetzes, additque præterea, Φεραίαν vocari τὴν ἐν Φεραῖς τιμωμένην, *quæ Pheris coleretur*; eam vero Thessaliæ urbem (notam aliunde Admeti Regiam) suo ævo Σεῖρα nuncupari; cujus equidem postremæ appellationis, an alius præter hunc Græculum meminerit, ignoro. Quæ enim Σάειρα a Josepho dicitur Origin. l. I. c. XIX, a senioribus autem

Σειρ, Gen. XXXIII. 15. Chananeæ locus erat, non Thessaliæ. De voce autem χαῖρε, qua Deam hic compellat, dicetur infra ad ultimum hujus Hymni versum.

V. 263. Οὐδὲ γὰρ Ατρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ] Sic infra in Lav. Pallad. v. 102. uti jam monuit Vulcanius, de mortali, qui Deum, nisi ipse voluerit, coram adspexerit, μισθῷ τοῦτο ἰδεῖν μεγάλῳ *mercede id conspiciet magna*, nempe ubi μισθὸς pariter pro *pœna* sumitur; & quomodo itidem *magna mercede* occurrit pro *magno damno* apud Tullium Tusc. l. III. c. V. ubi inter alia, quæ absurde a Crantore prolata memorat Cicero, illud legitur, *nam istuc nihil dolere*, NON SINE MAGNA MERCEDE *contigit*, *immanitatis in animo*, *stuporis in corpore*. Neque aliter Catullus Carm. LXXVII. MAGNO *cum* PRECIO *atque malo*; nempe juxta illud Donati ad Terentii Andr. A. III. Sc. V. *pretium pro stultitia est pœna*, *pretium pro virtute est & lucrum*; quod idem de μισθῷ seu *mercede* pro *retributione* sumpta dicitur. Quem usum etiam vocis hujus *pretii* in malam partem accepti, e duobus Comicorum Latinorum locis (aliunde præterea notum) adtigit hic opportune eruditissima Fabri filia. Neque aliter apud vetustos Græciæ Scriptores, ποινὴ & ἄποινον vel ἄποινα, tam de *præmio* quam de *pœna* usurpantur; neque Pindari solum, apud quem, quod jam viderunt ejus Interpretes, priori ferme sensu utraque vox sumi consuevit, ut ποιναὶ ἐξαίρετοι καμάτων, *præmium eximium laborum* Nem. Od. I. & alibi; ac similiter ἄποινα ἀρετᾶς Pyth. Od. II. ἄποινα μόχθων Nem. Od. VII. νίκης ἄποινα Isthm. Od. VIII. seu *virtutis* aut *laborum* aut *victoriæ præmia*. Sic apud Æschylum Prom. v. 176. ποινάς τε τίνειν explicant veteres Enarratores, χάριτας ἐνδιδόναι *beneficia* seu *præmium rependere*, ob eam, quam patiebatur Prometheus, atrocem injuriam seu pœnam; alibi autem in eodem dramate v. 223. κακαῖς ποιναῖς, *malis* seu *molestis pœnis* dicitur, quasi nempe aliæ darentur ποιναὶ, quæ non utique essent *malæ*, sed χάριτες potius, ut priori loco Critici; Mitto alium utriusque vocis ποινῆς & ἀποίνου usum ex Homero & priscis Grammaticis notum, de *pretio*, quod ad redimendam pœnam datur. Quo sensu etiam *pœna* dicta videtur apud Propertium toties ut notum, Ἑλληνίζοντα, l. II. c. VIII. ubi de Briseide Achilli ad eum placandum restituenda, injuriaque quæ in ea eidem adimenda illata fuerat, resarcienda agitur,

At postquam fera captiva est reddita pœna.

Quamquam & ibi *fera pœna*, de *tarda* Græcorum in eadem Briseide restituenda pœnitentia, haud male, ut a Passeratio factum, explicari etiam possit.

V. 264. μνῆσθαι τὴν παρθένον] Qua nempe sola παρθένου appellatione hæc Dea subinde designatur, uti jam supra monui ad v. 6. ubi infans adhuc a parente Jove petit, Δὸς μοι παρθενίαν αἰώνιον, *da mihi virginitatem perpetuam*. Quo alioquin παρθένος nomine culta etiam altera innuba itidem (ut id quoque supra adtigimus) Jovis filia, sicuti apud Athenienses παρθένος Παλλαδίου appellatione, de qua Euripides Heraclid. vers. 1031.

Δίας

Δίας πάροιθε παρθένου Παλληνίδος,

Ante templum divinæ virginis Pallenidis;

quomodo ibi legendum, Δίας nempe non Δίκης, vidit jam in notis Canterus; & quibus verbis ad Minervam, non ad Dianam respici docet alter Tragici locus qui præcesserat in eodem dramate v. 50. Παλληνίδος &c. Δίας Αθηνᾶς. *Pallenidis, divæ Minervæ.* Hinc eidem Minervæ Athenis ædes Παρθενῶνος dicata, cujus meminit Pausanias l. 1. p. 43, & similiter Philostratus Vit. Apoll. l. 1. c. v. ὡς Αθήνησίν τε ἰδεῖν ἐστιν ἐν προδρόμῳ τοῦ Παρθενῶνος, *ut Athenis videre est in vestibulo Parthenonis*, seu ædis Virgini Minervæ sacratæ.

V. 265. Οὐδὲ μὲν Ὀαρίων &c.] Ὠαρίων seu *Oarion* cum ἐπενθέσει litteræ a ob metrum, qui vulgo Ὠρίων, utroque autem modo in Pindaro, nempe Nem. Od. 11. & Isthm. Od. IV. dicitur. Unde ut hoc loco, ita apud Catullum, ultimo versu Comæ Berenices, prout ille in optimis editionibus legitur,

Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion;

& apud Nicandrum ab initio ferme Theriac. ubi præterea tentatæ, quod de eo Horatius, Dianæ, & inde non *virginea* quidem, quod addit ille post Homerum, *Deæ sagitta domitus* dicitur, sed scorpionis ab ea immissi ictu interemptus. Meretur vero locus adscribi, ad pleniorem hujusce apud Callimachum lucem,

Τὸν δὲ χαλαζάοντα κόρη Τιτηνὶς ἀνῆκε,
Σκορπίον ἐκ κέντροιο τεθηγμένον, ἦμος ἐπέχρα,
Βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον ΩΑΡΙΩΝΙ,
Ἀχράντων ὅτε χερσὶ θεῆς ἐνδράξατο πέπλων,
Illum vero virgo Titania grandinosum immittit
Scorpionem stimulo aculeatum, quando furebat,
Bœotio OARIONI *malum fatum præparans,*
Quum ille manibus inviolatam Deæ vestem arripuit &c.

Quæ plenius, & quidem in Insula Chio contigisse, ac præterea, quomodo hæc ad signa cœlestia *Scorpionis* & *Orionis*, utriusque scilicet inter astra relati, referenda sint, docebit Aratus in Phænomenis, & in καταστορισμοῖς Erathostenes, a quo tamen diversa ea de re narratio in Σκορπίος & Ὠρίων reperietur. In priori enim, id Colonæ in Insula Chio, juxta Aratum, vult contigisse, ob Dianam in venatione indecenter attrectatam; in altero autem seu *Orione*, in Creta eam cladem ejusdem a Scorpione interempti, & a Tellure ideo immissam, quod præsentibus Diana ac Latona jactasset ille, se omnes supra terram feras interempturum.

V. 266. Μηδὲ χορὸν φεύγειν ἐνιάυσιον] De *choris* simul & *choreis* (neque enim ista semper olim simul juncta, χοροὶ inquam & χορείαι) cum in aliis Deorum, tum præcipue Dianæ sacris, & quantum illa vel Deæ, vel Nymphis ejusdem fuerint curæ, dictum jam abunde ab initio hujus Hymni ad v. 3. ac dein ad v. 242. Hinc multiplices olim id genus *chori* a pueris, viris, senibus quandoque sicut apud Laconas, teste Plutarcho in Lycurgo, virginibus denique aut matronis etiam, ut in Dea-

rum, & priorum quidem in Dianæ potissimum Festis. Unde insanum quoddam Græcorum, maxime Athenienſium olim ſtudium exſtitit, quo in διδασκαλείοις ad id inſtitutis, τὰ χορικὰ, in Dionyſiis maxime, rite præſtare, & juxta leges, quæ de iis erant latæ, & quarum ſubinde fit mentio apud Comicos & Oratores Atticos (ut de Platone ſileam, libris de Legibus, maxime l. VI. VII. & VIII.) ſe decenter gerere addiſcerent: nulliſque præterea impenſis, in iis agendis a choragis parceretur. Adeo ut integras ſæpe facultates, & quæ de re ſubinde queruntur Comici illi & Oratores, in iiſdem profunderent. Ut proinde haud mirum ſit, id a Callimacho circa finem hujus Hymni ſtudioſe moneri ne ſcilicet *choros*, & quibus hæc Dea impenſe delectari ferebatur, ullatenus omitterent.

V. 267. Ἀκλαυτεὶ περὶ βωμὸν ἀπείπατο κυκλώσασθαι] Nempe in Gentilium Feſtis *circa Aram* Dei vel Deæ, cujus erant ſolemnia, *choreæ* illæ in *orbem* agi ſolitæ. Cujus ritus utique antiqua occurrunt, ut tot aliorum in ſacris Gentilium, veſtigia in veteri fœdere, ſicuti aut Hebræorum circa vitulum aureum choreas ducentium Exod. XXII. 19; aut filiarum Silo in ſolemnitate Domini anniverſaria, Jud. XXI. 20; aut Davidis ſaltantis coram Arca, 1 Sam. VI. 30. Ea res vero, *chorearum* nempe circa Deorum apud Gentiles *Aras*, obvia in eorum monumentis. Hinc Iphigenia ignara adhuc fati, dum a patre Agamemnone ſacra, cujus futura deſtinabatur victima, facturo, jubetur prope lavacrum adſtare, quærit ſubito,

Στήσομεν ἀφ' ἁμφὶ ΒΩΜΟΝ, ὦ Πάτερ, ΧΟΡΟΥΣ;
Faciemus circa ARAM CHOREAM, *o Pater.*

Unde de *choreis* in honorem Apollinis, vulgo aut Delphis, aut in Delo, aut apud Bœotos inſtitutis, agens Apollonius l. I. v. 538. &c. addit continuo,

φόρμιγγι δ' ὑπαὶ ΠΕΡΙ ΒΩΜΟΝ ὁμαρτῇ
Ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσουσι πόδεσσιν,
ad Citharam ſimul CIRCA ARAM
Concinne ſolum citis pedibus quatiunt.

Qui mos inde etiam invaluit, ut coram diſſectis victimæ partibus, iiſque aræ accenſæ impoſitis, id genus circulares *Chori* agerentur; ſicut in ſacris in honorem Apollinis Ἑῴῃ ſeu *Matutini* ab Argonautis celebratis factum obſervat idem Apollonius l. II. v. 703. κυκλικοὶ proinde χοροὶ apud Græcos iidem dicti, & quorum haud infrequens mentio apud Scriptores Atticos, ut Ariſtophanem Nub. II. p. 145; ac oratores etiam, Lyſiam Orat. XX, alioſque; ac præterea κυκλιοδιδάσκαλος, qui eorum modum ac rationem edoceret, cujus meminit idem Ariſtophanes pag. 606. & Heſychius κυκλιοδιδάσκαλον, κύκλιον χορὸν διδάσκοντα, ſicuti legendus ille locus. E quibus, iiſque quæ ſupra jam ad v. 241. κύκλῳ Στησάμενοι χορὸν, aut quæ de ſimilibus ἐγκύκλοις *choris*, alibi, ut in Bacchi Feſtis leguntur apud Dionyſ. Alex. v. 841.

Ὀρχεῦντας θηητὸν ἑλισσόμενοι περὶ κύκλον,
Saltabant mirificum ſe flectentes in orbem.

Im-

Immo dicti etiam inde ἱεροὶ κύκλοι, quod nempe in honorem Numinis, cujus tum agebantur solemnia, *circa* ejus *Aram*, ut hic dicitur; aut vero in lucis eidem sacris, & Fano seu Aræ illi proximis, a virginum aut mulierum *choris* ad id constitutis, κύκλῳ seu *in orbem*; & *solito* quidem *modo*, nempe cum decenti ad rhytmum totius corporis, pedum nempe non solum, sed insuper manuum, lumborum & capitis motione, iidem *chori* fieri consueverant. Quæ singula ab ipso in Cereris Eleusiniis choro indicantur apud Aristophanem Ran. p. 233.

Χορεῖτε νῦν ΙΕΡΟΝ ἀνὰ ΚΥΚΛΟΝ θεᾶς
Ἀνθοφόρον ἀν' ἄλσος,
Παίζοντες, οἷς μετεστὶ
Θεοφιλὴς ἑορτὴς,
Nunc ite in ORBEM seu *Chorum* SACRUM *Deæ*,
In florido luco
Ludentes seu *saltantes*, *qui participes sunt*
Dilecti Deæ Festi;

quibus adde, quæ e sequentibus ejusdem Chori verbis a me supra sunt adducta ad v. 24. & quæ præterea de his in honorem Dianæ *choreis*, dicuntur in Epicratis ea de re versibus apud Ælianum de Animal. p. 703. a me jam indicatis ad v. 6. hujus Hymni. E quibus insuper satis liquet, cur vocem κυκλώσασθαι, & quidem περὶ βωμὸν hic adhibuit Callimachus, uti supra etiam v. 170. Νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσονται, *Nymphæ TE in choro circumdabunt*, nempe circa ejusdem Aram. Idque juxta veterum Grammaticorum de voce illa κυκλώσασθαι glossas, juxta quas nempe dicitur vox eadem formata a κυκλόω, κυκλώσω, *circumdo* seu in *orbem duco*; non vero a κυκλέω, κυκλήσω, h. e. φέρω, seu juxta Homerum, *currui impono:* prout hæc præter Sophoclis Enarratores ad Ajac. v. 354, Hesychium in κυκλήσομαι, notant antiqua Scholia MSS. olim penes Cl. Is. Vossium, ad Homerum Iliad. Δ. v. 259. quorum hæc est glossa, Δηλῶ, δηλώσω, τὸ δείξω: δηλῶ δὲ δηλήσω, τὸ βλάψω· κυκλῶ, κυκλώσω, κοινῶς· κυκλῶ δὲ κυκλήσω, τὸ ἐφ' ἁμάξης τάξω, παρ' Ὁμήρῳ, nempe Iliad. H. v. 352. κυκλήσομεν ἐντάδε νεκρούς, *advehemus hæc cadavera*, ubi itidem brevia Scholia, κυκλήσομεν, *in currus importabimus*; κύκλα *enim sunt rotæ:* sed istud, ut aliunde etiam notum, σὺν παρόδῳ.

V. 268. χαῖρε μέγα κρείσσα] Haud insolitum illud χαῖρε in fine id genus Hymnorum, epiphonema, uti illius ab hoc Battiade in Palladis Lavacrum scripti, χαῖρε θέα &c. ac similiter eorum, qui Homero vulgo adscribuntur. Quo nempe, tanquam in solemnibus eorundem Numinum Festis, ac proinde celebrandis, & quidem cantu & choreis, uti modo vidimus, eorum laudibus, ac ita honori Deorum simul ac hilaritati dicatis, ut læto vultu & κεχαρηότι θυμῷ, sicuti utrumque in Orphicis legitur, iis velint iidem frui ac favere, compellantur. Neque enim dissimiles Orphicorum formulæ, quamquam quod vere ab illustri Scaligero monitum τελεταὶ eæ potius sint, dum nempe Deorum mysteriis initiantur, iisque libant, & quibus eos sibi in futurum propitios invo-

cant οἱ μεμνημένοι, quam Hymni, qui in Deorum natalibus, gestis, honoribus, variisque subinde casibus, sicut in hoc Hymno aliisque nostri Battiadæ, aut eorum, qui Homero addi solent enarrandis, occupentur; ac prout de iis egerunt olim, qui præcepta dicendi tradidere, sicut, ut ad titulum hujus Hymni jam diximus, Menander Rhetor, qui de hisce seu de *Hymnis in Deos*, & quomodo sint iidem instituendi, enarrat ab initio Διαιρεσ. τῶν Επιδεικτικῶν pag. 594. &c. Hinc frequentes etiam eorum, uti vocantur, Orphicorum epilogi, in quibus κλῦθι, aut Ἐλθὲ θεὰ, *Exaudi* nempe vel *Adsis propitium Numen*, legitur; idque potius, quam ut ibidem intelligatur solita illa vocis χαῖρε, quasi Deo vel Deæ, peracto in ejus laudem Hymno, valedicentis, ac ad aliud Numen pariter celebrandum transeuntis, formula. Quo postremo alioquin sensu illud χαῖρε in fine Hymnorum, qui Homero vulgo addicuntur, sæpius videtur adhibitum, ut in Apollinem, & ultimo quidem versu, in aliis etiam sequentibus Hymnis frequenti,

Καὶ σὺ μὲν ΟΥΤΩ ΧΑΙΡΕ, Διὸς κὴ Λητὸς υἱὲ·
Αυτὰρ ἐγὼ κὴ σεῖο, κὴ ΑΛΛΗΣ μνήσομαι ΑΟΙΔΗΣ,
Et tu quidem sic SALVE (vel LÆTARE) *Jovis ac Latonæ fili.*
Verum ego & tui & ALTERIUS *memor ero* CANTUS seu *Hymni.*

Neque eo minus tamen obvia in iisdem, quæ circumferuntur, Orphicis, peculiares formulæ, quibus nempe & duplici quidem nomine, in illorum fine χαίρειν veluti compellantur iidem Dii. Unum, ut adsit Numen, *lato ac hilari vultu*, καλῷ γηθοντι προσώπῳ, *gaudens* nempe, sicut in alio Hymno dicitur, *sacris*, quibus colebatur, *ritibus*, χαίρων ὁσίοις τε σεβασμοῖς. Ita Hymno in Matrem Deum, invocatur illa ut adsit similiter κεχαρισμένη ευσεβίησιν, *pietate delectata* initiatorum, sicuti nempe κεχαρισμένον τὸ ὅσιον τοῖς θεοῖς, *grata Diis pietas* seu *religio* dicitur a Platone in Euthyphr. p. 15. T. 1. ed. H. Steph. Alterum, ut χάριν *gratiam* nempe seu divinum *favorem* Numen eorum sacris, libationibus, ipsisque initiatis largiretur, Ἀλλὰ χάριν λοιβαῖσι δίδε, *sed gratiam libationibus imperti*, seu iisdem fave, nempe Orph. Hym. in Jovem κεραύνιον. Quæ obiter hic a me adferuntur, cum ad pleniorem hujus, qua præsens Callimachi, aut alii insuper Hymni clauduntur, formulæ lucem; tum quod ex adlatis modo aliquot Orphicorum locis, earum vocum, quarum sæpe fit mentio in Novo Fœdere, χαίρειν, χαίρομαι, & inter alia in illa compellatione Angelica Lucæ 1. 28. χαῖρε κεχαριτωμένη, antiquæ acceptiones eadem opera illustrantur. Unde istud hic ad Dianam epiphonema, χαῖρε μέγα κρείσσα, non hic tam *ave* aut *salve*, ut vulgo tamen, hujus & Hymnorum Homero adscriptorum Interpretes χαῖρε illud reddunt, denotat; quam sicuti e modo dictis liquet, ut læto vultu simul & grata mente, institutam ac peractam in Deæ honorem festivitatem velit eadem prosequi. Neque vero novum, quod eadem μέγα κρείσσα, *late imperans* seu *magna Regina*, uti antea haud semel in hoc Hymno Ἄνασσα, appelletur. Solemnia etiam ista apud Poetas, Dearum, sicuti infra Cereris epitheta,

&

& prout Dii Ἄνακτες *Reges* seu *Domini* dicebantur, aut etiam θεοὶ βασίλειοι *Dii Regii* ab Aristide Monodi in Smyrna p. 471. ac a Juliano Imp. Orat. VIII. p. 436. sunt in genere appellati, ac nominatim ab eodem Juliano inscripta in βασιλέα Ἥλιον, in *Regem Solem*, Oratio seu Hymnus, haud aliter ac βασιλεὺς Λοξίας Apollo vocatur apud Pindarum Pyth. Od. III. Quomodo etiam hæc ejus soror παμβασίλεια in Orphicis, eadem quippe, ut ea de re jam supra, quæ *Juno Lucina*, dici meruit, Hym. nempe εἰς Ἄρτεμιν. Quamquam unus forte occurrat Deorum Rex Juppiter, qui illo βασιλεως nomine, ut apud Athenienses, sicut e Xenophonte Ἀναβ. l. VI. p. 373. & aliunde liquet, ac alibi etiam, fanis ac simulacris fuerit sacratus. Quemadmodum una Dearum Juno, quæ in veteri nummorum penu JUNO REGINA, eo scilicet nomine a Romanis templo ac effigie culta, inscribitur; & quo alioquin, (sicuti Diana, ut modo dictum, eadem eum *Lucina*) Ἥρα παμβασίλεια, itidem in Orphicis, & similiter ab Apollonio Rhod. IV. v. 1348. παμβασιλεια Διὸς ἄκοιτις, *omnibus* vel *ubique Regina*, Jovis conjunx dicitur. Neque enim in hunc censum referri debet antiquus nummus, ac de quo jam ante obiter v. 69, ubi Vulcano REGI ARTIS χειρώνακτι nempe (sicuti χειροναξια, de eodem dicta apud Æschylum Prom. v. 45.) elogium tribuitur.

Ibid. ἐυάντητον ἀοιδῇ] Prior vox aut inde formata, obvia sæpe in epilogis Orphicorum; nempe ubi numen illud, cui sacratus Hymnus, ἐυάντητον, seu ut *favens* & veluti *occursu propitium*, initiato ejus sacris, aut eidem libanti continuo adsit, invocatur. In σπονδαῖς enim seu Deorum *libationibus*, Hymnos in eorum laudes cani solitos, antea monui ad Inscr. primi Hymni. Ut vero de aliis Orphicorum locis fileam, in fine Hymni in hanc ipsam Deam dicitur,

Ἐλθὲ θεὰ Σώτειρα, φίλη μύστῃσιν ἅπασιν,
Ἐυάντητος,
Veni Dea Servatrix seu *Salutaris*, *amica omnibus initiatis*,
Propitia seu *occursu fausta*.

Ubi nempe Ἐλθὲ ἐυάντητ☉, sicut alibi adhuc in iisdem Orphicis, nihil aliud, quam quod hic a Callimacho in fine Hymni quo ejusdem Deæ laudes celebraverat, ἐυάντησον uno verbo dicitur; & quo illam eidem Hymno propitiam ac faventem adprecatur. Ἀοιδὴν enim de *hymno* etiam dici, & ἀείδειν pro *hymno celebrare*, antea indicavi ad I. v. Hym. in Jovem. Haud aliter vero, juxta Callimachum hoc loco, chorus μυστῶν seu *initiatorum* apud Aristophanem Ran. p. 243. Musam invocat.

Ἐλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμῆς;
Veni seu *adsis ad recreandum meum cantum*;

sicuti idem antea ad Cererem, cui sacrum erat festum, dixerat p. 230.

Ἄνασσα συμπαραστάτει
Καὶ σῶζε τὸν σαυτῆς χορόν,
Regina (ut hic Diana μέγα κρείσσα, & supra etiam, uti vidimus aliquoties, ἄναασα) *una adsis*
Et conserva tuum chorum.

OBSER-

OBSERVATIONES IN HYMNUM IN DELUM.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ ΥΜΝΟΣ] Mirum continuo videri cuipiam posset, quod DELUS, exigua nempe Ægæi Maris Insula, pari hic cum cœlestibus & majorum gentium Diis, JOVE, APOLLINE, DIANA, PALLADE, CERERE, honore gaudeat; Hymno nempe itidem in eam a Battiade nostro condito. Cujus rei tamen in iis, qui exstant etiamnum, vel Orphicis, vel Homeri, vel Homeridarum potius, Hymnis, nullum occurrit exemplum; nec earum quidem Regionum aut Urbium, quæ Deorum alioquin Natalibus haud minus ac *Delus*, celebrabantur. Verum facili utique negotio absolvi potest Callimachus, nec obscura ejus rei ratio hic reddi: Latonæ scilicet, post longos errores & denegatam ab aliis, quas adierat, gentibus sedem, felici partu seu Apollinis Γενεθλίοις, non celebrata solum fuerat apud veteres *Delus*, unde illud Poetæ Georg. III. v. 6.

Cui non dictus Hylas puer, & LATONIA DELOS?

sed sacra etiam ideo (prout ea ab initio hujus Hymni dicitur, & qua de re nos ibidem) habita, & peculiariter quidem nuncupata. Hinc singulari quodam & consentiente populorum in Apollinem studio & cultu, ac in accepti scilicet tanti ab hac DELO beneficii memoriam, missis undique in eam Insulam θεωρίαις seu solemnibus legationibus; statisque frugum aut sacrorum primitiis, ac reliquo apparatu; Choris præterea, Ludis, Agonibus, Hymnis frequentata & consecrata veluti eadem DELUS. Neque enim id a vicinis solum Cycladibus, sed e tribus mundi plagis, ultimoque etiam Septentrione seu ab Hyperboreis factum, tradit hoc ipso Hymno, & qua de re nos ibidem, Callimachus v. 278. ac sequentibus, ubi ad *Delum*, insigni eam in rem loco, ait

Ἀλλά τοι ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ΑΠΑΡΧΑΙ
Πέμπονται; ΠΑΣΑΙ δὲ ΧΟΡΟΥΣ ἀνάγουσι ΠΟΛΗΕΣ
Ἅι τε πρὸς ΗΟΙΗΝ, ἅι θ' ΕΣΠΕΡΟΝ, ἅι τ' ἀνὰ ΜΕΣΣΗΝ
Κλήρους ἐστήσαντο, καὶ οἱ ΚΑΘΥΠΕΡΘΕ ΒΟΡΕΙΗΣ
Οἰκία θινὸς ἔχουσι·

Verum

Verum tibi quotannis decimifera ſemper PRIMITIÆ
Mittuntur ſolemniter (ea enim vis ibi vocis πέμπονται) OMNESQUE CHOROS *agunt* CIVITATES;
Quaque ad ORIENTEM; *quaque ad* HESPERUM; *quaque ad* MERIDIEM
Sedes poſuerunt; & *quæ* SUPRA BOREALE
Littus habent domicilia.

Quorum iſtud inſuper, de Hyperboreis nempe *Delum* eo more olim rituque colentibus, magno conſenſu uti nos infra plenius, memorant veteres, Herodotus, Plato, Diodorus, Strabo, Mela, Plutarchus, Pauſanias, Claudianus, Servius. Hinc facti etiam in eadem *Delo* Ludi & Agones ab Athenienſibus inſtituti, quique a loco, ſeu *Delio* dicto inde Apolline, ΔΗΛΙΑ nuncupabantur. Quamquam etiam a Polycrate Sami Tyranno, pulcherrimum certamen in eadem Inſula *Delo*, idque in honorem *Delii* illius Apollinis celebratum, conſultumque ab eo Delphicum Oraculum, utrum ΠΥΘΙΑ, an ΔΗΛΙΑ idem Agon vocandus deinceps foret, reſponſumque ab Oraculo, Ταῦτά σοι κῆμ ΔΗΛΙΑ καὶ ΠΥΘΙΑ, *hæc tibi* DELIA & PYTHIA, natumque inde proverbium, memoret Suidas, & paullo aliter Apoſtolius Prov. Cent. XVI. 95. Ab Athenienſibus tamen, & quos hanc Inſulam præ aliis frequentaſſe aliunde, ut infra dicetur, conſtat, inſtitutos in eo *Deligcos Ludos* ΔΗΛΙΑ ibidem dictos, eoſque Quinquennales, magno Ionum concurſu celebratos, tradit præclaro eam in rem loco Thucydides l. III. p. 243. ubi nempe de luſtrata ab iiſdem Athenienſibus *Delo* agens, ait, καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μὴ τὴν καθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι ΤΑ ΔΗΛΙΑ, *tunc quoque primum Athenienſes poſt luſtrationem* DELIA (ſeu *Ludos Deliacos*). *Quinquennalia inſtituerunt*; mox de Jonibus addit & circumjacentibus Inſularibus, ξύν τε ἠδὴ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρευν, ὥσπερ νῦν ΕΣ ΤΑ ΕΦΕΣΙΑ Ἴωνες. κῆμ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ Γυμνικὸς καὶ Μουσικὸς· χορούς τε ἄγοντες αἱ πόλεις, *cum uxoribus enim & liberis ad ſpectacula* in Delo *conveniebant, ut nunc Iones ad* EPHESIA (ſeu ludos in honorem Dianæ Epheſiæ). *Illic enim Gymnicum Muſicumque fiebat certamen, & agebant choros civitates.* Immo quod jam priſco Homeri in Apollinem Hymno, de hac Deliaca Ionum panegyri, adductis inde verſibus, qui etiamnum in eodem (nempe Hym. verſ. 146. &c.) leguntur, adſtruit ibidem Thucydides.

Αλλὰ σὺ ΔΗΛΟ, Φοῖβε, μάλις' ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
Ἐνθά τοι ἑλκεχίτωνες Ἴαονες ἠγερέθονται,
Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι, καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν
Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ, τε καὶ ὀρχηθμῷ, καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ΑΓΩΝΑ.
Sed tu DELO, *Phœbe, maxime oblectas animum.*
Ubi tibi cum longis tunicis Iones congregantur:
Suis cum liberis & verecundis uxoribus.
Hi autem te pugilum certamine, & tripudio, & cantu
Memores exhilarant, cum dixerint CERTAMEN.

Ea-

Eadem vero solemnia cum ΔΗΛΙΑ, tum adfinia iisdem, ut e Thucydide modo vidimus, ΕΦΕΣΙΑ, signantur etiamnum in præclaris nummis. Exstat enim Commodi nummus, inter eos quos Romæ, sed necdum divulgatos, in æs pridem incidi curavit princeps tum urbis antiquariorum, & cujus consuetudine sum olim in eadem usus, Franciscus Gottifredi, in quo autem solito Agonum seu Festorum in antiquis illis monumentis, & qua de re nos alibi, symbolo, tria vasa cum totidem palmæ ramis mensæ impositæ spectantur cum inscr. ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΔΕΙΑ. *Nicaensium Delia*; ΔΕΙΑΙΑ scilicet pro ΔΗΛΙΑ, haud insolita ε pro η in antiquis monumentis permutatione, ut Ερμεῖ Σωτεῖρι pro Ερμῆ Σωτῆρι Thes. Grut. XL. 10. & CCCXXVII. ac similiter ἐπισίρανε pro ἐπιήρανε in primo versu Inscriptionis Herodis Attici. Immo haud aliter ac vicissim ΕΦΕΣΗΑ inter alios ibi commemoratos Græcorum Agonas, dicuntur in insigni marmore Oxon. p. 71. quæ vulgo ΕΦΕΣΣΕΙΑ vel ΕΦΕΣΙΑ, sicuti in adducto modo apud Thucydidem loco, & in præclaro insuper Gallieni nummo, dici consueverant. Cujus utriusque nummi, ubi DELIA illa & EPHESIA signantur, ac inter rariores etiam habendi icones infra adpositas haud ingratas Lectori fore arbitror, & quas in pulcherrimis præstantissimi Morellii nostri schedis, quæ varia Cæsareanorum nummorum, eaque singulari industria delineata ectypa continebant, mihi olim observare licuit,





Neque mirabitur *Deliacos*, seu in honorem cum *Deli*, tum Apollinis potissimum *Delii* ludos, extra eandem Insulam, a *Nicaensibus* Bithynis celebratos, qui non hospes plane fuerit in hac omni veteris elegantiæ ac eruditionis penu; ac inde & marmoribus præterea antiquis, novit *Pythia*, ut de aliis sileam, seu Delphicos sacros eidem Deo ludos, passim in aliis quoque Græciæ aut Asiæ urbibus peragi solita, sicuti *Tralliibus*, *Mileti*, *Magnesiæ*, *Sidæ*, *Pergæ*, *Thessalonicæ*, *Hieropoli* aliisque, & in ipsa quoque, juxta præclarum Regiæ Gallorum Gazæ nummum, *Emisena Phœnices civitate*, prout de illa loquitur Ulpianus l. 1. c. 15. de Censibus. Unde etiam eadem ΔΗΛΙΑ, & quidem e devictorum Athenienſium spoliis, a Thebanis celebrata, quod Cl. Meursii, ubi id festum paucis tangit, diligentiam itidem fugit, refert Diodorus Siculus lib. XII. pag. 120, Τὴν τε ΤΩΝ ΔΗΛΙΩΝ πανήγυριν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων συνεστήσατο, DELIACAM *quoque panegyrim ex eorum pecunia constituit.*

ſtituerunt. Ni tamen in eodem, de quo modo actum, nummo, ut idem ſagax Morellius, a quo ille, uti & a me hactenus non eſt viſus, dubitabat, ΔΕΙΑ forte pro ΔΕΙΛ ſit legendum; ac ita ΚΟΜΟΔΕΙΑ, exeſis nempe prioribus litteris ΚΟΜΟ, in ſuperna nummi parte, ad celebratos, quod ex aliis eorum nummis conſtat, a Nicæenſibus in Commodi honorem ludos reſpiciat. Quod ex ipſius nummi, ſi eo frui quandoque dabitur, conſpectu, liquidius conſtabit. Ex eo cæteroquin gentium in colenda celebrandaque DELO ritu, itidem factum, ut a Ceis Inſulanis rogatus fuerit olim Pindarus, ut Hymnum ſeu Pæana in eam ſcriberet, prout id refert ipſe Lyricus ſub initium Iſthm. Od. 1. ac ubi *Delum* ſimul deprecatur, ut cum bona ejus venia, ei liceat Επινίκιον prius in concivem, Thebanum, nempe Herodotum, pangere.

μὴ μοι κραναὰ νεμεσάσαι
ΔΑΛΟΣ, ἐν ᾇ κέχυμαι;
Ne mihi aſpera ſuccenſeat
DELOS, *in quam ſum* alioquin *effuſus*;

ſe enim poſtea, ut continuo addit, Delo ac Apollini in Cejorum gratiam celebrandis haud defuturum. Quod a Pindaro etiam adimpletum, licet forte ex eo ejus in *Delum Hymno* ſtatuere, cujus meminit, primoſque inde verſus enarrat Philo Qu. Mund. Incorr. p. 960 Διὰ καὶ Πίνδαρος ἐπὶ τῆς ΔΗΛΟΥ φησὶ, χαῖρ' ὦ θεοτίμητε &c. *Unde etiam Pindarus de* DELO *ait, Salve o Diis chara*, eamque, ut addit, ab hominibus quidem *Delum*, a Diis autem dici τηλέφατον κυανέας χθονὸς ἄστρον, *lucidiſſimum nigræ Telluris ſidus.* Haud aliter quoque ac Chalcidenſibus ad Euripum, ᾆσμα πεποιημένον ὡς προσῳδίον εἰς Δῆλον, *canticum* nempe, quod appellantes in ſtatis θεωρίαις Delum, iidem pro more canerent, a Pronomo Thebano tibicine factum, tradit Pauſanias lib. x. p. 560. Ut mittam Δηλιακὸν ἐπίγραμμα, cujus meminit Ariſtoteles ad Nicomach. lib. 1. cap. VIII. Adeo etiam, ut a Callimacho haud diſpari utique cauſſa ac inſtituto ſcriptus videatur hic IN DELUM HYMNUS, obitæ nempe ſolemnis id genus, aut a civibus Cyrenæis, aut vero ab iis apud quos agebat, Alexandrinis, in eandem *Delum* θεωρίας. Incertum vero an hujus vel alterius generis fuerit memorata ab Ariſtotele cap. 11. de Poetica Nicocharis ΔΗΛΙΑΣ, de qua hoc unum ex eo conſtat, Poema fuiſſe deterioris notæ, nec dignum proinde de quo ſimus hodie ſolliciti. Id tandem obiter addam, haud inde continuo mihi, ſicuti alioquin noviſſimo eruditiſſimoque Poetices hujus Enarratori, liquere, carmen illud fuiſſe ludicrum Comici Athenienſis Nicocharis; quo nempe ille *Deliorum* mores jocoſe traduxerit. Lubentius enim in doctiſſimi P. Victorii ſententiam concederem, qui ex ipſis Ariſtotelis de eodem verbis, alterius Nicocharis poema illud exſtitiſſe ſtatuit. Ut mittam, quod nec a Suida eadem *Delias* inter alia Comici illius, quæ idem recenſet, dramata adnumeretur; ac præterea, quod alterius operis ΔΗΛΙΑΣ itidem inſcripti, & cujus auctor eſſet Semus quidam Delius meminerit aliquoties Athenæus, & qualem Δηλιάδα in rebus *Deli* ac *Deliorum* enarrandis, non vero iiſdem ſugillandis verſatam, liquet facile

cile ex iis, quæ inde a Naucratita illo referuntur, colligere, ut l. III. p. 109. & l. IV. 173. & alibi, ac insuper e Stephano in voce Τέγυρα, ac de quo mox, ad vers. 6.

V. 1. Την ἱερὰν] *Sacra* dicitur *Delus* in limine hujus Hymni peculiari nempe ac propria, quod modo innueram, huic Insulæ appellatione; uti vel e Dicæarcho liquet in vita Græciæ p. 181. ed. Hoesch. Δῆλον ΙΕΡΑ Νῆσον λεγομένη, *Delus* SACRA *Insula dicta*, & prout ad Apollinem dicitur, Δῆλον ὃς ἔχεις ΙΕΡΑΝ, *Delum, qui* SACRAM *obtines* ab Aristophane Θεσμοφ. p. 784. ac ab Orobio post expulsos ab eo ex Insula Delo Athenienses in Epigrammate, quod apud Athenæum legitur lib. V. p. 215.

ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ὅτ' ΝΗΣΟΝ Αθηναῖοι κεραΐζον,
Dum SACRAM INSVLAM *Athenienses vastabant.*

Quod proinde de eadem expressit Maro Æn. l. III. v. 73.

SACRA *mari medio colitur gratissima Tellus.*

Ita Aristides Panathen. p. 329. ἀλλὰ καὶ ΔΗΛΟΣ ἀνεῖται τοῖς θεοῖς, *sed est quoque sacra Dis* DELUS. Unde ἱεροὶ ab ipsis etiam Persis habiti Dei incolæ; prout de Dati Darii classis præfecto narrat Herodotus lib. VI. cap. XCIV, quod Delios ejus metu profugos redire jusserit securos, eos adfatus, ἄνδρες ΙΕΡΟΙ, τί φεύγοντες; *viri* SACRI, *quid fugitis?* se enim & sua sponte, quod addit, & Regis jussu, neque regionem, neque incolas ejus ullatenus læsurum: addita ejus rei ratione, ἐν ᾗ χώρᾳ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, *in qua regione duo Dii sunt nati. Sacra* proinde appellata hæc Delus seu tanquam θεόδματος *divinitus condita*, ut illa a Pindaro vocatur Olymp. Od. VI, & qua de re infra; seu potius quod eadem Apollini, qui in ea natus ferebatur, *sacra* vulgo haberetur, ac ideo statæ ac solemnes θεωρίαι seu *sacræ legationes*, non a vicinis solum Cycladibus, de quibus mox, sed ab Athenienſibus etiam aliisque, immo ex omnibus, qua de re obiter paullo ante, ac infra suo loco plenius, mundi partibus, Delum quotannis missæ. Unde dicti Athenis, qui illud munus e *sacrorum* apud eos *ministrorum* seu κηρύκων μυστικῶν genere obibant, cum ἱεροποιοὶ apud Pollucem p. 402, tum nominatim Δηλιαστὰι, uti illud e priscis non solum Grammaticis, Harpocratione ac Hesychio, sed præterea ex Athenæo constat l. VI. p. 231. Navis autem, quæ eosdem devehebat, *sacra* quoque ac θεωρὶς appellata, uti illa etiam dicitur hujus Hymni v. 313. θεωρίδος ἱερᾶς Φοίβῳ &c. & qua de re pluribus ibidem. Adde, ut vel *sacram* inde *Delum* habitam continuo liqueat, quod lustrata solemni ritu ab iisdem Athenienſibus fuerit hæc Insula; mortuorum etiam monumenta ab iis inde ablata; edictumque ne in posterum aut mori, aut vero mulieri parere in eadem liceret; sicuti hæc tradit Thucydides l. III. p. 242, aut juxta Strabonem l. X. p. 486. ut mortuum in Delo sepelire aut cremare nefas olim fuerit vel canem etiam alere. Hinc de Juliano ait Ammianus l. XXII. c. XII. quod *circumhumata corpora*, quæ nempe erant ad Castalium fontem, *statuit transferri eo ritu, quo Athenienses Insulam purgaverant Delon.* Unde de *sacra Delo* audiendus adhuc Aristides, Serm. Sacr. IV. p. 583. ὡς-

τοι

τον μὲν εἰς ΔΗΛΟΝ, ἔπειτα εἰς Μίλητον ἀπεσώθημεν, ἀμφωτέρας ΙΕΡΑΣ Ἀπόλλωνος· ἄξιον δὲ καὶ τοῦτο ἀποδοῦναι τῷ Ἀπόλλωνι ΔΗΛΙΩ τε καὶ Σωτῆρι, *in* DELUM *primum, deinde Miletum fumus expositi, utramque Apollini* SACRAM. *Quin etiam hoc Apollini* DELIO *nempe ac Servatori retribuendum esse* &c. Quæ singula satis utique arguunt, cur ἱερὰ in limine hujus in eandem *Delum* Hymni, ac insuper Νησάων ἁγιωτάτη *Insularum sanctissima* dicatur infra v. 275. id nempe non ornatus solum caussa factum, prout de simili ΙΕΡΑΣ elogio aliis subinde Insulis aut locis (uti infra Δώτιον ἱρὸν dicitur v. 25. Hym. in Cerer.) tributo notant veteres Pindari Enarratores Pyth. Od. IV. p. 232. ubi ἱερὸν νῆσον de *Thera* dixit Lyricus, ac monent iidem ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κόσμῳ χάριν ἐγκεῖσθαι τὸ ἐπίθετον, *potest autem fieri, ut ornatus caussa ponatur hoc epitheton.* Sicut nempe Ταινάρου ἱερὸν dixit mox in eodem carmine Lyricus p. 237, & ἱερᾶς Σικυῶνος, Nem. Od. IX. p. 414. Quod sæpe a Latinis etiam ac Romano Lyrico inter alios factum, ut *sacri custode Tarenti* lib. I. Od. XXVIII. &c. Quo referri itidem possunt antiquæ variarum urbium in earundem nummis, Syriæ imprimis ac Phœniciæ, ut *Apameæ, Damasci, Bybli, Tyri, Sidonis, Gabalorum*, & plurium id genus inscriptiones, cum eodem illo ΙΕΡΑΣ elogio. Ut nunc mittam, Apollinis Oraculum in eadem Delo, de quo postea adhuc dicendi erit locus, & quod de Antiocho Epiphane tradit Livius lib. XLI. cap. XXV. *sed & Delum aris insignibus, statuarumque copia exornavit*; aut quod eandem Insulam, ob loci religionem, ἀτελῆ *immunem* a tributis & vectigalibus Romanos constituisse, tradit Polybius Exc. Legat. CIV. p. 933.

V. 2. Ἀπόλλωνος κουροτρόφος] Prout eadem Delus rursus infra dicitur vers. 276. mox autem vers. 10. ejusdem Dei Τιθήνη, acinde a Claudiano in Prob. & Olybr. Consul. vers. 185.

Ad loca NUTRICIS *jam non errantia* DELI:

ipse autem Apollo, tanquam illius Τιθήνης seu Κουροτρόφε *alumnus* apud Statium vocatur Theb. lib. III. v. 439.

DELE *times, magnique fidem testaris* ALUMNI.

Unde Ἀπολλωνιὰς etiam dicta *Delus* apud Pindarum, Isthm. Od. I. & de eadem Æneas in eam Insulam appulsus apud Virgilium Æn. l. III. vers. 79. *veneramur Apollinis urbem.* Non ergo Latona solum, cujus puerperium hoc Hymno celebratur, κουροτρόφος a Theocrito dicta Idyll. XVII. vers. 50, sed Apollinis etiam *alma nutrix* hæc Delus, cujusque ille, ut infra dicitur vers. 274, γλυκὺν ἔσπασε μαζὸν, *dulcem traxit mammam*, vera proinde κουροτρόφος, sicuti *Tellus* eo nomine apud Athenienses olim culta; ut liquet ex Aristophanis Θεσμοφ. p. 783, ubi præco fausta verba, non Cereri modo ac Proserpinæ &c. sed καὶ τῇ κουροτρόφῳ τῇ Γῇ, *& altrici juvenum Terræ*, ac præterea e Suida, qui legem Athenis ab Erichtonio latam tradit, qua jubebantur huic *Almæ* Deæ seu *Telluri* κουροτρόφῳ ante alia Numina immolare. Quo respexit proinde Proclus in Platonis Timæum l. IV. p. 283. καθ' ἣν (τάξιν) καὶ πάτριον Ἀθηναίοις ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΝ αὐτὴν (γῆν) ὑμνεῖν, καὶ ἀνησίθωρον, ὡς καὶ ἀνίεισαν τὰ φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα, καὶ τρέφουσαν, *juxta quod munus, receptum erat apud*

Athenienſes κυροτρόφον eam ſeu *Almam Nutricem ac donorum datricem celebrare; nempe tanquam emittentem plantas & animalia, eademque nutrientem.* Immo nec *Tellus* duntaxat, vel *Ceres*, ſed *Venus* etiam, obvia itidem hujus appellationis ratione, eodem *κυροτρόφε* nomine invocata legitur apud Athenæum l. XIII. p. 542, ac ſimiliter hujus Apollinis ſoror *Delia*, cum in Orphicorum Ευχῇ, nempe *Νύμφην κυροτρόφον ὀρεστιφοίτην*, *Nympham juvenum* ſeu *puellarum altricem montivagam*; tum alibi nempe Hym in eandem, *βροτῶν κυροτρόφε δαίμων*, *hominum alma nutrix Dea dicitur.* Mitto, ut de *κυροτρόφῳ* Ειρήνῃ ſeu *alma Pace* ab Heſiodo, quod notum, dicta ſileam, *κυροτρόφον Ελπίδα*, *ſpem juventam altricem* a Pindaro eleganter appellari, prout ejus ea de re verba, quæ apud illum hodie, quod equidem meminerim, non leguntur, refert Chryſoſtomus Serm. ad P. Infidel. p. 183. Tom. VI. edit. Savil.

V. 3. *Κυκλάδες αἱ νήσων ἱερώτατον*] Mirum continuo videri poteſt, *Cycladas* hic a Poeta dici *Inſularum in mari maxime ſacras*, quum ex iis tres tantum aut quatuor, *Ceus* puta, *Naxus*, *Parus*, & *Andrus*, quod agnoſcit etiam de iis agens Strabo l. X. p. 487, commemoratione fuerint dignæ; ac unde de iiſdem *Cycladibus* agens Statius, ait Achilleid. l. I. v. 205. *Hinc ſpreta Myconos, humiliſque Seriphos:* quædam etiam ex iis, ut eadem *Seriphus*, & quibus, ut ex Strabone liquet, adnumerata ab aliis *Gyarus*, ſcopuli nempe eſſent ac viles loci, exulum apud Romanos, ſeu deportatorum in Inſulas infelicia receptacula: aliæ autem darentur *Inſulæ*, quæ ut reliquis decoribus, ita hac etiam religionis ſeu ſolemnis in iis Numinum cultus laude, longe potiores viderentur. Talis utique *Creta*, non minus ſolum Jovis, ſed plerorumque Numinum incunabulis, juxta Diodorum l. V. p. 233. celebrata; *Rhodus Veneris filia*, & ſolis ſponſa a Pindaro dicta Olymp. Od. VII, delubris præterea, aris, ſignis Deorum, quod vel ex Ariſtide in Rhodiaca liquet, undique olim florentiſſima; ut de *Sicilia*, *Cypro*, *Eubœa*, *Icaro* præterea, quæ Dianæ præ cunctis Inſulis dilecta dicitur Hym. ſuperiori v. 187, *Samo*, Junonis in ea cultu, quod antea etiam vidimus, inclyta, aliiſque ſileam eo proinde, ſacri nempe Deorum cultus, nomine, quod aliunde & ex priſcis earum monumentis adhuc conſtat, haud parum olim commendatis. Adeo, ut ſtatuendum illud hic foret, longe aliam fuiſſe ac diverſam harum *Cycladum*, quod de pleriſque tamen haud liquidum, eamque valde commendabiliorem, Callimachi, quam ſequutis mox ætatibus, conditionem; aut potius, quod illud ab eodem Poeta, & quæ vera eſt etiam ejus rei ratio, ſub initium hujus in Delum Hymni, continuo dicatur, ob ſolemnem nempe & religioſum cultum, quo eædem *Cyclades* hanc Delum, quam circumdabant, ac unde nomen etiam dicuntur nactæ, proſequebantur. Ammianus Marcellinus l. XXII. cap. VIII. dicit *Cycladas ideo ſic appellatas, quod omnes ambiant Delon, partu Deorum inſignem.* Illius vero earundem Cycladum ſolemnis in eandem Delum cultus, teſtis luculentus ejus rei Strabo, & cujus locus proinde meretur hic adſcribi lib. X. p. 485, *ἔνδοξον δὲ ἐποίησαν αὐτὴν (Δῆλον) αἱ περιοικίδες ΝΗΣΟΙ καλούμεναι ΚΥΚΛΑΔΕΣ, καὶ τιμὴν πέμπουσαι δημο-*

δημοσία θεωρές τε, καὶ θυσίας, καὶ χορὸς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγεσθαι μεγάλας, *celebrem* (Delum) *fecerunt circumjacentes* INSULÆ CYCLADES *dicta, honores cauſſa mittentes ſacras legationes, tum victimas & choros Virginum, ſolemneſque ibi & magnos agitantes conventus.* Immo quod jam ante indicaverat Thucydides, eo loco, quem ſupra, de *ſacra* nempe Delo dicta adtigimus l. III. p. 242. ac ubi hæc præterea leguntur, ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ, τῶν Ἰώνων τε καὶ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΩΝ ΝΗΣΙΩΤΩΝ, dein χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις &c. *Fuit autem & priſcis temporibus* IN DELO *frequens Jonum & accolarum in* INSULIS CIRCUMJACENTIBUS (h. e. Cycladibus) *habitantium conventus; nam & civitates choros ibi agebant.* Ubi veteres Critici, περικτίονες εἰσὶ καὶ ἀμφικτίονες οἱ περιοικοῦντες, h. e. *circum circa habitantes*, hæ nempe, de quibus agitur, aliæque Jonii vel Ægæi Maris Inſulæ. Id quod tradiderat jam ante Herodotus, qui Νησιώτας τε καὶ Ἴωνας, *Inſulanos* & *Jonas*, cœtus ſolemnes in Delo inſtituiſſe, ac decantaſſe ibi Hymnos ab Olene Lycio, de quo infra v. 305, conditos, memorat l. IV. c. XXXV. Quod commune eorundem Jonum ac Inſulanorum, & in iis harum maxime *Cycladum*, inſtitutum, haud mirabitur, qui adverterit haſce ab Jonibus ſeu Jonis, Xuthæ & Creuſæ filii poſteris, inhabitatas, ut id dicitur apud Euripidem Jon. v. 583.

Κυκλάδας ἐποικήσασι, Νησέας πόλεις,
Cycladas incolent, Inſulares urbes,

ſeu in iiſdem Inſulis conditas, & quarum alioquin aut plerarumque ex iis Οἰκιστὴν fuiſſe Cretenſem Minoa eumque primum, ejectis inde Caribus, Colonias in eaſdem Cycladas deduxiſſe, tradit Thucydides l. I. p. 4. ed. Wechel. Harum autem *Cycladum* in *Delo* ob ſtatos in ea ac ſolemnes earundem choros & Panegyres, ſtata etiam erant ac peculiaria domicilia; ſicuti in Cejorum in *Delo* ἑστιατορίῳ ſeu *cœnaculi* prope Artemiſium, Dianæ nempe ibidem Sacellum, meminit d. l. Herodotus, ἀγχοτάτω τῶν Κηίων ἑστιατορίῳ, *proxime Cejorum cœnaculum.* Unde ab iiſdem Cejis, & qua de re jam ante, exoratus olim Pindarus, ut iis chorum in Delum pro more mittentibus, Hymnum ſeu Pæana in Delum, quem iidem nempe ibi χορεύοντες accinerent, vellet condere. Ut jam hic mittam *Cyclada* de hiſce *Cycladibus* in genere dictam, ſicuti apud Senecam Hercul. Oet. v. 803. *& voces* CYCLAS *excepit omnis.* Immo ipſa *Delus* una quippe e Cycladibus, *Cyclas* etiam, ut potiori adhuc præ reliquis jure, appellata, in medio quippe earum ſita, ſicut de eadem infra Callimachus v. 200. Ἔσῃς δὲ ἐν μέσῃσι, *conſtitiſti vero in medio*, ac Ἐσίη præterea ſeu Ἑστίη dicta ſub finem hujus Hymni, & qua de re nos ibidem.

V. 4. τὰ πρῶτα φέρεσθαι, ἐκ Μουσέων] De primatu hujus Inſulæ *Deli* pluribus infra agitur v. 16. & ſequentibus, ubi ea de re dicendi erit locus. A Muſis vero eundem ſibi, ob natum ſcilicet apud ſe, & celebratum primo Deum Μυσαγέτην, prout ille in Orphicis pridem dictus, continuo tribui, jure quodam ſuo flagitare dicitur hic Delus; ac proinde iiſdem *Muſis* velut accinentibus, Hymnum in eam hic a Poeta pangi.

V. 6. λȣσέ τε καὶ σπείρωσε] Quod utrumque a deabus factum dicitur in Hymno Homerico in hunc Apollinem v. 112. &c. Sicuti supra de Jove recens nato Hym. in eundem v. 32. τόθι χρόα φαιδρύνασα Ὦνα, τεὸν σπείρωσε, *tum corpus tuum perpurgans, o Rex, illud fasciis involvit*, nempe mater Rhea. Quam vero laudem, ut Cretæ ereptam, ibi Arcadiæ tribuit Callimachus, ita tunc *loti* primum a partu *& fasciis involuti*, quod hic dicitur, in *Delo* Apollinis, eidem Insulæ Bœoti seu vero Apollo ipse, derogabant. Auctor enim Plutarchus de Oracul. defect. p. 412. ejectis Insula Deliis, Pythio Oraculo Græcos admonitos, ut locum, in quo natus esset Apollo, investigarent; mirantes eosdem, quod ille alibi, quam in Insula Delo quæreretur, tandem apud Tegyræos Bœotos natum eum ductu ejusdem Oraculi, deprehensum. Cui consona etiam tradit idem Auctor in Pelopida p. 286. Apollinis nempe Τεγυραίȣ Templum & Oraculum prope Orchomenum exstitisse, ubi genitus Apollo ferebatur, vicinum autem eidem montem Delum. A quo proinde, non autem a *Delo* Insula, idem Δηλίȣ seu *Delii* nomen (quamquam refragantibus præter alia Deliorum nummis, in quibus velut ἐπιχώριος ea ΔΗΛΙΟΥ appellatio illi tribuitur,) foret arcessenda. Qua de re, seu traditis hisce aliisque Apollinis natalibus videri potest alius Auctor, & quidem Delius, de quo antea ad hujus Hymni lemma, apud Stephanum in Τέγυρα, nempe Σῆμος δὲ ὁ Δήλιος, τὴν Ἀπόλλωνος γένεσιν, οἱ μὲν ἐν Λυκίᾳ, οἱ δὲ ἐν Δήλῳ, οἱ δὲ ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς, οἱ δὲ ἐν Τεγύρᾳ τῆς Βοιωτίας φασὶν. ὅθεν καὶ Τεγυρήϊος Ἀπόλλων, *Semus autem Delius ait; Apollinis natales alii in Lycia, alii in Delo, alii in Zostere Atticæ, alii in Tegyra Bœotiæ tradunt. Unde etiam Tegyræus Apollo.* Quibus addi insuper debuit Ephesus, sive Ortygiæ apud eam lucus, ubi Latonam partu gravidam edidisse Dianam & Apollinem, ab Ephesiis apud Tacitum dicitur Annal. l. III. c. LXI. Pro insula tamen Delo, ut Apollinis scilicet natalibus & cunis decorata, seu pro tali certe a Gentilibus vulgo habita, militant indultæ eidem Insulæ, variæ, & de quibus adhuc infra, ac singulares prærogativæ, sicuti sacræ illæ, de quibus paullo ante ac infra pluribus, in eam missæ aliarum Gentium θεωρίαι; dicta *Deliaca* destinata eam in rem apud Athenienses navis; stationes solemnes in eadem Delo variarum civitatum ac populorum; conventus; chori; ludi *Deliaci*; veterum præterea poetarum, & qui pro antiquissimis Græcorum Theologis vulgo habiti, Pæanes ea de re & Hymni; ipsa denique DELII Apollinis appellatio, atque insculpta publico, quod modo innui, Deliorum ære, aliisque *sacræ* inde etiam habitæ illius Insulæ monumentis; & qua de re, præter ante memorata, dicetur adhuc suo loco, ac prout Δαλογενὲς idem invocatur in veteri Hymno, cujus aliquot versus adducuntur ab Aristotele Rhetor. l. III. c. CXXVI. Adde vero hisce, quæ de gemina Latonæ prole, post partum non in Delo insula, vel in Bœotia, sed in Xantho Lyciæ fluvio *abluta*, ex Antonino Liberali, & aliunde notamus ad vers. 4. hujus Hymni.

Ibid. Καὶ ὡς θεὸν ἤνεσε πρώτη] Altera nempe caussa cur a Musis *primatum* sibi inter Insulas deberi vult hic Delus, quod non solum nati

Apol-

Apollinis fuisset, uti ea de re jam dictum, πατροτρόφου, sed præterea, quod eum *prima* pro *Deo* sibi *celebrandum* duxerit; atque ita reliquis Insularibus in cultu hujus Dei omnino præiverit. Qua prærogativæ alioquin laude, non nati solum apud se, sed sacrati primum juxta Dianam Apollinis, inniti videas, dicto paullo ante apud Tacitum loco, Ephesum; & similiter alias ejusdem tractus urbes, ac Cyprum quoque ob repertas apud se primum & constitutas hujus vel alterius Numinis religiones ac ceremonias. Quæ etiam ratio exstitit, cur περὶ πρωτείων seu de *primatu* contendisse subinde inter se claræ olim ejusdem Regionis urbes leguntur; sicut Nicomedia ac Nicæa in Bithynia apud Dionem Prusæum Orat. XXVIII, aut Ephesus, Smyrna, Pergamus, apud Aristidem serm. de Concord. T. II. p. 302, & præterea apud Philostratum Vit. Soph. l. 1. p. 558. &c. Unde insculpta passim in earundem, aliarumve etiam Urbium aut Regionum, nummis, illa Deorum Dearumve, quorum cultu & sacris eæ passim nobilitabantur, ac unde etiam aliquid præcipuum sibi adrogabant, fana & simulacra; additaque etiam subinde iisdem locis vel ΠΡΩΤΩΝ, vel uti paullo ante diximus, ΙΕΡΩΝ, vel ΝΕΩΚΟΡΩΝ, sed de quibus nos alibi, elogia. Illud unum addam, aliud de hoc Apolline, qui hic scilicet in Delo natus, ac *primum pro Deo celebratus* dicitur, statuisse Plutarchum in Pelopida p. 286, ubi eundem non inter Deos, instar Bacchi & Herculis ex hominibus factos, tradit exstitisse, ἀλλὰ τῶν ἀϊδίων καὶ ἀγενήτων, *sed inter sempiternos & ingenitos.* Verum quibus hodie non abunde nota veterum Gentilium in eorum θεολογιμένοις, maxime in prædicanda vel enarranda suorum Numinum origine ac natura, non dicam solum impietas, sed mira insuper varietas, dissensio, & ineptiæ.

V. 7. Ὡς Μῦσαι τὸν ἀοιδὸν, ὁ μὴ Πίμπλειαν] Citatur hic versus a Tzetze ad Lycophronem p. 53. ac prout hodie ibidem legitur,

Ὡς Μῦσαι τὴν ἀοιδὴν, ἣν μὴ Πίμπλειος ἀείσῃ,
Ἔχθεσι,
Ut Musæ cantum, quem Pimpleus non canit,
Oderunt.

Sed quæ ibidem abeunt a lectione hujus apud Callimachum versus sunt plane nauci, nec eundem, quem licet sequens locus, τὼς Φοίβου, ὅτις Δήλοιο λάθηται, *sic Phœbus eum* (odit) qui *Deli oblivisci tur*, omnino exigit, efficiunt. Mitto, quod apud Græcos, non Πίμπλειος, sed Πίμπλεια, ut hic apud Callimachum & Lycophronem d. l. Strabonem p. 410. &c. ac inde apud Horatium l. 1. Od. XXV. *Pimplea* dicebatur, & similiter apud Statium Silv. l. 1. carm. IV, *Excludit Pimplea sitim*, & rursus l. II. carm. VI. *Et superat Pimplea sitim*, ubi in priori loco editur *Pimplæa*, quasi ob metrum, & quomodo *Pimplæum montem* legas hodie apud Catullum carm. CIII; quum alioquin Πίμπλεια non Πίμπλαια a Græcis diceretur. Restituendus proinde apud Tzetzem hic versus, prout in scriptis & editis Callimachi libris hactenus legitur; aut Grammatici illius eo citando, quod & alias illi contigit, incuria est merito culpanda.

V. 9. Δήλῳ ὅιμης ἀποδάσομαι] Ὅιμην de *cantu* seu *carmine* sæpe a Poetis dici tralatitium, non adeo de voce οἶμος, de qua supra actum ad Hym. in Jovem v. 78. Inde vero προοίμιον non solum, seu φροίμιον, *præludium* in cantu apud Æschyl. Agam. v. 838, sed etiam de *Hymno* ipso dicitur; sicuti apud Thucydidem de eo, quem ab Homero in Apollinem, & qui etiamnum exstat, scriptum refert l. III. p. 243. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος, ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖς δε, ἃ ἐστιν ὁν ΠΡΟΟΙΜΙΟΥ Ἀπόλλωνος, *quod autem hæc ita se habuerint, Homerus imprimis declarat his versibus, qui sunt ex Hymno Apollinis*, nempe a vers. demum 146. ejusdem Hymni & sequ. Adde quod συνοίμιον ὕμνον ἀείδειν, apud Apollonium l. II. v. 161. dicitur h. e. συνᾴδιον juxta veteres ejus Enarratores, seu *consonum Hymnum canere.*

V. 11. ἠνεμόεσσα κὴ ἀτρεπτος] Scilicet juxta illud Maronis de eadem Insula Æn. l. III. v. 77.

Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.

E duabus vero hujus vocis ἀτρέπτε, quas hic tradunt Scholia, significationibus, priorem arripuit Interpres περιγράφος, nempe pro ἀκίνητος seu *immota*; posteriorem autem Vulcanius, pro *aspera* seu *inculta*, & quam in notis tuetur. Consultius tamen putem priorem, & quomodo Delum a Virgilio vocatam supra vidimus, amplecti, tum quod eam ibi Thucydidis auctoritate adserunt, priora in hunc locum Scholia, qui nempe magnum terræ motum enarrare adgrediens, dixerit adeo ingentem eum fuisse, ut ipsa etiam Insula Delus fuerit commota. Exstat vero ille gravissimi Auctoris locus Hist. l. II. p. 104. ed. Wechel. ubi inter futurarum rerum prodigia illud refertur, ἔτι δὲ ΔΗΛΟΣ σεισθῆναι ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον ΟΥΠΩ ΣΕΙΣΘΕΙΣΑ, *præterea* DELUS *etiam paullo ante hæc tremuit, quæ* NUNQUAM ANTE MOTA FUERAT. Quamquam id Medici etiam seu Perfici belli temporibus, ut vere ibi ad Thucydidem notant veteres ejus Enarratores, contigisse, & quidem pro magni portenti loco tradat Herodotus lib. VI. c. XCVIII. ΚΑΙ ΠΡΩΤΑ ΚΑΙ ΥΣΤΑΤΑ τὰ μέχρι ἐμεῦ ΟΥ ΣΕΙΣΘΕΙΣΑ, *ad meam usque ætatem tunc* & PRIMUM & POSTREMUM COMMOTA. Quibus consona refert Plinius de eadem Insula l. IV. c. XII, *sola motum terræ non sensit. Ad M. Varronis ætatem Mucianus prodidit bis concussam*; & similiter Callisthenes apud Senecam l. VI. Natur. Qu. c. XXVI. sicut jam ad Plinii locum notarunt viri docti. Ut proinde haud mirum sit, hic *ventosam* dici eandem *Delum*, & simul tamen *immotam*, seu solitis terræ motibus, instar aliarum Maris Ægæi Insularum, haud obnoxiam. Unde immissa a Neptuno gravi in Ægæum tempestate, metuisse sibi, ne eadem forte percuteretur, immotam alioquin Delon, tradit eodem, de quo paullo ante loco, Papinius Theb. l. III. v. 438,

Ipsa tuo Mycono, Gyaroque revelli,
DELE *times:*

quam tamen *instabilem* dixit alibi idem Statius Achill. I. 388. *nec instabili fama superabere Delo*, nempe quod ante natum in ea Apollinem, πλαγκτὴ seu *errabunda* eadem, uti infra vocatur v. 274; exstitisse crederetur.

Adde

Adde hic insuper, quod quamquam *aspera* esset hæc Insula, prout de ea adducto jam ad lemma hujus Hymni loco Pindarus, & in Argonauticis Orpheo tributis similiter v. 1354. Δῆλε δὸ κραναῆς, *Delo ab aspera*, ac rursus in Orphicis Hym. in Latonam, κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ, ac inde etiam δυσηροτῷ seu *ad arandum difficilis*, uti infra dicitur v. 268; non proinde tamen foret, ut in postremis ad hunc locum Scholiis notatur, ac arripuit, ut dixi, Vulcanius, plane ἀγεωέργητῳ seu *inculta*. Quod, ut alia nunc mittam, abunde redarguit sequens Euripidis locus, Iphig. Taur. v. 1235,

Δηλίας ἐν καρποφόροις
Γυάλοις,
Deliaca terra in fertilibus
Vallibus.

V. 12. Αἰθυίης] *Mergis* perviam dicit hanc Insulam *Delum*, ut ea proinde fuerit juxta illud Maronis l. v. v. 128, *apricis statio gratissima* MERGIS. Αἰθυιὰν quidem, non tam de *mergo*, quam de *fulica* ab eodem poeta dici, seu ita Arati de αἰθυίᾳ locum verti Georg. l. 1. v. 36, notat ad Solinum ὁ πάνυ, qui tamen ibidem αἰθυιὰν in genere de *mergo* intelligi, atque ita etiam a Lucano eandem reddi, ibidem agnoscit. ἐπὶ θάλασσαν autem sive *maritima loca* incolentem αἰθυιὰν, notavit Aristoteles Histor. An. l. VIII. c. III. ac unde Nereides dicuntur ab Apollonio l. IV. v. 966.

Ἔνθ' αἱ μὲν κατὰ βένθος ἁλίγκιαι αἰθυίῃσι,
Ubi quidem fundum mergis similes subierunt.

Inde etiam, & quod hæc illustrat, juxta marinas coturnices, in adjacente ad unum ex Istri ostiis Achillis Insula, copiosum αἰθυίων proventum exstare, tradit Arrianus in Periplo Ponti Euxini p. 133. postrem. edit. E quo Arriani præterea loco constat diversam esse, quod viderunt alii, αἰθυιὰν ab ἐναλίᾳ κορώνῃ seu *marina coturnice*, quas pro eadem haberi tradit ad hunc locum Vulcanius. Quamquam utraque esset ex earum avium genere, quas Insulares, seu τὰς ἐν ταῖς νήσοις ἀμφιτελοῦσας, *in insulis versantes*, dicit ad Aratum de iis agentem, Theon. Διοσημ. v. 186. Augurium vero futuræ tempestatis ex αἰθυίαις seu *fulicis*, juxta Virgilium, vel *mergis*, e mari ad littora seu in siccum confugientibus capi, post Aratum Διοσημ. v. 187. tradiderunt Maro dicto Georg. loco, Lucanus l. 1. v. 503, Persius Satyr. VI. v. 3, & Plinius l. XVIII. c. XXXI.

V. 14. ἀπομάσσεται ὕδατος ἀχνὴν] Locum hunc, quem satis difficilem tradit Anna ἐλλογιμωτάτη, haud male expressit Vulcanius, *late spumanti aspergine tundit*. Ἀπομάσσειν nempe seu ἀπομάττειν, quod Græcis proprie, ut notum, *abstergere* aut *purgare* denotat, & ἀπωμᾶν ab antiquis Criticis redditur; quandoque etiam luto aut alia quapiam re *illinere*, ut apud Demosthenem de Corona, idque juxta usum simplicis μάττειν, quo nempe dicitur, τὸ ἀναμιγνύναι, καὶ φυράν, καὶ εἰς ἓν συνάγειν, *miscere*, *pinsere*, & *in unum cogere*, ut notant eruditi Comici Enarratores Equit. p. 388. Unde ab eodem Comico, cum περισμάττω, pro *adjicio*, *conglutino*, tum Ἀχιλλείων ἀπομάττειν ibidem dicitur p. 337. h. e. juxta

eosdem Criticos *præstantissima hordea*, quæ Αχίλλεια dicebantur, *subigere*, seu iis *vesci*; h. e. ut iidem notant, *publici in Prytaneo victus fieri participem*. Quamquam ut obiter, nec alieno ad eam rem loco, id notem, Αχίλλειον juxta Hesychium diceretur etiam de *spongia*, *qua oculi absterguntur*, sicut apud eundem Comicum legitur in eodem dramate v. 343. τῷ ὀφθαλμῷ περιψῆν, mox ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀποψῶ, *in caput abstergo meum*, a Criticis autem ibidem, περιψῆν, ἀντὶ τοῦ καταμάσσειν, ἀποσπογγίζειν, ac proinde περίψημα ab Apostolo 1. Corinth. IV. 13. quod *ramentum* Beza, & *rejectamentum* Erasmus, ab aliis etiam *spongia*, ut a viro doctissimo Is. Vossio ad Catullum p. 98. statuatur, haud aliena utique a veteri ad eum Apostoli locum Scholiastæ glossa, quæ hanc vocem explicat de re ipsa, qua sordes absterguntur. Ita etiam ἀπομάγματα ab Hippocrate de Medico cap. 11. dicuntur ὀθόνια & σπόγγοι, *lintea* & *spongiæ*, quibus oculi, ut ibidem erit, aut vulnera deterguntur. Apud Theophrastum vero de Lapidibus circa finem, gypsi usus potissimum præstare dicitur, πρὸς τὰ ἀπομάγματα, quod *in simulacris & sigillis* vertit ibi Interpres, sicut nempe ἐκμαγεῖον subinde a Platone aliisque sumitur, non de sigillis quidem, sed de expresso sigillis aut aliunde simulacro: ἀπόμαγμα vero cum de *spongia*, aut alia re ad abstergendum, ut modo dictum, idonea; tum de re ad *illinendum* apta, prout eo Theophrasti loco debet illud intelligi, a verbo nempe ἀπομάττεσθαι, eo sensu, sicut paullo ante vidimus, ab Atticis usurpari solito. Quod adstruit etiam Harpocration, apud quem legitur in voce ἀπομάττεσθαι, *obductos gypso* (γύψῳ καταπλασμένοι) Titanas, ne manifesti fierent, dum Bacchum dilaniarent. In priscis autem Philoxeni glossis, ἀπόμαγμα, *Cermentarium*, & rursus *Cermentarium* ἀπόμαγμα, ubi vox illa *Cermentarium* nihili omnino, nusquam certe alibi legitur, & cujus loco proinde *Cæmenterium* seu *Cæmentum* Gallis *ciment*, haud aliena a tradita modo vocis illius ἀπόμαγμα significatione licet ibi opinari, ac prout alibi in iisdem glossis, *cæmentum*, χάλιξ, γύψος redditur. Exstat vero alius ejusdem Theophrasti locus, sed in cujus explicatione in diversa abeunt Interpretes, nempe de Caus. Pl. l. VI. c. XXXIX. ubi ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων, *abstergimenta digitorum* vertit Gaza; alii, ut e Fœsii œconomia observo in voce ἐκμάξαι, & quibus ille favere ibidem videtur, *ab annulis expressa simulacra*; in Heinsiana vero editione, & cui alii jam præiverant, ut ex eodem Fœsio liquet, *pastillorum strigmenta*, seu, ut mallem, *pastillorum confectiones*, aut *illitus*. Agit nempe ibi Theophrastus de iis, quæ odorem potissimum suscipiant ac servent, qualia non deceat esse, ut ibidem ait, neque arida nimis, neque nimis liquida, additque opportune eam in rem ἀλλὰ δὲ καθάπερ ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων, μέσην τινὰ ἔχειν κρᾶσιν, *sed oportet, ut sicut pastillorum confectiones* aut *illitus*, *medium habeant temperamentum*. Quales nempe *pastilli*, qui δακτύλιοι ab Hippocrate, juxta Galenum in Expositione glossarum illius Medicorum Antistitis appellati, iique *orbiculares* seu κύκλοι, τροχίσκοι, ac proinde non adeo a forma oblonga instar *digiti*, prout alioquin id genus *pastilli* a forma orbiculari illis τροχίσκων vulgo aut κυκλίσκων nominibus

nibus dicti sunt, alii vero τελίγωνοι similiter, quos vel ex eodem Galeno observarunt jam viri docti; alii vero ab ovata figura aut a forma panis aliter vocabantur. Unde posteriori etiam ævo dicti φοινικοπάστιλλοι, *pastilli*, tanquam in modum *dactyli* seu palmæ fructus conformati; ut istud e Zozimo Panopolitano monuit ὁ πάνυ ad Solinum p. 396. ult. ed. Ad quæ referri insuper debet Hesychii de hac voce δακτύλιος notatio; δακτύλιος, φαρμακίτης, ὃν οἱ φαρμακοπῶλαι ἐιώθασι πιπράσκειν ἀντὶ φαρμάκου, h. e. δακτύλιος *ad medicamenta spectans, quem Pharmacopolæ solent vendere pro medicamento.* Sed quam in rem, seu ad dictum Theophrasti locum, unice faciunt Hippocratis verba de Natur. Mul. cap. cv. κὴν μὴ ὑγρὸν πάνυ ποιῇ, ἀλλ' ὡς ΕΚΜΑΣΣΕΣΘΑΙ ΔΑΚΤΥΛΙΟΝ, *& non valde liquidum medicamentum facit, sed ut* PASTILLUS EFFINGI *possit*, ut bene a Fœsio vertitur hic locus, non ut ab aliis, nec in ea etiam quamquam cæteroquin accurata, quæ in Batavis prodiit, Hippocratis editione, verba redduntur, *sed ut digiti effingi possent.* Proprium vero id horum *pastillorum*, cum ex iis Hippocratis verbis, tum aliunde constat, maxime ex eorum genere, qui ad illinendum formabantur, ut illi contriti humore quopiam, postea aliquantum exsiccarentur; atque ita nec liquidi nimis, nec minus aridi iidem forent. Adde, quod ex odoribus sive odoratis plantis vel succis, croco, myrto, nardo &c. crebro ii effingerentur; sicut de *pastillo e croco*, eoque fronti illinendo videas apud Galenum l. 11. c. 11. de Compos. Medicam. κατὰ τόπους. Ex hisce autem plana videtur mens Theophrasti, ubi opportuno id genus pastillorum exemplo, naturam eorum, quæ odores suscipere ac retinere valent, nempe ne aut liquida nimis, aut nimis arida sint, sed mediæ cujusdam temperationis, abunde videtur comprobare. Opportune etiam eam in rem adhibuit Theophrastus vocem ἀπομάγματα, prout ἀπμάττεσθαι δακτύλιον, *effingi pastillum* dixit adducto loco Hippocrates; nempe qui digitis seu manibus formari ac ἀναπλάττεσθαι vulgo dicebantur, & quomodo Galenus indicato modo loco ait, ἀνάπλαττε τροχίσκους, *effinge pastillos*, & quidem ubi de pastillis ad illinendum agitur, pro tradita jam ante apud Atticos vocis ἀπομάττεσθαι & ἀπόμαγμα significatione, ac proinde juxta illud, quod a Statio dicitur Achill. l. 1. v. 332.

Qualiter artificis victura POLLICE *cera*
Accipiunt FORMAS.

Quamquam, ne quid dissimulem, illa etiam de qua supra hujus apud Theophrastum loci tradita ab aliis explicatio, nempe ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων, *expressa ab annulis simulacra*, neque a nativa verborum illorum significatione, neque a sensu etiam illo, de quo ibi agitur, abludat: de iis nempe, quæ dum effinguntur mediæ inter humidum ac siccum temperationis esse oporteat. Unde etiam pridem, ac ante visam eandem illam horum verborum, quam nunc in Oeconomia Fœsii forte animadverto, explicationem, ad oram mei Theophrasti *impressiones sigillorum* eadem ibi verba ἀπομάγματα τῶν δακτυλίων verti debere notaveram. Ut mittam, quod pro δακτυλίων ab aliis δακτύλων legitur in adductis paullo ante Hippocratis verbis, ac inde quoque alia, ut jam vidi-

mus, adferatur ejusdem loci explicatio : tum præterea, quod ipsa vox δακτυλίων, pro *pastillis* inter Hippocratis glossas, seu peculiares illi dictiones a Galeno referatur, neque ab aliis e veteribus eo sensu dicta eadem occurrat. Immo, ut hoc addam, quod vulgatam alioquin apud Græcos Medicos vocem τροχίσκοι de *pastillis*, & cujus tamen ante Galenum exempla non adtulere hactenus, qui hoc agebant, viri docti, Fœsius in Oeconomia, Gorræus in Definitionibus seu Lexico Medico, aliique e recentioribus, aut veteris cæteroquin Hellenismi promi condi, eam, inquam, vocem alibi apud ipsum Theophrastum observarim, nempe Hist. Plant. l. IX. c. X. ubi de panacis radice ait inter alia, εἶτ' οἶνῳ δεύσαντες τροχίσκους ποιοῦσιν, *vino deinde eam subigentes, pastillos formant.* Ea autem seu obvia alioquin, ut ad Callimachum redeam, *abstergendi* significatione, vox illa ἀπομάσσεσθαι ab eodem hic sumitur, ut nempe dicat Icarii maris plurimam spumam circa Deli Insulæ littus *abstergi* quasi & purgari, seu *in unum ibidem cogi*, ac in littus ejici, pro tradita postremæ vocis μάσσειν vel μάττειν a Græcis, uti vidimus, Comici Enarratoribus, significatione, nempe εἰς ἓν συνάγειν. Ὕδατος enim Ἰκαρίης ἄχνην, de *maris spuma* potius dici, quam de *alga*, quamquam eadem huic loco ratio constat, omnino putem, sicut adducto ab Anna eruditissima Homeri loco Odyss. E. v. 403. juxta vetera ad eum Scholia, & quomodo ἁλὸς ἄχνην *maris spumam* dixit itidem Nicander Alex. p. 164. aut vero οἰνωπὸν ἄχνην, *vini spumam*, Euripides Orest. v. 115. Unde ἀπομάσσεσθαι etiam per ἀποῤῥύπτειν hic commode reddunt Scholia, h. e. *sordes, marinam* nempe *spumam abstergere*, vel *expurgare*; ut proinde haud opus sit eandem vocem hic in ἀποῤῥύπτειν continuo mutare. Ad quam præterea vocem ἀπομάσσεσθαι, hic a Callimacho adhibitam, spectat itidem ea, quam notavit hic Anna ἐλλογιμωτάτη, pro *mensuram abstergere*, seu *abradere* eidem vel demere, quod mensuræ supereſt, illius verbi significatio; ea scilicet, quam expressit Theocritus Idyll. XV. v. 95. μήμοι κενὰν ἀπομάξῃς, *non mihi vacuam*, chœnicem nempe mensuræ, ut notum, genus *abstergas* seu *abrades*, h. e. *demensam eam ad tuum lubitum non mihi præbebis*, sicuti verum ejus loci sensum primus erudite eruit ac Luciani testimonio confirmavit vir magnus D. Heinsius. Quam etiam horum apud Theocritum verborum explicationem adstruit vir summus de Modo Usurar. p. 164. quamquam eam, ut novam ibidem obtrudat, & cujus mentem non viderint priores Interpretes; quam tamen præter Heinsianas ad eum Syracusani Vatis locum notas p. 367, indicaverat ibidem vetus Scholiastes, qui ea Theocriti verba apposite reddit, μήμοι κενὸν τὸ μέτρον ἀπιψήσῃς, *non mihi vacuam mensuram abrades*; atque juxta illud Theophrasti Charact. περὶ βδελυρ. μετρεῖν αὐτὸν τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀπιψῶν, *metiens ipse domesticis suis necessaria*, seu *demensum abradens*, & quæ ibidem notavit Casaubonus. Alio quidem, quod prætermitti hic non debet, sensu, eadem voce ἀπομάσσεσθαι usus erat Cyrenæus hic vates, eo nempe versu, qui ab Athenæo sub initium operis refertur, τοῖς δὲ ἀπομαξαμένοισι &c. quo ad veterem & sacram expiandi ac lustrandi ritum respici, notavit ibidem ὁ πάνυ, ac præterea ad Theophrasti Charact.

ract. p. 304; & quo sensu etiam voce ἀπομαγμάτων usus Sophocles in Captivis apud Harpocrationem,

Στρατοῦ καθαρτῆς καὶ ἀπομαγμάτων ἴδρις,

Lustrator exercitus, & expiationum peritus, non *abstergimentorum*,

ut ibi Interpres. Quo spectat Hesychii glossa, ἀπομάγματα, περιθειώματα, *lustrationes per sulphur*. Adeo ut ex hisce plures emergant diversæ haud parum, neque proinde, ut subinde ab Interpretibus factum, inter se confundendæ, harum vocum ἀπομάττεσθαι vel ἀπόμαγμα significationes; nempe illud pro *abstergere*; *conglutinare* vel *illinere*; *effingere* seu *imprimere*; *abradere demensum*; *purgare* seu *expiare*; & inde ἀπόμαγμα similiter *spongia*; *strigmentum*; *res ad conglutinandum* aut *illinendum apta*; vel quæ *effingitur*; *lustratio* denique, seu *purgatio*. Unde voce ἐναπομάττεσθαι usus est haud semel Chrysostomus, modo pro rem aliquam in animo *imprimere*, ut Homil. XXVII. Tom. VI. ed. Savil. p. 226. καὶ ἤθη, καὶ ῥήματα γυναικεῖα εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐναποματτόμενοι ψυχὴν, *mores & verba mulierum in animo suo imprimentes*; pro *abstergere* autem, Serm. XXXV. in Lazarum T. V. pag. 228. τῶν ῥινῶν ῥέως συνεχῶς ἐναπομασσόμενοι, *narium profluvium continuo abstergentes*. Frustra se torget, nimis tenens abstergendi notionē.

V. 15. Ἰχθυβολῆες ἁλίπλοοι] Sic ἰχθυβόλῳ μηχανᾷ de Neptuni *tridente* dixit Æschylus Sept. Theb. v. 134. Ut vero ἁλίπλοοι dicuntur hic *piscatores*, ita etiam *nautæ* apud Apollonium Rhod. l. III. v. 1328. μέγα λαῖφος ἁλίπλοοι ἐστείλαντο, *magnum velum nautæ dimittunt*.

V. 16. Πρώτῃσι λέγεσθαι] Non de Urbium solum inter se, unius nempe aut diversarum quandoque Regionum, & qua de re nos accurate alibi, sed integrorum quoque Populorum *primatu* sæpe olim actum, ac ratio ejusdem habita legitur. Hinc de servato ordine Urbium aut Populorum Græciæ, qui fortiter contra Persas pugnaverant ad Platæas, & quorum nomina incisa erant in signo Jovis ab iisdem Populis dedicato in Olympia, videri potest Pausanias l. V. p. 332. &c. Ut notas mittam Atheniensium, & Lacedæmoniorum, potissimarum quondam Græciæ gentium, de illo Primatu contentiones, & quorum postremos non cum Græcis solum reliquis, sed & cum Macedonum Regibus perpetuo περὶ πρωτείων decertasse tradit Strabo l. VIII. p. 365. Sed de his πρωτείοις seu *primatibus* Urbium aut Populorum, & qua prærogativæ laude illas subinde in antiquis eorum nummis ornari cernimus, nunc agendi non est locus. Id unum hic notandum, quod Insulæ *Delo*, præ aliis nempe Insulis, *primatum* hic tribuat Callimachus, ob Latonæ in ea, de quo pluribus infra, puerperium, ac editum ibi sacratumque primo Apollinem; quodque illa Insula ideo in peculiari hujus Dei tutela haberetur; ac inde, uti jam ante vidimus, pluribus prærogativis ornata fuerit eadem Delus, quod testatur etiam Strabo l. X. p. 485. Τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς, ἀπὸ τῶν χρονικῶν (MSS. ἡρωϊκῶν) ἐξαρμένη, *antiquitus in magno fuit hæc Insula honore propter Deos* (Apollinem nempe ac Dianam) *jam a Saturni* (seu *Heroicis temporibus*) *exaltata*; perhiberi enim, ut addit, Latonam partus doloribus solutam, ibi Apollinem ac

Dia-

Dianam in lucem edidisse. Quo spectant insuper ea, quæ mox tradit de insigni hujus Insulæ celebritate, eaque aucta, maxime post eversam a Romanis Corinthum, mercatoribus undique eo adlectis immunitate Templi ac Portus opportuno ex Italia & Græcia in Asiam navigantibus situ, de quo etiam Maro l. III. Æn. v. 80. *hæc fessos tuto placidissima Portu, Accipit*; ac præterea e solemnibus in eadem conventibus, qui ἐμπορικὸν quid haberent. Restaurata vero a Romanis Corintho, subdit idem Geographus, Athenienses Insula potitos, sacra simul & mercaturam diligenter in eadem procurasse. Quibus etiam consona quæ apud Pausaniam de eadem Delo itidem leguntur, quam tradit l. III. p. 207. olim totius Græciæ Emporium exstitisse, alibi nempe lib. VIII. 209. τὸ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπόριον, *commune Græcorum Emporium* itidem vocat. Immo, quod de eadem ut totius Orbis Emporio, ait de ære agens, quod in Delo præstantissimum proveniebat, Plinius l. XXXIV. c. 11. *antiquissima æris gloria Deliaco fuit*, MERCATUS IN DELO CONCELEBRANTE TOTO ORBE. Quæ singula egregie illustrat præclarum & antiquum marmor *Deliacum*, ex eadem nempe Insula ante annos haud ita multos advectum, cujus inscriptionem, quamquam quibusdam in locis mutilam, vulgarunt viri bene de his antiquitatibus meriti, Sponius Miscell. p. 343. & Wehlerus Itiner. Anglic. edit. p. 54. Complectitur vero illa *Psephisma* seu Decretum profectum a *Synodo* sive conventu *Mercatorum* & *Nauclerorum in Delo*, in honorem cujusdam Dorothei; ac ubi in fine inscribitur hinc Δῆμος Ἀθηναίων, *Populus Athenienſium*, qui ratum nempe illud habuit, quique habitabat, ut aliunde notum, ac vere ibi monuit Cl. Sponius, in Delo; illinc ἡ Σύνοδος τῶν Τυρίων Ἐμπόρων καὶ Ναυκλήρων, *Synodus Tyriorum Mercatorum & Nauclerorum*. Quæ tamen decora amisit eadem Insula, dum postea misere a Mithridatis ducibus vastata, urbeque solo æquata, ut tradit itidem Strabo l. X. p. 486. & Pausanias l. III. p. 207, ea sub Romanorum primo, postea Athenienſium potestate, deserta ferme ac inops deinceps remansit; adeo, ut de ea suo jam ævo nullo loco habita, dixerit Tertullianus de Pallio c. 11. *cum inter Insulas* NULLA JAM DELOS; *arena Samos*.

V. 17. ὀπωσότ ἐς Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τηθὺν Τηθύν] Haud magnopere hic verti censeo, ut vel recepta in Callimacho lectio retineatur, ὀπωσότε, aut vero ut cum eruditissimo Tanaq. Fabro legatur ὄπωσσ' pro ὀπωσσαι. Neque enim prius illud sensu carere, si locus recte attendatur, existimo. *Titanis* autem dicta hic *Tethys*, sicuti ab Ovidio Fast. l. V. v. 81.

Duxerat Oceanus, quoniam Titania, Tethyn.

Quod eadem juxta *Oceanum*, fratrem nempe simul & conjugem, hic commemoratum, e Cœlo ac Tellure genita, præter Hesiodum a Platone præterea dicatur in Timæo: *Titanes* autem dicti fuerint Cœlo ac Tellure sati, ut apud Æschylum Prom. v. 205.

Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα,
Titanas Cœli & Telluris liberos.

Unde Τιτηνίδα eandem *Tethyn* dixit etiam Lycophro p. 46.

Γαΐαν ξύνευνον Ὠκεανοῦ Τιτηνίδα,

Annum

Anum Titanidem, Oceani conjugem,

ubi consuli potest Tzetzes; & sicuti insuper inter Titanas feminas *Tethys* juxta Rheam, Themim &c. a Diodoro adnumeratur l. v. p. 334. Hinc Τιτανὶς appellata itidem *Themis* apud dictum modo Tragicum Prom. v. 873. & alibi juxta eundem, Phœbe Τιτανὶς, ἄλλη παῖς Χθονὸς, *Titanis alia Telluris filia.* Eumen. v. 6. & quomodo Τιτηνὶς Μήνη, *Titanis Luna*, quæ eadem cum *Phœbe* legitur apud Apollonium Rhod. l. IV. v. 54. Quamquam *Tethyn*, non pro *Telluris* filia, sed pro *Tellure* ipsa, ac inde etiam Τηθεὼ, quasi *Nutricem*, h. e. Τήθην, dictam observent veteres Critici ad Homeri Iliad. Σ. v. 201. Quam notat etiam, sicut alteram ejusdem vocis, eamque magis obviam (& de qua supra ad v. 44. Hym. in Dian.) pro *Oceano* ipso seu *mari* significationem, ad eundem Poetæ locum Eustathius p. 978. Τηθὺν τὴν κοινὴν τροφὸν Γῆν, dein αὕτη καὶ ὁ Ὠκεανὸς, *Tethyn communem Nutricem Terram* &c. *ipsa etiam Oceanus*, & quomodo de *extremo mari* dixit Orpheus seu Onomacritus Argon. v. 333. καὶ Τηθύος ἔσχατον ὕδωρ. Verum quid per hanc *Tethyn* intellexerint prisci naturæ consulti, aut ut eos subinde veteres vocant, οἱ θεολόγοι, omnium optime docebit Proclus l. v. in Timæum, ubi varias refert de eadem opiniones, ac inter alia p. 293. Τὴν δὲ ΤΗΘΥΝ, οἱ μὲν τὴν ὑγρὰν αὐτὴν οὐσίαν φάσιν· οἱ δὲ τὴν πολυμετάβολον φύσιν· οἱ τὴν τοῦ παντὸς εὐθυμοσύνην· ὁ δὲ θεῖος Ἰάμβλιχος, ποιητικὴν διάθεσιν εἶναι αὐτὴν, τὴν ἐν τῷ ἐνεργεῖν δραστήριον ὑποτίθεται κατάστασιν. TETHYN *autem quidam dicunt esse ipsam humidam naturam; alii vero naturam plurimum mutabilem; nonnulli universi concinnam ordinationem: divinus autem Jamblichus supponit esse illam effectricem dispositionem*, seu *in operando promptam ac efficacem constitutionem.* Quibus addit in sequentibus, unde dicta sit eadem TETHYS, nempe juxta traditam a Platone in Cratylo ejusdem vocis, quamquam parum probabilem originem, ac ejus præterea ab Oceano discrimen, τοῦ οὖν Ὠκεανοῦ πᾶσαν κίνησιν γεννῶντος ἀθρόως θείαν, νοερὰν, ψυχικὴν, φυσικὴν· ἡ ΤΗΘΥΣ οὖσα διακριτικὴ τῶν κινήσεων τῶν ἔνδον καὶ τῶν ἔξω, καλεῖται Τηθὺς διαττῶσα καὶ διηθοῦσα τὰς ὑλικὰς ἀΰλων κινήσεων, *quum vero Oceanus omnem motum gignat promiscue, divinum, intelligibilem, animalem, naturalem*, TETHYS *autem ea sit, quæ discernit motus internos & externos, ideo inde etiam dicta, quasi percribans & percolans materiales motus ab immaterialibus.* Quæ loca ideo obiter hic adscribere non piguit, ut vel inde eorundem Platonicorum in explicandis veterum Poetarum θεολογουμένοις multiplex varietas aut etiam ἀπορία elucescat. Hic vero, ut id postremo addam, circa eandem *Tethyn* & *Oceanum* congregari Insulas, & Chorum agere fingit Callimachus, tanquam filias nempe circa patrem Oceanum ac matrem, uti ab Homero vocatur, Tethyn; & quibus conjugibus, *Mare* simul ac *Terram* designari modo diximus.

ἔξαρχος ὁδεύει] Nempe in Insularum circa Oceanum & Tethyn Choro dux ejusdem dicitur hic *Delus*, seu, ut vulgo Græci, κορυφαῖος. Notum enim cum ἄρχειν, ἄρχεσθαι, tum composita ἐξάρχειν, κατάρχεσθαι, dici de iis, qui in veterum sacris & choreis primi canendo aut saltando

tando etiam, juxta Aristarchum apud Athenæum l. IV. p. 180. auspicium reliquis faciebant. Ita ἔξαρχος Βρόμιος *Chori Dux* seu *præsultor* Bacchus, dictus ab Euripide Bacch. v. 141. & ἐξάρξω μολπᾶν *exordiar cantilenam*, Troad. v. 148. Apud Sophoclem Antigon. v. 160. Βακχεῖος ἀρχοι, h. e. juxta Criticos ibidem, ἀρχοι τῆς χορείας, *Bacchus Choream incipiat*. Sic apud Pausaniam l. V. p. 322. Ἀπόλλων ἐξάρχων τῆς ᾠδῆς, *cantu præeunte Apolline*, & apud Pindarum Nem. Od. II. p. 344. ἀδὸ μελεῖ δὲ ἐξάρχετε φωνῇ, *suavisona autem auspicamini voce*. Quo sensu κατάρχομαι adhibuit etiam haud semel Euripides, ut Hecub. v. 684. κατάρχομαι Νόμων Βακχείων, *incipio Nomos Bacchicos*, & alibi Andromach. v. 1199. Qui vero *primatus* hic inter Insulas Delo tribuitur, ad ea, quæ ad vers. 1. & 16. diximus de ejusdem Insulæ celebritate, & magna olim loci religione, referri unice debet.

V. 19. Φοίνισσα μεθ' ἵππιος Κύρνος ὀπηδεῖ] Mirum inter Insulas maris mediterranei secundum *Corsicæ* locum hic tribui, qui nec magnitudinis, nec fertilitatis, aut aliorum decorum intuitu, ei videbatur competere, præ Sicilia utique, Creta, Cypro, & vicina eidem, quæ mox sequitur, Sardinia. Unde eadem etiam *Corsica* in sextum demum locum, magnitudinem Insulæ quod spectat, post Sardiniam nempe, Siciliam, Cretam, Cyprum, Eubœam, a Scylace rejicitur in fine Peripli, ubi in μεγέθη Νήσων, *magnitudines Insularum* tangit, & a Diodoro similiter lib. V. p. 297: ab Appiano autem in Syriacis p. 3. in octavum demum locum, post Rhodum nempe adhuc ac Lesbum, præter memoratas modo Insulas. Quum alioquin eadem tertio loco post Siciliam & Sardiniam collocetur, cum a Strabone l. II. p. 123, tum in versibus, qui ex Alexico (forte Alexide) Comico a Constantino Imp. referuntur Imp. Orient. l. II, & Eustathio in Dionysium p. 83. Et quamquam idem Diodorus, ubi de hac agit *Corsica* l. V. p. 295, eam a proventu resinæ, ceræ, mellis, & buxi, ac præterea a justitia & humanitate incolarum, præ aliis barbaris populis commendet; haud eo minus illa a Strabone l. V. p. 224. & a Seneca in eam relegato Consol. ad Helv. cap VI. ob cœli inclementiam, soli asperitatem, rerum ad vitam sustentandam penuriam ac feritatem incolarum, traducitur; eaque inde etiam *terribilis*, *barbara* & *horrida* appellari meruit in Catalectis veterum Poetarum ab illustri Scaligero vulgatis l. I. p. 198. Ut mittam, quod de eadem Insula tradit Procopius Bell. Got. l. IV. cap. XXIV. in Corsica, quæ Κύρνος olim dicta, νάνες seu *pusillos* homines, & armenta equorum paullo grandiora ovibus dari. A quibus nempe recedit hic Callimachus, qui primum eidem *Corsicæ*, post sacram, & quam laudandam hoc Hymno susceperat, *Delum*, locum continuo tribuit; eamque, ut addit, ἐκ ὀνοτὴν, *non vituperandam* indigitat. Qua occasione illustrandus ac emendandus Theophrasti de eadem Insula locus, male hactenus a librariis ac ab interpretibus acceptus. Exstat ille H. Pl. lib. V. cap. IX, ubi postquam arborum ad fabricandas naves magnitudine ac pulcritudine, nullo loco, quod iis alioquin supra reliquam Italiam excellebat, habendum præ Corsica Latium dixisset, addit ΚΥΡΝΟΝ μὲν ἔν, εἴτε ἀλλὰ ΤΗΝ ΟΝΗΣΙΝ, εἴτε καὶ

τὸ

τὸ ἔδαφος, καὶ τὸν ἀέρα πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων, CORSICA *quidem, seu ratione* UTILITATIS, *seu etiam ratione soli & aeris, locis plurimum cæteris præcellit.* Ibi enim in prioribus verbis perperam hactenus διὰ τὴν ἄνεσιν, seu juxta Gazam, *ratione laxationis*, nullo equidem idoneo sensu legitur & explicatur, maxime ubi densam & confertissimam, præstantissimis id genus arboribus hanc Insulam, & e quibus navim quinquaginta velis instructam a Romanis fabricatam tradidisset, quibus hæc, quæ modo adtuli, verba continuo subdit præclarus Auctor. Hæc autem, ut eadem emendavi, cum proxime accedunt ad editam ibi vocem, quamquam diversissimo utriusque sensu, ὄνησιν pro ἄνεσιν; tum hunc Callimachi locum egregie illustrant, ac inde etiam lucem mutuantur, Κύρνος ὀπηδεῖ ἐκ ONOTH, *Corsica sequitur, haud vituperanda.* Unde insuper abunde refellitur τῷ πάνυ Jul. Scaligeri ad eundem Theophrasti locum animadversio, ubi ἐν τῇ Κυρσικῇ, pro ἐν τῇ Κύρνῳ legendum credidit; quasi nempe pro Κύρνῳ vulgo a Græcis, ab indigenis autem seu a Pœnis, uti ea de re mox, Κορσις vel Κορσικη, & inde a Romanis *Corsica* sit appellata. Qua de re proinde, seu diversis adeo de eadem Insula veterum narrationibus, haud aliud statuendum occurrit; nisi non videri omnem Diodoro, Insula quippe haud valde remota oriundo, ac unde ei *Siculi* nomen, fidem abrogandam, dum Corsicæ bona prædicat; neque etiam mirum si ab Auctore longius dissito, qualis hic Cyrenæus vates, & qui Alexandriæ floruit, ac post gravissimum Auctorem Theophrastum, qui eadem ferme ætate (is paucis enim annis, antequam floruit sub Philadelpho Callimachus, decesserat) idem de illa judicium tulit, magna quoque de eadem, & si ei parum alioquin nota, quod Sardiniæ etiam aliisque remotioribus Insulis contigit, opinio foveretur. Cur autem Φοίνισσα seu *Phœnicia* dicatur hic eadem *Corsica*, docebit ὁ πάνυ Bochartus de Colon. Phœn. l. 1. c. XXXVI. ubi ex Herodoto, Polybio, Floro, aliisque Scriptoribus; a Pœnis eandem Insulam, haud minus ac vicinam Sardiniam, olim inhabitatam; utraque etiam Græca illius Insulæ nomina, Phœniciæ esse originis observat, Κύρνον nempe seu Κύρνος a קרנות *Keranoth*, multis nempe promontoriis, ut de ea Auctores, angulosa; κορσὶς autem eadem חורשי *Chorsi*, quasi *sylvosa*, sicuti de eadem Insula veteres itidem sunt locuti. Certe a *Libyæ inquilinis*, ὑπὸ τῶν Λιβύων, h. e. a Poenis, dictam eandem Insulam Κορσικην *Corsicam*, tradit Pausanias l. x. p. 639. Quo præterea opportune referas, quod Κόρσεια apud eundem Auctorem l. x. p. 577. seu Κορσεῖαι, juxta Scylacem, dictum fuerit prope Thebas Bœotias, Phœniciæ, ut aliunde notum, originis, oppidum; illudque vicino luco seu sylva conspicuum, πολισμα ἐχι Κορσεία, seu Κορσεῖαι (ut istud jam e Scylace vidit ad eum locum Palmerius) ὑπὸ δὲ αὐτὸ δένδρων ἄλσος ἐκ ἡμέρων, πεῖνει τὸ πολὺ ἐισὶ, *oppidum est Corsea, infra quod lucus sylvestrium arborum, ilicum magna ex parte.* E quibus etiam, seu ob *Phœniciam* vel *Punicam* dictam hic *Corsicam*, abunde liquet, haud opus omnino cum viro docto, qui primus hunc Poetam Latine vertit & explanavit, statuere, Callimachum hic ad *Sardiniam* potius, de qua mox agitur, & quæ a Pœnis fuerit inhabitata, quam

quam ad *Corsicam* respexisse. Glossam vero, quæ hic in Scholiis legitur, merito explodit, dicto loco laudatus modo Bochartus, & quæ stare nullatenus potest, Κύρνου, ἡ νῦν Τύρου καλουμένη, *Corsica, quæ nunc Tyrus dicitur.* Adeo, ut pro Τύρου ibi Κορσὶς omnino legendum videatur: Κύρνον nempe a Callimacho dici, quæ postea, & eo quidem ævo, quo hæc Scholia fuerunt conscripta, Κορσὶς *Corsica* vocabatur. Quibus consona omnino dixerat Dionysius Perieget. v. 458.

ᾗ ἀπείρατον εἰν ἁλὶ ΚΥΡΝΟΣ,
Ἣν ῥά τε ΚΟΡΣΙΔΑ φῶτες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν,
& immensa in mari CYRNO,
Quam CORSICAM *viri indigenæ appellant.*

A sciolo proinde aliquo, qui Κύρνον a Callimacho Φοίνισσαν dici hic animadvertit, illud egregium glossema, Κύρνου, ἡ νῦν Τύρου, pro Κορσὶς, continuo profluxit.

V. 20. Μάκρις Ἀβαντιάς] *Eubœam* his duabus vocibus designari, indicant Scholia, quæ nota sunt & antiqua quidem illius Insulæ nomina, unde postremum quod adtinet, Εὔβοια, Ἀβαντὶς, retenta nempe simul prisca appellatione, Εὐβοΐης ἔντοσθεν Ἀβαντίδος, *intra Eubœam Abantida*, ab Apollonio dicitur l. IV. v. 1135, ab Homero autem Ἄβαντες appellati, neque aliter *Eubœenses*, prout observat Strabo l. X. p. 445. Μακρὶς vero nomen, post Trojæ excidium, ab *Abantibus* inditum eidem Insulæ, notant eruditi Apollonii Enarratores ad l. IV. v. 1175. ubi nempe Μακρίδης appellatione, eandem ibi a Poeta statuunt designari. Id autem hæsisse *Eubœæ* nomen, non a *Macride* Nympha & Aristæi filia, Bacchi juxta eundem Apollonium, qui paullo ante ejus rei meminerat (nempe v. 1133. &c.) non autem Junonis, ut ad Stephanum tamen notat doctissimus Holstenius, Nutrice, sed ab ejus *longitudine*, præter antiquos Geographos, aperte etiam innuunt Comici verba, ubi ille de eadem ait Νεφελ. p. 135.

Ἠδὴ παρατέταται ΜΑΚΡΑ πόρρω πάνυ,
Ecce valde longe protenditur, seu *in multam longitudinem.*

Tertia autem hic inter Insulas, & post *Corsicam* quidem ac *Lesbum* collocatur; in antiquis autem Poetæ versibus ab Eustathio, de quibus supra adductis p. 83. quinta itidem, ante Cyprum scilicet & Lesbum, refertur. Occurrunt vero, ut obiter hoc addere liceat, antiqua illius Insulæ numismata, tum apud Goltzium, tum in hac Electorali Gaza, cum bovino capite, quæ & nominis, Εὐβοίας nempe, originem abunde arguunt, non ab Jo quidem in vaccam conversa, & Epaphum eo scilicet in tractu enixa, sed a frequentibus in eadem Insula pascuis. Inde etiam illa non ἀργιβόσιος solum a *bobus albis* dicta legitur apud Ælianum de Animal. XII. l. c. XXXVI. Sed cum Βωμὼ apud Hesychium eadem Μάκρις seu *Eubœa* appellatur, a voce Arabica *bohmo*, quæ *pecudes* notat, tum *Abantes* Eubœenses, a voce אבן *abas saginare* denominati, juxta doctissimum Bochartum de Col. Phœn. l. I. c. XIII.

V. 21. Σαρδὼ δ' ἱμερόεσσα] Quarto demum loco occurrit hic *Sardinia*, & quidem post Corsicam, quæ tamen cum magnitudine, tum fre-

frequentia hominum, & fructuum proventu, non eadem Corsica solum præstantior fuit olim habita; sed quæ tanquam Insularum, Maris scilicet interni, *maxima* ab Herodoto dicitur l. v. c. CVI. a Scylace itidem in Periplo, ac a Timæo etiam apud Strabonem l. XIV. p. 654. ubi prima, & ante Siciliam quidem, inter septem maximas Maris interni Insulas recensetur; ab aliis autem, ut Diodoro l. v. p. 297. Strabone l. II. p. 123. Martiano Heracleota, seu verius Scymno Chio in Periegesi, melius quippe edoctis, secunda demum post Siciliam collocatur. Neque mirum continuo videri debuit, cur ἱμερόεσσα seu *amœna* hic a Cyrenæo vate dicatur eadem *Sardinia*, quum tamen in eam Insulam missi fuerint a Romanis exules, aut quasi inde illa ejusdem cum infelicibus *Gyaris* conditionis haberi meruerit, scilicet de quibus Juvenalis Satyr. I. X. v. 170.

Ut Gyara clausus scopulis parvaque Seripho.

Neque enim una erat relegatorum in Insulas aut deportatorum, ut e libris Jurisconsultorum D. de Interd. & Releg. aliisque Romanis Auctoribus satis notum, ratio; neque unius etiam sortis aut conditionis Insulæ, in quas iidem relegati aut deportati mittebantur. Hinc Judæis Roma sub Tiberio pulsis, ex iis quatuor millia, delectu a Consulibus habito, in *Sardiniam*, sed ad militandum, missa, teste Josepho Αρχ. l. XVIII. c. V. seu *per speciem sacramenti*, ut ea de re Suetonius in Tiber. c. XXXVI. Neque certe cum *brevibus Gyaris*, ut de eodem loco alibi Satyricus, conferri debuit *Sardinia*; e quibus prior illa Insula e vico exiguo, eoque inopi adeo, constitisse a Strabone traditur l. x. p. 485, ut CL. denariorum tributi diminutionem a Romanis, cum ægre centum posset persolvere, petere fuerit coacta: *Sardinia* autem uti jam diximus, magnitudo, frequentia incolarum, fertilitas, a præstantissimis Scriptoribus, Polybio l. I. p. 79. Pausania l. IV. p. 260. l. VII. p. 428. & l. X. p. 638, aliisque, passim commendari, immo juxta Siciliam, *urbis Romæ nutrix*, sicuti a Valerio Max. l. VII. c. VI. dici meruit; ac similiter utraque Insula *Romana horrea complere* apud Lucanum, cujus ea de re locum jam adtulit Frischlinus. Unde etiam ab uno e filiis Herculis *Sardo*, occupatam ac denominatam eandem Insulam tradidere, seu, ut id a Strabone memoratur l. v. p. 225, ab Jolao, aliquot ex Herculis liberis in Sardiniam delatos, qui eam cum inquilinis illius Insulæ inhabitarunt. Quo referas proinde id, quod apud Aristotelem Phys. l. IV. c. XII. legitur de iis, qui ἐν Σαρδοῖ καθεύδειν παρὰ τοῖς Ἥρωσι, *in Sardinia apud Heroas dormire dicebantur*; ac inde apud Græcos ejus Interpretes Themistium p. 45, & Simplicium p. 167. ed. Græc. quorum ille fusius rem explicat, novem nempe Herculis filiorum, quos ex Thespiæ filiabus susceperat, corpora integra & sine putredine in eadem Insula, quasi dormire viderentur, adservata: qui nempe Herculis filii essent Heroes illius Insulæ, apud quos more receptum foret, ut somniorum aut alterius utilitatis ergo multi longissimos somnos caperent. Quamquam, ut hoc addam, non *Sardiniam* quidem, sed *Corsicam* ab Herculis liberis inhabitatam tradat Aristides Hym. in Herculem p. 76.

Ibid. ἣν ἐπανήξατο Κύπρις] Quod tum de *Cytheris* Insula, cum viro docto ad hunc locum, quam de *Cypro* potest intelligi; quum utrique illi Insulæ, *Veneris* Natales, seu e mari primus in unam e duabus appulsus, vulgo tribui soleant: inde vero Κυθερείης & Κύπριδος vel Κυπρογενείας indita eidem promiscue nomina; & hinc utraque Insula Veneri sacra etiam fuerit habita. De Insula tamen Κύθηρα dicta, non de urbe Cypri cognomine, intelligenda esse cum viris doctis illa, quæ de Insula primo Veneris in eadem ortu nobilitata, Hesiodus aut alii Poetæ fabulantur, abunde liquet, cum, ut alia mittam, e Diodoro dicente l. v. p. 344. Venerem commorari solitam circa Erycem Siciliæ, Τῶν δὲ Νήσων, περὶ Κύθηρα, καὶ Πάφον τῆς Κύπρου, ex *Insulis autem, circa Cythera, & Paphum Cypri*; ac præterea e Pausania, qui l. III. p. 207. Veneris Uraniæ Templum apud *Cythera* Insulam, omnium, quæ apud Græcos Veneri dicata sunt, sanctum maxime ac vetustissimum extare observat. Ut mittam Latinos Poetas, Ovidium Epist. VII. v. 60.

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis;

& Martialem l. II. Epigr. XLVIII.

Levior, o conchis, Galle, Cytheriacis.

Unde etiam apud Maronem Æn. X. v. 51. *excelsa mihi Paphus, alta Cythera*, postrema verba, non utique de urbe Cypri, quod a Meursio in Cypro p. 35. aliisque e recentioribus factum, *sed de insula contra Laconicam Veneri consecrata*, explicat Servius. Quibus adde Posidippi Epigramma ineditum,

Η ΚΥΠΡΟΝ, ἤτε ΚΥΘΗΡΑ, ἢ ἀ Μίλητον ἐσοιχνεῖς,
Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον,
Quæ in CYPRUM, *aut vero in* CYTHERA, *aut quæ Miletum tendis*;
Aut pulchrum Syriæ equis perstrepentis solum.

De *Cypro* vero, in quam concha vel spuma marina, Zephyro spirante, fuerit primum delata, seu quod hic dicitur, *adnataverit*, indeque etiam nomen illud *Cypridis*, nacta hæc Dea, videri potest, Hymnus in eandem, qui Homeri cum aliis nomen præfert, tum præter alios Lucanus l. VIII. p. 458.

Undæ diva memor Paphiæ, si Numina nasci
Credimus, aut quemquam fas est cœpisse Deorum.

Conjunxit utrumque Martialis l. VIII. Ep. LV, ubi *Cythereia Cypros*, de Insula nempe *Cypro* dicitur, quæ ob solemnem Veneris in eadem cultum, a *Cytherea* Venere scilicet *Cytheris* orta, & Cypriorum alioquin Dea, utramque illam appellationem meruit. Neque tamen dubium quin de Cypro, ceu inter nobiles olim Insulas, juxta alias hic commemoratas, Corsicam, Sardiniam, Eubœam commemorari solita, & in quam Venus fertur adnatasse, sit hic Poetæ sermo.

V. 22. Ἐξ ὕδατος τὸ πρῶτα] Cujus etiam Veneris Ἀναδυομένης, seu e mari primum emergentis, & quidem, ut de ea Statius Sylv. l. I. c. II. *concha considentis*, & cujusmodi in Templo Neptuni in Isthmo signum exstitisse, tradit Pausanias l. II. p. 87. prostant etiamnum simulacra in pri-

priscis nummis & marmoribus. Tale præter alia exhibet MSS. Pighianum Electoralis hujus Bibliothecæ, ubi Venus nuda conchæ marinæ, quam duo barbati Tritones sustinent, insidens visitur; ab uno autem latere Cupido cum face, præter Nympham itidem nudam.

Ibid. σαοῖ δέ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων] Primum hic Interpretem redarguit Anna præstantissima, qui hæc reddit *illam servat pro scala nautica*; minus vero opportune, ut cum bona ejus venia hoc dicam, Vulcanium, aut vero vertendum hic statuit, *servatque illam pro propugnaculo*, seu, *illi pro propugnaculo*. &c. Neque enim ea mens hujus loci, sed ea omnino, quod Insulam Cyprum, de qua hic agitur, servat ac protegit Venus, ejus nempe Σώτειρα & custos, idque in remunerationem primi ejus e mari in eam *exscensus* seu *appulsus*; & quod proinde commode expresserat Vulcanius, *gratique ascensus nomine servat*. Præter enim apertam, quam dixi, loci illius mentem, firmat eandem Apollonius, ubi vocem ἐπίβαθρα itidem adhibet l. 1. v. 421.

> Ἥν τοι τῆς δ' ἐπίβαθρα χάριν προτεθείμεθα νηὸς
> Πρωτίστην,
> *Quod pretium datæ ad conscendendum hujus navis tibi persolvimus Primum.*

Id enim proprie ἐπίβαθρον, quod ex Homero etiam Odyss. O. v. 448. & veterum ad eum Criticorum glossa, constare poterat, ἐπίβαθρον, μισθὸν ὅ ἐστι ναῦλον ἐπιβάσεως τῆς νεὼς, *pretium* nempe *conscensu* primum *navis*, sicuti hic apud Callimachum remuneratio primi e mari egressus seu exscensus in Insulam Cyprum. Ita ἐπιβάθρα, in singulari nempe feminini generis, subinde pro *loco exscensus* e navi in terram, ac inde pro *aditu* opportuno dicta, sicuti duobus apud Polybium locis, quæ inter ejus Fragmenta a Suida referuntur: ac similiter, ut hoc addam, apud Plutarchum in Demetrio pag. 892. ubi amico quodam Antigoni de Athenis dicente, eam urbem, ubi illa potitus foret, a Rege retinendam, ΕΠΙΒΑΘΡΑΝ τῆς Ἑλλάδος οὖσαν· οὐ προσέσχεν ὁ Ἀντίγονος, ἀλλ' ΕΠΙΒΑΘΡΑΝ μὲν, ἔφη, καλὴν καὶ ἀσάλευτον εἶναι τὴν εὔνοιαν, *quod ea esset in Græciam* EXSCENSUS seu *aditus* VIA, *non tamen adtendit Antigonus*, sed, VIAM AD *ejusmodi* EXSCENSUM *præclaram esse ac immotam civium benevolentiam*. Unde ἐπιβάθραι vulgo a Græcis dictæ, machinæ ad ascendendum in urbem obsessam, ut nominatim, quod viderunt jam alii, a Vitruvio, ubi Athenæi τοῦ Μηχανηγράφου locum de machinis reddit lib. x. cap. xix; ἐπιβάθραν, quam Diades, præter alias obsidionales machinas a se repertam tradiderat, explicat, *adscendentem machinam, qua ad murum plano pede transitus esse posset*; & circa finem ejusdem capitis, *de accessu*, seu ut legendum credidit Lipsius, suffragantibus eidem viris doctis, *de ascensu qui ἐπιβάθρα Græce dicitur*. Etsi ut obiter hoc addam, *accessus* vocem ibi apud Vitruvium non continuo abjiciendam putem; tum quod vox ἐπιβάθρα non tam *ascensum*, quam ut ille paullo ante eam vocem reddit, *adscendentem machinam* notet; tum quod Græci similiter προσαγωγὴν & προσαγωγὰς dixerunt, seu *accessum*, de oppugnatoriis machinis, quibus in muros scandebatur, uti inter alia vi-

dere licet apud Philonem Βελοποιϊκ. pag. 98. Quo ſenſu etiam eadem vox ἐπιβάθρα ſubinde legitur apud editos noviſſime, juxta hunc Philonem, e Typographia Gallorum Regia alios inſuper de machinis ſeu Poliorceticon ſcriptores Athenæum, Apollodorum, ac ubi idem ille Athenæi locus, quem a Vitruvio expreſſum viderant jam viri inſignes, Dan. Barbarus ac Turnebus, legitur, pag. 4. Exſtat vero alius pag. 6, unde quomodo fieret eadem ἐπιβάθρα, quod a Diade præteritum paullo ante dixerat Athenæus, eo loco, quem jam exſcripſerant viri illi præſtantes, & conjectando adſequi tentaverant Vitruvii enarratores, nunc demum diſcitur; nempe γίνεται δὲ καὶ ΕΠΙΒΑΘΡΑ σανίδος ἐφηλωθείσης τῇ προσφορῇ τοῦ κριοῦ, καὶ ἐπὶ ταύτης γίγνεται ἐκ τριτημορίων, δίκτυον πεπλεγμένον, ἔχον τὰς ὀπὰς παλαιστιαίας πρὸς ΤΟ ΡΑΔΙΩΣ ΑΝΑΒΑΙΝΕΙΝ ἐπὶ τὸ τεῖχος. *fiebat autem* ADSCENSUS *machina, adfixa ad projecturam arietis, & ſuper ea fiebat ex tertia parte reticulum intextum, quod habebat foramina palmæ magnitudine, per quod* FACILE ADSCENDI *poteſt in murum.* Hinc ab Apollodoro pag. 14. ejuſdem operis, inter machinas obſidionales, quæ ibi commemorantur, ἐπιβάθρα quoque legitur, & ubi cur ab interprete retenta ſit Græca vox *epibathra*, cum in ea Latine reddenda præiviſſet pridem, ut vidimus, Vitruvius, haud utique adſequor; uti itidem in explicandis Philonis verbis Βελοποιϊκῶν pag. 91. ubi, quid ab obſeſſis faciendum docet adverſus hoſtium machinas, arietes, καὶ τὰς ἐπιβάθρας, & *epibatras* redditur. Qui interpres rurſus alibi in eodem Auctore, ἐπιβάθρας per *pontes* & *ponticulos*, vertit, ut pag. 95. ἢ ἐπιβάθρας ἐπιθέντας, καταλάβωνταί τινα πύργον, *neve hoſtes injectis ponticulis in murum inſiliant*, & pag. 99. ἵνα δὴ μὴ ἐμπίπραται μήτε μηλανήματα, μήτε αἱ ΕΠΙΒΑΘΡΑΙ, μήτε αἱ χελῶναι, *porro ne machinæ, ne* PONTES, *neve teſtudines incendantur*, nempe ſicut haſce ἐπιβάθρας reddunt vulgo, juxta Arriani Interpretem, Camerarius, & ex eo H. Stephanus; ac διαβάθρων de *ponticulis* ſimiliter explicat idem Philonis interpres pag. 95, ubi craſſiora e lino retia utiliora fore dicit, πρὸς τοὺς κατὰ τὰς κλίμακας διὰ τῶν διαβάθρων ἐπὶ τὰ τείχη ἀναβαίνοντας, *adverſus eos, qui juxta ſcalas, per ponticulos aſcendunt in murum*, & in Apollodori Poliorcet. in eodem opere editis pag. 31. καὶ ἐὰν θέλωμεν καὶ κριοὺς εἶναι, καὶ τοὺς αὐτοὺς διαβάθραν, *ſi autem voluerimus eoſdem arietes eſſe, & pontis vicem implere.* Ita etiam ἐπιβατηρίους μηχανὰς, per *pontes*, ubi de Jotapatæ obſidione agitur, reddit vetus Joſephi interpres Αλωσ. lib. III. cap. IX. & X; ἐπιβάθρας autem per *ſcalas* lib. VII. cap. XXXVI. ubi de Romanis ad muros Hieroſolymitanos invadendos accinctis, ait, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν χωμάτων ἐφόδους ΤΑΙΣ ΕΠΙΒΑΘΡΑΙΣ νεφυρώσαντες, προσβολὴν ἐποίουν, ubi vetus interpres, *& aggeribus ſcalarum pontibus junctis muros adgrediebantur.* Qua ratione, ut hoc addam, *ſcalæ*, h. e. ἐπιβάθραι dictæ, ex emendatione τοῦ πάνυ Cujacii Leg. VII. Cod. de Aquæductu, ac inde etiamnum maritimi in Oriente deſtinati mercatorum commerciis portus, ſeu totidem opportuna eorum in illos *exſcenſus* loca. Quo ſenſu tamen, ut ad Callimachum redeam, ἀντ' ἐπιβάθρων, non hic adeo de *exſcenſus* loco e mari ſeu na-

vi

vi in terram, & quomodo ἀντ' ἐπιβάθρας, de hac Insula, nempe Cypro, dictum potius foret; sed de altera voce, uti supra innui est explicanda, quæ τὸ ἐπίβαθρον ab Homero, & in adducto apud Apollonium loco, numero plurium similiter, ἐπίβαθρα, immo alibi ab hoc ipso Callimacho, teste Etymologi Auctore in voce Δανάκης, & quod inter hujus Battiadæ Fragmenta suo loco comparet, ac ubi versu penultimo, pro νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον, *Acherontiæ*, hoc est, Charontis, *navis merces pro vectura*, δανάκης, ex emendatione magni Casauboni ad Theocritum dicitur, etsi paullo aliter legi eosdem versus norim a τῷ πάνυ Salmasio de usuris pag. 427. Ita Poetis, & ipsi Callimacho, familiari voce idem est hic usus; nempe σαοῖ δὲ μιν ἀντ' ἐπιβάθρων, *servet autem eam* (h. e. Cyprum Venus) *in remunerationem sui in eandem exscensus*, seu quod prima Deam, qua de re superiori versu, *ei adnatantem* exceperit. Unde postea illius Insulæ, quod supra jam monui, Σώτειρα exstiterit eadem Cypris; prout illa ΣΩΤΗΡ in veteri Inscriptione dicitur Grut. Thes. LIX. 1. seu CONSERVATRIX, quomodo Juno vocatur in antiquis nummis.

V. 24. Δῆλος Ἀπόλλωνι] *Delus* nempe, sicuti alioquin erant reliquiæ, de quibus egerat Insulæ, non erat muris aut turribus cincta ac munita, sed sola loci religione & Apollinis *Delii* (unde in antiquis nummis illius Insulæ, de quibus jam ante, & infra ad v. 269. ΔΗΛΙΟΣ adhuc hodie legitur) præsidio tuta ac secura habetur. Id aperte docet, Pausanias l. III. p. 207. Τῆς γὰρ ΔΗΛΟΥ τότε ἐμπορίης τοῖς Ἕλλησιν ὔσης, καὶ ἄδειαν τοῖς ἐργαζομένοις ΔΙΑ ΤΟΝ ΘΕΟΝ δοκούσης παρέχειν, *nam cum esset* DELUS *totius olim Græciæ emporium, eaque unius Dei* (*Delii* nempe *Apollinis*) *præsidio securitatem omnibus in eadem quæstum facientibus præstaret*, sicuti verti locus ille debuit, mox, ἅτε ὔσης ἀτειχίστου τῆς Δήλου, καὶ ὅπλα ἐκ πεπληθόντων ἀνδρῶν, *cum enim Delus foret sine muris, & arma non haberent incolæ &c.* Unde etiam liquet, cur discrimen illud inter dictas modo Insulas & *Delum*, hic tangit Callimachus: quod nempe illæ turribus seu propugnaculis adversus vim hostium vallatæ essent ac munitæ; *Delus* autem uno custodis ac defensoris *Apollinis* præsidio secura ageret. Quamquam Græcorum urbes ad mare ac in Insulis sitas, easque commerciis ditiores factas, contra vim prædonum fuisse a Minois temporibus paullatim muris cinctas, tradiderit Thucydides lib. I. p. 5. & 6. Idem tamen alibi, nempe lib. VIII, in narratione belli inter Athenienses ac Peloponnesios ad Insulas gesti, celebres dudum in iis, immo unde iisdem Insulis nomen ac decus, urbes, *Coon*, *Nidrum*, *Thasum*, & in vicino continenti Clazomenas, Cyzicum, Lampsacum &c. ἀτειχίστους eo tempore adhuc fuisse, ac muris tum primum vallari cœptas, ubi de iisdem locis agit, refert. Id proinde ut *Delo* peculiare notat adducto paullo ante loco, Pausanias; quod per tot secula una loci religione, seu Apollinis Delii præsidio, secura & ἀτείχιστος, idque Mithridatis adhuc ævo, exstitisset eadem Delus. Quam in rem dixerat jam ante Cicero Orat. pro Populo cap. XII. *Insula Delos parva*, SINE MURO *nihil timet*. Quod ipsum ut singularem aliisque inconcessam

ſam ſacræ illius Inſulæ prærogativam prædicat, itidem hoc loco Callimachus; ac prout Pindarus jam ante de ea ac Apolline dixerat, Olymp. Od. VI. Δάλε θεοδμήτε σκοπὸν, *Deli divinitus conditæ præſulem* ſeu *cuſtodem*. Idque, ut aliunde conſtat, quamquam aliis etiam Diis aut Deabus ſacra facerent in *Delo*, ac aræ & ſacella eſſent iis erecta; ſicuti Dianæ, quæ vulgo nata in ea juxta Apollinem (& qua de re infra ad v. 202. & 255.) ferebatur, Artemiſium dictum, cujus paullo ante ex Herodoto facta mentio l. IV. c. XXXV. & occurrit apud Clementem Protrept. p. 29. ac inde apud Cyrillum adv. Julianum l. X. p. 343. & de quo loco adhuc alibi. Immo unde ipſa etiam ΔΗΛΙΑΣ in antiquis Inſulæ illius nummis apud Goltzium, quod ante vidimus, dicta; & quo nomine inſuper Ceres, a cultu nempe ejus in eadem Delo, appellata apud Suidam legitur, in voce Δηλιάς, ni verius iſtud librariorum aut aliis Suidæ erratis ſit adnumerandum, & pro Δημήτηρ, Ἄρτεμις ſeu *Diana*, cui illud *Deliæ* nomen adhæſit non Cereri, ſit reponenda. Adde Venerem, de cujus antiquo in Delo ſimulacro v. 305. hujus Hymni traditur, ſicuti Lucinæ etiam apud Pauſaniam l. I. p. 31. & alibi; Herculem præterea, cui Sacellum *a Synodo Mercatorum Tyriorum* in Delo agentium dicatum, uti liquet ex Inſcr. Deliaca, de qua paullo ante, in Cl. Sponii Miſcell. p. 344. Immo unde Deliorum utriuſque ſexus Numinum mentio occurrit apud Ariſtophanem Θεσμοφ. p. 784. ubi cum Diis & Deabus Olympiis ac Pythiis preces fundere jubentur mulieres Legiferæ Deæ ſacris operantes, ac ut additur, ἠ τοῖς ΔΗΛΙΟΙΣ ἠ ταῖσι ΔΗΛΙΑΙΣΙ; & DELIIS *Diis ac Deabus*. Hinc etiam πολύδωμε, ſeu *multis aris ſacrata* invocatur infra v. 266. hæc *Delus*. Hanc eo minus tamen in peculiari *Apollinis* tutela, & cui præ aliis Diis conſecrata foret eadem *Delus*; patria quippe credita hujus Dei, ac de qua ante, κυροτρόφος, & a quo proinde *Apollonias*, ac *urbs Apollinis*, uti jam vidimus ad v. 2, appellari eadem meruit; ac prout de eodem Deo dixerat Comicus ead. pag. 784. & loco jam ante adducto, ΔΗΛΟΝ ὃς ἱερὸν ἔχεις, *qui ſacram* DELUM *obtines*, ſeu, quod vulgo apud Atticos notat, *ſervas, protegis*: quique etiam ſolus ab Ænea in eam Inſulam appulſo apud Maronem invocatur Æn. l. III. v. 85; aut propter quem denique adiri aut ſacris undique frequentari conſueverat eadem *Delus*. Adeo, ut præter alios Deos, Cuſtos *Deli* ac Propugnator hic dicatur idem *Apollo*, ſive qui eidem eſſet loco turrium, ac Deorum proinde, qui Thebarum θεοὶ πυργοφύλακες, *Dii turrium cuſtodes* dicuntur apud Æſchylum Sept. Theb. v. 174. Id quod continuo firmat Callimachus, dum nullum dari poſſe firmius hoc Deo vallum contendit: muros quippe ac turres, vi & impulſu ventorum poſſe continuo dejici & proſterni: *Delum* vero ait immotam perpetuo & inconcuſſam permanere, ac proinde firmum illud eſſe & turribus ſeu machinis quibuſcunque validius ac diuturnius Deli propugnaculum. Unde etiam non mœnium aut turrium, quibus tamen cinctæ ac munitæ erant Thebæ, ſed uno Deorum præſidio, urbem ſe inhabitare indomitam dicunt Thebanæ mulieres in eodem Æſchyli dramate v. 239.

Διὰ

Διὰ θεῶν πόλιν νεμόμεθ' ἀδάμαστον,

Deorum ope urbem incolimus indomitam;

ac ubi similiter διὰ θεῶν, quod διὰ θεοῦ, de uno nempe custode aut defensore Apolline dixerat, loco paullo ante adducto, Pausanias, ut hic etiam tradit Callimachus. Hinc celebre Apollinis Delii Fanum in hac Insula, cujus meminit agens de Delo Dicæarchus p. 181. *νέως τ' Ἀπόλλωνος*, & intra quod ipsius Dianæ, quæ in eodem nata vulgo ferebatur, ædes seu sacellum, ut docet dicto jam loco Clemens, continebatur. Ut præterea hic mittam, quæ sequutis mox Callimachum ætatibus, de misere vastata hac Delo, idque inde, quod esset *ἀτείχιστος*, & omni armatorum præsidio vacua, refert idem Pausanias: & qua de re jam ante obiter ad v. 16. ac paullo post adhuc dicetur. Immo unde postea factum, juxta eundem Pausaniam l. VIII. p. 509, ut celebre illud *Delii* ipsius *Apollinis* fanum, non hujus quidem Dei, quod hic dicitur, sed uno Atheniensium præsidio servaretur, *ἡ Δῆλος δὲ ἀφέλοντι τοὺς ἀφικνομένους παρ' Ἀθηναίων ἐς* ΤΟΥ ΙΕΡΟΥ ΤΗΝ ΦΡΟΥΡΑΝ, *Δηλίων γε εἵνεκα, ἔρημός ἐστιν ἀνθρώπων*, *Delus autem, si demas ab Atheniensibus mitti solitos* AD TEMPLI CUSTODIAM, *& quidem in Deliorum gratiam, vacua est alioquin hominibus*, prout verti locus ille debuit. Nempe quomodo jam olim illud Delium, seu Apollinis in ea Insula fanum, fossa, aggeribus, vallis, turribus etiam & propugnaculis, ab Atheniensibus munitam tradit Thucydides lib. IV. p. 312; illud autem a Bœotis obsessum & captum Diodorus lib. XII. p. 120.

Ibid. *Τί δε στιβαρώτερον ἕρκος*] Notanda ominino præclara hujus Poetæ sententia, qua nullum ait dari posse urbibus, aut locis quibusvis, tutius ac validius, Dei benevolentia & præsidio, propugnaculum. Quo etiam spectant ea, quæ jam ad superiorem Hymnum, in antiquissimis nempe urbium monumentis adscripta subinde hujusce Apollinis, aut alterius etiam Dei, tanquam loci Præsidis, Custodis, ac Tutatoris elogia retuli; sicut ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΩΤΗΡ, vel APOLLO CONSERVATOR, SALUTARIS PROPUGNATOR; quomodo primum præferunt veteres *Lapitharum* in Thessalia nummi, quales exstant in Electorali hoc Cimeliarchio; hæc autem in Romanis occurrunt id genus monumentis. Murus proinde seu *vallum* Deli firmissimum, immo *quo nullum aliud firmius*, *Delius* hic *Apollo* dicitur. Verus proinde & unicus *πόλεως* seu Insulæ *πρόμαχος*, *urbis propugnator*, ut de Thebarum defensore dicitur apud Æschylum Sept. Theb. v. 424. Haud aliter nempe ac potiori quidem jure, Deus Ecclesiæ suæ *murus igneus in circuitu* vocatur Zachar. II. 5; aut a cœlesti sponsa dicitur Cantic. VIII. 10. *Ego* MURUS, *& ubera mea sicut* TURRES. Adde ab hoc loco præterea haud alienum illud Balbi apud Tullium circa finem l. III. de Natura Deorum, *diligentiusque urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis.* Unde impietatis & vesaniæ pœnas mox luit apud Tragicos veteres, impius ille & væcors e septem adversus Thebas Ducibus, qui juxta Æschyli ea de re verba, Diis etiam invitis, & spretis Jovis ignibus, urbem continuo se expugnaturum minatur, Sept. Theb. v. 432. &c.

Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεινά, ἃ μὴ κρήνοι τύχη.
Θεῦ τε γὰρ θέλοντος, ἀμπέρσειν πολιν,
Καὶ μὴ θέλοντος, φησίν, ἀδὲ τὴν ΔΙΟΣ
Ἔριν πέδῳ σκήψασαν, ἀμπολῶν ἀρέθειν.
Turribus minatur atrocia, quæ non perficiant fata.
Nam, Deo volente, se eversurum urbem,
Et non volente, ait, neque Jovis
Iram in solum irruentem (seu fulmen) *id ullatenus impediturum.*

V. 25. ὥσαι ῥιπῆς τε πέσοιεν Στρυμονίης Βορέαο] Muros nempe urbium firmissimos ac turres, magno ventorum impetu dirui posse ac everti, dicit hic Callimachus, quo nempe invalidum in iis ac infirmum reponi præsidium continuo argueret; longeque proinde securius ea loca agere, quæ in Dei, semper quippe, ut continuo ait, immoti, sicuti Delus in Apollinis tutela agerent. Ad illud autem, quod de dirutis ventorum seu procellarum impetu, muris aut turribus hic dicitur, spectat quod de eversa turri Babel a Sibylla traditum refert Josephus Αρχ. l. 1. c. v. πύργον ᾠκοδόμησαν τινὲς ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν ἐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτῦ· οἱ δὲ θεοὶ ΑΝΕΜΟΥΣ ἐπιτέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, *Turrim ædificaverunt quidam excelsissimam, quasi per eam ad cœlum adscensuri; Dii vero* VENTOS *immittentes, everterunt Turrim.* Talia autem constat in Insulis frequentes contingere, in quibus nempe nihil sit oppositum, quod appulsum ventorum impediat, ut tradit Theophrastus de Ventis p. 407; & qui alibi p. 413. validum imprimis circa Insulas Cnidum & Rhodum, non *Aquilonem* quidem, ut hoc loco, sed Africum spirare observat. Unde terræ motus, quibus toties concussæ leguntur Maris interni Insulæ, nihil aliud esse, quam ἀνέμους ὑπογείους, *subterraneos ventos*, monet Olympiodorus Meteorol. l. 11. p. 37.

V. 26. Στρυμονίης Βορέαο] Notum nempe Thraciam habitam olim *ventorum habitaculum*, ἀνέμων οἰκητήριον, ut ea de re loquuntur veteres Critici ad Apollonium l. 1. v. 820. Unde ἄνεμοι Θρηΐκιοι *venti Thracii*, ab eodem Poeta dicti eodem libro v. 953, & jam ante ab Æschylo Θρηΐκιος πνοὴ *Thracii flatus* Agam. v. 663. Hinc alibi in eodem dramate v. 200. πνοὴ ἀπὸ Στρυμόνος, *flatus a Strymone*, Thraciæ, ut aliunde notum fluvio juxta & freto similiter appellati. Quum autem ventorum tyrannicus sit & violentissimus motus, ut ea de re loquitur Olympiodorus Meteorol. l. 11. p. 37, id de *Aquilone* imprimis notum; unde e Thracia itidem orta, seu ab Æmo Thraciæ monte, *Aquilonis procella*, Βορέαο κατιδίξ, supra Hym. in Dianam v. 114. traditur. Hinc Theophrastus de Ventis p. 409. τὰ δὲ ὡσὶς Βόρραν κῆμα ὅλως καθήκειμα, ἐπισκιπῆ λέγω τοῦτο, πνευματωδέστερα, mox γίνονται δὲ κῆμ ἀὶ καταιγίδες ἐν τούτοις, *quæ vero loca Aquilonem spectant, & ab eo contecta sunt, ventis ideo solent infestari* &c. *fiunt vero procellæ in iis locis.* Ut proinde Βορέας σκληρὸς ἄνεμος, *Aquilo molestus ventus* dictus sit in versione seniorum Proverb. XXVII. 16. Unde etiam factum, ut sicut venti in genere, aris olim & sacris, sicut apud Persas, juxta Herodotum l. 1. c. CXXXI. & qui eundem inde describit, Strabonem l. XV. p. 732, aliasque gentes

fue-

fuerint culti, & templum Ventorum Antiochiæ a Vespasiano exstructum dicatur a Joanne Malala nuperrime edito p. 339; ita is honor nominatim ac solemniter Aquiloni Threjicio fuerit habitus. Quomodo inter alios Hymnos in Orphicis, legitur unus *Boreæ* inscriptus, & ubi idem compellatur,

Κρυμοπαγὴς Βορέα, χιονώδεως ἔλθ' ἀπὸ Θράκης,
Gelu concrete Borea, nivosa veni a Thracia.

Immo cui *Boreæ* Megapolitanos Arcadas sacra fecisse, nullique Deorum plus honoris tribuisse, tradit Pausanias l. VIII. p. 513. Quibus consona de Thuriis refert Ælianus V. H. l. XII. & LXII; ac de Atheniensibus, eorumque scilicet *Borea* ab iis post victoriam Medicam culto, Herodotus l. VII. c. CLXXXIX. Immo unde Βορεασμὸς Athenis *de festo* & *epulis* eidem *Aquiloni sacris*, teste Hesychio, fuit dictus; & in quibus peculiares eidem placentæ appositæ, de quibus nempe Matron ait in Parodia Homerica apud Athenæum l. IV. p. 134.

Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο πεπτομενάων,
Quas etiam subactas adamavit Boreas,

ut vidit ad eum locum ὁ πάνυ. Ut mittam Xenophontem, qui flante infesto, dum Armeniam cum exercitu peragrat, *Aquilone*, ex vatum præscripto sacrificiis placatum eundem, adeo ut molestus ille & adversus flatus continuo desineret, memorat Αναβ. l. IV. p. 329.

Ibid. θεὸς δὲ ἀεὶ ἀστυφέλικτος] Præclarus iterum locus, quo *Deus* solus & *perpetuo* quidem, adversus omnes procellas & casus quoscunque *immotus* & *inconcussus* traditur; atque ita, quo nobilissimum illud inter Dei, ut vulgo vocantur, *attributa*, seu, ut de iis Jamblichus loquitur, ἰδιώματα, hic a Gentili Poeta haud male utique adseritur. Neque enim id Apollinem adeo, quam Deum in genere respicere statuendum est. Id quod a Platonicis etiam de supremo Deo, seu primo omnium principio dictum, cui nempe τὸ ἀκίνητον, seu quod sit *immotum*, iidem tribuunt, & simul εἶναι αἴτιον πάσης κινήσεως, *quod sit motus omnis caussa*, ut de eo loquitur Jamblichus de Myster. Sect. I. c. IV, & ante eum Plotinus Ennead. l. V. c. X. p. 529. ἀπ' αὐτοῦ κίνησις ἡ πρώτη, οὐκ ἐν αὐτῷ, *& a quo primus motus, qui neque est in eo*; mox, οὐ γὰρ κινεῖται, addita etiam ejus rei ratione, *quod nihil habeat, in quo moveatur*. Quibus consona habet Proclus in Theologiam Platonis l. I. c. XII. p. 32. Unde etiam ἀκίνητον *immobile* nempe, & quod *per se mobile*, ab iisdem distinguitur; istud, quod se ipsum quidem movet proprio quodam ac interno motu, ex alia tamen antiquiore caussa pendet, quæ semper & eodem modo se habet, ac proinde, quæ manet *immota* ἀκίνητος, seu, quod hic dicitur ἀστυφέλικτος. Unde præterea liquet, non Apollinem solum, sed *Deum* in genere, eo ab hoc Poeta ornari elogio; neque proinde Apollinem ibi pro *Sole* demum respici, quem utique non *immobilem* vulgo a Poetis antiquis, ut de Philosophis sileam, & ab hoc ipso Callimacho supra v. 181. &c. Hym. in Dianam, habitum satis constat. Eadem autem, ut hoc addam, qua Callimachus hoc loco, ἀστυφέλικτος voce usus est Julianus Imp. Orat. I. p. 25. Τὸν

haec aliena, utpote longe alia sententia dicta.

δὲ Λυκοῦργον τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους ΑΣΤΥΦΕΛΙΚΤΟΝ τὴν βασιλείαν διαφυλάξαντα, *Lycurgum vero, qui Herculis posteris* STABILE *regnum atque* INCONCUSSUM *servare vellet.*

V. 27. Τοιος σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν] Haud aliter ac de Ephesо, Dianæ non solum sacra, sed quasi uno ejus præsidio munita ac defensa dixit v. 258. superioris Hymni, Ἔφεσε γὰρ ἀεὶ τεὰ τόξα σκέπει, *Ephesum enim tua tela perpetuo protegunt.* Adeo ut voce ἀμφιβέβηκεν eodem sensu hic adhibuerit Callimachus, non quo infra v. 113. pro *conscendit*, sed quo Homerus dixit de eodem Apolline, ut monuit jam Anna eruditissima, Iliad. A. v. 37. ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας, *qui Chrysam circumdas*, seu *protegis*, ac similiter Æschylus Sept. Theb. v. 180. de Diis Thebarum custodibus, ἀμφιβάντες πόλιν, *urbem circumdantes*, seu *protegentes*, & sicuti proinde verti hic apud Callimachum debuit σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν, *te auxiliator protexit* seu *protegit, tutatur*, non ut Interpres, *circumivit.* Haud aliter hac עטר *circumdare* seu *benevolentia* velut *scuto cingere*, h. e. protegere dicitur Psalm. v. 13. & quod seniores ibi per στεφανῆι reddunt, quomodo nempe στέφανοι, ac inde εὐστέφανος Θήβη apud Hesiodum in Scuto v. 13. de locis turribus munitis seu cinctis subinde a Græcis dicti, ut ab Euripide Hecub. v. 910. & alibi. Neque tamen verus hic Vates fuit Callimachus, quum *Delum*, mœnibus quippe, turribus, ac armatorum insuper, uti vidimus, virorum præsidio carentem, a Mexophane Mithridatis duce dejectam ac misere vastatam, atque ita, ut ab ea clade penitus resurgere ei non licuerit, tradiderint locis jam ante adductis, Strabo l. x. p. 486, & Pausanias l. III. p. 207.

Num interpretationi respondeant sequentia mox ex Hesychio, et ubi ejus περιτροχόωσιν. Nisi aliud C. Jacob, cujus ut magna apud nos auctoritas, exponit illud ἐυθμὸς ω. H. in Apoll. 32. quæ multa ejusmodi laudat Suidas ex veteribus grammaticis, quæ nostri ætatis grammaticastri, quo libentius multa ex iisdem transcribunt, ne nominent. Similiq; habitus Theocr. 17. 9. in encomio Ptolemæi, Aristid. Μ. in Jov. p. 2.

V. 28. Περιτροχόωσιν ἀοιδαὶ] Pindari nempe ac Bacchylidis, juxta Scholia ad hunc locum, & a quibus proinde Lyricis, Hymnos seu Pæanas in hanc Insulam Delum, aut vero Apollinem Delium scriptos, & qui hodie non exstant, liquet. Meminit quidem, sed obiter, *Deli Pindarus* Nem. Od. I. ubi Ortygia, Insula in Sicilia prope Syracusas, cum Dianæ patria, tum *Deli soror*, Δήλᾳ κασιγνήτα dicitur. Ac Pindari quidem, quam multa hodie desiderantur, cum abunde constat e priscis Auctoribus & Grammaticis, unde etiam magna Fragmentorum (& cujusmodi multa a nobis olim collecta) ex aliis deperditis Thebani hujus vatis operibus, posset seges confici; tum præterea ex eo, quod sub initium ferme Athenæi, Eupolis suo jam ævo questus fertur, de neglectis nempe ac silentio ferme obrutis summi hujus Lyrici carminibus; idque præ levioribus minusque decoris aliorum Poetarum cantilenis. Infelicius vero adhuc *Bacchylidis* Pindari, ut ex eodem & priscis ejus Enarratoribus ad Olymp. Od. II. p. 209, & Nem. Od. III. p. 355. liquet, coætanei ac æmuli fatum. Ejus enim, quamquam λαλὸς Σειρὴν, *loquax* aut *vocalis Sirene* in veteri Epigrammate dicatur Anthol. l. I. c. LXVII, hodie tamen silet Musa, præter pauca, quæ e Plutarcho, Athenæo, Stobæo &c. inter veterum Lyricorum Fragmenta exstant relata; & quibus nonnulla aliunde addi etiamnum possent.

V. 30. Μέγας θεὸς ὄρεα θείνων] Neptunus nempe, juxta Scholia ad hunc locum, & qui ab ea, quæ hic illi tribuitur, *montes* aut *ter-*

ram

nam concutiendi facultate, Γαιάοχος, Σεισίχθων vulgo, ut notum, aut τινάκτωρ γῆς Sophocli Trachin. v. 507, κινητὴρ γῆς Pindaro IV. Isthm. p. 454. dictus legitur. Ad succussos autem terræ motu seu *abruptos* unde postea ut continuo hic dicitur, emerserint in mari Insulæ, spectat, quod de Lesbo ab Ida monte avulsa apud Strabonem legitur l. I. p. 60. & quod de Prochyta in Campaniæ situ ait Plinius l. II. c. LXXXVIII. *alioque* TERRÆ MOTU *stagnum emersisse*, & *alio* PROVOLUTIS MONTIBUS *Insulam exstitisse Prochytam*, a Miseno nempe promontorio abruptam; ut de eadem rursus Strabo l. VI. c. XXIX.

V. 31. Ἀορὶ τελχλώχινι] Non fulmine, ut hic Frischlinus, sed quod viderunt jam alii & erat utique obvium, *Tridente*, eoque proinde, non Jovis, ad quem idem vir doctus hæc in sequentibus refert, sed noto Neptuni, ut juxta Æschylum id pridem tradentem, symbolo, Suppl. v. 226.

Ὁρῶ τελαιναν, τὴν δὲ σημεῖον θεοῦ,
Video tridentem hunc, signum Dei,

nempe qualis Argis erectus, quo appulerant hæ Danaides, ac ubi τελαινα locus ipse vocabatur, in quo sacratus erat huic Deo rectus tridens, ut id observant Græci Euripidis Enarratores Phœn. v. 195. Τελαινα, τόπος Ἄργους, ἔνθα τὴν τελαιναν ὀρθὴν ἔστησαν ὁ Ποσειδὼν, *Tridens, locus Argis, ubi tridentem rectum statuit Neptunus.* Qualis etiam ὀρθὴ τελαινα, eidem Neptuno Athenis erecta, ab Euripide dicitur in Erechteo, cujus ea de re versus leguntur apud Lycurgum in Leocrate p. 163. ed. Hanov. Unde factum proinde, quod idem Deus ὀρθοτελαινα a Pindaro fuerit non semel dictus, sicut Olymp. Od. VIII. Pyth. Od. II. Nem. Od. IV. Ἀορὶ vero τελχλώχινι dicitur hoc loco de hoc *tridente*, haud aliter ac τριωνύχῳ δορὶ *tricuspide hasta*, de eodem dixit Lycophron p. 96, aut τριδέλεις δόρυ idem vocatur in Anthol. l. IV. c. XI. Ep. LXIV. seu *trisida hasta* apud Valerium Fl. l. I. v. 642. *cum subitus trisida Neptunus in hasta*, & juxta formatam inde Latinam *tridentis* vocem, non jam τελαινα sed τριόδους apud Pindar. Olymp. Od. IX. p. 85. Ideo vero Neptuno tridentem tribui docent veteres Critici ad Æschylum Prom. v. 921. seu quod ille tertium sit elementum; seu quod aqua in tres dividatur, fluviatilem, marinam & palustrem; aut juxta Plutarchum de Iside p. 581, quod ille Neptuni *tridens*, signum sit tertiæ Regionis, quam mare obtinet, post cœlum collocata. Unde etiam ἔχειν τελαιναν, pro θαλασσοκρατεῖν, seu *imperium maris obtinere* dixit Comicus Equit. p. 339. Dum vero illo Neptuni *tridente*, seu τριγλώχινι concussos montes, conditasque inde, ut mox ait, ab illo Deo Ἐναλίῳ Insulas, tradit Callimachus; idem de Sicilia eo Neptuni tridente ab Italia avulsa, dixit, & qui omnino huc respexisse videtur, Dionysius, eo versu, quem alioquin ad illustrandum τριγλώχινα vocem opportune jam huc adtulit Vulcanius,

Ἀονίῃ τριηδὲς σα πολυγλώχινι σιδήρῳ,
Aonio scissa multas cuspides habente ferro, seu *tridente*.

Quæ rursus e sacris Hebræorum fontibus, seu Mosis virga supra mare ex-

extensa, eoque inde scisso, & media parte in siccum seu continentem continuo versa, Exod. c. XIV. 16. 21. hausta, haud immerito videri possunt. Insulas vero absorpto mari, in continentes etiam subinde versas, tradunt iidem veteres, ut Strabo l. I. p. 59, Plinius l. II. c. LXXXIX, aliique. Hæc ante biennium, & quod excurrit, dum differtur a Bibliopola Ultrajectino, aliis distracto, ista Callimachi editio, cum reliquis meis ad hos Hymnos Observationibus scripta, ac ad prælum parata, in meis jacebant scriniis, quum e missis ad me ab insignitarum litterarum omnisque præclaræ eruditionis ornamento, Grævio nostro, editis jam tandem hujus Battiadæ, cum variorum ad eosdem adnotationibus, Hymnis, incidi in Cl. Meursii adscriptam ad hunc locum glossam, qua eadem Poetæ verba ἄορι τριγλώχινι, male a Vulcanio de Neptuno, ejusque *tridente* explicari, ac de *trisulco fulmine* ac Jove, his & proximis versibus, agi dicitur. Verum quod abunde, ut opinor, totus eorundem versuum conspectus redarguit; ubi de Deo agitur montes concutiente seu σεισίχθονι, trisulco ejus ense, seu hasta, ut diximus, trifida, quamque ei non Cyclopes, sed Telchines mari, ut quidam volunt, orti fabricarint: qua autem marinas Insulas, modo eas terra avulsas in mare detrudendo, modo in eodem radicitus defigendo, constituisse dicitur. Quæ singula e sequentibus adhuc clarius eluescent.

Ibid. Τὸ οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν] Aliud agebat vir doctus, cui *Telchinas* de Cyclopibus, qui Jovi scilicet fulmen pro more fabricarint, hic enarrare placuit; & a cujus vestigiis bene longe recessit Vulcanius. Neque certe Siculi seu Ætnæi, sed vel Rhodii, vel Cretenses, vel Cyprii, vel Achæi etiam habiti olim hi fabri præstantissimi seu *Telchines:* iique primo, juxta Strabonem l. XIV. p. 653, ferrum ac æs fabricasse, primi etiam, teste Diodoro l. V. p. 326, simulacra Deorum confeciisse dicuntur, quæ inde quandoque eorum *Telchinum* nominibus, sicuti Apollo *Telchinius* apud Lindios, apud alios Minerva *Telchinia*, fuerunt appellata. Adde, quod iidem *Telchines* e mari orti ibidem a Diodoro dicantur; ac inde, ut statuere licet, ab Eustathio ad Iliad. I. p. 771. & qui proinde Neptuno seu Ἐνναλίῳ Deo opportune, *tridentem fabricasse* hic a Poeta statuuntur. Quum vero iidem *Telchines* ab aliis etiam pro insignibus *magis* seu *præstigiatoribus* fuerint habiti, ut ex eodem Diodoro, Strabone præterea, ac priscis insuper Grammaticis liquet, a quibus Τελχῖνες, γόητες vulgo explicantur; inde etiam ingeniose a doctissimo Bocharto de Col. Phœn. l. I. c. VII. nominis illius origo adserta e Phœnicia seu Hebræa voce לחש *lachas*, *incantare*, unde תלחיש *talchis*, *incantator*, ac inde Græcorum Τελχῖνες; sicut promiscue Δελφὶς & Δελφὶν, Σαλαμὶς & Σαλαμὶν dici consueverint. Hinc de iisdem Gregorius Nazianzenus in Julianum Στηλί. pag. 97, quique ab eo id videtur hausisse Suidas, Τελχῖνες πονηροὶ καὶ βάσκανοι δαίμονες, *Telchines malefici ac fascinatores dæmones*; ac Epistol. LX. p. 817. ἐκ ἐπαινῶ σε τὰς καροπλάθους, καὶ ΤΟΥΣ ΤΕΛΧΙΝΑΣ, οἷς βάλλεις καιρῶς τὰν ἀντίτεχνον, *tuos illos pupparum figulos & TELCHINAS minime laudo, quibus artis æmulos infectaris.* Adde Themistium adversus calumniatores suos Orat.

XXIII,

XXIII. p. 286, ubi calumnias & convicia, quibus impetatur, *haud alia esse, quam quæ in claros illos & divinos homines* (Socratem nempe, Platonem, Aristotelem) *antiqui illi Telchines*, h. e. invidi calumniatores *contulerunt*, οὐκ ἄλλαι εἰσὶν, ἢ ἂν τοὺς κλεινοὺς ἐκείνους καὶ θεσπεσίους οἱ πάλαι ΤΕΛΧΙΝΕΣ, nempe quod præcesserat, διαβάλλουσι. add. Burm. om. VII, 365

V. 32. Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο] Haud mirum hic a Poeta Gentili in mundi opificio, eas Neptuno Σεισίχθονι partes tribui; *Insulas* nempe e terra seu montibus illius tridente scissis, in *mari condendi*; ac prout de Sardinia, Eubœa, ac Cypro, ab eodem Εἰναλίῳ Deo factum, gemino huic loco dicitur in Argonauticis sub Orphei nomine vulgatis, vers. 1279. Νήσους εἰναλίας ἔμεναι, ut *essent Insulæ maritimæ* &c. Nota nempe & pervulgata, quæ de variis Insulis olim, tanquam gravibus terræ motibus, ac inde vi fluctuum a continente avulsis, ut Sicilia ab Italia; aut Lesbo etiam, ut paullo ante vidimus, ab Ida; Cypro a Syria; Eubœa a Bœotia; Capreis a Minervæ promontorio, aliisque id genus, tradiderunt veteres, non Poetæ solum sed naturæ etiam consulti, ut Seneca dicto jam ante loco Natur. Quæst. l. VI. c. XXIX. ac Geographi, ut Strabo l. I. p. 60. & l. VI. p. 258, Plinius l. II. c. LXXXVIII, *namque & hoc modo Insulas rerum natura facit. Avellit Siciliam Italiæ* &c. Quæ an fabulis singula adnumerari continuo debeant, omnesque illæ Insulæ in prima mundi creatione, seu potius a restaurata post diluvium terra, a Deo conditæ, promiscue statui; an vero modus aliquis, quod acerrimi ingenii judiciique viro, Gassendo obiter ea de re agenti in l. X. Laertii p. 1050. placuisse video, ea in re tenendus sit, nunc operose disquirere satis supervacaneum putem. Eum vero hac in re jam olim adhibuit Strabo dicto loco p. 258, ut Insulas, quæ in alto emerserint, e mari enatas; quæ vero ante promontoria, & exiguo freto a continente dividuntur, ab iis abruptas crediderit; scilicet

insita cum vis
Exagitata foras erumpitur, & simul altam
Diffindens terram, magnum concinnat hiatum,

ut ait Lucretius l. VI. v. 581. &c. Cujusmodi etiam exempla, Insularum nempe terræ motu repente in mari enatarum; sicut Therasiam in mari Ægæo, idque nautis spectantibus, refert Seneca Natur. Quæst. l. VI. c. XXI. quodque Insulæ inter Therum & Therasiam sitæ, tribuit Strabo l. I. p. 57, & hoc autem seculo, anno nempe 1638, haud procul ab Insula S. Michaelis seu Azorum una, contigisse ab eodem Gassendo dicto jam loco, aliisque dicitur. Insulas vero vicissim, maris nempe interni, terræ motibus, quibus illæ haud parum, qua de re obiter jam ante, subjacent, sæpe etiam concussas & mari absorptas constat. Quamquam id discrimen notet Aristoteles Meteorol. l. I. c. VII, ut nempe in Insulis in alto mari, & quas ποντίας νήσους, alii πελαγίας vocant, minores fiant motus, quam in προσγείοις, seu iis, quæ continenti sunt proximæ: addita etiam ejus rei caussa, quod illæ non concutiantur, nisi moto toto mari, a quo eædem ambiuntur. Ne jam de iis agam Insulis, quæ terræ adluvione in lacubus aut fluviis haud infrequenter

quenter enascuntur; ac prout post terræ motum & immensos imbres in Boatensi prope Nicomediam lacu, ὁκ τῶν συνεχθέντων ἐς αὐτὴν παμπολλῶν φορυτῶν, *e quamplurimis, quæ alluvione illuc delata quisquilias*, exortas Insulas, tradit Euagrius H. Eccl. lib. XIV. pag. 307. De mari alioquin, quod ornamentum juxta ac tutelam Insulis præstet, dixit S. Basilius Hom. IV. in Hexam. p. 53.

V. 33. Ἐκ νεάτων ὄχλιοτε] Sic νεάτας ἄκρας, *extimos montes* seu *summitates montium* dixit Apollonius l. III. v. 1191, Sophocles autem Antig. v. 822, νεάταν ὁδὸν, *viam ultimam*, nempe ad Acherontem seu mortem ducentem, h. e. ut Romani etiam loquuti, *novissimam*. E concussis autem extremis montium jugis segregatas seu motas a Neptuno Insulas hic dicit; tum ob ea, quæ jam adtigimus; tum juxta illud Philosophi l. I. Meteorol. c. XIV. οἱ μὲν κάτωθεν τόποι, τῶν ἄνωθεν ὕστερον ἀκίσησαν, *inferiores loci post superiores fuerunt conditi*.

V. 34. Καὶ τὰς μὲν κατὰ βένθ-] Ita quidem de Rhodo Insula in maris fundo latente, e quo postea emerserit, Pindarus Olymp. Od. VII.

Ἅλμυρον δὲ σὺ βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι,

Salsis seu *maris in profunditatibus insulam occultam fuisse*; ibi Critici. Hinc Plinius l. II. c. LXXXVIII, *nascuntur & alio modo Terræ, ac in aliquo Mari emergunt, veluti paria secum faciente natura*. Et quod de Rhodo ac Delo nominatim ibi mox tangit, quasque eo terræ motus genere, quod *brasmatiam* vocat, emersisse, tradit Ammianus l. XXVII. c. VII. Quam in rem etiam a Strabone disputatur lib. I. p. 54. ubi, postquam inter alia subitos terræ in mari latentis tumores dari tradiderat, addit, non si exiguæ insulæ efferri e mari possunt, magnæ etiam non possunt, & Siciliam nihilo magis frustum ab Italia abruptum judicari posse, *quam vi Ætnæi ignis rursum e profundo projectam ita cohæsisse*, ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τῆς Αἰτναίας πυρὸς ἐκβυθ-. Adeo ut in eum sensum de insulis id genus looquutus videatur Callimachus, quæ a Neptuno nempe in maris profundum demersæ, ibi, donec inde enatarent, latuerint; & quomodo a Poeta similiter κατὰ βένθ- ἁλὸς Νηρῇδες, *in profundo maris Nereides* habitare dicuntur Iliad. Σ. vers. 49. & paullo infra a Battiade in hoc hymno vers. 37. de Asteria, Deli scilicet sorore, quæ Jovis concubitum fugiens, *in profundum* mare, seu ut ibi dicitur βαθὺν ἦλιο τάφρον, *in profundam insiliit fossam*. Neque tamen alteram hujus apud Callimachum loci explicationem quam in novissimis ad eum notis adpositam video, ut nempe de insulis *in alto mari*, longe a continente positis, non tamen in illo demersis, eadem intelligantur, rejiciendam continuo putem.

Ibid. ἠπείροιο λάθοντες] Nempe juxta illud Olympiodori in I. Meteorol. p. 25. τὴν ἤπειρον θαλαττοῦσθαι, καὶ θάλατταν ἠπειροῦσθαι, *continentem mare fieri, & mare continentem*; indeque, ut ex Aristotele ibidem tradit, illud partim e magna hyeme, hoc e magna æstate; partim illud e fluviis multum limum deferentibus, factaque inde ejusdem limi adgestione, quæ in terram indurescit, & quod postremum Ægypto etiam ac Libyæ arenosæ contigisse dicitur.

V. 35.

V. 35. πρυμνόθεν ἐῤῥίζωσε] Contra Æschylus Sept. Theb. v. 1064. ὠλέσαις πρυμνόθεν, *perdidisti funditus*, ubi Critici, πρυμνόθεν, ἐσχάτως, ῥιζόθεν, *ultimo*, *radicitus*. Homerus autem de Neptuno similiter navim in mari, ut hic Insulas, radicante, ἐῤῥίζωσεν ἔνερθε, h. e. juxta brevia ad Poetam Scholia, ἀκίνητον ἐποίησεν, *immotam effecit*; ac prout de Delo antea mobili, tum autem immota reddita, dicitur infra v. 54. in mari Ægæo ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας, *pedum adfixisses radices*. Quamquam de Insulis, quod primum fuerint omnes πλωταὶ seu in mari *natantes*, vel πλαγκταὶ, qualis exstiterit hæc *Delus*; nulla proinde adhuc, quod hic dicit Callimachus, in maris fundo *radicitus defixa*, tradiderint e veteribus nonnulli. Ita ubi Apollonius de una Æolidum, ubi Vulcani officina dixisset l. III. v. 41. Νήσοιο πλαγκτῆς εὐρὺν μοχόν, *Insulæ errantis latum recessum*, notant eruditi ibidem Critici, πλωτὴν δὲ αὐτὴν εἴρηκεν &c. ἢ ὅτι τὸ παλαιὸν ΑΙ ΝΗΣΟΙ ΠΑΣΑΙ ἐπλανῶντο, καὶ βάσεις οὐκ εἶχον, *natantem ipsum dixit*, *an quod antiquitus* OMNES INSULÆ *errabant*, *& fundamento carebant*.

V. 36. ἄφετος] De voce ἄφετος, quæ cum *liber & solutus*, ut hoc loco de Delo Insula, adhuc scilicet mobili, tum inde de Deo, qui scilicet ab omnibus aliis curis *liber* & *solutus*, seu ἄνετος vel ἀνειμένος dicitur, videri potest, quo inter maternos προγόνους jure possum gloriari, ὁ πάνυ Budæus in Commentariis; & quo postremo etiam sensu dixit Euripides in Jone v. 821. ὁ δ' ἐν θεοῦ Δόμοισιν ἄφετος &c. *ille autem in Dei Æde*, Delphica, nempe *Deo consecratus educatur*. Hinc erudite, ut solet, Hesychius utrumque in hac voce adtigit, ἄφετοι οἱ ἱεροβόαι, καὶ ἀπολελυμένοι, h. e. ἄφετοι *sacri præcones*, *& soluti*.

Ibid. πελάγεσσιν ἐπέπλεες] Prout πλωτῇ ἐνὶ νήσῳ *natanti in Insula*, ab Homero Odyss. K. v. 3. de Æolia Insula, quasi hinc inde in mari jactata, eaque modo a dextris, modo a sinistris conspicua dictum, notat in brevibus ad Homerum Scholiis Aristarchus. Idque ut ibidem additur, hujus Deli exemplo οἷον δή τι καὶ περὶ ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ ἱστορεῖ Πίνδαρος, λέγων οὕτως, ἦν γὰρ τὸ πάροιθε ΦΟΡΗΤΑ ΚΥΜΑΤΕΣΣΙ ΔΑΛΟΣ παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖς; *quomodo simile quid de* DELO *narrat Pindarus*, *dicens*, *erat enim prius* FLUCTIBUS VECTA DELUS *omnigenum ventorum impulsibus*: quique Pindari, ut obiter hoc addam locus (neque enim hodie in ejus Ἐπινικίοις comparet) ex ejus in Delum, de quo supra e Philone, Hymno desumptus videtur. Cujusmodi alioquin πλωταὶ seu πλωάδες νῆσοι, *natantes Insulæ*, in Orchomeno & Ægypto a Theophrasto traduntur H. Pl. l. IV. c. XIII, & in Lydia quoque, eodem auctore, juxta Senecam Natural. Qu. l. III. c. XXV. Nempe quæ dictæ Insulæ *Choreusæ* seu Χορεύουσαι vel Ὀρχοῦσαι. Varroni de R. R. l. III. c. XVII. Plinio autem *Calaminæ* l. II. v. XCV. *in Lydia*, *quæ vocantur Calaminæ* &c. eædem inde *Saliares* seu Ὀρχηστρίδες ibidem, juxta veteres libros, & qua de re ὁ πάνυ ad Solinum p. 88. ult. edit. appellatæ, non *Saltuares*; quamquam istud in postrema Plinii editione, altera, ne quid forte Salmasio deberet, lectione indicta, retinuerit vir eruditissimus. Hinc eadem de caussa ab eo dissimulata verissima Plinii, quam ibi-

ibidem obſervat magnus Salmaſius, caſtigatio, dum *Saliares* illas in Nymphæo Inſulas, a *Calaminis Inſulis* male ibidem diſtinguit Plinius; quum tamen Nymphæum Lydiæ ſtagnum foret, in quo agnoſcente alioquin viro docto, exſtarent Inſulæ illæ Calaminæ, *Saliares* dictam ob cauſſam nuncupatæ; prout iſtud e Sotionis fragmento jam adnotarunt ad Varronem ac Solinum viri doctiſſimi. Quibus autem natantibus Lydiæ Inſulis addit inſuper Seneca; & cujus ea de re locum jam vidit Vulcanius, ad Cutylias Inſulam; alias præterea, cum in Vadimonis lacu, tum in Stationenſi & quibus plures adhuc adnumerat dicto loco Plinius, *quædam Inſulæ ſemper fluctuant, ſicut in agro Cœcubo, & eodem Reatino, Mutinenſi, Stationenſi.* Idem autem alibi nempe l. IV. c. XII. de hac *Delo* nominatim ait, *quæ diu fluctuata*, ut *proditur* &c. Tales autem *natantes* Inſulas, cum in via Tiburtina, tum ad Audomaropolim in Arteſia, ſe cum voluptate vidiſſe, notarunt ad Senecam Muretus, ac iſtud Fromondus; quod poſtremum arripuit, ejuſdem nempe ad illud Audomari fanum voluptatis compos itidem factus, nuperus ac eruditus Plinii Commentator.

V. 37. Ἀστερίη τὸ παλαιὸν] Aliter, quod jam vidit Friſchlinus, veteres Apollonii Enarratores, a quibus ad l. I. v. 308. *hæc Inſula primo quidem* DELUS, *poſtremo autem* ASTERIA, & quidem *a figura*, τὸ πρὶν μὲν ΔΗΛΟΣ, ὕστερον δὲ ΑΣΤΕΡΙΑ ἀφ' τὸ σχῆμα, appellata dicitur. Iis etiam accedere videtur Servius ad Æn. III. v. 72. ubi de eadem Inſula ait, *Ortygia dicta eſt, quæ* ANTE DELOS *nominabatur*; quæ nempe *Ortygia*, & qua de re mox, eadem cum hac *Aſteria*, in Ὄρτυγα nempe ſeu *coturnicem* converſa, fertur exſtitiſſe. A quibus tamen abeunt alii veteres Auctores & Grammatici, qui præter hunc Battiadem, Poetam non ſolum ſed Criticum etiam, ſeu ut illo ævo iidem appellati, Grammaticum præſtantiſſimum, hanc Inſulam, *Aſteriam* primo aut juxta alios, *Ortygiam*, poſtea demum dictam *Delum*, aperte ſtatuunt, ut Strabo l. X. p. 486. ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον, *prius autem dicta fuit Ortygia*, Hyginus itidem Fab. LIX; Iſaacius ad Lycophr. p. 71; Lactantius ad Papinii Thebaid. l. IV. v. 796, aliique. Ut Plinium mittam, qui lib. IV. c. XII. *Ortygiam* & *Aſteriam* inter antiqua ejuſdem Inſulæ nomina retulit; aut Anton. Liberalem, qui Latonam in *Aſteria* Inſula (quod nempe nomen hactenus obtinuerat) Apollinem ac Dianam edidiſſe refert. Unde etiam in Servio, ad Æn. III. v. 12. *quæ ante Cynthus nominabatur, & poſtea Delos*, pro *quæ ante Delos nominabatur, & poſtea Delos*, bene jam legendum vidit diligentiſſimus Barthius ad Statium l. IV. v. 796. ac prout etiam in eruditis illis ad Apollonium gloſſis, ubi de antiquis *Deli*, quam Poeta ibi memoraverat, appellationibus agitur, reponi itidem debet, τὸ πρὶν μὲν Κύνθος, ὕστερον δὲ &c. *primo quidem Cynthus, poſtremo autem*, quod in iis additur, *Aſteria*, & rurſus *Ortygia* eſt appellata. Quo loco nempe Δῆλος pro Κύνθος a ſemidocto vel imperito potius quopiam, ubi de Delo videbat agi, eſt intruſa. *Cynthum* utique præter Stephanum a Barthio jam adductum, Δῆλος δὲ ἐκαλεῖτο Κύνθος, *Delus autem vocabatur Cynthus*,

thus, inter antiqua Deli nomina recenſet e veteri Auctore d. l. Plinius, *Aglaoſthenes Cynthiam*, (forte Cynthum) *alii Ortygiam*, *alii Aſteriam* &c. Idem vero *Aſteriæ* nomen *Delo* tribuit etiam Heſychius, Ἀστερίη ἡ Κρήτη, καὶ ἡ Δῆλος ἐκαλεῖτο, *Aſteria Creta & Delus vocabatur.* Neque tamen cum hac *Aſteria* ſeu *Delo* confundi debuit, uti a doctiſſimo Holſtenio factum, altera, cujus meminit Stephanus, eodem nomine *exigua Inſula*, ἔστι καὶ Νησίον Ἀστερία. Hæc enim, ut continuo ibi addit Ethnicographus, & cui præiverat, ut paſſim, Strabo l. x. p. 456, fuit intra Cephaleniam & Ithacam ſita, ab Homero Ἀστερὶς, & cujus de eadem verſus adducuntur, appellata. Neque aliter Plinius l. IV. Sect. XIX. a quo eadem *Aſteris*, & ante Ithacam itidem, collocatur. Mitto inſuper quod Ἀγαθούσην nuncupatam eandem *Delum* tradit alibi Heſychius, ut jam monuit ad Stephanum idem Holſtenius. Neque tamen eo ſpectaſſe Apollonium, dum Δῆλον ἠγαθέην vocat l. I. v. 308. licet forte inde opinari; quum iſtud commune tot aliis Inſulis ac locis apud Homerum &c. epitheton tribui ſoleat.

Ibid. βαθὺν ἥλαο τάφρον] Prius nempe, juxta priſcos Mythologos aut Grammaticos, Hyginum, veteres Lycophronis aut Papinii Interpretes alioſque, dictis jam locis, in coturnicem, Jovis, ut continuo additur, concubitum fugiens, converſa; a quibus vero abit, qui id non Aſteriæ ſed ſorori ejus Latonæ tribuit Servius ad Æn. l. III. v. 72. & 73. Βαθὺν τάφρον vero dicit hic Poeta de *mari*, in quod ultro deſiliiſſet hæc Aſteria, uti ab aliis etiam Hygino, Iſaacio &c. eandem fabellam narrari diximus; ac unde enata ibi ſubito Inſula, *Aſteriæ* inde, aut *Ortygiæ*, ac tandem *Deli* nomine appellata; nempe prout βυθὸν de mari itidem ac ſimili ferme in re, a Philippo dicitur Anthol. l. IV. cap. XI. Ep. I.

Καὶ βυθὸν ἐς χέρσου σχῆμα μετεπλάσατο.

Et mare in terræ formam transformavit.

Vulgo autem τάφρος teſte Heſychio, ἐπὶ βάθους ὀρύγματος, *de profunda foſſa*; quod tamen non ſemper obtinuiſſe, & de *exigua* etiam dictum, ex Homero docet Euſtathius Odyſſ. Φ. p. 1904. Quam vocem alioquin, ut inter alias Æſchylo familiares, ſugillat apud Comicum Euripides Ran. p. 235; ἢ Σκαμάνδρους, ἢ τάφρους, *aut Scamandros aut foſſas*, crebro nempe ab Æſchylo uſurpari, e quibus priorem equidem vocem, in ejus Agamemnone, Chœphoris, Eumenidibus haud ſemel etiamnum videas; altera autem ſeu τάφρος vix hodie in iis, quæ adhuc proſtant illius Tragici fabulis, comparet, in deperditis proinde frequens exſtare debuit. Βόθρος vero & τάφρος, ſed ut diſtincta ſimul ſubinde occurrunt apud priſcos Auctores, & quorum cæteroquin diſcrimen haud ignotum; quamquam βόθρον, ſicut de τάφρῳ paullo ante dictum, interpretentur itidem ad Homerum veteres Grammatici, nempe βάθους τοῦ ὀρύγματος, in brevibus Scholiis ad Iliad. P. v. 58.

V. 38. ἀστέρι ἴση] Nempe ex earum *quaſi ſtellarum* genere, quæ διαθεοντες, vulgo διάττοντες, ſeu opportunius ad hunc locum, δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν, *quæ videntur proſilire ſtellæ*, ab Ariſtotele l. I. Meteorol.

c. IV. ac inde a Græcis ejus Interpretibus dictæ, ut Olympiodoro l. 1. Meteorol. p. 9. & Philopono sive Joanne Grammatico in eadem Meteorol. p. 86. & 88. Eædem nempe, quas *cœlo labi* ac ruere dixerunt similiter Poetæ, ut Aratus Diosem. v. 194. &c.

Καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ' ἀστέρες αἴσσωσι,
Et per noctem atram, cum stellæ præcipites ruunt;

ac Virgil. Georg. l. 1. v. 368.

Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi.

Unde de iis Laertius in Epicuro l. x. p. 651. postremæ illiusque luculentæ editionis Batavæ, *οἱ λεγόμενοι ἀστέρες ἐκπίπτειν*, *quæ autem cadere dicuntur stellæ* &c. nempe ignes in aere emicantes, sive ut de iis veteres, scintillæ vel exhalationes, aut fulgores ignei, facium instar transvolantes, ac inde Græcis Philosophis vel Astrologis, cum *ἀπόῤῥοιαι*, tum *φλόγες καιόμεναι*, *σπινθῆρες*, *στιλβηδόνες πυρώδεις*, *βολίδες* etiam, *δαλοὶ*, & *αἶγες* dictæ, *defluxus flammæ*, *accensæ scintillæ*, *fulgores igniti*, *jactus* quoque, & postrema voce, non tam *capræ* forte (ut vulgo tamen veteres & recentiores Interpretes eandem vocem *αἶγες* apud Aristotelem 1. Meteorol. c. IV. ac ipse etiam Seneca Natur. Qu. l. 1. c. 1. sed ita ut rationem ejus appellationis ignorare se ibidem agnoscat, interpretantur) sed *turbinum* instar & *procellarum transilientes*. Ut mittam enim, quod haud aliud, quam secundum plus aut minus discrimen, inter *διάττοντας*, & quos addit *δαλοὺς* & *αἶγας* statuat dicto loco Philosophus, utique voce *αἴσσειν* usus agens de illis stellis *διάττουσι* adducto paullo ante versu Aratus, *διαίσσοντες* dicti etiam, uti ex Ammiano, de quo mox, liquet, iidem ignes, de quibus præterea hæc ad Aratum notat Theon, *καὶ ξηρὸς νῦν, καὶ πυρώδης πυκνούμενος, ἀποπέμπει τινὰς ὥσπερ σπινθῆρας, οὓς δὴ ὑπονοοῦσιν ἀστέρων εἶναι διαδρομάς· οὐκ εἰσὶ δὲ οὐ γὰρ οἱ ἀστέρες κινοῦνται, ἀλλὰ στιλβηδόνες πυρώδεις εἰσὶν, ἅς, ὡς ἔφην, ἀποπέμπει ὁ αἰθὴρ*, *& siccus quum sit aer & ignitus* (exhalationibus nempe, quod ante dixerat, a Sole e terra eductis) *densatus, emittit quasdam veluti scintillas, quas scilicet putant stellarum esse transcursus; non sunt tamen: neque enim moventur stellæ, sed sunt fulgores igniti, quos æther, ut dixi, emittit*; quosque *διάττοντας* in sequentibus itidem appellat, *ἄττοντας* vero vocat etiam Achilles Tatius ad Aratum p. 102. una cum Hipparcho a doctissimo P. Victorio vulgatus. Adde de iisdem veluti stellis dicentem Senecam d. l. Natural. Qu. l. 1. cap. 1. *audi quid de ignibus Philosophia velit, quos aer transversus agit. Magna vi illos excuti, argumentum est, quod obliqui ferantur &* PRÆRAPIDA CELERITATE. *Apparet illos non* IRE, *sed* PROJICI, & paullo post. *Illud enim stultissimum est existimare, aut stellas decidere, aut transilire, aut aliquid illius auferri & abradi; nam si hoc fuisset, jam defuissent.* Quibus consona adhuc apud Ammianum leguntur l. XXV. c. 11. *Erat enim nitor igneus iste, quem διαίσσοντα nos appellamus, nec cadens unquam nec terram contingens. Corpora enim qui credit cœlitus posse labi, profanus merito judicatur & demens.* E quibus autem prioribus Senecæ verbis abunde liquet, cur hic

a Cal-

a Callimacho, Aſteries Jovis concubitum fugientis, incredibilis quædam velocitas, ἀστέρι ἴση, *ſtellæ ſimilis*, ſeu rapido ignis ejuſmodi trajicientis motui, continuo adſimilatur. Quum alioquin, ut hoc addam, ex illis ſtellis tranſcurrentibus ſeu ἀφάτοισι, arcana quidam myſteria & futurorum decreta, venditare fuerint olim ſoliti, & quibus incautos aut credulos argento emungerent, priſci inter Gentiles harioli & conjectores. Docet id Cyrillus adv. Julianum l. x. p. 357. &c. ubi ejuſdem τὲ παροιδάτε verba refert, quibus ille de talibus agi ἀφάτοισι, eundemque in finem, cœli nempe decreta manifeſtandi, iiſque fidem adſtruendi, contendit, ubi Deus Abrahamum foras eductum jubet cœlum reſpicere, ac ſtellas numerare, Geneſ. xv. 5.

V. 39. ἔπω σοι χρυσείη ἐπιμίσγετο] Corruptus hic locus dicitur in noviſſimis ad eundem adnotationibus; adſcriptis etiam ibidem illius rei momentis: ac unde ἔπω οἱ, pro ἔπω σοὶ reponitur. Verum nihil putem hic mutandum. Neque enim *Delus*, ſeu quæ *Aſteria* adhuc vocabatur, cum Jove concubuiſſe eo verſu dicitur; verum quamdiu ei Inſulæ necdum ſe immiſcuiſſet, ſeu in eam errabunda confugiſſet Latona, tamdiu, quod ſequenti verſu traditur, Inſulam *Aſteriam*, non vero adhuc *Delum* appellatam. Quæ adſtruuntur etiam e ſequentibus in hoc Hymno verſibus 204. &c. ubi errantis Latonæ, & a qua omnes Junonis metu recederent terræ, quas illa adibat, ac inſulæ, una Aſteria in Cycladum medio tum forte ſtans, miſerta dicitur, & ad ſe vocata Latona, hanc tum in eadem Inſula doloribus partus tandem ſolutam, Apollinem enixam; ac unde *Delus* eadem Inſula, ipſe autem Apollo *Delius* ſit dictus. Neque etiam ἐπιμίσγετο hic aliud denotat, quam apud Poetam, Odyſſ. Z verſ. 205.

Οὐδέ τις ἄλλοι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος,
Neque aliquis alius homo nobiſcum commoratur,

& verſ. 241. de Ulyſſe apud Phæacas agente, *Φαιήκεσσ' ὁ δ' ἄνῃ ἐπιμίσγεται, cum Phæacibus hic vir frequentat*, ſeu iis eſt immixtus.

V. 41. πολλάκις σὲ Τροιζῆνδ'] Bene hic primam vocem in duas, πολλάκι σ' &c. *ſæpe te ex Trœzene* diſtinguendam, quod fugerat priores editores, in noviſſima ad hunc locum notatione, monitum video.

Ibid. σὲ Τροιζῆνδ' ὑπὸ Ξάνθοιο πολίχνης] Scholia hic ὑπό τινος Ξάνθου βασιλεύοντος Τροιζῆνος, *a quodam Xantho regnante Trœzeni*; & quomodo vix ſenſus his Poetæ verbis conſtaret, ni illud ὑπὸ ad ſequentis verſus vocem ἐρχόμβοι h. e. ἀπερχόμβοι, ἀγυιαὶ nempe ejuſmodi compoſitarum vocum Poetis Græcis familiari, referri continuo debeat. Varios autem *Trœzeniorum* Reges, ut *Orum* antiquiſſimum ac indigenam, *Althepon*, *Saronem*, *Trœzenem*, a quo urbi nomen, & *Pittheum* ejus fratrem, alioſque recenſet Pauſanias l. II. p. 141; nullibi vero hunc *Xanthum*, qui tamen præ aliis *Trœzenis* Regibus aut conditoribus memorari hic a Poeta, ſi fides Græco ejus Enarratori, meruit. *Xanthi* quidem Bœotorum Regis, ſingulari certamine a Melantho Meſſeniorum Rege occiſi meminit Strabo lib. IX. p. 393; ac ſimiliter ut Thebanorum duntaxat Regis Pauſanias l. IX. p. 591; & in cujus ea de re

verbis, seu de auctore cædis, qua *Xanthus* ille sublatus, mendum bene jam observarunt duo viri eruditissimi Sylburgius & Palmerius. Alterius vero *Xanthi* Triopæ filii, Pelasgorum, qui ab Argis venerant, & cum quibus ille Lyciam incoluit, Regis mentio fit etiam apud Diodorum l. v. p. 346; ac præterea apud Hyginum Fab. CXLVI. Ut de alio *Xantho* fileam, qui inter filios Ægypti a Danai filiabus cæsos memoratur ab eodem Hygino Fab. CCLXX; aut de eo, qui Erymanthi Arcadis filius a Pausania alibi dicitur l. VIII. p. 495. Ii autem singuli (ne jam *Xanthum* Grammaticum, cujus apud Suidam alioſque mentio, aut a Diis scilicet dictum eo nomine fluvium, iis hæc superaddam) nihil utique ad dictam paullo ante Græci Enarratoris ad hunc Poetæ nostri locum glossam conferunt; de *Xantho* nempe claro quopiam *Trœzeniorum Rege*, cujusque proinde *urbs* a Callimacho dicatur hoc versu eodem *Trœzen*. Unde omnino suspecta hic mihi Græculi illius Grammatici fides; maxime quum in accurata illa Pausaniæ de hac *Trœzene*, ejus Regibus, Conditoribus, aliisque monumentis, nulla hujus *Xanthi* occurrat mentio: neque etiam inter varia illa nomina, quæ obtinuisse olim eadem *Trœzen* apud Stephanum ac Eustathium Iliad. B. p. 287. dicitur, ullum exstet, quod ad *Xanthum* quempiam adludat. Unde conjiciebam aliter forte intelligenda hæc Callimachi verba, neque ullam hic *Xanthi* alicujus, *Trœzenis* scilicet *Regis*, sed verius Lyciæ primariæ urbis, ut e Strabone l. XIV. p. 665. 666. aliisque notum, & a *Xantho* illo Pelasgo, cujus paullo ante e Diodoro memini, ita, ut videtur, appellatæ, aut *Xanthi*, non *illius* pro *Scamandro* ita a Diis apud Poetam dicti, sed cognominis ibidem in Lycia fluvii (quomodo πολίχνη tum non ad *Xanthum*, sed ad *Trœzenem*, esset in hoc Callimachi versu referenda) mentionem hic a Callimacho simul & *Trœzenis* factam. Nempe hoc velle Poetam; Insulam, quæ nondum *Delus*, sed tum *Asteria* vocabatur, in mari errantem adhuc ac mobilem visam, adeo ut qui e Lycia seu *Xantho*, primaria, ut dixi, ejus urbe aut cognomine fluvio, Trœzenem, ac inde ut continuo additur, Ephyram seu Corinthum versus navigabant nautæ, illam Insulam in Saronico sinu natantem conspicerent: Corintho autem reversi, eandem quippe adhuc mobilem, & jam Euripum Chalcidicum ingressam non amplius deprehenderent. Quæ mens utique hujus loci cum Græcis Poetæ verbis, ac eorum scopo, præ altera illa in Scholiis ad eundem tradita, magis utique videtur concordare; immo quod, aut simile quid, eruditissimo Vulcanio jam in mentem venisse postea animadverti, dum in notis quidem, quas primo consulueram, nihil ad hæc verba aut Græci ad ea Interpretis glossam monet, eadem tamen ita vertisse in ligata versione opportune video,

Namque Ephyram ex Trœzene, a Xanthi littore nautæ.

Accedit, quod Ξάνθοιο, hujus nempe Lyciæ fluvii, fiat itidem mentio in hoc Hymno vers. 305. Ὃν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο. Quamquam forte haud satis liqueat, cur e Lycia, & *Xantho* quidem, seu urbe, seu fluvio illi cognomine, ad quem eadem illa erat sita, & qui in mare haud ita procul

cul defertur, petita hic foret *Trœzenem* verſus, ſeu in ſinum Saronicum, ac inde Corinthum, atque, ut errantis in eo ſinu *Deli* Inſulæ meminiſſet, navigationis mentio: Niſi forte huc facit, quod Lycios *maris imperio, & quidem ad Italiam uſque potitos*, dicat Strabo l. XIV. p. 664. Θαλαττοκρατήσαντες μέχρι τῆς Ἰταλίας, ac proinde frequentes præ aliis forent eorundem in illo maris tractu navigationes. Ut hoc inſuper addam, Latonam ferri, ubi in Aſteria ſeu Delo, Apollinem ac Dianam edidiſſet, Lyciam continuo adiiſſe, quo illa geminam prolem (uti jam ante vidimus ad v. 6) in fluvio *Xantho* continuo ablueret, eundemque *Xanthum*, ſacrum inde Apollini ab eadem Latona conſtitutum; prout hanc fabellam refert Anton. Liberalis cap XXXV. Immo quem Lyciæ fluvium Latona manibus ſuis, ſciſſo Lyciæ ſolo, eduxiſſe, a Quinto Smyrnæo dicitur, & quidem ubi partus doloribus eadem premeretur, nempe lib. XI. verſ. 21. &c.

Ὃς τρόφη ἐν Λυκίῃ, ΞΑΝΘΟΥ ἐπὶ καλὰ ῥέεθρα.
Ὃν ποτ' ἐριγδούποιο Διὸς δάμαρ ἀιθρώπεσσι
ΛΗΤΩ δὴ ἀνίφτοιεν, ἀναῤῥήξασα χέρεσσι,

Qui (Laomedon) *educatus in Lycia, juxta amœna* XANTHI *fluenta.*
Quem mortalibus olim grandiſoni Jovis concubitu
Latona produxit manibus ſuis diſrumpens,

nempe, ut additur, *Aſperum celebris Lyciæ ſolum, cum ipſam premeret laborioſis cruciatibus agritudo divini partus, quantam parturientis dolores excitabant.* Hinc Latonæ etiam Templum ad *Xanthum* illum Lyciæ fluvium a Strabone memoratur l. XIV. p. 665. a priſcis autem Grammaticis in Argum. Pythiorum Pindari, poſt Latonæ in Delo partum, relicta matri eadem Delo, Apollo in Lyciam, quam nempe deinceps inhabitaret, profectus dicitur. Ita idem Apollo, Delum, Clarum, Delphos, ac Lyciam, ἢ Λυκίην ἐυρείαν &c. ut dilecta eidem præ aliis loca, peragrare fertur apud Apollonium l. I. v. 308; immo *Lyciæ ſortes* pro *Apollineæ*, juxta Servium a Marone dictæ Æn. l. IV. v. 346. Quibus proinde induci potuit Callimachus, ut dum de futuro Latonæ partu & errante adhuc Delo ageret, illius littoralis in Lycia tractus, & e quo frequentes tum erant navigationes hic opportune meminerit; quem Latonæ præterea aut Apollinis, præ aliis ferme poſt Delum locis, cultu & præſentia celebrem in poſterum fore argueret. De qua tamen hujus apud Callimachum loci explicatione, liberum eſto erudito Lectori judicium. Frustra se torquit Sp. in explicando.

V. 42. Σαρωνικῷ ἐνδοθι κόλπῳ] *Saronicum* hunc *ſinum* πόντον ſeu *mare*, modo πόρον ſeu *fretum*, aut vero πέλαγος dici notat Strabo l. VIII. p. 364. Neque proinde opus, ut cum viro doctiſſimo ad Metam. p. 153, *ſinus Saronicus* ſtatuatur, minor nempe ad Troezenem, magnus autem ſeu mare *Saronicum*, quod nempe inter Atticæ & Peloponneſi littora ad Iſthmum extendebatur. Primæ enim appellationis, juxta Strabonem, ſeu πόντε vel *maris Saronici* dicti exemplum ſuppeditat de ipſa Troezene agens Euripides Hippol. v. 1200.

Πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικὸν,
Sita jam ad mare Saronicum;

& ad quem locum veteres Critici Σαρωνικὸς κόλπος ἐστὶ πρὸς τῇ Κορίνθῳ, ἱερὸς Ἀρτεμίδος ἐν ᾧ φασὶ Σκύλλαν ὑπὸ Μίνωος ἐλκυσθῆναι. Ὄνομα δ' ἔστι πελάγους, ἀπό τινος Σάρωνος κυνηγέτου, *Saronicus sinus est prope Corinthum, Dianæ sacer, in quo dicunt Scyllam a Minoe tractam fuisse. Nomen itaque est maris* (πελάγους, ut supra Strabo) *a quodam Sarone venatore*, qui nempe cervum venans & furore correptus, se in mare illud *Saronicum* inde dictum, ut supra id obiter innui ad v. 25. Hym. in Jovem, præcipitem dederit. Quod a Pausania similiter refertur l. II. p. 142. & quod *Saroniæ Dianæ* Ædes & Lucus, ac *Festum* etiam *Saromia* dictum, fuerint sacrata. Hinc eadem Dea, tanquam Troezeniorum, ut hic de Neptuni Tridente, aut Minerva Poliade in antiquis urbis illius nummis signatis sileam, numen invocatur, non ab Hippolyto solum venatore, sed a Choro etiam Troezeniarum mulierum, in dicto Euripidis dramate. Dictum vero *sinum illum Saronicum*, ab ambientibus eam quercubus, quæ nempe a Græcis Σαρωνίδες fuerint appellatæ, & qua de re supra ad v. 22. Hym. in Jovem, tradit Plinius l. IV. sect. IX. Ab eodem etiam *sinu*, seu a *Sarone*, Troezeniorum, ut e Pausania obiter ante dictum, Rege, *Saronia* ante appellata ipsa urbs *Troezen* quæ ad illum sinum erat sita. Portus vero ejusdem πώγων dictus, juxta Strabonem l. VIII. p. 373, ac inde apud Eustathium Iliad. B. p. 308; & ad quem proinde adlusisse Æschylum, nempe Agam. v. 314, censuit ad Melam vir longe doctissimus, de quo paullo ante, Is. Vossius p. 154.

Φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικῆ
Πορθμῆ κάτοπτον πρῶν'
Flammæ promissam barbam (pogona) *& Saronici*
Freti ex adverso conspicuum cacumen.

Ubi præterea πορθμὸν Σαρωνικὸν, *fretum Saronicum* seu πόρον, sicuti vocatum illum *Saronicum sinum* tradit loco supra indicato Geographus, dictum liquet.

V. 46. Εὐείποιο πόρου] πόρον nempe non de *fluviis* solum dici a Poetis constat, ut πόροι ἁλιρρόθοι, *fluvii in mare labentes*, apud Sophoclem Ajac. v. 414. ac inde Ἀξίου πόρου, ac Σκαμάνδρου πόροι, *Axii* vel *Scamandri fluentum*, apud Æschylum v. 493. & Choeph. v. 364; sed de *mari* etiam apud eundem, ut nunc de aliis sileam, Tragicum, Ὠκεάνιοι πόροι, *Oceani fluxum* Prom. v. 531. & ἁλιρρόθιοι πόροι, *marina fluenta* Pers. v. 453. sicut paullo ante apud Strabonem, πόρον Σαρωνικὸν, *fretum Saronicum*. Sic Εὐείποιο πόρου hic a Poeta dicitur, quomodo Εὐείπου ῥοαὶ, *Euripi fluenta*, apud eundem Æschylum Agam. v. 300.

V. 48. Μαστὸν Παρθενίης] *Non adeo uber Parthenia*, ut hanc vocem μαστὸν hic enarrat juxta Græca Scholia Interpres, & adserit præterea eruditissimus Vulcanius, sed *collem* verius, pro usu vocis μαστὸς apud Atticos, & Sami situ in montem, juxta Strabonem, adsurgentis, immo quæ, ut idem addit, tota erat montosa l. XIV. p. 637, adsequi hic licet. Sic præter Xenophontem, qui aliquoties voce μαστὸς pro *colle* usus est, Anab.

l. IV.

l. IV. p. 320. 321, aut Polybium, qui de loco quodam Siciliæ inter Erycem & Panormum ait lib. I. pag. 57. ἔχει δὲ ἐν αὐτῷ καὶ μαστὸν, *in hoc etiam tumulus adsurgit*, qui arcis nempe vicem ac speculæ obtineat, aut Hesychium, qui cum in genere *loca edita*, tum nominatim *celsas* Atticæ *partes*, μαστοὺς vocari tradidit; addere hic licet Archestratum apud Athenæum l. III. p. 111, qui de alia Insula, Lesbo nempe, & in ea urbe Eresso in colle ad mare, juxta Geographum l. XIII. p. 618, itidem sita, ait,

Ἐν Λέσβῳ, κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι ΜΑΣΤΩ

In Lesbo, celebris Eressi, quæ fluctibus adluitur, COLLE,

prout verti locus ille debuit. Unde retenta etiam quandoque ac indicata simul vocis illius μαστοῦ, de prominentibus instar mammarum *collis* aut *rupis* partibus significatio; sicuti apud Josephum observo Αλωσ. l. VII. p. 981. ubi in Machæruntis descriptione, illud, uti singulare & admiratione dignum in ea arce exstitisse memorat, speluncam nempe saxo imminente protectam, ac, ut addit, ταύτης ἄνωθεν ΩΣΑΝΕΙ ΜΑΣΤΟΙ ΔΥΟ ἀνέχουσιν, ἀλλήλων ὀλίγω διεστῶτες, καὶ ψυχρωτάτην μὲν ἅτερος πηγὴν, ἅτερος δὲ θερμοτάτην ἐκδίδωσιν, *super hanc* (πέτραν seu *saxum*) DUO VELUTI UBERA, *inter se paullatim distantia eminent; quorum alterum frigidissimum fontem, alterum calidissimum fundit*. Haud aliter ac loco ante ad vers. 24. adducto, a sponsa dicitur Cantic. VIII. 10. μαστοί μοι ὡς πύργοι, *ubera mea, sicut turres*. Prout referri etiam debet venusta hic Callimachi adlusio, ad nomen Sami Παρθενίας antea appellatæ, idque juxta eruditos Apollonii Enarratores ad l. I. v. 187. quod scilicet Juno adhuc *virgo* ibi fuerit educata, & quod similiter e Varrone refert Lactantius Instit. l. I. c. XVII. *Insulam* SAMUM *scribit Varro prius* PARTHENIAM *nominatam, quod ibi Juno adoleverat, ibique Jovi nupserit*. Inde etiam alibi ab Apollonio Παρθενίη de *Samo* dicta l. II. v. 874. ac similiter ab alio e Pleiade Poeta Alexiph. p. 139. γαίης Παρθενίης, *terræ Partheniæ*; & quomodo Sami fluvius *Imbrasus*, de quo jam ante vidimus ad v. 228. Hym. in Dianam, Παρθένιος etiam antea appellatus, cum a Strabone dicitur l. X. p. 457. tum ab hoc ipso Battiade apud eosdem Apollonii d. l. Græcos Interpretes, & qui ejus versus inde inter Callimachi Fragmenta est relatus,

Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης, Ἴμβρασε, Παρθενίου,

Imbrase enim vocatus es, loco Parthenii.

Hinc ipsa Juno Samia utroque illo nomine ab Apollonio vocatur loco ante indicato l. V. p. 164. Ἰμβρασίης ἕδος Ἥρης Παρθενίης, *Imbrasiæ sedes Junonis Partheniæ*. Quibus accedit Pindarus Olymp. Od. VII. Ἥραν Παρθενιὰν κελαδῆσαι, *Junonem Partheniam celebrare*; & quod male ibi veteres Lyrici Enarratores, ad Junonem in Parthenio Arcadiæ monte cultam referunt. Præter ea enim, quæ modo adtuli, de Junone virgine in monte Sami *Parthenio*, qui inde nomen scilicet nactus sit, ut fabulantur, educata, ibique Jovi nupta; accedit, quod eadem Dea ad *Parthenium* seu *Imbrasum* postea dictum, Sami fluvium, sub vitice, ævo Pausaniæ, adhuc ibi ostendi solita, nata ferebatur, eodem teste l. VII.

p. 403. Notus etiam abunde non ex Auctoribus ſolum, ſed vel e nummis potiſſimum antiquis, ſolemnis Junonis apud Samios, & qua de re jam ſupra ad v. 228. Hym. in Dianam actum, cultus; ac inde ſignata in iiſdem Deæ illius ædes, omnium, quas vidit Herodotus, eodem ſcilicet teſte l. III. p. 185, ampliſſima; tum Junonis ipſius Samiæ, & cujus prolatæ jam ſupra a nobis icones, ſimulacrum. Illud autem antiquum & nobile fanum, Strabonis ævo, reponendis demum tabulis dicatum, ſeu πινακοθήκην tantum exſtitiſſe, idem obſervat l. XIV. p. 637; & de qua cæteroquin æde, Strabone recentior ait Pauſanias l. VII. p. 405, illam a Perſis exuſtam, cum admiratione tamen ſuo adhuc ævo ſpectari. Conſpicitur certe etiamnum ſignata ejus effigies in præclaris recentiorum adhuc Pauſania Imperatorum, Alexandri Severi, Gordiani &c. nummis; ſicut in iſto Cimeliarchii Gallorum Regii, qui in anteriori area Gordiani caput præfert, in altera vero Junonis Samiæ velatæ cum calatho ſupra caput, veru in utraque manu, inſtar Dianæ Epheſiæ, & prope modius cum ſpicis, ac inſcriptione ΣAMIΩM.



Μαζὸν autem, ut hoc addam, apud Callimachum, non *uber* quidem, ſed *jugum*, ad Stephanum in voce Σάμος interpretatus jam erat, quod nunc forte animadverto, doctiſſimus Holſtenius.

V. 49. Ὄυτω γὰρ ἦην Σάμος] Auctor etiam Strabo dicto loco, denominatam hanc Inſulam primo *Partheniam*, Caribus eam tenentibus, dein *Anthemium* ſeu *Anthemuſam*; poſtea *Melamphylum*; tandem *Samum*; & ſimiliter ex Ariſtotele Plinius l. v. H. c. XXXI, Stephanus, aliique. Inde etiam ita intelligenda ejuſdem Strabonis ea de re verba l. X. p. 457, ubi antea de eadem Inſula agens, ait Homeri ævo nondum eam *Samum* dictam, additque, ἐδ' ἐκαλεῖτο τῷ αὐτῷ ὀνόματι ἕτερον, ἀλλὰ Μελάμφυλος, εἶτ' Ἀνθεμὶς, εἶτε Παρθενία ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Παρθενίου, ὃς Ἰμβράσου μετωνομάσθη, *neque ſane olim eo Sami nomine fuit vocata, ſed Melamphylus ſive Anthemis, ſive Parthenia, e fluvio Parthe-*

thenio, qui Imbrasus post modo appellatus est; non, ut ea ibi Interpres accepit, quod *Samus* primo *Melamphylus*, dein *Anthemis*, postremo demum *Parthenia* fuerit dicta, quum ibi non εἶτα sed εἴτε legatur, & præterea hæc manifeste iis adversarentur, quæ de variis illius Insulæ nominibus ei per vices inditis aperte idem Geographus, & cui suffragantur, ut dixi Plinius, Stephanus, aliique, in sequentibus tradit, nempe loco jam indicato p. 637, ἐκαλεῖτο δὲ ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ, ἐκείντων Καρῶν, ἔπτα Ἀνθεμοῦς, ἔπτα Μελάμφυλος, ἔπτα Σάμος, PRIMUM *dicta fuit* PARTHENIAS *Caribus eam tenentibus*; *deinde Anthemus*; *post Melamphylus*, *tandem Samus*. Pro Ἀνθεμοῦς vero, quæ urbs Macedoniæ, & cujus mentio apud Thucydidem, Plinium, aliosque, aut priori apud Strabonem loco Ἀνθεμίς, quod herbæ nomen apud Dioscoridem l. III. c. CLIV, legendum videtur in utroque Geographi loco, Ἀνθεμοῦσα vel Ἀνθεμοσσα, sicuti apud Aristotelem, juxta Plinium d. l. Stephanum, & Apollonii Enarratores l. II. v. 874. Apud hos autem vicissim, non Μελάνθεμος, sed Μελάμφυλος, vetus ejusdem *Sami* nomen, emendari debuit; prout istud rursus apud Strabonem non solum, Stephanum, Hesychium, sed præterea apud Jamblichum l. I. c. II. de Vit. Pyth. & quomodo veteri Oraculo Φυλλὰς ibidem prius nuncupata dicitur eadem Samus, seu Φυλλὶς, juxta Hesychium; sicut ad eundem jam adnotarunt viri docti. Ea vero evasit postea hujus *Sami* ita dictæ celebritas, ut sese etiam *Ionia primos* publico ære sub Romanis Imperatoribus signarint Samii; cujusmodi nempe, & maximi quidem, ut ajunt, moduli, spectantur insignes nummi, quorumque ectypa possideo, in Cimeliarchio Gallorum Regio cum inscr. ΣΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑΣ, *Samiorum Primorum Joniæ*; sed de quibus alii. In eadem autem *Samo* Insula, sicut in Chio, Coo, Andro, Teno, omnibusque Ægæi maris Insulis, unam tantum urbem exstitisse, nempe *Samum*, observat Galenus de Medicam. Facult. l. IX. §. II. Agit vero ibidem pluribus, nempe §. IV. de *Samia terra*, seu *astro* vel *astere Samio* dicto, multiplicique ejus ad medicamenta usu, & quomodo ἀστέρα etiam appellatum ejusdem Samiæ terræ genus, non e Plinio solum l. XXXV. c. XVI. aut Dioscoride, recentioribusve aliis Medicorum filiis Oribazio &c. sed ex antiquiore iisdem Theophrasto liquet de Lapidibus p. 400.

V. 50. γείτονος Ἀγκαίου Μυκαλησσίδες] Sive prout alii præferunt codices, ac inde in Stephaniana ad marginem hujus loci editione adnotatur, Γείτονες Ἀγκαίου &c. & quod eodem redit. *Ancæus* nempe, qui quum prius *Samum* Cephalenicam incoluisset, coloniam ex Apollinis oraculo, cum e Cephaleniis, tum aliunde ex Arcadibus, Thessalis, Athenienſibus &c. in Insulam Samum deduxisse dicitur a Jamblicho, dicto jam loco; & a quo oraculum ipsum ea de re ab Apolline editum refertur,

ΑΓΚΑΙΕ, ἐναλίαν νῆσον Σάμον ἀντὶ ΣΑΜΗΣ σε
Οἰκίζειν κέλομαι· Φυλλὰς δὲ ὀνομάζεται αὐτη,
ANCÆE, *marinam insulam Samum, loco Sames, te*
Inhabitare jubeo; Phyllas vero ipsa vocabitur.

E quibus præterea illustrantur aut expendi debent, quæ e Strabone & Pausania, de eodem *Ancæo*, ut Samo vicinisque locis imperante; aut qui ducta uxore *Samia*, inter alios liberos *Samum* filium genuerit, jam adtulit ad hunc locum vir doctus. Vicinæ autem eidem *Ancæo* dicuntur hic *Nymphæ Mycalesides*, quod Sami Insulæ tanquam ante *Mycalen* in proximo continenti sitæ, meminerint passim Auctores & Geographi, Herodotus, Scylax in Periplo, Strabo, & Pausanias, a quo nempe dicitur l. VII. p. 402. Σάμος, ἡ ὑπὲρ Μυκάλην, *Samus, quæ supra Mycalen*; cujusque montem *Mycalen* etiam dictum, urbi nempe, quod sæpe alias, cognominem, Samo imminere dicit alibi idem Strabo p. 636. Nempe, quod eadem *Samus*, ut ait de ea Thucydides l. VIII. p. 608, *qua Mycalen spectat, parum a continente distaret*, διέχει δὲ ὀλίγον ταύτῃ ἡ ΣΑΜΟΣ τῆς ἠπείρου, ᾗ πρὸς ΤΗΝ ΜΥΚΑΛΗΝ. Ὀρειάδες proinde seu *montanæ* Nymphæ illæ *Mycalesides*, a quibus, *Ancæo*, Sami ut in Græcis ad hunc locum Scholiis dicitur Regi, seu, uti e Jamblicho vidimus, οἰκιστῇ *conditori*, h. e. Samo Insulæ vicinis, exceptam hospitio errantem adhuc Asteriam, quæ postea Delus dicta, tradit hoc loco Callimachus.

V. 52. ἀντιμοιδὸν] Ἀνταμοιδὸν hic legit, monente τῷ πατρὸς τῷ παιδίῳ, ingeniosissimus Tan. Faber; quomodo nempe ἀνταμείβετο, ἀντάμειψις, ἀνταμοιδὴ dicta; & similia, sicut, ut de aliis sileam, χρυπταμοιδὸς Mars apud Æschylum dicitur Agam. v. 447. Immo ἀνταμοιδὸν, & tanquam Callimacho Auctore, in vulgaribus hodie Helleniſmi promptuariis jam antea relatum videas. Quamquam ob metrum ἀντιαμοιδὸν hic legendum censeat H. Stephanus, & quod magis placet quam illud Anonymi ἀντημοιδὸν.

V. 53. ἐκεῖτ' ἄδηλοι ἐπέπλεες] Hinc non *Delus* solum, juxta fabulatores Græcos, dicta, sed etiam Ἀναφὴ, juxta Philonem περὶ Ἀφθαρ. Κόσμ. p. 960. Τὴν δὲ ΔΗΛΟΝ καὶ ΑΝΑΦΗΝ (rectius Ἀνάφην) ὀνόμασαν δι' ἀμφοτέρων ὀνομάτων πιστέμενοι τὸ λεγόμενον· ἐπειδὴν ΑΝΑΦΑΝΕΙΣΑ ΔΗΛΗ ἐγένετο, ΑΔΗΛΟΥΜΕΝΗ καὶ ἀφανὴς ἔσα τὸ πάλαι, DELUM *vero etiam* ANAPHEN *nominarunt, ut ex utroque nomine fides fieret; quoniam ubi apparuit, evasit manifesta, cum antea ignota, haud appareret eadem.* Quem locum ideo adscripsi, quod alioquin *Anaphe*, cum apud Geographos antiquos, tum apud ipsum Callimachum eo versu, qui inde a Strabone refertur p. 484. ac præterea apud Apollonium Rh. l. IV. v. 1717, non de *Delo*, sed de alia Sporadum Insula dici vulgo soleat. Unde nec alibi, quod sciam, legitur, *Anaphen* vocatam eandem *Delum*, inter plura, quæ cæteroquin exstant apud veteres Auctores & Grammaticos, ejusdem Insulæ nomina; & quamquam haud dispar a Græcis vulgo adferatur utriusque appellationis origo, seu e mari (quod de ambabus illis tradunt etiam Plinius l. II. §. LXXXVII. & Ammianus l. XVII.) subito enatæ & conspicuæ factæ, seu quod, uti de ea Insula ait Apollonius l. IV. v. 1718, ὁ δὴ Φοῖβον μὲν ἀτυζομένοις ἀνέφηνε, *ipse vero Apollo consternatis* Argonautis *eam conspiciendam dedit.* Quæ dudum notaveram, quum idem de adducto Philonis loco, a se quoque observato

vato, ſtatuiſſe Cl. Holſtenium, ex ejus ad Stephanum in voce *Ἀνάφη* adnotatis, nunc demum animadverto. Ut hoc addam, quod aliunde, quam a Græca voce, aut illis Græcorum de manifeſtata tandem *Delo*, poſt Latonæ partum, fabulis, hoc ejus nomen arceſſat doctiſſimus Bochartus de Colon. Phœn. lib. I. cap. XIV, ubi nempe ſtatuit eſſe illud Phœniciæ originis, a voce דחל, *daal*, qua *timor* a Syris, dein *Deus*, ac in Paraphraſibus Chaldaicis de *Diis gentium* dicitur. Adeo ut a Phœnicibus appellata fuerit, auctore Bocharto, eadem *Delus*, tanquam Inſula Dei Apollinis.

V. 54. *ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας*] De fixa tum primum in mari mobili ante Delo hoc dicitur; quomodo alias non maris jam, ſed *continentis radicem*, *ῥίζαν ἀπείρω* de Africa dixit Pindarus Od. Pyth. IX. Vide autem quæ ſupra notavi ad verſ. 35. *περιμήδεα ἐρρίζωσε*.

V. 56. *ἐπεβρωμᾶτο λεχωΐσιν*] Minus utique decenter *βρωμᾶσθαι* de Deorum Regina, aut vero convenienter huic loco, dictum foret a cultiſſimo Poeta, quod vulgo de Arcadici pecoris *ruditu* dici, e priſcis Grammaticis notum; ac unde *βρωμήεντα* & *βρωμήτηρα*, *aſellum* indigitat Nicander Ther. p. 24. & Alex. p. 163. prout eundem ibi enarrat vetus ejus ac eruditus Scholiaſtes. Unde pridem, & quod eruditiſſimo etiam Tan. Fabro in mentem veniſſe monuit omni laude præſtans ejus filia, legendum hic vidi, *ἐπεβεμμᾶτο*, *graviter interminabatur* ſeu *ſuccenſebat*, voce nempe *ἐπιβεμμᾶσθαι* huic loco plane congrua; & quomodo *ἐμβεμήσαθαι αὐτῷ* vel *αὐτοῖς*, uſurpari haud ſemel in novo Fœdere noveram, ac inter alia *ἐνεβεμῶντο αὐτῇ*, *fremebant in eam*, juxta veterem Interpretem, Marc. XIV. 5. Unde *βεμμᾶσθαι*, *τὸ ὀργίζεσθαι*, *ἀπειλεῖν*, *iraſci*, *minari*, præter alios explicant antiqui Ariſtophanis Enarratores ad illud Equit. p. 349. *εἰ σὺ βεμμήσαιο, ſi tu excandeſcas*, ſeu *pra ira fremas*. Veteres autem gloſſæ, *βεμμῶμαι*, *frendo*, & *ἐπιβεμμῶμαι infrendo*; & quod hic adpoſite omnino ad Junonis, non *lenis* jam *Ilythiæ*, ſed prout ſupra dicitur v. 30. Hym. in Dianam, *ζηλήμονι Ἥρῃ*, *zelotypæ Junonis*, & graviter proinde *excandeſcentis* ſeu *frementis* in omnes *puerperas*, quæ ex Jove ſcilicet, quod hic additur, pariebant, iracundiam denotandam dicitur.

Trajan. Pota saepe vba quæ propria de bestiis clamore dicuntur, honeste transferuntur ad Deos, homines, ad exprimenda aliqua vehementia, seu ardentia verba, seu furibunda. Ar. Ran. 570 τέτρυγά σε κάμε Κῆλ μυκώμενος. Aen. VI, 99 Sibylla edit vemugit. μυκᾶσθαι de fragore terribili, alternando in terræ motibus. Claud. rapt. Pros. 443. Cerea omnibus admugit. ὄρυα reddere quod st. ἐμβρυάσθαι, Aen. VIII, 228 de saxo. In quibus omnibus nil nisi vehementis et terribilis clamor intelligitur. a. Ar. 3 βαῦζω, τοῦ Ἡσυχ. interpretatur ὑλακτέω, st vehementer, aut clamore petere (plane), quod Latini latrare. Lucr. nil aliud natura latrare. Hor. II, 19 vires mulieresq; ad pulandum regis Persarum petituri, aliquid vehementius βοᾶσθαι. ὠρυόμενος, v. Ἡσυχ.

Ibid. *λεχωΐσιν*] Idem *λεχωΐς*, quod *λεχὼ*, ob metrum ita a Callimacho hoc loco, & cujus potior eſſe debuerat, quam Nonni, qui eadem voce uſus traditur, auctoritas, de *puerpera* nempe dicta. Heſychius *λιχὼ, ἡ πρόσφατος τετοκυῖα*, *quæ recens peperit*; & quomodo apud Hippocratem, quamquam id omiſerit in Onomaſtico Fœſius, legitur de Morb. Mulierum l. I. c. LXXXVIII. *λεχοῦς τὸ λοχεῖα καθαίρει ἄμεινον*, *puerpera ex parte proluviem melius purgat*. Qua voce etiam uſus, quod præterea obſervo, Euripides Electr. v. 637.

Λεχὼ μ' ἀπαγγεῖλ' ἔσαν ἄρσενος τόκῳ,
Puerperam me eſſe, *nuncia*, *prole maſcula*.

Neque vero, ut obiter hoc addam, abjudicandum, quod Criticis nonnullis viſum, Euripidi hoc drama vel inde mihi liquet, quod ab Ariſtophane in Ranis p. 274. duo verſus tanquam Euripidis, juxta plures alios ejuſ-

ejusdem Tragici promiscue aliunde ibi congestos, adducuntur, quæque etiamnum in eadem Electra exstant, nempe v. 435. & 436.

Ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς &c.

V. 57. Ἀμφελίδην] Usus eadem voce pro *distincte* aut *sigillatim* Apollonius l. IV. v. 721. de Circe Jasonem ac Medeam, de singulis, quæ iis contigerant, studiose inquirente, seu ἑκάστα, ut ab eodem dicitur, διεροµένη, ac inter alia, ναυτιλίην τε Ἀµφελίδην ἐξερέεινεν, *navigationem quæ distincte inquirit*. Lucianus vero Amorib. p. 1021. ed. Salm. Ἀµφελίδην δὲ ἠσκηµένης κόµης, *eximie autem compositæ comæ*. Nempe juxta Scholiorum ad hunc locum glossam, Ἀµφελίδην, καὶ ἐξοχὴν µεγάλως, & quomodo proinde *præcipue*, aut *maxime* verti hic ab Interprete debuit, non *seorsim*.

V. 60. & 61. εἶργε δὲ λητὼ τειροµένην ὠδῖσι] Sic de eadem Latona infra v. 202. τὴν ὠδίνεσσι βαρυνοµένην, cujusque proinde *gravibus partus doloribus pressæ*, alia hic ratio, quam parientis supra Telluris, Hym. in Jovem v. 29. Τεοὶ δὲ ὠδῖνες ἐλαφραί, *tui enim pariendi dolores leves sunt*, sicuti ὠδῖνας, vel ὠδῖνην, quod tralatitium, de *partus doloribus* vulgo a Græcis non Medicis solum, sed aliis Auctoribus dici constat. Minime proinde Latonæ OPIFERA hic Juno Lucina, seu ὠκυτόκια δυσκόλου, *ægre parienti partum accelerantia remedia*, de quibus senex Cous de Mul. Morb. l. 16. cap. LXXVII, eidem subministrare parata. Haud insolita vero hæc ejusdem Junonis erga Jovis pellices sævitia. Ita enim veneficæ apud Pausaniam l. IX. p. 555. ab eadem dicuntur immissæ, quæ parturienti Alcmenæ impedimento forent, idque ab iis etiam factum; donec illæ a Tiresiæ filia deceptæ abiissent; & tunc levatam doloribus *Alcmenam*, *subito* puerum seu Herculem enixam. Deas alioquin vulgo citra dolorem parientes finxerunt veteres Poetæ (& qua de re jam supra obiter actum d. l. Hym. in Jovem) atque subinde etiam ipsas Deorum pellices; idque ad celandum partum; sicut de Creusa ex Apolline Jonem pariente ait Euripides Jon. v. 1596.

Ἄνοσον λοχεύει σ', ὥστε µὴ γνῶναι φίλες,
Sine dolore parere te fecit, ut nescirent amici.

Immo de hac ipsa matre Latona, Dianam citra dolores enixa, dixerat ipsa virgo Diana, superiori Hymno in eandem v. 24.

Ὅτι µε τῇ τίκτουσα κῷ ἐκ ἤλγησε φέρουσα,
Quoniam, & quum me pareret, & quum in utero foret, non doluit,

& qua de re adhuc infra ad v. 202. Quamquam Minerva obstetricata Latonæ, & natis ex ea Apolline ac Diana, dicatur ab Aristide Hym. in Minervam p. 24, sicuti Prometheo e Jovis vertice nascenti ab Euripide Jon. v. 455; & cujus utriusque facti Minervæ tributi haud obscurum utique µυθολόγηµα.

V. 62. πίδον ἠπείροιο] Non Asiæ solum minoris *continens* hic intelligitur, qui καθ' ἐξοχὴν, illo ἠπείρου nomine a veteribus & qua de re infra ad v. 178. hujus Hymni, ἠπείροιο πόλεις *continentis* urbes, subinde designatur; sed Europæ etiam pars, Græcia nempe & in ea, quas in sequentibus enumerat, Arcadia, Peloponnesus proprie dicta, Bœotia, Acha-

Achaja, Theſſalia præterea, vicinæque Regiones; quas nempe e ſummo montis in Thracia Æmi vertice ſpeculatur, a matre Junone ad id conſtitutus Pater Gradivus.

V. 63. Ἥμενος ὑψηλῆς κορυφῆς &c.] Nempe ἐν σκοπῇ, quæ ei a Junone fuerat impoſita; & quomodo ab Homero pridem dictum, Il. E. v. 771. Ἥμενος ἐν σκοπιῇ *ſedens in ſpecula.* Qualia nempe de Diis Homericis, & ipſo Deorum Rege, ab illo Vatum parente haud ſemel dicta; ſicut alibi de Neptuno Iliad. N. v. 10. Οὐδ' ἀλλοσκοπιὴν εἶχε, *neque in vana agebat ſpecula*; neque, ut continuo addit, (& quo, ut ſæpe alibi, reſpexit nunc Callimachus)

Ὕψε ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμυ ὑληέσσης
Θρηϊκίης,
Super ſummum verticem Sami ſylvoſæ
Thraciæ,

ſeu Samothraciæ. Haud aliter ac Thracum habitus vulgo hic Deus, Mars nempe, potiori quodam jure, in celſo *Threjicii* montis *Æmi vertice ſediſſe* hoc loco dicitur. Adde v. 66. ubi Iris Inſularum σκοπὸς a Junone conſtituta dicitur, & quæ ibi notamus.

V. 64. Ἄρης ἐφύλασσε σὺν ἔντεσι] Quomodo in ſignis ac nummis antiquis ſpectatur etiamnum idem Gradivus, galea nempe, lorica, clypeo & haſta vulgo armatus, ſubinde etiam cum parazonio, ac tropæo præterea onuſtus, & cujus poſtremi generis nummos aliquos ad Juliani Cæſares olim vulgavimus. Haſtam quidem in iis nemo mirabitur, qui non ſolum eandem, conſuetum aliorum quoque Numinum in priſcis eorum ſimulacris, aut proprium etiam Martis, Ἐνυαλίου quippe Dei, inſigne apud Macrobium legit Saturn. l. 1. c. XIX; ſed quod præterea a Clemente refertur in Protreptico p. 30, Varronem nempe adfirmare, *Romæ antiquitus haſtam exſtitiſſe, Martis ſimulacrum*, τὸ παλαιὸν δόρυ γεγονέναι τὸ Ἄρεως ξόανον. Quamquam idem Gradivus, non δορυδόκος ſolum, ſeu *haſta potens*; aut a *galea* vel *lorica*, quibus indutus paſſim cernitur, χρυσοπήληξ, *auream habens galeam*; ut cum alibi, tum apud Æſchylum Sept. Theb. v. 108. εὐθώρηξ, vel χαλκοθώρηξ, *pulcram* vel *auream habens loricam* ab aliis dictus; ſed in genere etiam ΘΕΟΣ ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ, *Deus Armiger*, idque in Gordiani nummo, cum alia ibidem inſcriptione, MART. VICTOR. ſeu *Marti Victori*, qualis nempe a Jo. Vaillantio harum antiquitatum ſumme perito, iiſque ab eo in Theſauris Regis collocatus traditur in libro Numiſm. Præſtantiorum pag. 155. Occurrit alioquin in eadem gaza, & e maximorum genere, ejuſdem Gordiani nummus, in quo nulla equidem *Martis Victoris* mentio, ſed inſcript. VICTORIA AUGUSTI; in ſummitate autem Templi ΝΕΙΚΗ ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ, *Victoria Arma Tenens* ſeu *Armifera*. Conſona his ſequentis nummi, qui inter ſelectiores elegantiſſimi Abbatis de Camps brevi, ut audio, vulgandos conſpicitur, nec alieno utique loco, quo de *Martis Cuſtodis armis* a Callimacho agitur, promenda hic effigies, quæ hinc eundem Gordianum, illinc ſacrificium itidem ac templum exhibet, in quo Martis

tis armati simulacrum, & desuper ΟΠΛΟΦΟΡΟΥ seu *Armigeri* vox legitur.



Diversi vero ab aliis veteres & eximii Smyrnæorum nummi, & quales versavi itidem in Cimeliarchio Gallorum Regio, in quibus non Mars jam, sed Hercules ΟΠΛΟΦΥΛΑΞ *Armorum Custos* inscribitur; in aversa autem nummorum area, Victoria gradiens, aut Fluvius decumbens, aut Telesphorus stans visitur, cum epigraphe ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. Ad quos proinde Smyrnæos referri etiam debet antiqua Inscriptio, quæ exstat inter Marmora Oxonienſia p. 265, & inde relata a Cl. Reinesio Syntagm. p. 112, ubi inter alia legitur, Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων Ἡρακλεῖ ΟΠΛΟΦΥΛΑΚΙ, *Præfectus Armorum Herculi Armorum Custodi.* Ut hic mittam Junonem ὁπλοσμίαν, cujus meminit haud uno loco Lycophron p. 131. & 139, de Elide, ut Tzetzes ibidem notat, cultam.

V. 65. Επτάμυχον Βορέαο παρὰ σπέϊ] Thracii nempe dicti hujus venti *ſpecum* seu *antrum*, non jam in Æoliis Insulis cum Homero aut Marone, sed in Thracia, credita scilicet Aquilonis, de quo ante ad v. 26. patria, & quidem circa montem Æmum collocat hic Callimachus, e quo eundem *Boream* oriri dixit etiam superiori Hym. in Dianam v. 114.

Αἵμῳ ἐπὶ Θρῄκι, τόθεν Βορέαο κατάιξ
Ἔρχεται,
Æmum ad Threjicium, unde Boreæ procellæ
Oritur.

Hinc a Dionysophane, juxta eruditos Apollonii Enarratores l. 1. v. 826. traditum, foveam exstitisse in Thracia, e qua fierent flatus ventorum; atque ita inde habitam, & qua de re jam supra ad vers. 26, *Thraciam ventorum domicilium*, Θρῄκην ἀνέμων οἰκητῆρον. Immo sicuti Martis, Thracum nempe Dei, equi juxta illud Boreæ antrum, stabulare dicuntur hoc loco; ita ipse *Boreas*, & socii venti, *Thraces equi* indigitantur a Valerio Flacco l. 1. v. 611. & similiter ejusdem *Boreæ* procellæ

ἄμυπ-

ἅμιπποι, *equis similes* seu equestri celeritate, a Sophocle vocantur, juxta priscos ejus Interpretes, Antigon. v. 996. Ubi præterea ejusdem *Boreæ antra*, prope Thracium sinum Salmydessum collocantur, qui sinus monti Æmo seu Hæmimonto, Thraciæ regioni ab eo denominatæ, erat vicinus.

V. 66. σκοπὸς] Quod ab Homero sumptum, de eadem Iride sub uno e Priami filiis habitu, Iliad. B. 192. ὃς Τρώων σκοπὸς ἷζε, *qui Trojanorum speculator sedebat*. Ita Ἐπίσκοποι dicti *speculatores* seu custodes gentium Dii, qua de re supra ad v. 39. Hym. in Dianam; & sicuti Veneris κατασκοπίας delubrum apud Troezenios exstitisse, tradit Pausanias lib. II. p. 146. Adde Dionem Chrysost. de Jove Olympio dicentem Orat. XII. p. 215. ἀστασιάστου καὶ ὁμονοούσης τῆς Ἑλλάδος Ἐπίσκοπος, *quietæ & concordis Græciæ speculator*; & quod de Deo universi hujus moderatore dixerat Plato, & ex eo refert Theodoritus Θεραπευτ. serm. IV. p. 535, εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν ἀπέστη, *in suam speculam abscessit*.

V. 67. ἐπαΐξασα Μίμαντι] Dum *mons Chii*, ὄρος Χίου dicitur in Scholiis hic *Mimas* haud inde ab Asia amovetur, cum eadem Chios, tum Erytheæ, utraque Jonici etiam conventus, seu celebris illius Panjonii pars fuerint, & quibus imminens sive vicinus traditur ab antiquis auctoribus idem *Mimas*. De Chio equidem vel Homerus pridem fidem fecit; non noto solum eam in rem versu & apud Tullium memorato ad Atticum l. XVI. Epist. XIII, nempe Odyss. Γ. v. 172.

Ἦ δὲ ὑπένερθε Χίοιο, παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα,
An infra Chium, ad ventosum Mimantem;

sed Hymno præterea in Neptunum, qui in ejus vita Herodoto adscripta legitur,

Δὸς δὲ ὑπώρειαν ὑψικρήμνοιο Μίμαντος,
Da autem, ut ad inferiora excelsi Mimantis perveniam.

Neque enim ibi de *Erythris*, quod censet ad Ammianum l. XXXI. c. XIV. doctissimus Valesius, sed de *Chio* itidem Poetæ sermo; ad quam nempe per Erythras iter ipse faciebat, ut Theosdonidem quendam in Chio agentem ac Homeri carmina pro suis venditantem, coram plagii continuo redargueret. Ut tamen a μνημονικῷ errore haud immunis sit dicto loco Ammianus, qui, quod de *Chio* ait Homerus, utroque illo & quidem aperte omnino priori, ad quem etiam respexit idem Marcellinus, loco; id tamen de *Erythræo oppido* eum dixisse ibidem tradit; nempe ubi de Valente Imperatore ait, eum fatidici versus recordatione, Asiæ nomen horruisse, *ubi Erythræo oppido superpositum montem & Homerum scripsisse, & Tullium, doctis referentibus, audiebat*. Neque tamen, quod vere monet præstantissima Daceria, in Chio Insula, sed in ejus conspectu, seu, quod ait Pausanias l. VII. p. 402, Χῖος ἡ ἀπαντικρὺς τοῦ Μίμαντος, *Chius, quæ ex adverso Mimantis*; quomodo nempe ibidem dicitur, & de quo jam supra ad v. 50. Σάμος ἡ ὑπὲρ Μυκάλης, *Samus, quæ supra Mycalen*, & apud Strabonem l. XIV. p. 636. Μυκάλη τὸ ὄρος &c. ἐπίκειται δὲ τῇ Σαμίᾳ, *Mycale mons imminet hic Samio agro*, quarum illa itidem Jonii Maris, ut notum, Insula; hic autem mons *Mycale* in adver-

versa Joniæ continenti erat situs. Hinc male hodie apud Hesychium legitur, Μίμας, ὄρος Αἰτωλίας, pro Αἰωλίας, seu verius Ἰωνίας, ut bene jam ad eundem animadvertit eruditissimus Palmerius. Ideo autem, quod summæ altitudinis esset hic *Mimas*, ὑψίκερημνος etiam postremo apud Homerum loco, & a Strabone l. XIII. p. 645. ὄρος ὑψηλὸν dictus, idemque ad mare, quod vel ex Alexandro Myndio apud Ælianum liquet de Animal. l. V. c. XXVII. prominens; ac præterea longe seu per CCL. millia, ut de eo Plinius l. IV. c. VIII. extensus, inde etiam opportune in ejus vertice tanquam Insularum vicinarum, Chii proinde & aliarum *Inspectrix* seu ἐπὶ νησάων σκοπὸς consedisse dicitur hic Junonis jussu Thaumantias Iris. Accedit, quod de *Mimante* tradit Solinus c. XL. cujus nempe vertices e nubibus intervolantibus, futuræ tempestatis significant qualitatem; idcirco eo adhuc opportunior tradita hæc ejusdem Iridis statio. Quibus adde, quod apud Aristophanem Νεφέλ. p. 140. Socrates nubes compellans dicat,

Ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχεΐ', ἢ σποπέλον νιφόεντα ΜΙΜΑΝΤΟΣ,
Sive paludem Mæotim inhabitatis, sive nivosum MIMANTIS
scopulum.

Neque enim audiendi sunt Græci Comici Interpretes, qui *Mimantem montem Thraciæ* ibi imputant, ὄρος Θρᾴκης ὁ Μίμας, eamque in rem adductum paullo ante *apud ventosum Mimantem*, παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα, Homeri locum citant: qui tamen *Mimas* prope Chium exstare ibi a Poeta dicitur, ac ita non Thraciæ, sed minoris Asiæ mons, quod aliunde etiam constat, exstitit. Qui proinde illorum Grammaticorum haud insolitus ἐν γεωγραφουμένοις lapsus, uti Suidæ ei geminus, non debuit doctissimum Valesium impellere, ut alium ac diversum ab illo minoris Asiæ *Mimante* montem cognominem in Thracia exstitisse, ad dictum supra Ammiani locum, idque post Ortelium, qui idem notaverat, ejusque, ut videtur, fide statueret. Neque etiam ille, cujus præterea testimonio innititur Ortelius, probat id Ovidius; qui nempe dum montium undique enarrat orta Phaethontis lapsu incendia, ait inter alia l. II. v. 222.

Et tandem Rhodope, nivibus caritura, MIMASQUE,
Dindymaque, & Mycale:

ubi prior ille Thraciæ, reliqui autem tres totidem Asiæ minoris montes, quod nec triviales etiam illius Poematis Interpretes fugit, adducuntur. Ad quem Ovidii locum facit etiam ille Silii lib. III.

abeuntque in nubila montes
Mixtus Athos Tauro, Rhodopeque adjuncta Mimanti,

fallente nempe ob densam nubium caliginem, qua infessa erant illorum hinc Europæ, illinc Asiæ montium juga, obtutu. *Mimas* cæteroquin de gigante, neque ab Horatio solum lib. III. Od. IV, ut statuisse ad eundem videtur nuperus ac eruditissimus ejus Enarrator, sed a Claudiano etiam dictus de Raptu lib. III. vers. 347. *hæc arma Mimantis sustinet.*

V. 70. Φεῦγε μὲν Ἀρκαδίη] Arcadiam inter eas regiones a Poetis olim rela-

relatam, quæ scilicet prægnantem Latonam non admiserint, liquet præterea e Pausania l. VIII. p. 539, ubi Apollinem ac Dianam memorat, ubique gentium graves de iis hominibus ac locis, quæ Latonam, dum uterum ferret, errantem contempserant, pœnas sumentes, ad Tegeatas quoque Arcadas eadem de causa venisse.

Ibid. ὄρος ἱερὸν Αὐγης Παρθένιον] Haud novum, *sacrum* hic dici *Parthenium*, Arcadiæ montem, Pani nempe potissimum, cujus celebre ibi exspectabat fanum, & in quo præterea consecratum erat Telephi sacellum; sicut utrumque e Pausania liquet l. VIII. p. 542. Nota autem ejusdem Telephi mater, quæ hic commemoratur, *Auge*, & quæ juxta Græca ad hunc locum Scholia, Alei Arcadis filia, ac Minervæ præterea sacerdos, in monte *Parthenio* ab Hercule vim passa fuerat; aut in quo monte, non solum juxta Pausaniam, sed juxta Diodorum præterea l. IV. p. 239. ac Mythologos antiquos, Apollodorum l. II. c. IV, Hyginum Fab. XCIX, natus ex *Auge* Telephus, a matre aut juxta Apollodorum & Tzetzem ad Lycophr. p. 43. ab *Auges* parente Alea fuerat expositus. Haud una enim, ut in id genus veterum fabulis vel narrationibus passim contigit, inter eos Auctores de toto illo *Auges*, & nati ea *Telephi* casu occurrit varietas. Unde idem, quem adduxit ad hunc locum vir doctus, Pausanias, alibi non tantum expositum in monte *Parthenio* ab *Auge*, vel ejus patre, Telephum; sed *Augen* ipsam a patre cistæ, una cum nato filio Telepho inclusam, ac in mare abjectam; trajecto vero mari in Cayci fluvii ostium delatam tradiderat paullo ante, nempe l. VIII. p. 460, ac similiter Strabo l. XIII. p. 615. Neque etiam de loco Arcadiæ, ubi, nempe huic *Augæ* vim intulerit Hercules, minus olim controversum, rursus ex eodem Pausania constat p. 331. Adde Jornandem, qui Getic. cap. IX, & cujus locum vidit jam ad Hyginum eruditus illius Enarrator Th. Munckerus, *Augen* hanc, non Alei Arcadis, sed Priami sororem facit. Sacerdotio vero Minervæ, quod hic in Scholiis dicitur, functam eandem *Augen*; immo inde in Minervæ luco natum ex ea Telephum ab ea continuo expositum, tradit Apollodorus l. III. c. IX, & postremum itidem Tzetzes d. l. ad Lycophr. p. 43. E quibus præterea illud liceret conjicere, Αὐγῃ hic potius in Callimacho legendum, quam Αὐγης, nempe ut dicatur *mons* ille Arcadiæ *Parthenius*, ideo *Augæ* huic *sacer*, ὄρος ἱερὸν Αὐγῃ (non Αὐγης, neque enim ille ab ea denominatus alibi legitur) Παρθένιον, quod in memoriam nati ibi ex ea aut in eo expositi, atque a cerva, quod addunt, Mythologi, nutriti Telephi, non huic solum, sed matri etiam, locus fuerit in postremum consecratus. De Telepho utique in eodem monte juxta Panem culto, omissa omni alterius Numinis ibidem sacrati mentione, fidem facit eo, quem supra indicavi, loco, Pausanias; immo cujus ea de re verba non debent hic prætermitti sub finem l. VIII. p. 543. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου δὲ ἄρχεται ΤΟ ΟΡΟΣ, ΤΟ ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ· ἐν αὐτῷ δὲ ΤΕΜΕΝΟΣ δείκνυται ΤΗΛΕΦΟΥ, καὶ συναῦδα παῖδα ἐκκείμενον φασὶν αὐτὸν ὑπὸ ἐλάφῃ τραφῆναι· Ἀπωτέρω δὲ ὀλίγου Πανός ἐστιν ἱερόν, *Inde incipit* MONS PARTHENIUS. *In eo* TEMPLI SACELLUM *ostenditur* seu LUCUS (pro utroque enim τέμενος apud Auctores

De Auge v. Leopardi Emend. II, 16. qui alii. Not loca veterum citat. An in hoc nomine cer. vigit.

Conjectura nō necessaria; vulgata item signific. Fieri potest. Saepe Poetae genitivos usurpant, a regula Linguae recedentes.

res sumitur) *ibique expositus infans Telephus a cerva nutritus traditur, Paululum inde abest Panis fanum.* Nihil proinde in eodem monte, uti ex eo Pausaniæ, & hoc præterea Callimachi loco liquet, illo nati ibi e *matre Auge* & expositi Telephi casu, aut utrique quodammodo sacrati inde loci celebritate nobilius. Notum alioquin quod *sacri* sæpe in genere dicti fuerint *montes*, tanquam huic vel illi Numini peculiari quadam religione dicati; unde illud Luciani de sacrificiis p. 365. ed. Salm. καὶ ὄρη ἀνέθεσαν, & *montes consecrarunt*; aut quod Indi etiam apud Philostratum de Vit. Apoll. l. 1. c. 11. Caucasum in genere θεῶν οἶκον, *Deorum domicilium* leguntur appellasse. Ita *Dii montium* dicti 1. Reg. xx. 23. & de Cybele ac Diana, *ut montium Deabus* seu *Dominis* apud Poetas, & qua de re jam ad superiores Hymnos subinde appellatis, res nota. Hinc, ut alia nunc mittam, sicut ἱερὸν ὄρος Παρθένιον hoc loco Callimachus, ita ἱερὸν Τμῶλον, *sacrum Tmolum*, notum Lydiæ montem, vocat Æschylus Pers. v. 49. & Euripides Bacch. v. 64; aut quomodo *Taygetus* præ aliis montibus Dianæ sacer ac dilectus dicitur, supra v. 188. Hym. in hanc Deam. Sed hoc passim obvium, & in nummis etiam antiquis conspicuum, in quibus frequenter in vertice montium Templa aut Deorum simulacra occurrunt. Quanquam & inde ἱερὸν ὄρος Ἄυγης Παρθένιον, *sacer mons Auges Parthenius* dici hic a Callimacho potuit; haud aliter ac apud Æschylum, de monte *Atho* legitur, Agam. v. 293. Ἀθῶον εἶπος ζηνὸς, *Athoon cacumen Jovis*, Juppiter nempe Ἄθως, quod observat Hesychius, in summitate illius montis Athos sacratus. Hinc Juppiter etiam ΑΚΡΑΙΟΣ in nummis; sed de quibus alibi & supra jam actum ad v. 82. Hym. in Jovem, ubi de eodem Deorum Rege dicitur Ἄκρος ἐν πολίεσσιν &c.

V. 71. ὁ γέρων μετόπισθε Φεναιὸς] Nempe urbs ipsa inter Arcadicas olim celebris, conditoris ejus nomine designata; qui Φεναιὸς hic ob metrum, seu Φενεὸς αὐτόχθων, *Pheneus indigena* a Pausania traditur l. VIII. p. 478. *Senex* autem dictus hoc loco idem *Pheneus*, quod *urbs* esset *Arcadiæ antiqua*, ut hic in Scholiis traditur, eaque inundatione aquarum olim absorpta, teste eodem Pausania p. 477. Φενεατῶν δὲ τὸ πεδίον κεῖται μεταξὺ τοῖς Καρυαῖς· πλεονάζοντος δὲ ποτε αὐτῷ τοῦ ὕδατος, κατακλυσθῆναι φασὶ ΤΗΝ ΑΡΧΑΙΑΝ ΦΕΝΕΟΝ, *Pheneatarum campi Caryis sunt subjecti; unde quondam aquarum in iis profluvio*, ANTIQUAM PHENEON *absorptam memorant*, prout locus ille legi obvia ejus emendatione debuit, κατακλυσθῆναι nempe, non κατακλυσθῆναι, quod & sequentia ibidem arguunt. Quo respexit etiam Theophrastus Hist. Pl. l. v. c. VI. Φανερὸν δὲ γίνεσθαι ἐν ΦΕΝΕΩ (non Φανεῷ vel Φινεῷ, ut in utraque edit. Basil. & Batava D. Heinsii) τῆς Ἀρκαδίας, ὅτε αὐτοῖς ἐλιμνώθη τὸ πεδίον, ῥαγέντος (ut post Gazam Palmerius, non βραχέντος) τοῦ βερέθρου, *manifestum id contigisse apud* PHENEUM *Arcadiæ, cum obstructis ibi faucibus, campus in locum redundavit.* Illud vero peculiare de his *Pheneatis* observat Pausanias l. VIII. p. 480. quod Cererem errabundam, dum illa Proserpinam quæreret, hospitio non solum iidem excepisse dicantur, sed etiam quod majora minoraque Mysteria huic Deæ, eodem ritu, quo

apud

apud Eleusinem celebrarint. Quæ illustrat insuper id quod Conon refert Narrat. xv. apud Photium, *Phenatas* ob ostensum Cereri locum, quo Proserpina ad inferos a Plutone rapta descenderat, Deam tum iis plurima bona concessisse, tum ne unquam in bello ultra centum Pheneatas caderent. Quæ haud dispar ratio vel origo institutorum apud Athenienses Eleusiniorum; Ceres nempe filiam quærens, hospitio ibi comiter excepta, ac præterea grata triticearum frugum ab eadem Dea Athenienſibus concessarum memoria, ut ea de re præter alios Arnobius l. v. p. 185. ed. Batav. ac nos infra ad Hymnum in Cererem.

V. 72. ὅλη Πελοπηΐς] Quomodo ab Apollonio Rhodio dicta itidem *Peloponnesus* l. IV. v. 1570.

Πελοπηΐδα γαῖαν ἱκέσθαι,
in Peloponnesi terram seu *regionem pervenire.*

Non *tota* tamen nobilis illa peninsula, cui nomen hoc adhæsit, seu quæ intra Isthmum (& cui ita accessisset ipsa, cujus jam Poeta mentionem facit, Arcadia) hic innuitur, sed pars tantum ejus septentrionalis, quæ nempe ut continuo additur, *Isthmo adjacet*, ὅση παραικέλιται Ἰσθμῷ. Qualis nempe Corinthiorum & Sicyoniorum tractus, ut de Argolide & Achaja proprie olim dicta, de quibus mox, hic fileam. Nota vero e Geographis aliisque Auctoribus antiquis, Strabone, Ptolemæo, Pausania, Plinio &c. tradita ab iisdem Peloponnesi in varias partes divisio. Quamquam neque eo ævo, quo Latona prægnans e Jove a Mythologis traditur, notum adhuc *Peloponnesi* nomen; nondum scilicet nato Pelope; sed quæ prius *Pelasgia*, item *Ægialea*, ante *Apia*, & juxta Hesychium, Παλία, tandem, post Pelopis nempe e Lydia aut Phrygia in Græciam adventum, *Peloponnesus*, seu juxta Sophoclem Oed. Col. v. 728. *Pelopis magna insula*; verius peninsula nuncupata est. Verum id solemne, ut notum, Poetis antiquis, maxime autem Tragicis, regiones non priscis, quas tum obtinebant, ubi res ab iis memoratæ contigere, appellationibus, sed recentioribus, & suo ævo usitatis, frequenter indigitare.

V. 73. Ἔμπλην Αἰγιαλῆ] *Ægialos* nempe dicta antiquitus ea littoralis, quod vox ipsa etiam arguit, Peloponnesi pars, quæ inter Eleos & Sicyonios sita, *Achaja* postea nomen obtinuit, teste Pausania sub initium l. v. & l. VII. Quamquam ab aliis etiam, & appositе ad hunc Callimachi locum, ad Isthmum usque extendatur eadem regio, *Ægialus* dicta, ut a Plinio l. IV. c. v. *Achajæ nomen Provinciæ* AB ISTHMO INCIPIT; *ante* ÆGIALUS *vocabatur, propter urbes in littore per ordinem dispositas.* A situ proinde ad mare, quod præter Plinium & Pausaniam agnoscit etiam Strabo de vocibus Ἕλος & Αἰγιαλός agens l. VIII. p. 349, & alibi adhuc l. XII. p. 245, petita vocis illius Αἰγιαλῆ vel Αἰγιαλείας significatio; quam alioquin ab *Ægialeo*, Inachi scilicet filio, vulgo arcessunt veteres Mythologi, ut Apollodorus sub initium l. II. seu ab *Ægialeo*, Sicyoniorum, de quo idem Pausanias p. 96. & 396. Rege. Hinc etiam Αἰγιάλη eodem Auctore p. 96, aut sicut hodie apud Strabonem legitur l. VIII. p. 382, Αἰγιαλὸς dicta prius ipsa urbs littoralis, ut notum,

tum, Sicyon; aliudque præterea illius tractus oppidum, *Ægialea* appellatum, de quo rursus Pausanias p. 94. & 96. Eadem vero Peloponnesi pars littoralis, quæ inde primum *Ægialus*; dein *Jonia*, quod incolæ ejus antiquitus essent Jones; postremo *Achaja*, quod pulsis Jonibus, Achæi Phthiotæ seu e Thessalia eo profecti, eundem tractum occupassent, appellata apud Strabonem legitur l. VIII. p. 383. Quamquam suo adhuc ævo Αιγιαλὸν dictum illum Peloponnesi tractum, non vero totam, ut ex eodem loco male adseruit ad Stephanum Berckelius, Peloponnesum, tradit alibi Pausanias nempe l. II. p. 94. καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ΕΤΙ ΚΑΙ ΝΥΝ ΚΑΛΕΙΤΑΙ ΑΙΓΙΑΛΟΣ ἀπ' ἐκείνου βασιλεύσαντος ὀνομασθῆναι, *eamque Peloponnesi partem, quæ* HOC ETIAM TEMPORE ÆGIALUS VOCATUR, *ab eo* (nempe Ægialeo) *ibi regnante nomen sumpsisse.* Ut proinde haud mirum sit, si eo etiam nomine a Callimacho, tractus ille Peloponnesi hic appelletur.

Ibid. κῆ Ἄργεος] Pro Ἄργεος, & quo nomine tam urbs Græcorum olim intra Isthmum seu Peloponnesi clarissima, quam regio ipsa, vulgo Αργεία vel Αργολὶς dicta, hic censetur. Docent id veteres Critici ad Apollonium l. III. v. 992. ubi Ελλάδα tam de tota regione, quam de urbe cognomine dici, observant, adduntque ὃν τρόπον Ἄργος, κῆ ἡ πόλις, καὶ ἡ χώρα, *quomodo Argos etiam & de urbe & de regione dicitur.* Immo Ἄργος insuper de tota *Peloponneso* subinde dicta, juxta glossam veterum Pindari Enarratorum Isthm. Od. II. p. 445. καὶ τάχα ἂν Σπαρτιάτην εἰρηκε Πίνδαρος Αργεῖον, παρόσον Η ΠΑΣΑ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΣ ΑΡΓΟΣ καλεῖται, ὁμωνύμως τῇ πόλει, *& continuo quidem Spartiatam dixit Pindarus de Argivo, in quantum* UNIVERSA PELOPONNESUS, ARGOS *vocatur, eodem, quo urbs, nomine*; & quod Eustathius etiam haud uno loco tangit ut ad Il. B. p. 195. & 222. & præterea ad Il. Z. p. 630. *Argivis* alioquin proprie dictis seu *Argolidi* adscripti quoque, teste Pausania l. II. p. 96, Sicyonii, quorum urbem Αιγιάλην vel Αιγιάλειαν nuncupatam, paullo ante ex eodem Auctore & Strabone præterea diximus.

V. 74. ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη] Notus utique Argivorum regionem præterlabens fluvius *Inachus*, quem inde *Argivum* ab Æschylo dici observat Pausanias l. VIII. p. 464, qui tamen hodie locus in eodem Tragico non comparet. Occurrit quidem sub initium Chœphor. v. 6. locus, ubi Orestes Argos reversus ait, πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον, prout ibidem legendum *comam Inachi nutritiam*, in inferiis nempe, quas ibi patri Agamemnoni idem offerre dicitur. Ita de Argis seu Argivorum solo apud Euripidem ait Jocaste Phœn. v. 577. ἐπ' Ἰνάχῳ ῥοαῖς, ad *fluenta Inachi*, haud aliter ac *Inachius Argis*, & *Inachia tecta*, de iisdem dicuntur apud Statium Theb. l. I. v. 660. & l. III. v. 249. & alibi, quod tralatitium, *Inachidæ* de *Argivis* ut l. II. v. 245. De solemnis vero *Junonis* apud *Argivos* cultu; ac unde ei passim Ἥρας Αγειάς, & inde apud Maronem similiter Æn. l. III. v. 547. *Junonis Argivæ*, non apud Auctores solum & potissimum Tragicos, sed in nummis etiam antiquis, obvia adhuc nomenclatio. Cujusmodi nempe legitur in sequenti

num-

nummo, qualis exstat in Thesauris Mediceis & Parisiensibus, & qui in anteriore parte caput Neronis præfert.



Quamquam non idem sit hujus *Deæ Argivæ* habitus, qualem ei tribuunt veteres Grammatici ad Theocriti Idyll. IE. v. 64, nempe Junonis insidentis throno, sceptro præterea armatæ, desuper autem cuculi, aut quomodo plenius describit Pausanias l. II. p. 114, Deæ signum solio itidem insidentis, cum corona in capite, cui Horæ & Gratiæ sunt insculptæ, dextra autem manu malum punicum, sinistra vero sceptrum tenentis. Quod tamen *Junonis Argivæ* signum paullo aliter describit Tertullianus de Coron. c. VII. p. 104. ed. Rigalt. *Junoni vitem Callimachus induxit. Ita &* ARGIS SIGNUM EJUS *palmite redimitum, subjecto pedibus ejus corio leonino, insultantem ostentat novercam de exuviis utriusque privigni*, Bacchi nempe & Herculis. Simile vero hujus *Junonis Argivæ* signo, urbis Romæ simulacrum dicasse Cæsareæ Herodem, refert Josephus Αλωτ. l. I. c. XVI. Ubi enim in ea Urbe Templum Augusto, & ejus in eo Colossum, Jovi in Olympia parem erectum ab Herode dixisset, addit continuo, Ῥώμῃ δὲ ἴσος Ἥρᾳ τῇ καλ' Ἄργος, *Romæ autem, similis*, Colossus nempe, *Junoni quæ est Argis*, seu *Argivæ*, non ut ibi perperam vetus Interpres, & Gelenius, *Romano autem par & Junoni, quæ in Argis est.* De duobus enim Colossis seu simulacris ibi agitur ab Herode, Cæsareæ a se conditæ seu restauratæ, extructis, uno Cæsari, altero Romæ; prout id aperte etiam tradit Αρχ. l. XV. c. XIII. ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, *simulacra, illud quidem Romæ, hoc autem Cæsaris.* Ut mittam jam HPAIA seu solemne ejusdem *Junonis Argivæ Festum*, Argis etiam celebrata, quorum nempe proœmium erat clypeus æneus & corona e myrto; ac unde οὐ Ἄργει χαλκὸς *Argis Æs*, de eodem Agone dictum a Pindaro Olymp. Od. VII. sed qua de re opportunius dicendi erit locus ad v. 35. sequentis in Palladis Lavacrum Hymni. E quibus autem liquidum, cur *Argos*, Ἥρας δῶμα, *Junonis domicilium*, aut *Argivos*, Ἥρας τὸν εὐάνορα λαὸν, *Junonis strenuum populum*, vocet Pindarus Nem. Od. X. p. 415; & quomodo Ἀργείας Ἥρης ἐν δαπέδοις, *Argivæ Junonis in solo*, de eadem regione dicatur ab Euripide in Rheso: immo quod eadem ab Æschylo, omisso etiam Junonis nomine, Ἀργεῖα θεὸς, *Argiva Dea* solum indigitatur Suppl. v. 305. Ubi etiam paullo ante de Jo, Inachi, cujus hic mentio, filia dixerat, eam

κληδοῦχον Ἥρας, *Junonis ædituam* exstitisse in *Argivorum terra.* Ut proinde haud incaute hic a Latona e Jove gravida, & locum tutum ad partum quærente, præterita dicatur *Argos*, *Ægialo* etiam, ut modo vidimus, hic a Callimacho sociata, Αιγιαλοῦ τε καὶ Ἄργεος, quod *Ægialeus* (unde loco nomen inditum volunt Mythologi & Grammatici veteres, Apollodorus l. II. c. I. & Etymol. M. Auctor in Απία) *Inachi*, quem *sortita* hic dicitur *Juno*, filius censeretur. Adde, quod lite forte de illo tractu inter Junonem & Neptunum orta, eaque ab *Inacho* cum Phoroneo, Cephisso præterea & Asterione, secundum Junonem judicata, Deæ illi contiguo obtigerint eadem loca; ut id refert Pausanias l. II. p. 112. optimus proinde hujus apud Callimachum loci, præter alia ante dicta, Interpres, ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη, *quandoquidem Inachum sortita est Juno.* *Inacho* autem primo & antiquissimo, ut notum, Argivorum Rege, nihil apud Græcos occurrit antiquius; unde illud Horatii, ac ut bene etiam ad eum observat eruditissimus Dacerius, l. II. Od. III,

Divesne, PRISCO *natus ab* INACHO,

& l. III. Od. XIX.

Quantum distat AB INACHO *Codrus*,

nempe ab eo, cujus vetustissima foret inter Græcos memoria.

V. 75. Ἀονίη] Quo nomine *Bœotiam* olim dictam, e Strabone ac Dionysio Periegete, ejusque Enarratore Eustathio, adnotarunt jam ad hunc locum viri docti, sed quod plenius e Pausania constat, qui *Aonas*, veteres Bœotiæ incolas, post Cadmi in ea loca adventum, retentos ibidem, & cum Phœnicibus permixtos vicatimque habitasse refert l. IX. p. 549. Adde Stephanum in Bœotia, & eruditos ad Apollonium Criticos, ubi ad Poetæ versum l. III. v. 1177.

Αονίοιο δράκοντος ὃν Ωγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ,

Aonii serpentis, quem in Theba Ogygia,

Cadmus scilicet interfecit, notant iidem, Αονίοιο δράκοντος, ἀντὶ τοῦ Βοιωτικοῦ· Αονία γὰρ τὸ πρότερον ἡ Βοιωτία. *Aonii serpentis, pro Bœotico. Aonia enim prius dicta Bœotia.* De *Thebis* autem Bœotiæ, ut notum, primaria urbe, hic Αονίην a Callimacho nominatim intelligi traditur in Scholiis ad hunc locum. Quod a Lycophrone etiam factum p. 180. ubi Αόνων τε γῆν, *terramque Aonum*, de Thebana regione dici videas, & jam ante a Moscho Idyll. IV. v. 35. ubi Megara de parentibus suis, Thebas, ut itidem ait, incolentibus, addit Αονίου πεδίοιο, &c. qui *Aonii* seu Thebani *campi pinguem arant glebam.* Idem nempe ibi Αόνιον πεδίον, quod τὸ Θήβης πεδίον, *Thebes campus* vocatur Polybio Exc. Vales. p. 69, & de quo mox. Quibus addo Nonnum Dionys. l. IV. p. 155, ubi πόλις Αονίη de *Thebis* etiam dicitur; & similiter, ac unde lux eidem, Statium Theb. lib. I. v. 226.

Aonias fluit hic ab origine Thebas,

ac veterem ejus Enarratorem ad v. 34. ubi *arma Aonia* explicat *Thebana*, ab Aone Rege filio Neptuni, vel a monte Bœotiæ. Immo quomodo *Aonidas* & *Aonios sulcos*, pro *Thebanis*, & *Aoniam aulam*, pro Eteoclis apud Thebanos Regia, usurpet alibi idem Papinius; immo *Aonii*

ab

ab eodem passim de *Thebanis* dicti. Hinc Stephanus *Aonas*, non de *Bœotiâ* in genere sed de Bœotiæ *gente* explicat, Ἄονες, ἔθνος Βοιωτίας, ἐξ ὧν ἡ Ἀονία.

V. 76. Δίρκη τε Στροφίη τε] E Scholiis ad hunc locum, nec aliunde quod sciam, docemur, *Strophien* æque ac *Dircen*, fontem ad Thebas exstitisse. De *Dirce* res equidem pervulgata, e Tragicis maxime antiquis in mentione rerum Thebanarum; & a quibus eadem non pro *fonte* solum, sed pro *fluvio* etiam sumitur, sicuti, ut alios mittam, apud Euripidem Phœn. v. 737.

Βαθὺς δὲ τοι Διρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος,
Profundum vero est Dircæum vadum ad redeundum,

& apud Criticos ibidem, Δίρκη δὲ ποταμὸς ὁμώνυμος τῇ κρήνῃ, βαθὺς, πλατὺς, *Dirce autem fluvius eodem cum fonte nomine, profundus, latus.* Hinc etiam pro *Thebis* dicta apud Vatem Thebanum Pyth. Od. x. παρ' εὐκλεῖ Δίρκῃ, *apud inclytam Dircen*, ac unde ipsemet appellatus *Dircæus Cygnus* ab Horatio, & similiter *Dircæus gener*, Thebanus nempe Polynices Adrasti gener apud Papinium Theb. l. iv. v. 74. Quum autem a Sophocle haud semel numero plurium dicantur Διρκαῖαι ῥεέθρα, *Dircæa fluenta*, ut Antigon. v. 105. & a Papinio similiter Theb. l. vii. v. 164, *Dircæa ad flumina*; ac præterea in dicto Tragici dramate v. 856. nominatim Διρκαίας κρήνας, *Dircæi fontes*; fieri potest, ut vicinus *Dircæ fons*, & cum eo hic a Callimacho junctus, nempe Στροφίη, ac velut eodem patre Ismeno, ut mox additur, genitus, sub illa etiam *Dircæorum fontium* appellatione designetur. Dictus alioquin alius ad Thebas *fons Oedipodius*, Οἰδιπόδειος κρήνη, & ubi ludi victoriæ a Sylla reportatæ causa celebrati dicuntur apud Plutarchum in Pelopida p. 464; & quem fontem memorant etiam cum Pausanias l. ix. p. 569, tum ubi enumerat varios Bœotiæ fontes, Plinius, nulla cæteroquin facta Στροφίης, cujus hic Callimachus meminit, mentione; nempe l. iv. c. vii. *Præterea fontes in Bœotia, Oedipodia, Psammate, Dirce, Epicrene, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie.*

V. 77. Ἰσμηνὸς χέρα παιδός] Non tamen *Ismeni* sed *Acheloi filia*, dicitur fons ad Thebas *Dirce* apud Euripidem Bacch. v. 519.

Ἀχελῶϊ θύγατερ,
Ποτνι' εὐπάρθενε,
Acheloi filia,
Veneranda pulcra Virgo Dirce,

in cujus nempe fontibus, ut ibi continuo additur, primum ablutus fuit, e Semeles femore raptus semiambustus Liber. Ἰσμηνὸς autem hic, ut apud Æschylum Sept. Theb. 384, Euripidem, & a quo etiam Ἰσμήνη πόλις de *Thebis* dicitur Suppl. v. 1204, apud alios Ἰσμὸς quandoque, ut apud Dicæarchum ob metrum p. 167; a quo autem fluvio dictum vicinum eidem Apollinis Oraculum Ἰσμήνιον, cujus meminit Pindarus Pyth. Od. xi. & quale ἀλαθέα μαντείων ἕδρανον, *veram vaticiniorum sedem* ibidem vocat, & de quo adhuc paullo post. Μελαμψηφὶς vero seu *niger calculo* hic *Ismenus* fluvius, haud aliter ac de Anauro supra v. 101.

Hym. in Dianam dictum μελαμψηφίδα Ἀναύρᾳ; & ſicuti alioquin *Peneus viridis calculo* a Plinio dicitur l. IV. c. VIII.

V. 78. Ἀσωπὸς βαρύγυνος ἔπει &c.] Alter, qui Thebas præterlabebatur fluvius, ac unde de *Thebis* agens dicto jam ante loco Dicæarchus p. 172. utrumque, ut aliunde ſatis notum, innuit indicto nomine. καὶ γὰρ ποταμοὶ ῥέουσι δι' αὐτῆς δύο, *duo enim fluvii per eam labuntur*. Hinc etiam per διπόταμον πόλιν, *urbem irriguam* duobus fluviis, Thebas indigitat Argivarum mulierum Chorus apud Euripidem Suppl. v. 621, alibi vero in eodem dramate v. 510. γῆς Ἀσωπίας, pro *terra Thebana* ſeu Θηβῆς πεδίᾳ, de quo actum paullo ante. Quam in rem ſimiliter Strabo l. IX. p. 408; ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ Ἴσμηνὸς ἅμα τε πεδίᾳ ῥέουσι τῷ πρὸ τῶν Θηβῶν, *Aſopus enim & Iſmenus per campum labuntur, qui eſt ante Thebas*; ac unde alibi ab utroque illo fluvio dicuntur ei p. 382. Θηβῶν Διρκαΐαν καὶ Ἀσωπίδες, *Thebæ Dircæ & Aſopides*. Quod vero hic in Scholiis dicitur de Æginæ Nymphæ a Jove raptu, eoque patri ejuſdem *Aſopo* fluvio a Siſypho indicato, apud Pauſaniam etiam legitur l. II. p. 93. Adde quod ex hoc Callimachi loco liqueat, *Aſopum*, Æginæ ſcilicet patrem, eundem eum Bœotio ſeu *Thebano*, de quo hic ſermo, *Aſopo* vulgo habitum; errare proinde Didymum, qui in Scholiis Pindari Nem. Od. III. p. 346. alium a Thebano *Aſopum* fluvium in Ægina exſtitiſſe ſtatuit, & de quo explicat hujus Lyrici ibidem verba, ὕδατι ἐπ' Ἀσωπίᾳ, *aquam apud Aſopiam*. Quæ ibi verius Ariſtarchus, ad *Aſopum* Phliaſium retulit; qui nempe, ut ibidem dicitur, circa Phliuntem & Nemea (de Agone autem ſeu ἐπινικίῳ Nemeorum ibi ſermo) ſive quod a Pauſania, dicto jam loco traditur, in Phliaſiorum finibus ortus, per Sicyoniam *regionem in* mare *Corinthium* labebatur. Unde alibi legitur apud eundem Pindarum in Nemeis Od. IX, ἐπ' Ἀσώπᾳ ῥείθροις, in *Aſopi fluentis*; nempe, ut bene Græci Critici ibidem, ἐν Σικυῶνι. Hinc etiam apud Strabonem, a quo plures alioquin ſeu quatuor *Aſopi* fluvii recenſentur, & inter eos dictus modo *Phliaſius*, ut & alter, de quo hic, *Thebanus*, nullus vero in Ægina commemoratur, l. VIII. p. 482. *Aſopida* vero dictam, præter alia antiqua ejus nomina, Eubœam, tradit editus ſub nomine Marciani Heracleotæ Scymnus Chius Perieg. p. 23, & Plinius l. IV. c. XII. Exſtat præterea, *Urbis Aſopitarum* mentio in duabus inſcriptionibus antiquis Marm. Oxon. l. II. p. 292. & 293; quarum unam Trajano, alteram Conſtantio Η ΠΟΛΙΣ Η ΑΖΩΠΕΙΤΩΝ (ſicuti illa utroque modo ibi inſcribitur, haud aliter ac ΖΜΥΡΝΑ & ΣΜΥΡΝΑ in antiquis nummis) *Urbs Aſopitarum* dicavit. Quæ proinde *Aſopus*, urbs ibi Laconica, in qua Romanorum Imperatorum Templum exſtitiſſe tradit Pauſanias l. III. p. 206.

V. 80. Αὐτόχθων Μελίη] *Indigena* nempe ſeu Thebana Nympha, & quo ſenſu Χθόνιαι Νύμφαι dicuntur ab Apollonio Rh. l. II. v. 506. de Nymphis, quæ collem Africæ prope Cyrenas myrtoſum, & cujus ſupra meminit Callimachus v. 91. H. in Apoll. inhabitabant,

Χθονίης παρακάτθετο Νύμφαις,

ubi eruditi Critici, Χθονίαις, ταῖς ἐγχωρίαις, *indigenis* & quomodo pro-

proinde verti vox illa ibidem debuit, seu *indigenis commisit Nymphis*, non ut ibi Interpres ad litteram, *terrestribus*. Αὐτόχθων vero dicta hic *Melie* Nympha, ad discrimen aliarum Μελιῶν Nympharum, quarum in genere meminit in Theogonia Hesiodus, ac nomina recenset alibi ad eundem, seu Εργ. p. 48; Tzetzes, Ελίκη, Κυνόσουρα &c. Hujus autem *Melies* ut Thebanæ, præter Callimachum hoc loco, seu potius fontis eidem cognominis, ad quem nempe situm erat Ismenium de quo paullo ante Apollinis Oraculum πὰρ Μελίαν &c. auctor Pindarus Pyth. Od. XI. in Thebanum hieronicam; ac ubi a priscis ejus Enarratoribus, *Melie* Oceani filia ac Ismeni ad Thebas fluvii soror dicitur, & cui *Heroidi fons erat* ibi, ut Plautus loquitur, *cognominis*, ἔστι δὲ καὶ πήγη ὁμώνυμος τῇ Ηρωΐδι. Inde proinde explicandus Pausanias, a quo lib. IX. p. 557. ex hac *Melie* Nympha & Apolline genitus traditur Ismenus fluvius; nempe, qui ortum duceret ex eo fonte illius tractus Μελίῃ a μελιῶν seu *fraxinorum* ibi proventu, ut videtur, dicto; ex earum nempe μελιῶν genere, quas in *campestribus & aquosis locis*, seu ἐν τοῖς πεδίοις & περὶ τὰ ἔφυδρα nasci, & montanis *fraxinis* præstare tradit Theophrastus H. Pl. l. III. c. XI. Adde quod eodem loco Pausanias, fontis meminit supra Ismenum hunc fluvium siti, ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνίου (ni Ἰσμηνοῦ ibi potius & alibi legi apud eundem debet) τὴν κρήνην ἴδοις ἄν, *supra Ismenii fontem videas* &c.

V. 81. Ἥλικος ἀσθμαίνουσα περὶ δρυὸς] Μελίη nempe, de qua modo actum, ac una proinde *Hamadryadum* seu Nympharum, quæ simul cum *quercubus* aliisve id genus sylvestribus aut montanis arboribus natæ, seu ejusdem cum illis ævi ferebantur: ut id præter alios Auctores & Grammaticos a Battiade hoc loco, & mox adhuc v. 83. innuitur, τότε δρύες ἡνίκα Νύμφαι, *tunc quercus, cum erant Nymphæ*. Neque aliter, & qui hunc, ut plures alios, quod in processu harum Observationum subinde moneo, Callimachi locum expressit vel imitatus est æmulus Poeta, ubi de Nympha quadam Hamadryade, orante Paræbii patrem, arbores in monte exscindentem, dicitur Argon. l. II. v. 481.

Μὴ ταμέειν πρέμνον ΔΡΥΟΣ ΗΛΙΚΟΣ,
Ne exstirparet truncum QUERCUS COÆVÆ;

quod scilicet cum id genus *quercubus* nasci simul & mori crederentur eædem Nymphæ; prout nempe harum singulæ ferebantur huic velut alteri *quercui* coævæ. Unde veterum ibi Criticorum ad Apollonium seu ad v. 478. glossa, quod juxta Mnesimachum dicantur, Αμαδρύαδες Νύμφαι, διὰ τὸ ἅμα ταῖς δρυσὶ γεννᾶσθαι, ἢ ἐπεὶ δοκοῦσιν ἅμα ταῖς δρυσὶ φθείρεσθαι, *quod simul cum quercubus nascantur, aut quandoquidem cum quercubus intereant*; adducta etiam ibi e Charone Lampsaceno, de quadam Nympha narratione, quæ ob servatam a Rhœco fatiscentem alioquin quercum, *cum qua illi Nymphæ fuisset una pereundum*, μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυῒ Νύμφῃ, mercedem, quam vellet, eidem promisit ac præstitit. Immo ad quas *coævas* scilicet cum *quercubus Nymphas* respicit ille Pindari, qui ibidem adfertur, nec hodie, quod & tot aliis ejusdem Lyrici carminibus contigit, in ejus Επινικίοις prostat locus, ἰσοδένδρου

τέκμαρ ἀιῶνος λαχόσας, *nactas finem ævi æqualis arbori* seu *quercui*; & sicuti idem eam in rem etiam a Plutarcho adducitur de Oracul. defectu p. 415. ut eo nempe dicatur, tantum temporis Nymphas illas, juxta Pindarum, vivere, quantum datur arbori; ac ubi simul a Plutarcho additur, Δρῦς καὶ καλεῖν αὐτὰς Ἁμαδρυάδας, indeque *vocasse eas Hamadryadas*, seu quasi *cum quercubus viventes*. Quamquam longius etiam ævi spatium Nymphis ibidem tribuant, Hesiodi, quos idem Auctor adducit e deperdito ejusdem opere, versus, & a quo non discedit Pausanias l. x. p. 670, ubi ait, vulgo a Poetis ferri, Nymphas vivere quidem annos quam plurimos, sed non esse a morte immunes. Immortales tamen eædem & senii expertes dicuntur ab Orpheo seu Onomacrito Argon. v. 646. ubi Hylam ideo a Nymphis raptum ait,

ὄφρα σὺν αὐταῖς
Ἀθανάτος τε πέλῃ, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα,
Ut cum ipsis immortalitatis & senii expers in omne ævum.

Ne jam hic tangam, quod illa *quercus in Mamre* sub qua Deus apparuit Abrahamo, & idem tres Angelos excepit Gen. XVIII. 4, ævo Constantini adhuc superstes exstitisse, & ad quam quotannis solemne Festum Palæstini, Phœnices, Arabes, iique tam Christiani quam Judæi ac Gentiles celebrarent, tradatur apud Eusebium de Vita Constant. l. III. c. LI. LIII. & Sozomenum l. II. c. IV.

V. 83. Τότε δρύες, ἡνίκα Νύμφαι] Quæ proinde Ἁμαδρυάδες, ut modo vidimus, dictæ, quasi ejusdem cum *quercubus ævi*, seu quæ cum iis natæ simul ac morituræ. Unde etiam juxta Poetas, Nymphæ, cum ex aliis arboribus, tum maxime e *quercu* nasci dictæ; atque ita *Nymphis* priores eæ *quercus*, quæ illarum scilicet matres habitæ. Ita Pausanias l. x. p. 672. οἷαι τῷ ἀρχαίῳ λόγῳ τῶν Ποιητῶν ἐφύοντο, ἀπό τε ἄλλων δένδρων, καὶ μάλιστα ἀπὸ τῶν δρυῶν, *Nymphæ priscis Poetarum fabulis, cum ex aliis arboribus, tum maxime e quercubus natæ ferebantur*. Aliter quidem ea de re Pherenicus Poeta Epicus apud Athenæum l. III. p. 78, qui a Nymphis illis *Hamadryadibus*, varias quas ibi commemorat, cognomines arbores, Καρύαν, Βάλανον, Αἴγειρον, Πλατέαν, Ἄμπελον, Σύκην, *Nucem*, *Juglandem*, *Fagum*, *Ulmum*, *Vitem*, *Ficum*, aliasque, nomen sortitas refert, καὶ ταύτας Ἁμαδρυάδας Νύμφας καλεῖσθαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ τῶν δένδρων προσαγορεύεσθαι, *easque Hamadryadas Nymphas vocari, & ab iis multas arbores nuncupatas fuisse*. Quibus addi poterat ea, quæ superiori versu commemoratur Nympha Μελία arbori itidem μελίᾳ seu *fraxino* cognominis. Δρύες autem de quavis arbore, quod notum, olim dictæ; unde illa veterum Criticorum ad Aristophanis Aves glossa p. 465. δρῦς δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις πᾶν ξύλον, *quercus autem apud veteres omne lignum*, & similiter brevia Scholia ad Homeri Iliad. Λ. v. 86. ac Isaacius ad Lycophronem p. 205. immo unde δρυὸς ἔρνος, *ramus quercus*, seu *arboris* ab Euripide vocatur Cycl. v. 61. qui *ramus oleæ*, ἀκρέμων ἐλαίας ab eo ante dictus fuerat v. 454. & quod vidit jam ad illud drama eruditissimus Florens. Inde vero hoc de Nymphis *Hamadryadibus*, tanquam id genus arboribus & *quercubus* potissimum coævis, dictum videtur; quod a Gentilibus antiquitus altaria & sacra

ſacra vulgo fierent ſub *quercubus* & quo ſpectat illud אלים *a quercubus* Eſa. 1. 9. quod a ſenioribus & veteri Interprete redditur, ἀπὸ τῶν εἰδώλων *ab Idolis*. Nymphis autem tanquam locorum Geniis, ſacra etiam ab Ethnicis facta eaſque aris & ſimulacris cultas, ex Homero Odyſſ. B. v. 211. Athenæo l. VI. p. 250. aliiſque ſatis conſtat. Unde etiam traditæ *Nympharum*, ſicuti aliorum Numinum afflationes ſeu ἐπιπνοίαι, de quibus Jamblichus de Myſter. ſect. III. c. X. & quibus afflati Νυμφόληπτοι dicti apud Platonem in Phædro: immo unde ipſe Plato Νυμφόληπτος a Proclo vocatur in Theol. Platonis l. I. c. IV.

V. 84. Νύμφαι μὲν χαίρουσιν] Hic & ſequens verſus, ſuppreſſo Poetæ nomine adducitur a Proclo in Πολιτείαν Platonis, Græce poſt ejus in Timæum Commentarios edito p. 384, & quidem inverſo eorundem verſuum ordine, ac ubi κλέουσιν pro κλαίουσιν perperam legitur, Νύμφαι μὲν κλέουσιν &c.

V. 85. ἐκ ἔτι φύλλα] Apud Proclum, de quo modo actum, legitur, ἐκ ἔνι φύλλα, & quomodo ſcriptum etiam a Poeta putem.

V. 87. Θήβη] Θήβη nempe & Θῆβαι numero plurium promiſcue olim dicta, immo ΘΕΒΗ ſingulari numero ſignata eadem in antiquis, qui ſuperſunt, & in hoc etiam Electorali Cimeliarchio, hujus urbis nummis. Quibus accedit domeſticum Thebani Vatis teſtimonium, a quo *mater*, ut eam ibidem compellat, χρυσαπὶς Θήβα, *aureo clypeo inſignis Thebe* dicitur; opportune rurſus ad cælatum vulgo in iiſdem Thebanorum nummis, & qua de re alibi agimus, clypeum,



ΘΕΒΗ nempe ibi, ſicuti in priſcis itidem Athenienſium nummis, ΑΘΕ. & ΑΘΕΝΑΙΩΝ, antiquo more efferri paſſim videas. Sed hoc alterius loci. Inde autem abunde liquet, vere utique a Sex. Empirico olim aſſertum adv. Mathem. l. I. p. 31. Θήβη ἑνικῶς καὶ Θῆβαι πληθυντικῶς, καὶ Μυκήνη, Μυκῆναι, *Thebe in ſingulari & Thebæ in plurali numero, ut Mycene & Mycenæ*; & quomodo etiam Μυκήνη dicitur Anthol. lib. I. cap. LX. Epigr. X. aut Θήβη ab Apollonio, cum adducto jam ante loco l. III. v. 1177. Ὠγυγίη οἰὴ Θήβη, tum l. I. v. 736. ἀπύργωτος δ' ἔτι Θήβη, *adhuc ſine muris erat Thebe*, & ſimiliter a Nonno Dionyſ. l. IV. p. 139.

Κάδμῳ ἀπυργώτοιο θεμείλια πήγνυε Θήβης,
Cadmus turribus carentis fundamenta firmabat Thebes.

Dum vero miſſis Græcorum de *Thebe* quadam Jovis aut Promethei, aut vero filia næniis; aut de eadem a *Thebis* Ægyptiis nomen nacta, hujus urbis, Phœniciæ utpote originis, & a Cadmo, quod a Nonno etiam dicto loco traditum, conditæ nomen alii deducunt a Phœnicia aut Hebræa

voce

voce תבה *theba* seu *arca*, h. e. nave instar *arcæ*, qua Cadmus in Græciam trajecerit; vel sicut e priscis Grammaticis Isaacius ad Lycophronem p. 83, & Etymologici M. Auctor, quod Θήβα Syris *bos* scilicet diceretur; aut cum viro magni nominis Dan. Heinsio in Aristarcho sacro, a voce Arabica verius quam Phœnicia vel Hebræa תבת *thabat*, *stetit*, *constitit*, quasi constituta tum urbe. Quibus rejectis aut silentio transmissis, novam, sed vereor, an satis fundatam adtulit ὁ πάνυ Bochartus de Col. Phœn. l. 1. c. XVI. nempe a voce Hebræa בצ vel בצה *cœnum*, *lutum*; dictamque proinde hanc urbem a Phœnicibus, quasi *lutosam*, & quod ibidem colligit, e Dicæarchi verbis, qui de Thebis dixerit p. 174. πηλὸν ἔχει πολὺν, *lutum habet plurimum*, esseque eandem urbem totam κάθυδρον seu *aquosam*. Ut enim mittam, quod paullo longius recedit vox בצ aut בצה a voce Θήβη, vix etiam verisimile inde urbi, Cadmi ac sociorum adventu ac sede, immo *Cadmeæ urbis* aut Arcis appellationæ nobilitatæ, nomen a *luto* continuo inditum. Unde quando conjecturis licet hic indulgere, magis utique mihi adlubesceret petita ab alia voce Hebræa vel Phœnicia ejus vocis Θήβη, vel Dorice, quæ Thebanorum olim dialectus, Θήβα, origo; nempe a תאב unde תאבה *thaba*, *desiderium*, *adpetitus*, idque ob singularem loci illius pellucidis fontibus fluviisque irrigui ac vernantis undique amœnitatem. Cujus etiam rei luculentus testis idem Dicœarchus de Thebis agens p. 174. ἐνθερίσαι μὲν ἡ πόλις οἵα βελτίστη· Τότε γὰρ ὕδωρ πολὺ ἔχει καὶ ψυχρὸν, καὶ κήπους· ἔστι δὲ εὐήνεμος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν περίοψιν, ἐχέπωρος τε καὶ τοῖς ὠνίοις ἄφθονος, *ad transigendam vero æstatem ibidem urbs maxime opportuna; aquam enim habet plurimam, eamque frigidam, hortosque consitos; est præterea commodo quoad ventos, situ, & vernante seu grato adspectu, fructibus insuper omnibusque rebus ad victum venalibus abundans.* Ubi inter alia εὐήνεμος Thebe, quod Theophrasto d. l. Pl. l. III. c. VII. εὔπνους dicitur, & quod ille ibidem explicat πρὸς τὰ πνεύματα καλῶς κεῖσθαι τοὺς τόπους, *quoad ventos opportune sita loca.* Adde quod etiam paullo ante Dicœarchus de iisdem *Thebis* eodemque, quo de *luto* illius urbis egerat, loco, ait, *pluribus eam hortis cultis, quam ullam aliam Græciæ urbem præstare*, κηπεύματα ἔχουσα πλεῖστα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, ubi nempe κηπεύματα vox a Lexicographis præterita de *hortis cultis* seu *irriguis* dicta, a voce κηπεύειν, *hortum excolere* seu *irrigare*, & qua postrema etiam significatione usus Euripides Hippol. v. 78. ubi de *verno* & *illibato* adhuc *prato* ait, ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις, *fluviatili illud irrigat rore.* Vero proinde, si quid judico, magis videtur consentaneum, adlectos vernantis illius tractus, & fontium fluviorumque ibi decurrentium fructuumque præterea omnis generis, ac adversus æstivos ardores opportunæ stationis illecebris, eidem hoc, ut *desiderati optatique* loci nomen Phœnices indidisse. Sed hoc sagacioribus ingeniis dijudicandum relinquimus; ne aliam insuper conjecturam hic tangam, juxta quam idem Θήβης seu *Thebarum* nomen, ob inventas litteras a voce Rabbinica תיבה *theba*, quæ *vocem scriptam*, juxta Eliam Levitam, notat, deduci posse, neque tamen

sibi

sibi probari, tradit ad Nonni Dionysiaca pag. 67. doctissimus P. Cunæus.

V. 88. Τάλαινα, τὸν αὐτίκα πότμον] Vaticinatur hic & adhuc infra v. 162. ac sequent. Apollo ἐτ' ὑποκόλπιος, seu in Matris utero adhuc jacens, & jam μάντις, proximum Thebarum excidium, ob exclusam Thebanorum finibus Latonam. Ter equidem deletas easdem Thebas tradit Dicæarchus, qui Aristotelis fertur fuisse discipulus, nempe p. 172. Δὶς τὸ τεῖς ἤδη, ὡς φασὶν, αἰ ἴσοξαι κατεσκάφθαι, *quod jam ter, ut dicunt historiæ, fuerint funditus eversæ.* Diodorus vero l. IX. p. 696. ἐκ ὀλιγάκις ἀνάσατον γεγονυῖαν, *aliquoties fuisse hanc urbem plane excisam*, variasque ejus mutationes, seu ejectos haud semel sedibus suis Thebanos ibidem refert. Ter autem id potissimum contigisse ante illa, quibus Dicæarchus & Callimachus vixerunt, tempora, ex eodem Diodoro etiam liquet; nempe ab Epigonis Argivis, septem ad Thebas Ducum posteris; dein belli Trojani tempore, a Pelasgis; postremo denique, urbe ab Alexandro M. expugnata & solo æquata; donec postea, vigesimo ab ea clade anno a Cassandro eadem denuo fuit restaurata. Quo respicit proinde, qui ea ætate tum vixit, & unde etiam de ea licet statuere, Dicæarchus; dum eodem loco, ubi ter eversas memorat Thebas, præmiserat hæc verba, ἀρχαῖα μὲν ἔστα, καινῶς δὲ ἐῤῥυμοτομημένη, *vetus quidem urbs, noviter autem restaurata*, seu juxta vim Græcæ ibi vocis, *in vias rectas noviter divisa*, juxta Hesychii de eadem voce glossam, ῥυμοτομεῖται, (non ῥυτομεῖται, quod ibi jam adnotarunt viri docti) εἰς ὀρθὸν κόπτεται, & quomodo usurpat eandem Josephus agens de castrorum constructione apud Romanos Αλωσ. l. III. c. VI. p. 835. ῥυμοτομοῦσι δὲ ἐν Δαφνέτως ἔσω τὸ σφατοπέδε, *intra autem castra vias rectis spatiis dirimunt.* Neque tamen constans postea Thebarum felicitas fuit, dum post Callimachi ætatem, eandem urbem, Græciæ quondam principem, a Ptolemæo Philometore deficientem, graviter multatam; suo vero tempore tota inferiori urbe, delubris exceptis, eversa, ad Arcem unam & paucos in ea incolas redactam, docet haud uno loco Pausanias, ut l. I. p. 75. & l. VIII. p. 509. & l. IX. p. 554. Immo suo jam ævo Strabo eandem urbem tradit, *vix vici alicujus nominis formam habuisse*, ἐδὲ κώμης ἀξιολόγε τόπον ἔχουσα, l. IX. p. 403.

V. 89. αἴκοντα βιάζεο μαντεύεσθαι] Haud aliter ac idem Apollo de se invito ad vaticinandum adacto, dixisse fertur eo versu, quem e Porphyrii libro de Philosophia ex Oraculis, adducit Theodoritus Serm. X. p. 628. T. IV. καὶ ὁ Απόλλων δὲ βοᾷ,

Κλῦθι μὲν ἐκ ἐθέλοντος, ἐπεὶ μ' ἐπεδήσας ἀνάγκη,

Audi ea, quæ invitus dicam, quandoquidem eo me necessitate adegisti,

& quæ similia de se queritur ibidem Hecate. Quod cæteroquin Vatibus seu Fatidicis Gentilium vulgo contingere credebatur, qui divino furore rapti, seu mente moti, vaticinia, eoque demum sermone & numero (ut hac de re Ammonius περ. Ερμ. p. 95, immo jam ante Euripides Jon. v. 91. &c.) quo ea illis Numen suggerebat, proferre cogebantur.

Unde

Unde iidem non solum ἔνθεοι, seu εὐθουσιῶντες, θεοφόρητοι vel θεοφορούμενοι, prout prima voce usus eam in rem Æschylus Agam. v. 1159, posteriori Jamblichus de Myster. §. III. c. v. θεόληπτοι, præterea, νυμφόληπτοι, de qua voce paullo ante, a Græcis sunt appellati, sed etiam κάτοχοι, κατεχόμενοι, φοιβάδες, βάκχοι & φρενομανεῖς, ut postremum de fatidica Cassandra dicit itidem dicto modo loco Tragicus. Hinc Plato in Timæo p. 71. ed. Henr. Stephani neminem mentis compotem vaticinari tradit, sed *Deum divinationem humanæ insaniæ designasse*, μαντικὴν ἀφροσύνῃ θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδωκεν; ac unde μανικὴν etiam & μαντικὴν pro eodem habitam, immo priori nomine hanc primum & rectius dictam, testatur, idem non in Gorgia quidem, prout id traditur a Græcis Euripidis Enarratoribus ad Hecubam p. 61, sed in Phædro p. 244, & inde Aristides Orat. de Rhetor. p. 25. T. III. Quod proinde e Gentilium scitis adstruit quoque eruditissimus Clemens Protrept. p. 9. Quod autem Apollo hic Thebas deprecatur, ne se vel invitum cogant, clades illis & exitium ominari, inde factum quod vera scilicet, ut mox sequitur, nec irrita haberentur hujus Dei, quamquam nondum πυθομάνθεως, Oracula; quod præterea illibenter, & quasi coactus, a δυσφήμοις μαντείαις auspicium suæ illius artis, nec dum scilicet natus, facere nunc teneretur; ac proinde idem hic de se queratur, quod δυσφημοῦσα Cassandra ait apud Æschylum Agam. v. 122

Ἰοὺ, ἰοὺ, ἰὼ, κακὰ!
Ὑπ' αὖ μὲ δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος
Στροβεῖ, ταράσσων φροιμίοις εὐφημίοις,
Heu, heu! proh! proh! mala!
Me rursus gravis veræ vaticinationis labor
Exagitat, præludiis conturbans infaustis;

εὐφημίοις, nempe κατ' ἀντίφρασιν, pro *infaustis* ab Æschylo alibi etiam, juxta Hesychium in hac voce, dictis. Adde eo magis id ab Apolline dictum hic fingi, quod fausta cæteroquin pro infaustis ominari Thebanis idem mallet, a quibus nempe *Ismenii Apollinis* nomine, quod e Pausania aliisque constat solemniter colendus in posterum foret; Ismeniumque ibi ejus Oraculum, quod Pindarus vocat, ut ante vidimus ad vers. 77, ἀλαθέα μαντειῶν θῶκον, *veram vaticiniorum sedem*; proinde celebribus ejusdem Dei Fatidici χρηστηρίοις deinceps adnumerandum, sicut a Stephano etiam factum in voce τέγυρα. Hinc idem Apollo *Ismenius* in Cadmi Thebarum conditoris & Harmoniæ nuptiis a Nonno recensetur Dionys. l. v. p. 144, idemque Deus insuper inter custodes Thebarum Deos, a Choro Thebanarum Virginum invocatur apud Æschylum Sept. Theb. v. 147. Ut addam denique, quod raro contingebat, ut sponte nec rogatus, μαντείας, sicut hic ab eo factum, edere Apollo crederetur, aut ejus nomine & ἐπιπνοίᾳ seu *adflatu*, fatidica Pythias.

V. 90. Οὔπω μοι Πυθῶνι μέλει &c.] Haud eo minus tamen verus jam *Pytho*, seu velut ἐγγαστρίμαντις hic Apollo; qui scilicet e matris utero hoc edit nunc vaticinium. Πύθωνας enim Græcis dictos Vates ἐγγαστριμύθους, docet Plutarchus de Oracul. defectu p. 414, ὥσπερ τοὺς ἐγγα-

ἐγγαστριμύθους Ευρυκλέας πάλαι, νυνὶ Πύθωνας προσαγορευόμενοι, *sicuti Vates ventriloquos, Eurycleas olim, nunc Pythonas vocant.* Neque aliter Hesychius, Πύθων, ὁ ἐγγαστρίμυθος, ac ubi inter alia dicitur τοῦτον ἡμεῖς Πύθωνα καλοῦμεν, prout legendum, non ut ibi nullo sensu πάντων ἣν καλ. quod non debuit ibi eruditissimo Palmerio negotium facessere, ac jam e priori illo Hesychii loco, ab aliis fuerat ibi animadversum, & quibus nunc accedit clarissimum illud Plutarchi testimonium. Quod vero ille Ευρυκλέας olim, eosdem Pythonas seu ἐγγαστριμύθους dictos adserit ibidem, id insuper ex Aristophane in Vespis ejusque antiquis Enarratoribus p. 503, Platone præterea in Sophista p. 252. & Hesychii rursus in voce Ευρυκλῆς glossa, constat; ab *Eurycle* nempe Atheniensi, qui eo modo vaticinatus primum traditur, unde Ευρυκλέους μαντεία, de tali divinationis genere a Comico d. l. vocatur, & ubi Critici ἐγγαστρῖται δὲ καὶ Ευρυκλεῖται ἐκαλοῦντο, ἀπὸ Ευρυκλέους, πρῶτον τοῦτο ποιήσαντος, *ventriloqui autem & Euriclytæ inde omnes arioli appellati, ab Eurycle primum id agente*; nempe quod paullo ante de eo dixerat, μαντευόμενος διὰ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος, *vaticinatur per insidentem ei*, seu in ejus ventre, *dæmonem.* Cui tamen *Eurycli* præivit ea in re hic velut ἐγγαστρίμαντις Apollo, quamquam nondum scilicet, ut hic de se innuit, πυθόμαντις, sicuti ab Æschylo vocatur Chœph. v. 1030, nec proinde πυθόχρηστα vel πυθόκραντα (prout ab eo Tragico dicuntur eodem dramate v. 901. & Agam. v. 1264.) Delphis nempe edita forent ejus Oracula. Neque proinde ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΧΡΗΣΤΗΡΙΩ, *Apollini Fatidico*, seu APOLLINI DELPHICO, erectæ adhuc, prout in antiquis lapidibus, de quibus nos olim ad Juliani Cæsares, Aræ & Simulacra. Πυθῶνα enim, cum de *Delphis*, ut hoc loco & verti ab Interprete debuit, ac supra jam Hymno in Apoll. v. 35. ac Dianam v. 250, & haud semel apud Pindarum ut πετρωέσσας Πυθῶνος, *petrosæ Pythonis*, h. e. *Delphorum* Olymp. Od. VI. & alibi; tum de *serpente* ipso, de quo mox, *Pythio*, uti ante Hym. in Apoll. v. 100; tum de Vate seu *ariolo* ἐγγαστριμύθω, ut modo vidimus, dictum a Græcis liquet.

Ibid. Οὔπω &c. μέλει τριποδήϊος ἕδρη] Quo tempore, nondum scilicet nato Apolline, Oraculi seu *Tripodis* hujus Delphici πρωτόμαντις Tellus; dein Themis, & de qua etiam Lucanus l. v. v. 81.

Cum Regna Themis TRIPODASQUE *teneret*;

postea, una e Titanibus Phœbe; tandem Phœbus ipse Præses, seu χρηστήριος exstitisse traditur ab Æschylo, ab initio Eumenidum, relicta nempe, ut ibi continuo additur, Delo; & in quam utique Latona, quæ hic μάντιν illum Pythium adhuc in utero ferebat, nec dum adpulerat. Nondum itaque Πυθίου χρηστήριον seu ἕδρη τοῦ Θεοῦ, Dei hujus *sedes*, ut de ea quoque loquitur Jamblichus de Myster. sect. III. c. XI. & quæ hic similiter dicitur Πυθῶνι τριποδήϊος ἕδρη, *Delphis Apollinis Tripus* evaserat. Proprius nempe Delphico Oraculo, non aliis adeo ejusdem Dei aut aliorum etiam Numinum, μαντείοις, χρηστήριος seu *fatidicus tripus*; prout idem ab Euripide vocatur Jon. v. 1320. & προφητικὸς a priscis Pindari Enarratoribus ad Argum. Pyth. p. 185. sicuti alioquin

quin Thesproticus Lebes, Dodonæum Tintinnabulum seu χαλκεῖον, Fons Clarius, aliaque id genus ad vaticinia olim adhibita, a Clemente Protrept. p. 9, ac inde Theodorito recensentur sermone supra adducto de Oraculis p. 623. T. IV. Quibus continuo ab iisdem additur *Cirrhæus* hic seu *Delphicus Tripus*, cui nempe insidens Apollo seu verius φοῖβος vel φοιβαντις (utroque enim nomine eadem dicta) Pythias, eas, quas ibi Apollo subministrabat, voces consulentibus prodere credebatur. Quamquam ne id proprium dicatur *tripodi*, de quo hic, Delphico, obstare videatur, ut hoc obiter moneam, Nicander, apud quem legitur in procemio Alexiph. v. 11.

Ἑζόμενος ΤΡΙΠΟΔΕΣΣΙ παρὲξ ΚΛΗΡΙΟΙΣ ΕΚΑΤΟΙΟ,
Sedens apud TRIPODAS CLARIOS (seu in Claro) APOLLINIS.

Verum ubi primo illud occurrit, quod priscus ac eruditus ejusdem Poetæ Enarrator observat, scriptum fuisse, in aliis nempe veteribus libris,

Ἑζόμενη Κλαρίοιο Θεὸς παρὲξ πίονι νεῷ,
Sedens apud pingue templum Dei Clarii,

nulla nempe alicujus *tripodis Clarii* facta ibi mentione. Adde, & quod aliunde constat, non *tripodem*, sed fontem, prout eundem a Clemente & Theodorito vocari modo diximus, *Clarium* exstitisse, e quo Apollinis illic loci Oracula ederentur. De quo etiam, præter Tacitum Annal. l. II. c. LIV. aliosque, audiendus est Jamblichus de Myster. sect. III. c. XI, ubi in confesso apud omnes esse ait, Oraculum Colophonium seu *Clarium*, *per aquam edere responsa*, δι' ὕδατος χρηματίζειν, esse enim fontem in antro subterraneum, e quo bibit Propheta, & post peracta dein statutis noctibus sacra vaticinatur, omnibus, qui intersunt, ipse invisibilis factus. Mitto eruditos Apollonii Enarratores ad l. I. v. 308, qui e Manto Tiresiæ filiæ, deflentis Thebarum excidium, lacrymis eundem fontem enatum volunt; ac ubi Apollinis Oraculum fuerit ab eadem constitutum. Adeo ut per *tripodas Clarios*, si vulgata adducti versus lectione stare oporteat, nil nisi celebre illius loci Oraculum intellexerit Nicander; haud aliter, ac ubi de Heleno Apollinis Vate dicitur apud Virgilium l. III. v. 360, *qui tripodas, Clarii Lauros* &c. h. e. *Oracula*, juxta Servii ad eundem locum glossam. Hinc a *tripode*, sicut Delphis, ita in ipsa Delo, cui dicatus est hic Hymnus, vaticinatum quoque hunc Deum, innuere videas, qui utriusque Oraculi simul meminit, Lucanum l. VI. v. 241.

Non TRIPODAS DELI, *non Pythia consulit antra.*

Adde Maronem rursus, apud quem, ubi de consulto ab Ænea Apollinis in Delo oraculo egisset, continuo addit l. III. v. 90.

tremere omnia visa repente
Liminaque, LAURUSQUE *Dei*, *totusque moveri*
Mons circum, *& mugire adytis* CORTINA *recussis*,

Accedat Papinius, ubi de Græcorum navibus, quæ Ulyssem cum Diomede & sociis in Scyrum Insulam, ad educendum inde Achillem vehe-rent, ait Achill. l. II. v. 5.

jam

jam DELOS *opacat*
Æquor, ubi excelsa libant carchesia puppes,
RESPONSIQUE *fidem, &* VERUM *Calchanta precantur.*

nempe Apollinem Delium. Unde etiam ejusdem in Delo Oraculi mentio fit apud Theodoritum Hist. Eccles. l. III. c. XXI, ubi tradit Julianum contra Persas profecturum, misisse Delphos, & in Delum, ac Dodonem, de felici illius expeditionis eventu Oracula scisciaturos. Immo cujus habiti in Delo Oraculi luculentus adhuc index, præclarus quidam nummus, quem Romæ olim vidi in Schedis, de quibus alibi egimus, Pyrrhi Ligorii; & qui insuper nummus in editis postea doctissimi Holstenii ad Stephanum notis memoratur. Exhibet vero ille in anteriori area juncta M. Aurelii & Commodi capita; in posteriori vero templum monti, Cynthio nempe, impositum cum inscript. MANTEION ΔΗΛΙΑΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Oraculum Deliorum Neocororum.* Unus tamen, quidcunque e duobus adductis Virgilii & Lucani locis, de vero Deliaco Apollinis *tripode*, aut pro *Oraculo* in genere ab iis dicto statuatur, unus, inquam, exstitit Pythius seu Delphicus, decantatus vulgo & χρησήριος dictus apud veteres *tripus*; cujusque hoc ipso in Delum Hymno, cum hic, tum infra adhuc v. 182, meminisse Apollo dicitur; cuique proinde, tanquam communi Græciæ tripodi, insidere fertur apud Euripidem in Jone v. 366.

Ἐιπερ καθίζει τέλπόδα κοινὸν Ἑλλάδος,
Quandoquidem sedet supra tripodem communem Græciæ;

ac de eodem *tripode* ait similiter in vita Pythagoræ Porphyrius, cujusque ea de re locum adducit inter alia Cyrillus adversus Julianum l. X. p. 337. ὁ Δωδώνιος ΤΡΙΠΟΥΣ, ὁ ταῖς Ἑλλήνων πόλεσί τε καὶ χώραις χρησμολογῶν, ἢ τεθαυμασμένος, *hic celebratissimus ille* TRIPUS *qui civitatibus & regionibus Græcorum Oracula reddebat, ac omnibus erat admirationi.* Quamquam idem ibi hujus *tripodis* officium præstitisse quoque, & quod alibi cæteroquin vix legas, mensam quatuor pedibus fultam, & supra quam sederet vaticinatura Pythias, tradat dicto paullo ante loco Jamblichus p. 73. & qui meretur proinde hic adscribi, εἴτε ὑπὸ τῷ ἀδύτῳ καθημένη ἐπὶ διφρῷ χαλκῷ τρεῖς πόδας ἔχοντος χρηματίζει· εἴτε καὶ ἐπὶ ΤΟΥ ΤΕΤΡΑΠΟΔΟΣ ΔΙΦΡΟΥ, ὃς ἐστιν ἱερὸς τῷ Θεῷ, *sive in adyto sedens, supra mensam trium pedum aneam vaticinatura Pythias; seu vero supra* MENSAM QUATUOR *habentem* PEDES, *Deo sacram.* Cujusmodi nempe Delphicæ mensæ τετράποδι, haud dissimilem seu Δελφικῆς παραπλησίαν, sacram in Mosaico Tabernaculo mensam exstitisse, tradit Josephus Origin. l. III. c. VII, uti jam ad eum Jamblichi locum animadvertit eruditissimus Th. Gale; & cujusmodi utique cum bipedales, tum τετράποδες mensæ frequentius, aut quandoque etiam triquetræ seu totidem *tripodes*, in sacris Agonibus, cum impositis desuper Agonum præmiis, laureis puta, palmis, coronis, vasis, cyathis, pomis, lancibus, canistris cum omnigenis fructibus; & qui tripodes subinde supra mensas non τετράποδας tantum, sed bipedales quandoque positi, spectantur etiamnum in pluribus & insignibus, ac de quibus

nos alibi, veterum nummis, aliisve priscis monumentis; & ad quos proinde ritus respexit Virgilius Æn. l. v.

In medio SACRI TRIPODES, *virideſque coronæ*
Et palmæ pretium Victoribus.

Quem itidem in usum, seu Pythiorum, sacrorum scilicet Apollini, quod vel lippis notum, Delphico agonum, frequentes ibidem mensas, licet continuo statuere; quibus proinde mensis Josephus dicto loco *haud absimilem* tradit *mensam* Tabernaculi quatuor pedibus suffultam, & cum corona desuper aurea, uti de ea legitur Exod. xxxvii. 12. 13. Immo cujusmodi plures olim mensas Delphicas, ad sacrorum usum, aut alibi dein ad earum exemplum, constructas, docet Ciceronis in Verrem l. iv. c. lix. locus, ubi inter alia prædonis hujus verius quam Prætoris latrocinia, illud etiam refert, *quod iste* MENSAS DELPHICAS *e marmore, crateras æreas pulcherrimos, vim maximam vasorum Corinthiorum, ex* OMNIBUS ÆDIBUS SACRIS *Syracusis abstulit.* Quo utique referas haud dissimilem e Trojano Junonis fano advectam, sed ab hostibus Græcis, prædam, apud Maronem l. ii. v. 763.

huc undique Troïa Gaza
Incensis erepta adytis, MENSÆQUE DEORUM,
Crateresque auro solidi.

E quibus autem adductis Ciceronis verbis liquet, non de privatorum solum *abacis*, aut *mensis ad pocula*, ut e Porphyrione ad Horatium, Martiale, Paullo J. C. glossis Philoxeni, &c. adnotarunt hactenus viri docti, dictas olim *Delphicas*, & quibus addi possunt Talmudici Magistri in Mischna, ubi haud semel & voce Græca detorta, דלופקי *delupki*, aut דולפקי *dulpeki*, pro *mensa* itidem, seu *abaco* ad pocula, cibos, fructus, &c. sumitur, ut videre est in Cl. Buxtorfii Lex. Talm. p. 546; sed eas de iis etiam *mensis* dictas, & ad quas respexisse videtur memorato paullo ante loco Josephus, quæ nempe *Delphis*, & deducto inde alibi etiam more, ad sacrorum usum ac Deorum ministerium in templis reponebantur. Adeo ut id genus mensæ ad divinationes, seu τρίποδες aut τετράποδες eædem fuerint, a Gentilium Magis legantur adhibitæ, ut apud Tertullianum Apolog. c. xxiii. per *quos* (Dæmonas) *& Capra & MENSÆ divinare consueverunt.* Unde continuo, ut obiter hoc addam, robur aliquod suæ conjecturæ, & de qua paullo post, petere potuisset vir eruditissimus, qui in Variis Sacris, ab Orientali voce *Tarifa* vel *Teripa*, h. e. *scientia*, vel *Spiritu Magiæ*, *tripodum* in Græcorum Templis usum fluxisse existimat. Haud alibi vero, ut opinor, legimus talem τετράποδα δίφρον, pro fatidico in Ædis Delphicæ adytis, de quo hic Callimachus, *tripode*, supra quem sederet vaticinatura Pythias olim dictum; confudisse proinde eadem, quod omnino liquere existimo, adducto paullo ante loco Jamblichum. Quod factum etiam ab erudito Auctore libri *Delphi Phœnizantes* inscripti, qui ut hunc *tripodem* Delphicum, Arcæ Fœderis quadrangulæ similem continuo argueret, non triquetrum eundem seu revera *tripodem*, sed quatuor pedes habuisse existimat. Una enim & constans veterum cum Auctorum, tum oculata

adhuc

adhuc nec fallax monumentorum fides, quæ e χρυσηλάτῳ Delphorum *tripode*, non vero e menſa *tetrapode* prolata ab Apolline, ſeu a Pythia Vate, oracula conteſtatur; ac unde non τρίπους idem ſolum, ſed τρίπους etiam a Pythagoræis, juxta Heſychium, dictus. Quam in rem inſuper notabilia de ejuſmodi tripodibus, qui ſuo ævo ad inſtar *tripodis* Delphici paſſim exſtarent, Diodori verba, l. XVI. p. 428. εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν ΤΡΕΙΣ ἔχουσαν ΒΑΣΕΙΣ, ἀφ' ὧν αὐτὴν ΤΡΙΠΟΔΑ καλεῖσθαι· χρῆσθαι δὲ πάντας τῷ κατασκευάσματι ΑΠΟΜΙΜΗΜΑΤΑ γίνεσθαι, ΤΟΥΣ ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς ΤΡΙΠΟΔΑΣ, *machinam eſſe, qua habeat* TRES BASES, *unde* TRIPODIS *illi nomen obvenit, omnem vero ejus figuram*, IMITARI *ferme, quotquot ſunt hodie conflati ex ære* TRIPODES. Cujuſmodi paſſim etiamnum in plurimis variarum gentium & locorum, ſeu Græcis Romaniſque, nummis ſignati paſſim *tripodes* conſpiciuntur. Quod de iis utique, totidem nempe juxta Diodorum, Delphici *tripodis* ſimulacris licet continuo ſtatuere; in quibus aut Apollo ipſe tripodi ſuo inſiſtit, ut in Antiochi Dionyſi nummo apud clariſſimum Antiquarium Vaillant Hiſt. Reg. Syriæ p. 385, aut in quibus ſupra *tripodem* poſiti e lauro rami, vel coronæ e lauro; aut prope *tripodem* laurea quandoque vel lyra; aut ubi ſculpta in ſuperioribus *tripodis* ſeu ancularum partibus, Caprarum, (a quibus detectum primo Delphicum Oraculum refert idem Diodorus, ut ex eodem quoque memorant Comici Enarratores ad Plutum p. 7.) capita conſpiciuntur: cujuſque poſtremi generis cum alibi videas, tum in Lilybytarum Siciliæ nummo apud Parutam. Quibus adde Romanos etiam nummos, coſque vulgo in Antiquariorum libris, aut veteris illius peculii ταμιείοις etiamnum obvios, in quibus vel Delphinus ſupra *tripodem* recumbens, in medio autem *tripodis* corvus; vel ubi deſuper idem corvus; vel Serpens Pythius ſupra *tripodem* erectus; totidem nempe, quod jam ab aliis monitum, in iis Auguratus vel Quindecimviralis Collegii, quorum Apollo Antiſtes, deſumpta e ſacris eidem animalibus ſymbola & inſignia. Quibus Delphici *tripodis* ſimulacris, & proprio quodam jure, accedat inſignis ac opportune hic memorandus, qui exſtat in gaza Gallorum Regia, nummus, ſub Hadriano *Delphis* ipſis, ſeu ὑπὸ Πυθῶνι, ut hic Callimachus, cuſus, cum *tripode* & corona e lauro deſuper, eoque præterea ſupra menſam non τετράποδα tamen, ſed bipedalem, prout id ſubinde in antiquis id genus nummis obvium paullo ante diximus, cum inſcr. ΔΕΛΦΩΝ *Delphorum*. Quamquam autem ejuſdem nummi penes me eſſet e Galliis, cum pluribus aliis inſignibus, adlati ectypon, quo accuratius tamen illud hic proſtaret, en quale ad me, id ab eo pro amicitiæ noſtræ jure petentem, graphice admodum, ut ſolet, depictum miſit vir mirabilis in his fidei ac induſtriæ, ac de tota hac præclaræ antiquitatis penu inſigniter σὺν Θεῷ meriturus, Morellius noſter. Cui autem ectypo comitem ſimul hic addemus alium *Phocidis* itidem, cujus Metropolis, ut notum, Delphi, nummum, quem edidit jam olim Goltzius Græc. Tab. VIII. in quo *tripus*, primarium regionis illius decus, viſitur, non menſæ quidem, ut in priori, impoſitus,

ſitus, ſed cum menſa aut ara veluti deſuper, quamquam cum aliquo inter utrumque diſcrimine, & cum inſcr. ΦΩΚΙΔ. *Phocidis.*



Coronas autem e lauro, qualis in eodem *Delphorum* nummo comparet, & quam alioquin Pythiorum præmium conſtat exſtitiſſe, ſupra fatidicum *tripodem* Delphicum poſitas quoque; quaſque inde vaticinatura Pythias capiti imponeret, memorant eruditi Ariſtophanis Enarratores, indeque interpretantur ea Comici verba Plut. p. 6.

Ὁ Φοῖβος ἔλαχεν ἐκ τῶν στεμμάτων,

Apollo eripuit, ſeu *vaticinatus eſt per coronas*, ſive *e medio coronarum*,

nempe, ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΕΠΙ ΤΟΥ ΤΡΙΠΟΔΟΣ ΕΚΕΙΝΤΩ, ἃς ἡ Πυθία ἐν τῇ κεφαλῇ φοροῦσα ἐμαντεύετο, CORONÆ SUPRA TRIPODEM *jacebant, quas Pythias in capite geſtans vaticinabatur.* Quamquam & de *laureis*, quibus revinctus foret idem *tripus*, & quod inter *lauros* media ſederet Pythias, eadem Comici verba interpretentur alii e priſcis ad eundem Criticis; ac unde ipſa Pythias apud Æſchylum ait Eum. v. 39.

Ἐγὼ μὲν ἔρπω εἰς ΠΟΛΥΣΤΕΦΗ μυχὸν,

Ego quidem vado ad receſſum, ſeu *antrum* Delphicum, *multis coronis* vel *laureis redimitum*;

& qua de re conſuli itidem poteſt Euripides Jon. v. 103. &c. ac ſicut opportune quoque eam in rem haud uno loco ait Lucretius ut lib. 1. v. 740. &c.

Pythia, quæ TRIPODE *ex Phœbi*, LAUROQUE *profatur.*

Ut nunc de Lactantio ad Statium l. 1. v. 509. ſileam, ubi *tripodem* ſtatuit, *ſpeciem lauri tres habentem radices*; ſicut apud Ammianum legas lib. XXIX. c. 1. de conſecrato Valentis Imperatoris temporibus arcano quodam ritu *tripode, ad cortinæ ſimilitudinem Delphicæ diris auſpiciis*, DE LAUREIS VIRGULIS. Quomodo alioquin tres e lauro rami, de quibus paullo ante obiter, ſupra *tripodem* poſiti in antiquis etiam Seleucidarum & Antiochiæ nummis ſubinde occurrunt; cujuſmodi videas apud doctiſſimum & celeberrimum P. Noriſium in præclaro opere Syro-Macedonum p. 135, & laudatum paullo ante Vaillant Hiſt. Reg. Syriæ p. 357. & 366. Qualem inſuper, eumque hactenus ineditum Antiochenſium nummum, & cujus a me Pariſiis inſpecti ectypon habeo proferre

ferre hic posſem, ni de iis ad Julianum in Miſopogone, ubi meminit ſolemnis Daphnæi apud eoſdem Antiochenſes Feſti, agendi opportunior foret locus. Unde, ut hic me intra hoſce Pythii hujus Apollinis ἐπιχωρίους DELPHORUM aut PHOCIDIS adductos ſupra, cum ſignato in utroque *tripode*, nummos contineam, pro corona e lauro, quæ in priori, uti vidimus, conſpicitur, ara veluti, prout diximus, ſeu menſula potius quadrangula, non tamen quadrupes, *tripodi* impoſita cernitur in altero PHOCIDIS nummo. Eam vero ad illud ἐπίθημα ſive ὅλμον, cui ſupra tripodem poſito inſidebat oracula editura Pythias, liceret forte referre, ni continuo obſtaret, quod κύκλον ſeu orbiculare illud ſedile ſtatuat, qui de eo agit, Pollux l. x. c. xxiii. nempe τὸ δὲ ἐπίθημα τῦ τρίποδος ΚΥΚΛΟΝ καὶ ΟΛΜΟΝ δεῖ καλεῖν, ἐπεὶ καὶ ΤΟΥ ΔΕΛΦΙΚΟΥ ΤΡΙΠΟΔΟΣ τὸ ἐπίθημα, ᾧ ἐγκάθηται ἡ προφῆτις, ΟΛΜΟΣ καλεῖται, *operculum vero tripodis* CIRCULUS & HOLMUS *appellari debet; quandoquidem ipſum etiam* DELPHICI *tripodis operculum, cui inſidet vates Pythias*, HOLMUS *dicitur*. Quod de hoc Pythiæ ſedili ὅλμῳ dicto, tradunt alioquin, ut viderunt jam alii, veteres Ariſtophanis Enarratores ad initium Plut. p. 2. Accedit, quod ὅλμος Græcis, de iis, quæ figuram haberent ſphæricam ſeu circularem, diceretur, ut *lapide rotundo*, *pila*, *mortario*, *poculo*, *cornu* inſtar *cylindri*: ut apud Nicandrum Ther. p. 36. 37. Athenæum l. xi. p. 49. & Grammaticos, Heſychium, alioſque videas; & in gloſſis Philoxeni, ὅλμος *Pila*, *Mortarium*. Ut mittam, quod ὅλμος non ſolum, ſicut modo apud Pollucem & Comici Interpretes, & qui utique vocis illius ea in re uſus fuit, de Pythiæ nempe ſupra *tripodem* ἕδρᾳ ſeu *ſedili*, ſed inde de *tripode* ipſo, juxta Etymologum, Zenobium, Suidam dicatur; dum & inde proverbio datum locum volunt, οὐ ὅλμῳ ἐυνήσῳ, vel οὐ ὅλμῳ ἐκοιμήθη, ſeu, ut illud e Pauſaniæ Lexico refert Euſtathius Il. A. p. 836. οὐ ὅλμῳ ἐκοιμήσω, pro μαντικὸς ἐχρήσω, *vates factus es*. Adde, quod Πύθιος ἄξων, de ipſo Μαντεῖῳ Delphico, *in* illo Græciæ vel orbis etiam, prout illud a veteribus habebatur, umbilico; tripus vero ſeu potius crater deſuper tinnulus, idemque ὅλμος inde a Græcis, & κύκλος, ut paullo ante e Polluce vidimus, dictus, ſimiliter κύκλος αὐτοδόητος, *circulus per ſe ſonans* a Nonno vocetur l. iv. p. 128. ubi de Cadmo Oraculum Delphicum conſulturo idem ait,

Δελφὸν ἀσιγήτοιο μεσόμφαλον ΑΞΟΝΑ ΠΥΘΟΥΣ,
Μαντοσύνην ἐρέεινε, τὴ ἔμπνοα ΠΥΘΙΟΣ ΑΞΩΝ
ΚΥΚΛΟΝ ἐπ' αὐτοδόητον ἐθεσπίσε κοιλάδι φωνῇ,

Delphicum non ſilentis medium AXEM PYTHIUS (non Suadæ, ut ibi Interpres, cum πειθῦς antea male, quod vidit Falkenburgius, ibi legeretur)
Conſuluit ſeu *oraculum ſciſcitatus eſt*; *ſpirantia vero* PYTHIUS AXIS
Supra CIRCULUM *per ſe ſonantem vaticinatus eſt voce concava.*

E quibus inſuper abunde eruitur, non fuiſſe hæmiſphæricam cortinam, quam Pythias haberet ſuppoſitam, prout tamen ſtatuiſſe incomparabi-

lem Peireskium tradit in ejus vita doctiſſimus Gaſſendus, ac ubi eundem conquirendis undique *tripodibus*, & doctorum virorum, qui de incompertis quibuſdam *tripodum* myſteriis diſſererent, judiciis, laboraſſe oſtendit, ſymbolamque ſuam in id quoque præ aliis & feliciter quidem contuliſſe eundem Peireskium. Qua occaſione, & opportune dum hæc ſcribo, occurrit a viro præclare de hiſce Antiquitatibus merito Cl. Sponio, aliqua *Tripodum* ſchemata, & quidem Delphici aut ad ejus normam fabricata, in Miſcellaneis ejus tradi. Quæ ut continuo adii, ita ibidem lubens reperi p. 119. præter alia quædam *tripodum* ectypa, e Romanis aliquot iiſque vulgo obviis nummis petita, *tripodis Delphici*, ſeu ad ſimilitudinem ejus conſtructi, quem nempe ex ære nactus fuerat (indice antea ejus rei, ut modo dicebamus, Gaſſendo) laudatus Peireskius, traditum ſchema, additamque ſimul plenam ejus e Peireskianis ſchedis, ut ibidem ingenue agnoſcit vir optimus, quamque, ut hoc addam, paucis tantum ſatiſque perplexe adtigerat idem Gaſſendus, deſcriptionem. Hæc vero ne actum hic agamus, conſulere poterit ibidem lector, ſimulque conferre cum aliis veterum eorumque inſignium quorundam nummorum ectypis, in quibus ſupra tripodem ſimilis utique crater, ſeu, ut omnino licet ſtatuere, ὅλμῳ orbiculari itidem forma & perforatus viſitur, cui nempe inſideret Pythias, ac unde emanare, quæ proferret, oracula credebantur. A quibus autem diverſa figura quadrangula, ſeu menſula in adducto PHOCIDOS nummo ſupra tripodem poſita, ac prout agnoſcit alioquin Pollux, menſas & quidem alios in uſus, *tripodibus*, diverſis nempe a Fatidico *tripode*, ſuperpoſitas, ἃ μὲν τὰ ἐπιθήματα ΤΟΙΣ ΤΡΙΠΟΣΙ ΤΡΑΠΕΖΑΙ καλοῦνται, ἃ μαγίδες, *verum etiam, quæ tripodibus ſuperponuntur*; MENSÆ *vocantur & lances* &c. Qualis itidem menſa ſupra *tripodem* viſitur, cum alibi, tum in pulcherrimo Electoralis hujus Cimeliarchii nummo a Crotoniatis cuſo, cum tribus non coronis, ut in alio Crotoniatarum nummo apud Goltzium, ſed pomis deſuper, noto itidem Pythiorum præmio, & cum haud diſſimili cæteroquin, qui in ſuperioris *Phocidis* nummo comparet, typo: communi præterea in anteriori utriuſque nummi area, Aquilæ lauream uno ungue tenentis effigie. Sed qua de re, variiſque, quæ in iiſdem *tripodibus* ſubinde ſignantur, ſymbolis, & quibus etiam haud paucis liceret hic defungi, agetur alibi a nobis opportunius. Haud una enim exſtitit olim *tripodum* in Gentilium templis ac ſolemnibus dedicatorum ratio; qualeſque haud ſemel Apollini Delphico donatos aliunde conſtat, ac tradit etiam Plinius l. XXXIV. Sect. VIII. *ex ære factitavere & cortinas*, TRIPODUM *nomine*, DELPHICAS, *quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur*. Unde, ut alia Numinum e Gentilium templis ſimulacra, a Conſtantino M. iis erepta, & per fora Urbis a ſe denominatæ erecta; ita etiam tripodas Delphicos in Circo ejuſdem urbis, ut ſingulare ſpectaculum, ab eodem expoſitos tradit in ejus vita Euſebius l. III. v. LIV. ἐν αὐτῷ δὲ Ἱπποδρομίῳ, ΤΟΥΣ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΤΡΙΠΟΔΑΣ, *in ipſo autem Circo*, TRIPODAS DELPHICOS, & quod ipſum Apollinis Delphici tripodem,

τὸν

τὸν τρίποδα τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος statuit in narratione hujus facti Zosimus l. II. c. XXXI. A quo tamen abit, ut obſervo, vetus Thucydidis Enarrator ad lib. I. p. 86. ubi illum tripoda exſtitiſſe tradit, qui juxta eundem Hiſtoricum (Herodotum præterea, Diodorum, Pauſaniam,) e manubiis devictorum a Græcis Perſarum, Delphis fuerat dedicatus; quique, ut dicitur in Græcis ad eum locum Scholiis, diverſus ab illo, e quo Apollo vaticinaretur, a Romanis Imperatoribus fuerit Conſtantinopolim in circum delatus. Adde hiſce Delphicos *tripodas*, quos prælatos in pompa Philadelphi Dionyſiaca tradit Athenæus l. IV. p. 199, eoſque quadrangulares quidem, non tamen (ne quis hæc confundat) τετράποδας, nempe ἂν οἱ γωνίαν τετράμηροι, *quorum anguli quadrati*, & a qua etiam figura non abludunt ſubinde in antiquis nummis aut toreumatibus *tripodes*. Adeo, ut haud unum veterum illorum *tripodum*, quamquam triquetrum ſemper in priſcis monumentis, ſicut alibi agnoſcit idem Athenæus l. II. p. 38. (licet unum bipedalem pro *tripode*, e Baganianis ſchedis tertio loco a Cl. Sponio prolatum videas Miſcell. p. 118.) exſtiterit ſchema; quibuſque addita ſubinde diverſa vel inſignia, vel ſymbola; pro diverſa nempe locorum aut artificum indole, varioque, in quem iidem *tripodes*, & qua de re conſuli rurſus poteſt idem Naucratites l. II. p. 37. & 38. deſtinabantur uſu ac inſtituto, & a quo inſuper alibi muſici *tripodis*, uſum triplicis citharæ exhibentis, fit mentio, l. XIV. p. 637. Factum alioquin in honorem *tripodis* illius Χρησηΐδος ſeu Προφητικῆς, uti paullo ante vidimus, dicti, ut in aliis hujus Dei Fanis & Μαντείοις, ænei vel aurei ſubinde *tripodes*, tanquam eidem Deo ſacri & accepti, dicarentur; ſicut id in Iſmenii apud Thebanos, de quo ſupra, Fano & Oraculo factum, e Pauſania liquet l. IX. p. 557. Ibi enim inter alia ait de illo nobiliſſimorum e Thebanis puerorum, eorumque laureatorum more, ἀναθεῖναι δαφνηφορήσαντες ΧΑΛΚΟΥΝ τῷ Πυθῷ ΤΡΙΠΟΔΑ, *conſecrare laurigeros adoleſcentes* ÆNEUM *Apollini* TRIPODEM. Quam in rem præclarus etiam, qui Pauſaniam haud parum illuſtrat, apud Pindarum locus Pyth. Od. XI. p. 318, ubi agens de eodem celebri apud Thebanos Iſmenii Apollinis Μαντείῳ, quod ut continuo adeant, Thebanas Heroidas hortatur Lyricus,

χρυσέων
Εἰς ἄδυτον ΤΡΙΠΟΔΩΝ
θησαυρὸν.
aureorum
In ſacrum TRIPODUM
theſaurum ſive *repoſitorium.*

ubi veteres ejus Interpretes, Διὰ τὸ αὐτόθι ΠΟΛΛΟΥΣ ἀνακεῖσθαι ΤΡΙΠΟΔΑΣ· οἱ γὰρ Θηβαγενεῖς ΕΤΡΙΠΟΔΗΦΟΡΟΥΝ ἐκέισε, *ideo, quod multi ibi conſecrati eſſent* TRIPODES. *Thebani enim illuc* TRIPODAS *deferebant.* E quibus præterea Lyrici verbis videas, quod ut ſæpe alias, ita non ænei ſolum juxta Pauſaniam, ſed aurei etiam eſſent *tripodes*, qui in illa Apollinis Iſmenii æde & Μαντείῳ, a Thebanis recondebantur;

tur; immo qualis ipse Delphicus *tripus*, χρυσήλατος nempe, sub initium Pluti a Comico dictus, *aureus*, seu verius *auro incrustatus*; aut sicuti *aureus* etiam a Diodoro l. XI. p. 26. exstitisse dicitur *tripus*, de quo paullo ante, e Persarum manubiis Apollini Delphico sacratus. Quo referas proinde *Delphicos tripodas*, eosque non æneos, aut vero argenteos duntaxat, sed aureos etiam, vel solido ex argento gemmisque præterea insignes, qui in pompa Philadelphi, de qua paullo ante, Dionysiaca prælati leguntur apud Athenæum l. I. p. 199. Baccho enim, quod ex eodem Athenæo l. II. p. 37. & aliunde notum, haud minus ac Apollini sacri olim *tripodes*, & consueta proinde Choragorum in Dionysiis apud Athenienses, sicut Victorum in aliis Agonibus, præmia; ac unde *tripodes* in Templis vel Bacchi vel Apollinis consecrati dicuntur ab Isæo de Dicæog. Hæred. p. 444. ed. Hanov. Accedit denique, quod e Porphyrio in vita Pythagoræ refert Cyrillus adv. Julianum l. X. p. 342, Apollinem nempe Sileni filium a Pythone serpente interfectum in loco, qui *Tripus* dicebatur, quod tres Τρίοπα seu *Triopæ* filiæ Apollinem ibidem luxerint. An vero ad tres hasce *Triopæ* filias, tria sculpta supra veterem *tripodem* feminarum capita, quod e Peireskianis, de quibus supra schedis memorat Cl. Sponius Miscell. p. 120. referri continuo debeant, ad ipsum Cyrilli (cujus contra τὸν παραβλάπτην libros nunc, dum hæc scribo, luculentam Juliano Appendicem, typis denuo vulgandos tradidi) ea de re locum, opportunius videbitur. Modum enim & præter institutum jam egressa est hæc de Delphico Apollinis *tripode*, seu quæ hic τριποδήιος ἔδρη a Callimacho dicitur, quamquam haud alieno utique loco, commentatio. Cui tamen ultimam nec importunam, uti opinor, addemus coronida, nempe eo Apollinis, seu Phœbados in Templi Delphici adyto supra tripodem sedentis, responsaque inde, Dei illius Oraculum consulentibus, edentis facto, adumbrari a Gentilibus pridem nobis visum, id quod legitur Num. c. VII. v. 89, Mosem, quoties ingrederetur Tabernaculum, ut *consuleret Oraculum* (prout hic vetus Interpres) audivisse vocem ad se loquentis e Propitiatorio, quod erat super Arcam (seu ejus Operculum) inter duos Cherubim. Quæ haud diffiteor jam acute adtigisse eruditum Auctorem libri memorati *Delphi Phœnizantes*, quamquam postea demum editi, ac serius a nobis visi, & cui cæteroquin Viro docto, ad Tabernaculum cum Arca ad Sciluntem sub Josua (Jos. XVIII. 1.) fixum, totam hanc Hebraici ritus in Delphici tripodis & Oraculi constitutione originem ac simulacrum referre placuit. Unde eidem, ut alia mittam, *Cortina Delphica*, non tripus aut tripodis operculum, seu ὅλμος, de quo supra, sed ædes Tabernaculo similis; tripus vero, uti jam vidimus, *quadrupes*: Apollo vero idem cum Josua, peracto sexennio in debellandis Chananæorum Regibus, quiescente: *Python* autem serpens, cum Amorrhæorum Rege, non tamen a Josua, ut idem tradit, sed a Mose jam ante, prout liquet e Deuter. III. 3. cum tota ejus gente ad internecionem prostrato. Ne jam hic adducam aliam, quam obiter supra adtigi, Viri eruditissimi de hisce Græcorum *tripodibus* petitam ex Oriente itidem conjectu-

ram;

ram: qui nempe in Variis Sacris p. 1010, vocem τέπες ab Orientali *Taripa* seu *Teripa*, de *scientia* aut *spiritu Magiæ* fluere existimat, & inde Græcos litteraturæ Orientalis ignaros, quod vox ea accederet ad vocem τέπες, statim *tripodas* sibi finxisse, eosque in Templis suis consecrasse. Quæ ut ingeniose, sicuti plura alia eodem in opere, animadversa, nemo jure ibit inficias; ita an eadem pro veris ac certis probari continuo debeant, haud inde licet, quod nec ipse Vir doctissimus, qui nunc ἐν ἁγίοις, contendisset, statuere. Ut enim mittam varia, quæ alii in illa triquetra sacrorum apud Græcos *tripodum* figura, quamquam ferme inaniter, quæsiverunt mysteria; ita eo magis probabilis hujus fatidici *tripodis* ratio, quæ ex haud dissimili, quem modo adtigimus & sacræ produnt litteræ, divini ex Arca Fœderis in intima Tabernaculi parte, sacroque supra eam sedili vel operculo, oraculi usu eruitur. Adde, quod haud plane orientalis litteraturæ ignari haberi utique debeant Phœnices, qui in Bœotiam adpulere, & a quibus cum litteras, tum plurimos sacrorum ritus hausisse olim Græcos, haud uno ab eruditis opere luculenter, a nobis etiam subinde in hisce ad Callimachum adnotationibus adsertum, & pluribus adhuc evinci potest ac illustrari.

V. 91. Ὅφις μέγας] Unde Vir doctus suam, quam modo adtigi, conjecturam firmare potuisset, juxta quam nempe hunc *magnum*, ut hic dicitur, *Pythonem*, seu per litterarum anagrammatismum, *Typhonem*, eundem cum *Ogo gigante*, de quo Deuter. III. v. 11. statuere illi placuit. Idem vero serpens Δελφύνης etiam dictus, ut apud Apollonium Rh. l. II. v. 108. juxta eruditos ejus Enarratores ab hoc ipso Callimacho, ὅτι ΔΕΛΦΥΝΗΣ ἐκάλεῖτο ὁ φυλάσσων ἐν Δελφοῖς χρηστήριον, Λέανδρος δὲ καὶ Καλλίμαχος εἶπεν, Δράκαιναν δὲ αὐτὴν φησὶν εἶναι, θηλυκῶς καλουμένην ΔΕΛΦΥΝΗΝ, αὐτὸς ὁ Καλλίμαχος, *quod* DELPHYNES *dictus sit custodiens Delphis Oraculum Leander & Callimachus tradunt. Draconam autem eandem* DELPHYNEN *feminino genere appellatam, ait ipse Callimachus.* Unde etiam erudite a viro summo P. Huetio glossa hæc in Callimachi Scholiis ad superioris versus vocem τεποδήσιος, nempe Δελφύνης, ad hunc locum rejecta, & Δελφύνης eadem emendata, ut id in addendis editionis Parisiensis ab Anna præstantissima monitum opportune animadverto. Quibus accedit etiam Dionysius Perieg. v. 441.

Τῷ παρὰ Πυθῶνος θυόεν πεδὸν, ἦχι δράκοντος
ΔΕΛΦΥΝΗΣ τεποδέσσι θεῆ παρακέκλιται ὀλκός,
Apud quem Pythonis odoriferum solum, ubi Draconis
DELPHYNES *tripodibus Dei adjacet spira* &c.

Unde præterea firmatur, id quod de Δελφύνη feminino genere dicta, juxta Callimachum, eadem serpente, a priscis Grammaticis (uti quoque ab Eustathio ad hunc Periegetæ locum) traditum modo vidimus; & cur proinde tum ab Ovidio de eadem dicatur *incognita serpens* Metam. l. I. v. 439. & v. 450. *victa serpente superbus*, nempe Apollo, ac similiter a Lucano l. VI. v. 407.

maxima serpens
Descendit Python Cyrrhaque fluxit in antra.

Neque vero solum Templi seu Oraculi Delphici custos dictus idem, quod modo vidimus, Draco Δελφύνης vel Δελφύνη Δράκαινα, seu, ut hic apud Callimachum, ὄφις μέγας. & similiter ab antiquis Grammaticis ad Pindari Pythia p. 185. sed ab aliis etiam traditum; sicut ad primum Argum. Pythiorum, eundem *Pythonem præfuisse quondam Fatidico* illi *tripodi*, Πυθῶνος δὲ τότε κυριεύσαντος τοῦ προφητικοῦ τρίποδος, ibique eundem a Baccho, non ut vulgo ab Apolline, interemptum. Ut nunc mittam diversam rursus de hoc *Pythone* cæso, idque non Delphis aut tanquam χρηστηρίου ibi *tripodis* custode, sed ut a Junone immisso gravidæ Latonæ vexatore, narrationem Servii Æn. l. III. v. 73. *Cum Juno gravidam Pythone immisso Latonam insequeretur, terris omnibus expulsa Latona, tandem applicante se littoribus a sorore suscepta est, & illic Dianam primo, post Apollinem peperit. Qui statim occiso Pythone ultus est matris injuriam.* Quamquam ea de re aliter rursus ii e veteribus, qui uti paullo ante e Cyrillo vidimus, Apollinem a serpente Pythone interemptum, ibique ubi postea Pythius *tripus*, seu quæ hic τριποδήϊος ἕδρη, sepultum tradidere. Noti cæteroquin alii Dracones similiter pro geniis locorum tutelaribus, Oraculis, sacrarum Ædium custodibus frequenter apud veteres habiti; sicut Athenis Minervæ, juxta Plutarchum in Themistocle p. 116, aut Lanuvii, juxta Propertium l. IV. El. VIII.

Lanuvium annosi vetus est tutela Draconis.

Lavinii, juxta Ælianum de Animal. l. XI. c. XVI. (quæ duo loca sæpe, ut notum, confusa seu promiscue sumpta leguntur in veterum libris, & hic etiam, quod factum nollem, ab illustri Scaligero) Junonis nempe Argivæ, vel Sospitæ. Unde duo Dracones etiam custodes, dati infanti ex Apolline & Creusa nato, nempe Joni, juxta Euripidem in cognomine dramate v. 22; & duo itidem Dracones nati Jami nutritores & custodes leguntur apud Pindarum Olymp. Od. VI. &c. Sed quod huc propius facit, & quod olim observasse in opere meo de Nummis antiquis memini, Pytho hic, seu Δελφύνης Draco, sub hac ipsa τριποδηΐῃ ἕδρῃ seu *tripode Delphico*, vocem edere a Luciano dicitur de Astrologia p. 993. ed. Salmur. & quomodo tripodes Dracone seu Serpente involuti occurrunt sæpius in nummis antiquis *Troadis*, *Nicomediæ*, *Amastianorum* &c. aliquando etiam supra tripodem erecti. Idque inde, quod Dracones olim ἐπιτήδειον πρὸς τοὺς οἰωνοὺς τὸ ζῶον, *aptum ad auguria animal* sit habitum, ut id ab antiquis Pindari Enarratoribus dicitur Pyth. Od. VIII. p. 291. & ab Æliano similiter de Animal. l. XI. c. XVI, ἴδιον δὲ ἦν ἄρα τῶν δρακόντων ἡ μαντική, *proprium autem quid erat Draconum divinatio.* Unde etiam Apollini, (quamquam ab eo cæsus feratur Pythius hic Draco) eique τῷ μαντικοτάτῳ sacer Draco traditur ab Artemidoro l. IV. c. LXIX. p. 242. Cujus rei fidem rursus præstat Ælianus de Animal. l. XI. c. II. ubi Dracones apud Epirotas, & quos e Pythone illo Delphico prognatos iidem ajunt, in luco Apollinis, tanquam eidem Deo acceptos, ali solemniter, victumque iis peculiari ritu a nuda sacerdote porrigi, & ex admissa ab iis aut repudiata esca, futuri mox fertilis aut sterilis anni capi continuo augurium. Ut notam hic mittam plani illius apud Lucianum

num Alexandri fraudem; qui adumbrata cujusdam Draconis specie, se aliquamdiu pro divino vate gessit; & cujus rei testes etiamnum luculenti insignes Abonoteichitarum, apud quos histrioniam illam egit, nummi, cum signato in iis eodem Dracone cum ingentibus spiris humanoque capite, quales vulgavit Cl. Sponius libro Gallice edito *Rechercher d'Antiquité* &c. aut cum duobus Draconibus, e quibus unus alterius caput lambit. Hujusce autem postremi & eximii nummi, a me in Cimeliarchio Christinæ Augustæ Romæ olim observati iconem, & ab illustri Urbis Antiquario Fr. Gottifredi, me rogante postea acceptam, primus haud diffitente eodem Sponio edidi dudum ac illustravi; eandemque, de traditis illis Draconum seu Serpentum auguriis, & credita vaticinandi peritia, intelligendam, adlatis eam in rem aliquot veterum Scriptorum testimoniis, monui Diss. de Præst. Num. p. 177. &c. Cum quibus conferat si lubet, quæ duodecim post annis, ab illo eximio cæteroquin veterum antiquitatum scrutatore dicto libro p. 529. & sequentibus, de eodem nummo, sunt adlata; & qua de re mox dicendi adhuc erit locus.

V. 92. Θηλὺν αἰνοχήτειον] Cujus loci vim, quamquam haud reconditam, non satis adsequuti mihi videntur eruditi Interpretes, quo non solum *terribilis*, aut *fera bellua* cum Vulcanio; aut *terribiles malas habens*, ut vulgo Lexicorum conditores in hac voce, sed etiam *barbatus*, seu *barbato mento hirsutus* ac *horridus*, sævus proinde adspectu, Draco seu Serpens Pytho; mas proinde, non femina, hic innui videtur; quique etiam αἰνὸς ὄφις seu *terribilis serpens* dictus jam supra fuerat Hymno in Apoll. v. 101. Obvia nempe eam in rem vox αἰνοχήτειος de eo cui *promissa barba* &c. & quomodo aliæ voces similiter ab αἰνὸς formatæ, aliquid *terribile*, vel *exitiale* denotant, prout Θηλὺν αἰνολέοντα, *feram sævum Leonem* dixit Theocritus Idyll. xxv. v. 168. Ita etiam Paris αἰνόλεκτρος ab Æschylo dicitur Agam. 722, & ab Euripide pariter Helen. v. 1129. αἰνόγαμος, seu *conjugio* vel *nuptiis exitialis*, ac inde ab eodem Tragico Hecub. v. 945. αἰνόπαρις *exitialis Paris*; apud Orpheum autem seu Onomacritum Argon. v. 350. Erinnyes αἰνοδότειραι, *divarum pœnarum dătrices*, seu ultrices. Haud ignota vero, quæ de *barbatis Draconibus* a priscis aliquot Scriptoribus sunt tradita, ut ab Æliano de Animal. l. xi. c. xxvii. ἔχει γὰρ ὁ μὲν δράκων ὁ ἄρρην τὸν λόφον καὶ ὑπήνην δασεῖαν, *sicuti mas insignis est, & crista & barba hirsutus*. Idemque alibi de κυνοκεφάλοις apud Ægyptios agentibus dixerat l. x. c. xxv. κάτεισι δὲ ὑπὸ τὴν ὑπήνην αὐτοῖς ῥέυσιον, ὡς ἐικάσαι τοῖς τῶν δρακόντων αὐτό, *descendit autem infra barbam mentum, Draconum quadam similitudine*. Hinc duo etiam barbati & coronati Dracones spectantur in præclaro Trajani nummo Gazæ Mediceæ, eoque, sicuti ex additis ibidem symbolis alibi dudum observavi, in Ægypto cuso. Ita Θηλὺν αἰνοχήτειον de Dracone Pythone, eoque scilicet simili *barba hirsuto* ac *horrido*, aut quod eodem redit *mento barba hispido* ac *sævo*, hic a vate Libyco & apud Ægyptios agente dicitur. Cujusmodi etiam duo αἰνοχήτειοι seu *barbati Dracones* spectantur in aliis extra Ægyptum nummis, sicuti in duobus, quorum

hic

hic ſequuntur icones. Priori nempe ſignatur notus ille e Luciano non ſolum, ſed ex vulgatis jam de eo, cum a me pridem alio opere, tum a Cl. Sponio (& qua de re paullo ante) renatus nempe *Glyconis* nomine, inſigni impoſtoris fraude, apud Paphlagonas *Abonoteichitas* Æſculapius, iſque, quod in iiſdem nummis non comparebat, & qualem præfert præclarus hic illuſtriſſimi Harlæi nummus, αἰνογένειος, cum *mento*, ut modo ajebam, *barba hirſuto*. Geminus eidem, alter eodem modo barbatus itidem Draco in nummo *Samiorum*, ut docet inſcriptio, eoque ſub Gallieno cuſo.



Ibid. ἀπὸ Πλειστοῖο] Cujus Delphorum fluvii, præter Pauſaniam, meminit Pythias ſeu Delphica προφῆτις apud Æſchylum Eum. v. 27. ubi ſe inter alia Πλείστου τε πηγὰς *Pliſti etiam fontes* dicit invocare. Ejuſdem autem fluvii Corycias Nymphas, ſeu quæ ad Corycium in Parnaſſo antrum prope Delphos habitare vulgo dictæ filias, vocat Apollonius l. 11. v. 713.

Πολλὰ δὲ Κωρύκιαι Νύμφαι Πλείστοιο θύγατρες
Valde autem Coryciæ Nymphæ, Pliſti filiæ.

Ad quem locum Græci Interpretes notant ab indigenis, non Πλεῖστον, ſed Πλειστὸν dici eundem fluvium, *idque quaſi pulcrum*, ἐπεὶ καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων λέγεται Πλειστὸς, ὡς καλὸς, adduntque ἔστι δὲ ποταμὸς ἐν Δελφοῖς· Πλεῖστος δὲ ποταμὸς Δελφίδος, quaſi nempe duo ibi darentur eo nomine fluvii, iique ſolo accentu diſtincti, Πλειστὸς nempe qui *Delphis*, Πλεῖστος autem, qui *Delphidos eſſet fluvius*; qua tamen voce Δελφὶς apud Græcos Auctores dicitur *petra* ſeu *rupes*, ubi ſita erat ipſa urbs Delphi, ſeu Δελφὶς πέτρα, ſicut e Tragicis antiquis liquet, ac Πυθία etiam πέτρα, ut ab Euripide in Jone v. 550, de *Delphis*, & ſimiliter Δελφὶς γυνὴ vel Δελφίδες κόραι in eodem dramate v. 93. & 551. de ipſa Vate *Pythia*, ac *puellis Delphorum*. Qui præterea duo in eodem tractu fluvii ſolo ſcilicet accentu diſtincti, nullo veterum Auctorum teſtimonio nituntur; qui unum apud Delphos ſeu in ea Phocidos parte fluvium hoc *Pliſti* ſeu Πλείστου nomine agnoſcunt, & quibus accedit Heſychius, Πλεῖστος ποταμὸς ἐν Δελφοῖς. Neque minus ignota illa vocis πλειστὸς pro καλὸς

λὸς adlata in iisdem scholiis significatio, & qualia omnino expendi ac notari obiter a postremo Apollonii Interprete & Commentatore debuerant, majorque lux quam ab eo, qui ultro id sibi imposuerat, factum, cum Apollonio, tum ejus Enarratoribus adferri. Mitto vero haud levem Latini Strabonis Interpretis, quem jam animadvertit ὁ πάνυ Casaubonus, errorem, dum Geographi de eo fluvio locum l. IX. p. 418. δι' ἧς (ναπης) ὁ Πλείστος ἀμφρεῖ πέλαμὸς, *per quem saltum Pleistus labitur fluvius*, vertit, *per quem plurimus diffluit fluvius*. Quo loco insuper illud non prætereundum occurrere apud Josephum Αρχ. l. XVIII. c. II. Πλείστων seu *Plistorum* nomen, qui non in *Phocide*, sed inter Dacos versari ibidem dicuntur, & de quibus altum apud alios veteres Auctores & Geographos silentium. Flavii verba, ubi de Essenis ait, ζῶσι δὲ ὁδὲν παρηλλαγμένως, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἐμφέροντες ΔΑΚΩΝ ΤΟΙΣ ΠΛΕΙΣΤΟΙΣ λεγομένοις, *neque vero discriminatim vivunt, sed quam maxime similes iis, qui* INTER DACOS PLISTI *vocantur*. Verum non Gentis adeo ibi nomen, esse illud Πλειστοὶ, quam sectæ, & de cultoribus Πλειστῶρε dicti apud Herodotum l. IX. c. XVIII, Thracum, qui cum Dacis passim confunduntur, Dei, erudite, ut solet, in editis noviſſime Opusculis observavit doctissimus Bochartus p. 1144.

V. 93. Παρνησὸν νιφόεντα] Sic Panyasis in iis verbis, quæ apud Pausaniam leguntur l. X. p. 624, Παρνησσὸν νιφόεντα &c. *Parnassum nivosum* itidem vocat, quomodo Παρναασὸς & Παρνασὸς promiscue scribi in veterum *libris*, eruditis notum, nec Poetarum solum, sed etiam πεζογράφων, ut Theophrasti, apud quem Παρνησὸς vel Παρνησὸς, & Παρνασία, (sicuti apud Pindarum Pyth. Od. VIII, & de quo loco mox) hodie legitur, Hist. Pl. p. 16. 42. & 80. ed. Heinsianæ. De *Parnasso* vero *nivibus* similiter Propertius l. III. Eleg. XIII.

Gallia Parnassi sparsit in arma nives.

Ibid. ἑλιξίφει ἐννέα κύκλοις] κύκλες, & in singulari etiam κύκλ@-, de *spiris* Serpentum aut Draconum dici, haud novum; sicuti de variis Serpentum speciebus agens in genere Nicander Ther. p. 11.

ἑλιμήκεα κύκλον

ποικίλον ἀόλλει,

prælongum orbem

& varium in sinus ducit.

Mox autem idem Poeta ἀλῶνα, similiter aspidis in orbem sinus vocat; sicuti nempe alias κύκλον & ἀλῶνα pro eodem sumi, vel ex hoc Æschyli versu abunde liquet, Sept. Theb. v. 495,

Ἄλω δὲ πολλὴν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,

Aream vero magnam, clypei orbem dico.

Ut vero novem huic Draconi Pythoni κύκλες seu *spiras* vel *orbes* tribuit Callimachus; sic aurei velleris custodi Draconi longe plures, immo *sexcentos* seu prope innumerabiles Apollonius Rhod. lib. IV. vers. 151.

μήκυνε δὲ μυρία κύκλα,

innumeros autem extendit orbes,

quæ

quæ mox itidem vocat v. 160. κύκλα ἀπείρονα, *infinitos orbes*, & in quo utroque loco κύκλα neutro genere dici obiter videas. De quo Dracone similiter Valerius Flaccus l. VII. v. 167. &c.

Qui nemus omne suum, quique aurea (respice porro)
Vellera, tot spiris circum, tot ductibus implet.

Nullibi autem hodie multiplices illos & sinuosos draconum orbes, manifestius intueri, ac inde de illorum magnitudine liquidius statuere datur, quam in nummis antiquis, maxime aliquot Ponti, Bithyniæ, & Thraciæ urbium, qui varios ejusmodi draconum κύκλους nobis ante oculos ponunt. Quod a me quidem ex hac penu antiquaria luculenter olim adsertum, & magni etiam Bocharti edito ea de re in præclaro de Animalibus opere, testimonio, privatisque ad me litteris agnitum, ibidem monui. Cujusmodi etiam duas nummorum icones, quæ sinuosas Draconum id genus spiras exhibent, hic in Lectoris gratiam lubet superaddere; unum e nummo Nicomediensium, cum adscriptis haud insolitis in prisco hoc ære urbis illius prærogativis, & de quibus nos alibi, ΜΗΤ. ΚΑΙ ΠΡΩΤΗΣ ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ, *Metropoleos & Primæ Nicomediæ*; alterum vero e nummo urbis æmulæ, in eademque Bithynia expressum, nempe ΝΙΚΑΙΕΩΝ, *Nicæensium*.





V. 94. ἐρέω τι τομώτερον ἢ ἀπὸ δάφνης] Vera nempe habita Apollinis Oracula, quæ e *laureato*, de quo paullo ante, ejus *tripode* edebantur, & de quibus Euripides ait Electr. v. 399.

Λοξίας γὰρ ἔμπεδοι
Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ,
Apollinis enim rata sunt
Oracula; mortalium vero divinationem valere sino.

Unde profluxit illud Terentianum, quod huc jam opportune adtulit Anna præstantissima, *non Apollinis magis verum. Atque hoc responsum est*; nempe ut a Statio itidem dicitur Theb. l. v. v. 734, *qua certus agi manifestat Apollo*. Δαφνηφόρῳ vero idem Deus ab Anacreonte, quod paullo ante vidimus, dictus; & ab eodem alibi seu Od. LVII, ac opportune ad hunc Callimachi de *tripode* simul, uti jam vidimus, ac *lauro* Apollinis locum,

Ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου,
Κιθάρα, Δάφνη, Τρίπους τε,

Sa-

Sacra eſt enim Apollini,
Cithara, Laurus & Tripus.

Poſtquam nempe ob cædem Pythonis illius, de quo modo actum, ſerpentis purgatus, corona e lauro Tempes Theſſalicæ, & ramo lauri præterea in dextra ſumpto, rediiſſe Delphos, & Oraculum ibidem occupaſſe dicitur ab Ælliano V. H. l. III. c. 1. Unde non *laurea* ſolum corona idem Apollo Pythius, ut paſſim in nummis & marmoribus antiquis, redimitus; ſed *lauream* etiam virgam ſeu ramum dextra, ſiniſtra vero citharam geſtans viſitur in ſequenti Trallianorum, quem ad Juliani Cæſares jam vulgaveram, nummo, cum inſcr. ΠΥΘΙΟΣ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ, *Pythius Trallianorum.*



Quem nummum, ſeu inſcriptum in eo & ſignatum *Trallibus Pythium* hunc Deum, illuſtrat, ut obiter hoc addam, antiquus lapis in Marmor. Oxon. p. 11. & Miſcell. Sponii p. 367. ubi præter alios commemoratos in eo Agones legitur, ΤΡΑΛΛΕΙΣ ΠΥΘΙΑ, *Trallibus Pythia*; ſicuti eadem paſſim in aliis quoque Græcanicis aut a Græcis habitatis urbibus, & qua de re obiter paullo ante, & accuratius alibi agimus, conſtat celebrata. Immo nec *laureatus* duntaxat hic Deus ἀληθόμαντις, aut ejus tripus, e quo demum veræ illæ, ſeu quas pro talibus venditarunt Gentiles, edebantur, μαντεῖαι, ſed *laureata* etiam, quæ eidem laureato tripodi inſidebat, oracula illa Apolline præeunte, prolatura Pythias. Qualis virga laurea ἰθυντήριον olim, juxta Heſychium, dicta, ἰθυντήριον, ὁ φέρουσιν οἱ μάντεις, σκῆπτρον ἀπὸ δάφνης, *virga*, ſeu *baculus*, *quem ferunt Vates e lauro*, ut hunc Grammatici locum jam ad Theophraſti Characteres adnotavit vir Magnus, ubi de alio veterum ritu, *lauri* nempe folia manducandi, ſeu in ore ſumendi agitur, & quod tanquam a vatibus etiam factum, commenti ſunt veteres Poetæ. Inde ſcilicet, ut id ab Iſaacio ad Lycophronem de δαφνηφάγῳ Caſſandra monitum p. 7. quod *laureas* manu ferentes, & *laureis* inſuper *coronis* redimiti forent iidem, μάντεις. Quas certe *fatidicas circa collum corollas*, μαντεῖα περὶ δέρη στέφη, ſimul & σκῆπτρα, ſeu *virgas*, vel e *lauro ramos*, ipſa in cultu ſuo memorat, fatidica Caſſandra apud Æſchylum Agam. v. 1274. & quem etiam locum jam opportune viderat ad Theophraſtum ὁ πάνυ. Quibus adde, quod *laureati* præterea forent, qui Pythium Oraculum conſulebant, aut conſulendi ergo, adibant prius Aram Delphicam. Unde

de ad Creusam eo nomine Delphos profectam ait Xuthus maritus apud Euripidem in Jone v. 422.

Σὺ δ' ἀμφὶ βωμοὺς, ὦ γύναι, δαφνηφόρους
Λαβοῦσα κλῶνας,
Tu vero circa Aras, o Mulier, laureos
Accipe ramos.

Ut mittam, quod corona e lauro, ut notum, præmium foret victorum in Pythicis Apollini sacris Agonibus, ac unde ἐστεφανωμένον ποίᾳ Παρνασσίᾳ, *coronatum herba e Parnasso*, de ejusmodi hieronica dixit Pindarus Pyth. Od. VIII. Cui nempe monti, de quo etiam Callimachus superiori versu, adjacebant Delphi, & qui *lauriger* præterea tanquam *lauris* consitus, a Propertio dicitur, adducto jam ante loco l. III. El. XIII. *At mons laurigero concussus vertice* &c. Quamquam non ex hoc monte, sed e Tempe Thessalica, petitam *laurum*, e qua necterentur coronæ victorum in Pythiis, tradat, & ex eadem, quam ante vidimus, occasione laureati inde Apollinis, Ælianus d. l. V. H. l. III. c. 1. Quod adstruit etiam, ut observo, & præclarus insuper ritus illius index, Plutarchi locus de Musica p. 1136. ἀλλὰ μὴν κ) τῷ καταχορεύοντι παιδὶ ΤΗΝ ΤΕΜΠΕΩΝ ΔΑΦΝΗΝ εἰς ΔΕΛΦΟΥΣ παρομαρτεῖ αὐλητής, *sed & puerum, qui* TEMPICAM LAURUM DELPHOS *defert, comitatur tibicen.* Immo quibus accedit Lucanus, ubi e Thessalia profectum Delphos Pythonem serpentem narrat, additque l. VIII. v. 409,

Unde & THESSALICÆ *veniunt ad* PYTHIA LAURUS.

Quibus tamen non suffragatur in adlatis modo verbis Pindarus, qui haud ita longe, sed e vicini *Parnassi*, illiusque præterea *laurigeri* a Propertio dicti, *herba* seu lauro coronatum in Pythiis hieronicam ibidem laudat. Accedit Cato de R. R. c. CXXXIII. & qui illo Auctore nititur Plinius l. XV. c. XXX; ubi de *lauro* ait, *duo ejus genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam*; mox autem Delphicam describens idem Plinius, *æquali colore* &c. additque, *hac victores Delphis coronari, & triumphantes Romæ.* Eadem proinde Catoni & Plinio *laurus Delphica*, quæ Pindaro supra ποίᾳ Παρνασσίᾳ; & qua uterque, Lyricus nempe, luculentus hujus rei testis, ac Plinius, coronari victorem in Pythiis tradunt; quod merebatur utique a viris doctis ad Ælianum, Lucanum, aut Plinium, diversa de illo more seu loco petitæ illius sacræ *lauri* adferentes, notari obiter & expendi. Adde, quod Pausanias l. X. p. 618. tradat Apollinis ædem Delphicam e lauro erectam; petitis nempe ramis e *lauro*, quæ ad Tempe; in sequentibus autem p. 622, e *lauro* coronam haud alia de causa in Pythiis datam victoribus, quam quod Daphnen Ladonis Arcadiæ fluvii, (ut ille de eodem alibi, & præter Geographos, Callimachus noster v. 18. Hym. in Jovem) filiam, ab Apolline adamatam fama vulgasset; non proinde in memoriam, juxta Æliani ea de re narrationem, coronati primum e lauro Tempes Thessaliæ Apollinis. Quo loco & illud hic notandum, ad instar nempe Delphicæ hujus Ædis, e *lauri* ramis primum, quod ait Ælianus, constitutæ, tripodem quoque, cujus supra ex Ammiano facta mentio ad v. 90, seu quam ibi vocat, nempe

l. XXIX.

l. xxix. c. 1. *mensulam*, non solum *ad similitudinem Cortinæ Delphicæ*, sed præterea e *laureis virgulis constructam* ab eodem dici; quo nempe *certiora*, seu quod hic dicitur, τομώτερα, ac proinde tanquam ab ipso tripode Delphico profecta crederentur, quæ inquirentibus ibidem edita forent, de futuro post Valentem Imperatore, vaticinia. Ut mittam, quod ad eum, qui vulgo obtinuit in cultu Pythii hujus Apollinis, morem, δαφνηφορήσαντες, seu *laureis coronis redimiti* etiam forent nobilissimi e Thebanis adolescentes, qui ex patrio instituto, æneos Apollini Ismenio, seu celebri ejus Oraculo, tripodas, qua de re jam supra ad v. 90, consecrabant, juxta tradentem id Pausaniam l. x. p. 557. sed de his hactenus, nec alieno utique loco, ubi de *lauro* hujus Dei Delphica, eaque fatidica agitur. Eum cæteroquin usum vocis τομώτερον, quam adhibet hic agens de verissimis scilicet Apollinis Oraculis Callimachus, & quæ explicatur hic in Scholiis per vocem σαφέστερον, ac proinde, non, ut eadem vulgo, ænigmaticis, illustrat haud parum quod τόμωροι, ut notum, dicti fuerint Jovis apud Dodonem Vates seu ὑποφῆται, & τόμωρα ipsa *Oracula*, ut hoc observat haud uno loco Eustathius; immo quod τόμωρον pro *vate* eoque *certissimo* a Lycophrone dicatur. Qua de re consuli potest ille Homeri Enarrator Iliad. Π. p. 1057. in fine, ubi de eo Chalcidensi vate ait, ὃς καὶ τόμωρον τὸν ἁπλῶς μάντιν λέγει, ὁμωνύμως τοῖς ἐν Δωδώνῃ. Τόμωροι γὰρ οἱ ἐκεῖ τῆς Διὸς ὑποφῆται, ἢ τόμωρα αὐ μαντεῖα, item ad Odyss. Π. v. 1806, τοῖς δὲ ῥηθεῖσι τομώροις, καὶ ὁ παρὰ τῷ Λυκόφρονι συνονομάζεται τόμωρον νημερτέστατον, *dictis autem Tomuris* (nempe Jovis in Dodone vatibus) apud Lycophronem similiter appellatus τόμωρον, seu *vates certissimus*. Hinc τομωλὰς φηγὸς, *fatidica fagus* in navi Argo ab Orpheo dicta, seu Auctore Argon. v. 264, sicuti ibi pro τομωλὰς recte legendum vidit nuperus ac eruditus illorum Argonauticorum editor. De qua voce τόμωροι cæteroquin aut τόμωρα, & quam ibi apud Homerum Odyss. Π. v. 403, pro θέμιστας reponunt veteres Critici, videndus insuper Strabo l. vii. p. 328. Hesychius similiter, τόμωροι, ἀοιδῆται, ἱερεῖς, οἰωνοσκόποι, *Vates*, *Sacerdotes*, *Augures*. Veteres autem ac eruditæ Glossæ, τομὴ πράγματος, *decisio*, & hinc proinde usus vocis τομώτερον hoc loco, pro *certo* ac *rite deciso*; qualia nempe vulgo habita Apollinis hujus Pythii seu Δαφνηφόρα oracula; & de quibus proinde dicit Euripides eo versu, qui e Plutarcho adducitur de Pythio Oracul. pag. 407. & qui ita, ut metri ratio habeatur, constituendus,

Χρὴ Φοῖβον ἀνθρώποις θεσπιῳδεῖν μόνον,
Oportet Apollinem solum hominibus vaticinari.

Haud tamen mirum, quod *certiores* hic dicuntur eædem hujus Dei, quam si jam e *tripode illo laureato* seu fatidico, prolatæ forent voces, seu τομώτερον ἢ ἀπὸ Δάφνης. Quam in rem, ut alia nunc mittam, præclarus apud Jamblichum locus, ubi totum hoc vaticinii seu θεοφορίας sicut ibidem & alibi ab eo vocatur, opus a Deo solo, non ab aliis organis pendere agnoscit, additque de Myster. Sect. iii. c. vii. τὸ δὲ πᾶν ἔργον τῆς μαντείας δι' αὐτὸ πληροῖ, καὶ ἀμιγῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀφεμβρύ-

Haec omnia aliena. Certissima emendatio Th. Cantori: τοξωτέρου, v. Sprotii Charit. p. 165, prob. Th. Reinesii et Ruhnk. epist. n. 29. τοξος frequentissime tragicis; sed et apud prosaicos scriptores, ut Athen. occurrit.

οὔτε ψυχῆς κινουμένης, οὐδ' ὁτιοῦν, οὔτε σώματος, ἐνεργεῖ καθ' αὑτὸν· ὅθεν δὴ καὶ ΑΨΕΥΔΩΣ γίνονται τὰ ΜΑΝΤΕΙΑ, τὰ οὕτως, ὡς λέγω, κατορθούμενα, *qui totum autem vaticinii opus per se præstat, & pure separatimque ab aliis omnibus, anima utique neque corpore ad id se moventibus, per se operatur. Unde etiam haud* MENDACIA *sunt* VATICINIA *ad hunc modum constituta.*

V. 96. Κακογλώσσοιο γυναικὸς] Unde de eadem Tantalide, seu hac Niobe Tantali filia, Ovidius Metam. l. VI. v. 213,

& exhibuit linguam scelerata paternam.

V. 98. ἐυαγέων δὲ καὶ ἐυαγέεσσι μελοίμην] Non accedo H. Stephano, qui voci ἐυαγέων subaudiendum hic putat υἱοῖς, quasi dixerit Poeta, *curæ sim iis, quorum Patres sancti fuerunt, & qui sancti sunt ipsi*, seu quod inde expressit Vulcanius, *puri ex puris mea numina curent.* Apollinis nempe adhuc in Latonæ utero jacentis sunt hæc verba, quibus, ubi gravia Thebanis, ob repulsam ab eorum sedibus prægnantem Latonam, ut impiis fuisset ominatus, addit postremo, *ipse autem, sicut sanctus sum, sanctis etiam sim curæ.* ἐυαγέων nempe ibi non plurale ab ἐυαγὴς, sed particip. a verbo ἐυαγέω *sanctus* seu *pius sum.* Immo cui geminus omnino, optimus proinde hujus loci Interpres, apud coævum nostro Battiadæ Simichidem occurrit locus Idyll. XXXVI. v. 30, ubi post discerptum a Thebanis mulieribus impium ac infelicem Pentheum, addit continuo Poeta,

Αὐτὸς ἐυαγέοιμι, καὶ ἐυαγέεσσιν ἄδοιμι,

Ipse vero sanctus fiam, & sanctis seu *sancte agentibus placeam.*

Ita cæteroquin de Coryciis Nymphis, hunc Apollinem Hymno & chorea celebrantibus, ait alius e Pleiade itidem Poeta Argon. l. I. II. v. 717. λοιβᾶς ἐυαγέεσσιν ἐπώμοσαν, *inter puras libationes conjurarunt*, & sicuti ἐυαγέως pro *sancte* seu *caste* dixerat paullo ante v. 701. Quod vero ad Juliani Cæsares olim monui, male ibi ἐυαγὴς pro ἐναγὴς, *sanctus* nempe pro *impio* seu scelerato legi, id alibi etiam haud semel, aut vicissim, ἐναγὴς nempe pro ἐυαγὴς, obvio utique in iis errore ν pro υ, aut contra factum. Sic apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 670. ubi male τὸν ἐναγῆ φίλον in accuratissimis etiam editionibus legas, pro ἐυαγῆ *innocentem, purum*, & sicuti ad eum Critici ejusdem dramatis v. 941. λύσιν ἐυαγῆ, notant, ἢ γοῦνει ἀγνὴν καὶ ἱερὰν· ἐναντίον δὲ τῷ ἐυαγεῖ τὸ ἐναγὲς. Simile etiam mendum in Psello de Dæmon. p. 5. eluit doctissimus Gaulminus, ubi nempe pro ἐυαγεῖς λόγους, de sermonibus *impiis*, ἐναγεῖς legendum ibi monuit. Θε ευαγης Arnald. lect. Gr. p. 57.

V. 100. Αχαιϊάδες] Non *Achivæ* hic seu *Græcæ* in genere *mulieres*, aut vero *Argivæ*, sicuti Αχαιϊάδες vocantur sequenti Hymno in Lav. Palladis v. 12, aut apud Theocritum Idyll. XVIII. v. 20. & Idyll. XXIV. v. 74; sed *Achajæ* ita speciatim appellatæ *urbes.* Dictum vero paullo ante ad v. 73, de *Achaja*, tanquam littorali ab Isthmo Peloponnesi parte, indeque prius *Ægialea*, juxta Plinium, Pausaniam, aliosque appellata. De qua proinde, eaque tanquam ab *Achæo*, Xuthi juxta Jonem filio, denominata, dixit Euripides Jon. v. 1591. &c.

Κατ

Καὶ αἶαν Πελοπίαν γ' ὁ δεύτερος
ΑΧΑΙΟΣ, ὃς ΓΗΣ ΠΑΡΑΛΙΑΣ ῥίπι πέλας
Τυραννὸς ἔσται, καὶ πιστηθήσεται,
Κοὖνε κεκλήσται λαὸς ἀνομ' ἐπώνυμος,
In terra autem Pelopia alter filius
ACHÆUS, *qui* MARITIMÆ TERRÆ
Dominus erit, & gloriabitur Populus,
Se de illius nomine cognominem appellari.

In eodem vero tractu *sita*, seu ad sinum Corinthiacum, duæ illæ *Achaicæ*, quæ hic a Poeta dicuntur, *urbes*, *Helice* ut continuo addit, & aliquantum a Mari remotior *Bura*; & quæ ideo, quod simili fato eodemque tempore, qua de re mox, absorptæ fuerint, conjungi etiam solent apud antiquos Auctores, quasque itidem ut hic Ἀχαιίδες πόλεις Callimachus, *Achaidas urbes* dixit Ovidius Metam. l. xv. v. 293,

Si quæras Helicen & Burim, ACHAIDAS URBES,
Invenies sub aquis

Unde etiam de *Helice* Theocritus Idyll. xxv. v. 165.

Ἐνθάδ' Ἀχαιὸς ἀνὴρ, Ἑλίκης ἐξ ἀγχιάλοιο,
Huc vir Achivus ex Helice maritima;

& mox v. 180. Οὐξ Ἑλίκηθεν Ἀχαιὸς, *ille ex Helice Achæus* seu *Achivus*; ne Herodotum præterea, Polybium, Strabonem, Diodorum, aliosque huc advocem, e quibus constat eam celeberrimam quondam Jonum in Peloponneso, ubi postea *Achæi*, sedem, ac ubi etiam primum celebrata fuerint Panionia, exstitisse. Hinc *Jonia* primum, antequam *Achajæ* dictæ, eædem urbes, uti e Diodoro constat l. xv. p. 364. Unde sequutis ætatibus, jussu Apollinis, a Jonibus Asiaticis petita, quamquam frustra, ab hisce *Achaicis* dictis tum urbibus *Helice* & *Bura*, tanquam a Metropolibus, seu, ut Sallustius loquitur, *originibus suis* Deorum simulacra. Neque hisce obstat, ut hoc addam, quod de eodem utriusque *urbis Achaicæ* casu agens Ammianus l. xvii. c. vii. dicat & in *Crissæo sinu Helice & Bura* &c. Idem enim *Crissæus* sinus aut *Cirrhæus* quandoque dictus, qui alias Corinthiacus a *Crissa* nempe & *Cirrha* oppidis quondam, ut de iis Strabo l. ix. p. 418. in adverso Phocidos latere sitis, atque ita *Achajæ* proprie ante dictæ, ac in ea *Helicæ* huic & *Buræ*, quamquam istæ aliquantum a mari dissitæ, oppositis.

V. 101. Ἑλίκη τε Ποσειδάωνος ἑταίρη] Imperite in Scholiis, Bœotiæ hæc urbs dicitur, quæ *Achajæ* erat, littoralis illius ad sinum Corinthiacum Peloponnesi, indeque ἀγχιάλου etiam seu *maritimæ*, adducto paullo ante apud Theocritum loco Id. xxv. v. 165, dicta, eaque primaria quondam & maxime celebrata illius tractus civitas. Nempe Ἑλίκη ibi a Grammaticis ad hunc Battiadæ locum, cum Ἑλικὼν, notissimo Bœotiæ monte, confusa, indeque potissimum, ut videtur, quod *amica Neptuno* dicatur hic eadem *Helice*, quique ab ea Ἑλικώνιος, ut pridem apud vatum Patrem Iliad. V. v. 404. fuit appellatus, Ἑλικώνιον ἄμφ' ἀνακτα, *Heliconium circum Regem*, seu ad Neptuni in *Helice* aram. Cautius enim ibi veteres Critici, qui ab illa Achajæ Ἑλίκη rectius,

quam a Bœotiæ monte *Helicone*, eundem Neptunum ita dictum tradunt. Certe ab ipso Poeta alibi, eadem *Helice* inter urbes Neptuno sacras recensetur Iliad. Θ. v. 204, & in brevi Hymno præterea, qui vulgo eidem cum aliis id genus tribuitur in Neptunum; prout nempe ibi Ελίκην τε, pro Ελικῶνα erudite jam legendum vidit doctissimus Holstenius. Hinc juxta Herodotum l. I. c. XLVIII. Ποσειδεῶνι Ελικονίῳ, *Neptuno Heliconio* sacer ille ad Mycalen locus Panionium dictus, ubi nempe solemnis Jonum Panegyris & Neptuni cultus, eo nempe delatus ex hac *Helice*, Jonum primum, ut paullo ante dictum, in ea Peloponnesi parte, quæ *Achaicæ* postea nomen obtinuit, sede. Neque tamen prohibuit solemnis ποντίου hujus Dei in ea urbe *Helice* cultus, de quo insuper apud Polybium, Strabonem, Pausaniam, aliosque facta occurrit mentio; quin eadem urbs, non ob spretam quidem, quod hic ab ea factum dicitur, Latonam, sed ob violatos in Neptuni æde Jonum ex Asia supplices, tota fuerit, implacabili scilicet ejusdem Dei ira, continuo absorpta. Idque, juxta Ammianum dicto jam ante loco l. XVII. c. VII. eo terræ motus genere, quod *chasmatian* appellatum ibidem tradit, *chasmatiæ, qui grandiore motu, patefactis subito voratrinis terrarum partes absorbent* &c. ut in *Crissæo*, quod addit, *sinu Helice & Bura*. Et ubi proinde Ammianus ante oculos habuisse videtur illud Auctoris de Mundo cap IV. χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης, καὶ κυμάτων ἐπιδρομαὶ, ποτὲ αἰὲν ἀντανακοπὴν ἔχουσαι, ποτὲ δὲ πρόωσιν μόνην, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ ΕΛΙΚΗΝ ΤΕ καὶ ΒΟΥΡΑΝ, *hiatus enim fiunt maris & recessus sæpenumero, & fluctuum irruptiones; quandoque cum repercussione, quandoque cum solo impetu; sicuti contigisse traditur circa* HELICEN & BURAM. Quibus gemina de utraque hac urbe fluctibus intumescentibus mersa, refert Diodorus l. XV. p. 364, ac haud uno loco Seneca Natural. Quæst. l. VI. c. XXIII, ubi etiam a Callisthene traditum refert, *quemadmodum Helice Burisque mersæ sunt, quis illas casus in mare, vel in illas mare immiserit*. Unde etiam χάσματα καὶ καταπόσεις χωρίων, *hiatus & absorptiones locorum*, nominatim de illo terræ motus genere, quo *Bura* deleta est, dixit Strabo l. I. p. 54. Idem tamen alibi ita hanc cladem *Buræ* simul ac *Helices* distinguit l. VIII. p. 686. Βοῦρα δὲ καὶ Ελίκη, ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος, ἡ δὲ ὑπὸ κύματος ἠφανίσθη, *Bura autem & Helice, altera hiatu; altera fluctibus est deleta*. Pausanias vero non eodem terræ motus genere, ut ibi Interpres, sed eodem tempore utrique illi urbi id contigisse narrat, ut ambæ fuerint deletæ lib. VII. p. 449. Ὅτε δὲ Ελίκην ἐποίησεν ἄδηλον ἐξ ἀνθρώπων ὁ Θεὸς, τότε καὶ Βούραν σεισμὸς ἐπέλαβεν ἰσχυρός, *quando autem Helicen ex hominum conspectu sustulit Deus, tunc etiam Buram ingens terræ motus perculit*. Cui tamen, uti & Diodoro, qui utriusque illius urbis Achaicæ, quæ ambæ funditus sint deletæ, cladem, ad idem tempus, iratumque ambabus eandem ob caussam Neptunum, dicto jam apud eum loco itidem refert, aperte repugnat, haud paullo antiquior, Achæus præterea & gravissimus Auctor Polybius. Is enim lib. II. p. 128. ubi mutatæ apud Achæos Reipublicæ formæ, & inductæ in duodecim, quas ibidem enumerat, urbes, ac inter eas *Buram*, demo-

democratiæ meminit, addit, ἅς ETI KAI NYN συμβαίνει ΔΙΑΜΕΝΕΙΝ, πλὴν Ὠλένου καὶ ΕΛΙΚΗΣ τῆς πρὸ τῶν Λευκτρικῶν, ὑπὸ τῆς θαλάττης καταποθείσης, *quæ* NUNC QUOQUE SUPERSUNT, *præter Olenum &* HELICEN, *quam ante cladem Leuctricam mare hausit.* Quum autem illa Leuctrica pugna referatur ad annum II, aut, juxta alios, IV. Olympiadis CII; Polybii autem historia pertingat ad tertium aut quartum annum Olympiadis CLVIII. inde magnum utique inter infelix utriusque illius Achaicæ urbis fatum, ultra nempe annos ducentos & viginti quatuor, aut quinque, intervallum relinquitur. Adeo ut hoc unum dici hic possit, factum forte, ut eodem tempore quo *Helice* funditus est absorpta, terræ motu conquassata sit *Bura*, nec tum tamen, quod alia ætate eidem contigerit, penitus illo hiatu, qui χασματίας, ut vidimus, dictus, deleta. Factum vero sequutis ætatibus, ut utriusque illius Achaicæ urbis, quo eædem etsi diversis adeo temporibus plane sunt absorptæ, haud dissimile alioquin excidium, ob locorum viciniam sit ab Auctoribus in notatione temporum minus accuratis, aut ab iis remotioribus, confusum. Hinc etiam apud Philostratum in Heroicis p. 719. dicitur metuisse ibi confabulantem cum Phœnice vinitorem, ne simili cum *Bura* ac *Helice* fato, quædam Thessaliæ civitates submergerentur, τὴν μὲν γὰρ καταδῦναι, φησὶ τὴν δὲ ἂν ῥαγῆναι, *hanc enim* (seu Helicen) *fuisse submersam, illam vero*, Buram, *corruisse.* Quæ ideo obiter hic tango, quod & hic earundem Achaicarum urbium fiat mentio, quarum prior seu *Helice*, uti ex iis, quæ modo e Polybio adtulimus, liquet, ævo Callimachi dudum erat mari mersa; altera autem seu *Bura*, multis adhuc post annis, seu ultra seculum, eidem Battiadæ, juxta Polybium, fuit superstes; ac præterea ad adductum Ammiani de iisdem urbibus locum, quasi nempe earum clades uno eodemque terræ motus genere χασματίᾳ dicto, contigisset, indicta reliquerint eruditi ejus Interpretes. Adde autem hinc Josephum de Hierosolymis, ob summam incolarum impietatem, ubi ab ea urbe evertenda supersedissent adhuc Romani, dicentem, fore, Αλωσ. l. VI. c. XVI. ἢ καταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν; *aut hiatu absorptam, aut fluctibus mersam iri civitatem.* Qua occasione etiam obiter emendandus in voce χάσματος Hesychius, χάσμα, στόμα, ἢ σχίσμα γῆς ἢ θαλάσσης. χάσμημα θηρὸς, ὄφις θηρὸς, ἢ πρόσωπον, quæ alioquin confusa aut hiulca ibidem hactenus leguntur, & quibus sanandis minus feliciter medicas adtulerunt manus viri docti. Posterius, & quod ibi emendo, χάσμημα θηρὸς &c. respicit ad Comici locum Avib. p. 544,

Απολλον Αποτρόπαιε τοῦ χασμήματος,

ubi veteres Critici τοῦ χασμήματος, ἐπεὶ πρόσωπον ὀρνέου ἐποίησεν ὁ ὑποκριτὴς, ἔχοντος τὸ ῥάμφος κεχηνὸς, διὰ τοῦτο εἶπεν χασμήματος.

V. 102. Βοῦρά τε Δεξαμενοῖο βοόστασις] De *Buræ* hujus situ, & haud dissimili juxta *Helicen* clade, jam actum ad superiorem versum. Eadem *Buris* etiam appellata cum apud Ovidium, dicto ante loco, & sicuti constanter in veteribus ejus libris legi testatur ibidem magnum Latinarum Musarum decus, nobisque, dum fata sinebant, veteri amicitia conjun-

ctus, Nic. Heinsius, tum apud Senecam aliquoties, ut idem observat, Natur. Quæst. l. VI. c. XXIII. &c. In antiquariis vero Pyrrhi Ligorii, quas olim Romæ in Bibliotheca Christinæ Augustæ excutere mihi licuit, Collectionibus, exstabant aliqui descripti veteres hujus urbis nummi, & quos inde etiam memorat ad Stephanum Cl. Holstenius. Ille autem ex iisdem nummis, qui caput Herculis ejusque solita exhibet insignia, ad eundem Deum Βυραϊκῆ nomine ibi a loco appellatum, teste Pausania l. VII. p. 449, & cujus consulebatur Oraculum, referri continuo debet. Quod vero hic *Dexameni βοόστασις* seu *boarium stabulum* exstitisse eadem urbs traditur, id de Centauro ita appellato, cujus armenta ibidem adservarentur, dici, observarunt Scholia ad hunc locum. Eadem etiam leguntur, adducto quoque, quamquam sine Auctoris nomine, hoc Callimachi versu apud Etymologum, in voce hujus urbis Βεῦρα, nisi quod ibi non *Dexamenus*, sed *Hexadius* vocetur idem Centaurus, Βεῦρα πόλις τῆς Αχαΐας, ἣν ὤκισεν Ἑξάδιος ὁ Κένταυρος· καὶ ἐλεὶ αὐτῆ ΤΑ ΒΟΥΣΤΑΣΙΑ ἐφυλάττετο· διὸ καὶ Βεῦρα ὠνομάσθη, ἀπὸ τῆ τὰς βοῦς ἀρεῖν, ὅ ἐστι φυλάττειν· Βεῦρά τε Δεξαμβρόιο &c. *Bura urbs Achajæ, quam inhabitavit Hexadius Centaurus, & cujus ibi boum stabula servabantur; unde etiam Bura dicta a boum custodia* (βοῦς ἀρεῖν) addito simul hoc Callimachi versu, Βεῦρά τε &c. Ubi proinde in superioribus Etymologi verbis, Δεξαμβρόιος pro Ἑξάδιος legendum etiam liquet; quum uno hujus Callimachi testimonio res hæc tota ibi adstruatur: neque illius *Hexadii*, quod equidem sciam, alibi facta occurrat mentio. E scribendi autem compendio, maxime in propriis vocibus, in antiquis codicibus obvio, factum videtur, ut Δεξάδιος in Ἑξάδιος librariorum errore aut incogitantia, seu quatuor primarum litterarum Δεξα. in Ἑξαδ. mutatione iis haud insolita, transierit. Accedit, quod in eodem Achajæ tractu, non Centaurus quidem, sed Oleni Rex legatur apud veteres Auctores ac Mythographos imprimis, *Dexamenus*, qui Herculem hospitio exceperit, idemque Dejaniræ, juxta Hyginum Fab. XXXI. & XXXIII. ac Lactantium ad Statii Thebaid. l. V. v. 263; aut Hippodamiæ, juxta Diodorum in rebus Herculis l. IV. p. 238, aut vero Mnesimachus, juxta Apollodorum l. II. c. IV. fuerit parens. Unde opportune adducto Diodori loco, quod jam ad Hyginum monuit eruditus ejus editor Th. Munckerus; tum in Pausania l. VII. p. 431. de hoc *Dexameno* Oleni Rege agi, animadvertit ac legendum vidit doctissimus Palmerius. Ὀινείδης vero idem *Dexamenus* hic a Callimacho dicitur, tanquam ex *Oenei* liberis seu posteris; quamquam ille inter ejusdem *Oenei*, quos recensent Apollodorus l. I. c. VIII. ac Antonius Liberalis c. II. filios, relatus non occurrat; Dejanira autem inter ejusdem *Oenei*, sicuti præterea apud Sophoclem in Trachinia, non vero *Dexameni* filias, ab iisdem referatur. Haud procul vero Oleno, ubi Rex fuisse traditur *Dexamenus*, sita, de qua hic agitur, *Bura*, ac ubi *βοόστασις* seu *boarium* ejusdem *stabulum* exstitisse hic dicitur; immo unde juxta Etymologum, uti vidimus, urbs illa nomen scilicet fuerit nacta. Βοόστασις proinde hæc *Bura*, haud aliter ac Mycenas prius opulentas, postea

postea desertas & βυσάσιον evasisse, tradit Olympiodorus Meteorol. l. II. p. 25. ed. Græcæ. Βέσαδμα vero & βυσάδμους dixit Euripides Helen. v. 29. & 363. non de *boum*, sed de *pecorum stabulis*, circa quæ nempe versabatur pastor Paris, dictus itidem subinde ὁ βύτας, ut ab Euripide Hecub. v. 646. & βοτῆς Androm. v. 280. ac a Theocrito Idyll. XXVII. v. 1. βυκόλος, quomodo βυκόλοι, ut notum, & qua de re jam supra, in genere de *pastoribus*, seu aliarum præter boves pecudum custodibus subinde dicti, ac unde Criticorum ad eundem Euripidis Andromachi locum glossa, βυκόλοι, κοινῶς οἱ νομεῖς, ἀπὸ τῶ ἐπιφανεστέρα ζώα, *bubulci communiter pastores, a præstantiore animali*. Unde βυσάσιον, de aliorum etiam animalium præter boves, *stabulo* dictum, ut apud Chrysostomum Hom. in Matth. LXXXVIII. p. 542. T. II. ed. Savil. βυσασία καὶ ἐπαύλεων ὄνων καὶ καμήλων, *stabuli ac mandræ asinorum & camelorum*. Quamquam Paridem quod adtinet, in antiquis subinde monumentis, sicuti in veteri gemma Cimeliarchii hujus Electoralis, coelatæ occurrunt tres Deæ coram hoc judice, circa eum vero bos & ovis. De vero cæteroquin *boum stabulo* ea vox βούσασις a Laertio adhibita, ubi Heraclitus morbo aquæ intercutis laborans, se ipsum in *boum stabulo* inclusisse dicitur, αὐτὸς εἰς βύσασιν κατορύξας l. IX. p. 234. ed. Lond. Βοαύλια vero pro *stabulis* dixit vetus Argonauticorum scriptor v. 436. nempe βοαύλια Κενταύρειο, *stabula Centauri* Chironis.

V. 104. καὶ μεγάλη Λάρισα] Quæ nempe *caput Thessaliæ* a Livio dicitur l. XLII. c. XLVII, a Scymno Chio in Periegesi p. 25, εὐτυχεστάτη πόλις, *felicissima urbs*, & per quam, ut addit, labitur magnus fluvius Peneus; a Philostrato autem, πόλις εὖ πράττουσα ἐν Θετταλοῖς, *urbs florens apud Thessalos*, de Vit. Soph. p. 610. Neque proinde βούσασις, juxta dictam modo *Burum*, sed ἱπποτρόφῳ potius seu πωλοτρόφος, *equorum altrix*, sicuti Thessalia in genere dicta Anth. l. I. c. XXXIII. Ep. XIV. Quamquam Thessalicos etiam boves in pretio olim fuisse, liqueat ex iis, quæ de Iphicli bobus a Neleo, e Thessalia in Græciam adductis tradit Pausanias lib. IV. pag. 285. immo quod eadem Thessalia in genere, πάμπαν εὐβοτός τε καὶ εὐβοτῷ, *prorsus abundans pecoribus & pascuis*, dicatur apud Apollonium Rh. l. III. v. 1085. Εὔιππον vero seu *equis præstantibus* feracem, indeque potissimum nobilitatam, campestrem quippe regionem, Thessaliam, constat; ac ideo equestribus dimicationibus, quod ait Julianus Imper. Orat. II. p. 117. maxime aptam olim habitam; ac ubi insuper ars equos domandi primum fuerit reperta: quæ singula a priscis Auctoribus (& quibus adnumerandus Plato de Legib. l. I. p. 625. ac Themistius Orat. XXV. p. 335. ult. edit.) sunt abunde litteris consignata. Quod præterea ex antiquis Thessalorum nummis, cum signato passim in iis equo, luculenter adstruitur. Hinc veteres etiam, iique insignes hujus *Larissæ* nummi, in quibus equus decurrens, aut etiam pascens cernitur; & quod obiter addo, in quibus cum uno σ nempe ΛΑΡΙΣΑ & ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ efferri vulgo, loci nempe ac gentile nomen, consuevit. Id quod jam ab eruditissimo Holstenio ad Stephanum monitum video, ac

in pluribus insuper quos versavi sæpius in præclaris Cimeliarchiis, urbis illius nummis, observare mihi contigit: prout etiam Λαρισαῖος nonnunquam legitur in veterum libris, sicut apud Pausaniam lib. x. p. 622. & de quo loco paullo post. Inter Mediceos tamen hujus urbis nummos, unus exstat, in quo equus itidem pascens cernitur, cum inscr. ΛΑΡΙΣΣΕΩΝ, nempe juxta aliud ejusdem urbis gentile, quod in eadem ὁ Ἐθνικογράφος quoque observat, Λαρισσεύς, & quomodo *Larissentes*, ut jam ad ipsum Stephanum monuit vir doctus, dixit Livius lib. XXXI. cap. XXXI. Haud aliter nempe, & quod alibi pridem cum ex eodem Stephano, tum ex ipsa veteri nummorum penu illustravimus a definente similiter, ut Λαρίσσα, urbis nomine Ἐθνίσσα, ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ & ΕΔΕΣΣΕΩΝ in iis legitur: dum nempe alia Ἐθνικὰ κατὰ τόπον seu κατὰ ἐπιχώριον, alia κατὰ τέχνην, ratione loci, aut juxta analogiam formata observat haud semel idem Stephanus. Neque tamen Λαρίσσιος dictum quoque *Larissæ* gentile, statuere debuit dictus Stephani Enarrator Berkelius, idque e corrupto Strabonis loco, ubi lib. IX. p. 440. ὁ Λαρίσσιος Ζεύς, nempe pro Λαρισσαῖος, quomodo ille alibi ab eodem Geographo, quod non fugit Cl. Holstenium, dicitur lib. XVI. p. 649, ac præterea, ut hoc addam, a Pausania lib. II. p. 128. non quidem ubi *Larissæ* hujus Thessalicæ, sed Arcis apud Argos *Larissæ* itidem dictæ, sit ab eo mentio. Plures enim *Larissas* exstitisse abunde ex eodem Pausania & Apollonii Enarratoribus ad lib. I. vers. 40. qui tres recensent, constat, ac præterea e Strabone, Plinio, Stephano, qui plures adhuc enumerat, ac unde etiam haud unum gentile ab iisdem formari potuit; sicut pro vario urbium, quæ eodem nomine sunt appellatæ, situ, varia inde exstitisse earundem Gentilia, in Ευκάρπεια, cum Phrygiæ, tum Siciliæ oppido, ac alibi observat Stephanus. Exstat vero antiquus & eximius *Larissæ* in hac Electorali Gaza nummus, qui hinc signatum exhibet Apollinis caput, spiris veluti serpentis, in occisi nempe ab eo Pythonis, *Thessalici*, uti antea e Luciano vidimus, *serpentis* memoriam; illinc equum non pascentem jam, sed decurrentem, cum inscr. ΛΑΡΙΣ. h. e. ut in aliis nummis, ΛΑΡΙΣΣΑΙΩΝ, vel etiam ut in nummo Mediceo, ΛΑΡΙΣΣΕΩΝ,



Et quamquam plures darentur, ut modo dixi, *Larissæ*, ac Apollinis *Larissini*, nempe *Larissæ*, quæ in Troade apud Strabonem lib. XIII. p. 620. fiat mentio; haud dubium tamen ex eo hujus nummi typo, spe-

ſpectare illum ad nobilem Theſſaliæ ad Peneum urbem, ad quam hic quoque reſpicit Callimachus; & prout non Palladis ſolum, ſed laureatum Apollinis caput haud ſemel occurrit in nummis a Communi Theſſalorum cum inſcr. ΘΕΣΣΑΛΙΩΝ percuſſis. Hanc autem *Lariſſam*, quam, etſi alia adhuc daretur in Theſſalia, juxta Pauſaniam lib. II. p. 128. maritima *Lariſſa*, tanquam in eadem gente celebratiſſimam, Λάρισσαν τὴν ἐν Θετταλίᾳ vocat Theophraſtus de Cauſſ. Pl. lib. v. cap. x, eandem eſſe cum illa Theſſaliæ urbe, quam Ἄργισσαν vocat Homerus nempe Iliad. B. v. 738, notant Græci Apollonii dicto jam loco Interpretes, eamque ab Acriſio, quod tradit etiam Stephanus, conditam. Etſi non cunas quidem, ſed Acriſii ſepulcrum, in hac *Lariſſa* Theſſalica exſtare tradit Theodoritus Serm. VIII. de Martyr. p. 598. T. IV. Καὶ ἐν Λαρίσσῃ τῇ Θετταλικῇ πάλαι; ἐν τῷ ναῷ τῆς Αθηνᾶς τὸν Ακρίσιον τεθάφθαι, *& in Lariſſa Theſſalica pridem in Palladis templo Acriſium eſſe ſepultum.* Quod tangit etiam Cyrillus adv. Julianum lib. x. pag. 342. ſed ita, ut id non huic Lariſſæ ad Peneum, ſeu Theſſalicæ, ſed Argivorum Arci, *Lariſſæ* etiam, ut aliunde, Strabone, puta, Pauſania, Stephano, Apollonii Enarratoribus conſtat, appellatæ, haud obſcure tribuat, ἐν Λαρίσσῃ τῇ ἀκροπόλει τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου, *in Arce Lariſſæ ſepulcrum eſt Acriſii.* Verum quamquam id inde etiam adſtrui videretur, & Cyrillo hic forte impoſuit, quod Argivorum Rex fuerit idem Acriſius, non in hac tamen apud Argos *Lariſſa*, ſed in Theſſalica ad Peneum, ad quem ille Argis conceſſerat, a Perſeo, e Danae filia nepote, diſco cæſus dicitur apud Pauſaniam lib. II. pag. 112. ac proinde ibidem, juxta Theodoritum, ſepultus. Neque etiam ubi *Lariſſam* Argivorum arcem, eorumque in eadem memorabilia, tangit Pauſanias lib. II. pag. 128, ulla quod ab eo præteritum haud foret, qui cæteroquin ejuſdem Acriſii, ut modo dictum, in Argivorum rebus meminit, illius, qui ibi conditus fuerit, ſepulcri fit mentio. Nomen vero huic *Lariſſæ* Theſſalicæ, a *Lariſſa* Pelaſgi filia inditum, tradit juxta Apollonii Enarratores, Hellanicus, & quod de Arce *Lariſſa* refert, itidem p. 128. Pauſanias.

Ibid. Χειρωνίδες ἄκραι] De monte Pelio hoc dici, in quo habitaret Centaurus Chiron, monent Græca ad hunc locum Scholia. Haud male vero vocem ἄκραι hic ſubſtantive ſumi, eaque denotari *juga* ſeu *cacumina*, notavit H. Stephanus; quomodo nempe ἄκραι Græcis paſſim pro *arcibus* ſeu locis, quæ in clivis ſeu jugis montium poſita dici conſueverant; ac unde ἄκραι εἰναλίαι, *arces maritimæ* vocantur ab Euripide Cyclop. v. 317. Tales autem hæ Χειρωνίδες ἄκραι, ſeu *Chironis* habitatio in quodam Pelii montis jugo ad mare, ut liquet ex Orpheo ſeu vetuſto Argonauticorum Scriptore, a quo dicuntur illi Minyæ Heroes ad littus ibi adpulſi eoſque tum adfatus Peleus v. 375. nempe

ἀθρεῖτε σκοπιῆς πρὔχοντα κολωνὸν
Μέσσῳ ἐνὶ πρηῶνι κατάσκιον, ἐνθάδε Χείρων,
videtis ſpeculæ eminentem verticem
Medio in cacumine umbroſum; illic Chiron habitabat &c.

Ab illis autem Ἄκραις dicti dii Ἄκραιοι, ceu qui in *Arcibus* illis culti,

quorum obvia non apud Auctores solum veteres, sed in nummis etiam antiquis, & qua de re jam obiter a nobis actum supra ad v. 70. & antea ad v. 82. Hym. in Jovem ac agetur adhuc alibi, σὺν θεῷ, opportunius.

V. 105. Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων] Adducitur hic versus in Scholiis ad Pindari Pythia Od. IV. p. 248. Trita vero omnia, quæ in iisdem, & alibi apud Herodotum, Diodorum, Strabonem, Senecam & Poetas, Ovidium, Senecam Tragicum Hercul. Fur. v. 285. &c. Claudianum de Raptu Proserpinæ l. II. v. 179. de abrupto Neptuni scilicet tridente (aut quod Herculi alii ex iis tribuunt) h. e. terræ motu, ab Olympo Ossa: atque ita *stagnanti* antea, uti de eodem loquuntur Auctores, *Peneo*, aditu in mare per amœna illa *Tempe*, seu mediam inter dissectos eos montes convallem, patefacto. Quomodo etiam in veteri tabula depictam totam hujus rei scenam describit Philostratus Icon. l. II. p. 800. nempe juxta Ovidium Metam. l. I. v. 569.

vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effusus Pindo, spumosis volvitur undis.

Quæ tangit etiam ac illustrat dicto paullo ante loco Theophrastus, nempe de Caus. Pl. l. V. c. XX. ubi apud hanc Thessaliæ urbem Larissam prius campis aqua stagnante (hujus scilicet *Penei*, ad quem eadem erat sita) repletis, aerem crassum & calidiorem ait exstitisse; postea vero quum educta esset eadem aqua & consistere prohibita, frigidiorem ibi regionem & congelationes frequentes visas. Unde Aristides Gratul. in Smyrn. p. 474. ait Thessaliæ dici Neptunum humaniter concessisse τὴν διασφάγα ποιήσας τῶν Τεμπῶν ἕνεκα τῷ Πηνειῷ, *facto propter Tempe Peneo flumini hiatu*: sicuti nempe eadem voce διασφάγος usus est Herodotus l. III. c. CXVII, ad denotandum Acis, Asiæ fluvii, per intercisos itidem seu avulsos a se invicem montes labentis cursum, & præterea διασφάγα pro *hiatu* adhibuit Lycophron v. 1062. Hinc vero eadem Πηνειῶ καλὰ Τέμπεα, *Penei pulcra Tempe* vocat Theocritus in primo Idyllio, aut *convallibus* flumina delectari dicuntur apud Philostratum Epist. 893. ubi ait, quod mare Insulis gaudeat, οἱ δὲ ποταμοὶ Τέμπεσι, *fluvii autem convallibus*. Immo unde idem *Peneus*, ob abruptum nempe ab Olympo Ossam, Ἀράξης non solum, juxta Strabonem, Stephanum & Eustathium ad Dionysium dictus, sed præterea, ut postremus ibidem notat p. 98, Σαλαβρίας, eadem nempe, ut observo de caussa, ob patefactam nempe huic Peneo per dissectos illos montes, Neptuni tridente, seu terræ motu, effluendi portam, ut nominatim ea de re dicto antea loco pag. 800. Philostratus, ῥήξει γοῦν ὁ Ποσειδὼν τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη καὶ ΠΥΛΑΣ τῷ ποταμῷ ἐργάσεται, *Neptunus igitur tridente scindet montes*, PORTASQUE *flumini Peneo efficit*. Hesychius autem, Σαλάβους (forte Σαλάβρους) θυρῶν ὀπὰς, *januarum foramina*. Unde facta proinde vox ea Σαλαβρίας seu *Salamprias*, quo nomine vocari eundem Peneum tradit Sophianus.

V. 107. Πήχεις ἀμφοτέρους ὀρέγουσα] Puras nempe manus, dextras simul ac sinistras, ad Deos in periculis tollere soliti etiam Gentiles: Quod officium Diis utriusque sexus Cœlestibus præstare jussi, Dodoneo

Ora-

Oraculo Athenienſes, teſte Demoſthene in Midiana p. 392. Θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσι καὶ πάσαις ὁσίας δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνιχόντες, *Diis ac Deabus omnibus Olympiis puras dextras ac ſiniſtras manus attollentes.* Unde mos olim Gentilium in rebus trepidis continuo ad ſimulacra Deorum confugere; ibique eorundem genua, ſupplicum nempe more, adprehendere; aut protenſis ad eadem ſimulacra manibus, Deos, ut præſentes ibi, pie ac rite venerari; quorum illud ſimili in facto Thebanarum Virginum, βρετέων ἔχεσθαι, *ſimulacra tenere*, dixit Æſchyl. Sept. Theb. v. 97, iſtud χειροτονὲς λιτὰς, h. e. juxta Criticos ibidem, μετὰ χειρῶν τάσιος γλωμῆρας, *cum extenſis manibus factas preces*, ejuſdem dramatis v. 179. De quo more proinde ait Simplicius ad Ariſtotelem de Cœlo l. 1. p. 31. Καὶ γὰρ οἱ τοῖς ἱεροῖς, καὶ οἱ τοῖς ναοῖς νομίζοντες μεστὰς θεῶν εἶναι, ἐκτείνουσιν εἰς αὐτὰς (lego αὐτὰς) τὰς χεῖρας, *in ſacris enim & templis exiſtimantes, ea Diis eſſe plena, ad eos manus extendunt.* Hinc Joſephus de Tito Imperatore Αλωσ. l. VI. c. XIV. καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας, κατεμαρτύρετο τὸν θεὸν, *& extenſis manibus, Deum teſtabatur.* Cujus etiam recepti in ſacris Gentilium ritus obvia in antiquis nummis, aliiſve priſci ævi monumentis exempla; ſicuti, ut alia nunc mittam, in præclaro illo Colophoniorum nummo Gazæ Gallorum Regiæ, quo Panjonii, ſeu ſacra ut præfert ipſa nummi inſcriptio, *Jonum Communis* ſolemnia ſignantur, & cujus icon infra adducetur ad verſ. 258. Nemeſin alioquin, ut hoc addam, (ut Minervæ, de quibus v. 5. Hym. ſequentis, πήχεις ſeu *lacertos* hic mittam) *cubitum* dextrum, ſeu πῆχυν ad os attollentem exhibent vulgo antiqui nummi, ac unde explicanda videntur duo vetera Epigrammata l. LXXI. & LXXII. Anthol. l. IV. c. XII.

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει, τῶτε χαλινῷ,
Nemeſis prædicit cubito ac oris fræno,

ſeu *cubito* ejus ad os, obvio illius Deæ in nummis ſchemate, ſublato, ſicuti mox eandem in rem, ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω, *Nemeſis cubitum cohibeo*; quæ poſtrema cæteroquin verba *per normam habeo* ſicuti in priori Epigrammate, πῆχυν itidem per *normam* reddit Latinus Interpres: apertius per *cubitum*, obvium & antiquiſſimum menſuræ apud pleraſque gentes nomen ac normam, reddi potuit. Certe quum eadem Nemeſis occurrat ſubinde in præclaris Græcorum, maxime Smyrnæorum, quorum tutelaris, quod aliunde conſtat, exſtitit eadem Dea, nummis; eaque non ſolum dextro cubito ad os ſeu faciem ſublato, ſed ſceptrum veluti ſeu bacillum ſiniſtra tenens; eo πῆχυν pro *cubito ad menſurandum* adhibito deſignari, & id proinde intendiſſe eorundem Epigrammaton Scriptores, haud abs re liceat ſtatuere. Quod adſtruere etiam videtur integrum de eadem Dea, quod ibi legitur, Epigrammation,

Ἡ Νέμεσις ΠΗΧΥΝ κατέχω· τινὸς ἕνεκα; λέξεις,
Πᾶσι παραγγέλλω, μηδὲν ὑπὲρ ΤΟ ΜΕΤΡΟΝ,
Nemeſis CUBITUM *teneo: cujus cauſſa? dices.*
Omnibus adnuncio, ne quid ſupra MENSURAM.

Χαλι-

Χαλινὸν vero in adducto paullo ante versu de *oris angulo* seu ore, ad quod dextram intendit Nemesis, juxta Pollucem l. II. c. IV. dici patet; & sicuti in Dionysii Hymno in Nemesin, qui post Aratea Oxonii edita p. 51, ad eandem Deam dicitur,

Επέχεις ἀδάμαντι χαλινῷ,
Inhibes firmissimo oris freno,

ἀδάμαντι nempe pro ἀδαμαντινῷ. Sed hæc obiter.

V. 109. Νύμφαι Θεσσαλίδες, ποταμοῦ γένος] Non hic proinde Ωκεανίναι seu *Oceani filiæ*, de quibus supra Hym. in Dianam v. 13. & 62, sed *Penei*, qui nempe Thessaliæ fluvius καὶ ἐξοχὴν hic dictus, sicuti apud Catullum Epigr. LXIV. v. 28. *quos præter fluminis undas* &c. nempe *Penei*, ut ibidem liquet. Ita quatuor celebrioribus Thessaliæ fluviis *Peneo*, *Apidano*, *Pamiso*, & *Enipeo*, iisque in unum *Peneum* confluentibus, inde eum ut reliquis potiorem illos ἀνωνύμους, seu *innominatos* effecisse, tradunt Apollonii Enarratores ad l. III. v. 1084; & quod ab Herodoto, qui idem retulerat lib. VII. c. XXIX. sumptum. Quo spectat etiam illud Lucani l. VI. v. 371.

Et quisquis pelago per se non cognitus amnis,
Peneo donavit aquas.

Thessalicas autem hasce ad Peneum *Nymphas* invocat quoque, dicto paullo ante apud Theocritum loco, Thyrsis Idyll. I. v. 66.

πᾶ πόκα Νύμφαι;
Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ Τέμπεα;
ubi tandem fuistis Nymphæ?
Anne apud Penei pulcra Tempe?

& quarum etiam meminit agens de *Peneo* Ovidius Metam. l. I. v. 576.

Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.

Eadem insuper a vicina huic *Peneo*, ac *Tempis* palude, *Nessonides* vocantur apud Catullum in Epit. Thetid. v. 285. *Confestim Peneos adest*, dein

Nessonidum linquens claris celebranda choreis.

Ut mittam *Nympham Peneida*, de Daphne hujus *Penei* scilicet, qua de re jam ante ad v. 94. filia, ab Ovidio dictam Metam. l. I. v. 472.

V. 110. Μέγα χεῦμα] Ob caussam modo dictam, de reliquis Thessaliæ fluviis in illum Peneum confluentibus, & qua de re Ovidius Metam. l. 2. v. 577.

Conveniunt illic populariæ flumina primum,

ac unde MAGNUM *illum* inde continuo *fieri* dixit Ælianus V. H. l. III. c. 1. καὶ ἐργάζονται τὸν Πηνειὸν ἐκεῖνοι ΜΕΓΑΝ. Hinc de eodem Scymnus Chius in Periegesi p. 25.

Πηνειὸς δ' ἧς
ΜΕΓΑΣ ἀμφρεῖ ποταμὸς,
Peneus, per quam (Lariſſam nempe)
MAGNUS *labitur fluvius*;

ac Naso rursus de eodem d. l. v. 571. *hæc sunt penetralia* MAGNI *amnis.*

Ibid. ἐκπαλίξασθε γένειῳ] Juxta pervulgatum veterum morem, ut supplices barbam illius, quem volebant exorare, adprehenderent; sicuti

supra

ſupra Diana adhuc infans Jovis Parentis barbam, quo voti nempe compos continuo fieret, adtrectare adnititur Hym. in eandem v. 26. Quæ, ut tot alia a vatum Parente mutuatus eſt Callimachus, dicente Iliad. K. v. 454.

γενείου χειρὶ παχείῃ
Ἁψάμενος λίσσεσθαι,
barbam manu robuſta
Tangens adprecaturus.

Barbati autem vulgo majores Fluvii in antiquis nummorum aut lapidum monumentis, neque ſemper tamen, aut ii tantum, qui in mare, qualis hic Peneus, delabebantur; ut viſum nuper præclaro antiquario in opere de Coloniis Romanorum quæ ſub Imperatoribus ſunt deductæ. Ut nunc mittam duos Siculorum fluviorum, qualis *Acragas*, & *Hypſas*, quos ſub formoſi pueri habitu ſignatos exhibent illorum tractuum & obvia in Parutæ Sicilia numiſmata; ac ut de *Acragante*, ſeu Agrigentinorum fluvio nominatim id ab Æliano monitum V. Hiſtor. l. 11. c. XXXIII. Qualis etiam *Meles* Smyrnæorum fluvius depictus itidem in veteri tabula, inſtar pueri ephebi deſcribitur a Philoſtrato Icon. l. 11. p. 791. χάριεν μὲν οὖν τῆς γραφῆς αὐτὸς ὁ Μέλης &c. καὶ παρεχόμενος εἶδος ἁβαρὸν καὶ μειρακιῶδες, *venuſtas autem illius picturæ ipſe Meles delicatam ac puerilem præ ſe ferens ſpeciem.* A quo tamen diverſus abit idem *Meles* in priſcis Smyrnæorum nummis, in quibus conſpicitur, ſolito majorum fluviorum typo, cum promiſſa ac hiſpida barba, qualis nempe hic traditur Peneus; & ſicuti de Acheloo, cæteroque Ταυριμόρφῳ, uti etiam idem in veteribus nummis proſtat, ait Sophocles Trachin. v. 14.

ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος,
Κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ,
ex hirſuta autem barba
Scaturigines fontanæ aquæ diffluebant.

V. 111. Ζηνὸς ἐν ὕδατι τέκνα τεκέσθαι] Nempe tanquam e Jove uterum ferens ac partui proxima, cupit hic anxie Latona, ut *Jovis liberos* liceat ei in Penei *aqua parere.* Magna nempe illius fluvii, quod ante vidimus, celebritas, ac ſingularis quædam per amœna illa Tempe decurrentis pulcritudo; adeo etiam, ut cum inde a Theſſalis κατὰ τὸ κάλλος, ſicuti Nilum ab Ægyptiis κατ' ὠφέλειαν, ſeu *utilitatis ergo*, divinis honoribus cultum, tradat Maximus Tyrius Diſſ. XXXVIII. p. 378. Sed propior adhuc hujuſce Latonæ voti cauſſa ſubeſſe ſeu fingi hic videtur; quod nempe idem Peneus Daphnes parens, uti jam ſupra dictum, fuerit habitus; hæc autem ab eo, quem in utero ferebat Latona, Apolline, impenſe erat diligenda, ſeu, quod ait Ovidius Metam. l. 1. p. 452.

Primus amor Phœbi, Daphne Peneia.

Adde conſitas lauro ſacra Apollini arbore, ac unde fabulæ de Daphne locus, ejuſdem fluvii ripas, juxta illud Catulli de Peneo Epith. Thet. v. 288.

nam-

namque tulit radicibus altas
Fagos, & recto proceras stipite lauros;

ac inde etiam ex eadem lauro, quod ex Æliano & Lucano jam supra vidimus ad vers. 94, primum coronatum eundem Apollinem, immo etiam juxta eosdem Auctores in Pythiis hujus Dei agonibus. Hinc proinde illud sollicitum hic Latonæ votum, quo nempe nascendus mox ex ea juxta Dianam Apollo, idque pro veteri puerperii ritu, in eo Peneo ablueretur; ipsaque puerpera, τὰ λοετρὰ λεχώϊα, ut eadem vocat Apollonius l. II. v. 1016. ibidem Latona nanciscereturⁱ. Haud aliter nempe ac de Rhea, ubi Jovem esset enixa, dixit supra Callimachus Hym. in Jov. v. 16.

Αὐτίκα δίζηται ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο,
Λύματα χυτλώσαιτο, τὸν δὲ ἐνὶ χρῶτα λοέσαι.
Statim quærit aquæ rivum, quo partus
Detrimenta purgaret, tuumque (h. e. Jovis) *corpus ablueret.*

Immo sicuti eandem Latonam, post editos in Asteria Insula seu Delo hosce liberos, in Lyciam continuo venisse, quo eosdem ibi in Xantho amne ablueret, ab Antonio Liberali relatum diximus supra ad vers. 6. Unde etiam mox ad Latonam ait Peneus v. 124. se quidem alias novisse *ablutas a se puerperas*, λυσαμένας ἀπ' ἰμεῖο λεχωΐδας. Notandum hic præterea, quod unus iste occurrat in toto hoc Poematio locus, ubi agens de prægnantis Latonæ, quem in utero gerebat, fœtu, aut sequuto in Delo partu, plurali numero illud efferatur nempe τὰ Ζηνὸς ἐν ὕδατι τέκνα τεκέσθαι, *Jovis in aqua liberos parere*; De uno cæteroquin Apolline, quem in utero tunc ferret, & quem postea in Delo sit enixa Latona, omissa omni Dianæ tanquam ibidem gemino partu ex ea editæ, mentione, agit toto hoc Hymno Callimachus, & qua de re infra ad v. 202. & 255. dicendi adhuc erit locus.

V. 112. Πηνειὴ Φθιῶτα] *Phthiota* hic dicitur, *Peneus*, cui nempe, & Lariſſæ ad eum sitæ, adjacebat ea Thessaliæ pars, quæ *Phthiotis* olim dicta, seu quæ juxta Strabonem l. VIII. p. 383, inter Peneum & Asopum sita. Hinc in brevibus etiam ad Homerum Scholiis Iliad. B. v. 259, dicitur Πηνειὸς ποταμὸς Θεσσαλίας πλησίον Φθίας, *Peneus Thessaliæ fluvius, prope Phthiam.* Unde *Phthiotica Tempe*, per quæ nempe labebatur; uti vidimus, *Peneus*, dixit Catullus Epith. Thetid. v. 35. Accedit, quod *Phthia* nomen a *Phthio*, Neptuni & Lariſſæ filio, inditum dicitur apud Stephanum in voce Φθία. Quamquam non conveniant hic inter se, quod iis solemne, veteres Mythologi; dum idem *Phthius* ab aliis, ut ab Apollodoro l. III. c. VIII, inter Lycaonis liberos; ab aliis etiam Achæi filius & Xuthi nepos statuitur. Eo autem *Phthiæ*, ac inde *Phthiotidis* nomine, dictam illam Thessaliæ partem, in qua regnavit quondam Hellas Deucalionis filius, indeque Ἑλλάς & Ἕλληνας de sola *Phthiotide* aut ejus incolis ab Homero intelligi, monuit pridem, quod notum, Thucydides l. I. p. 3. A quo tamen aliquantum abit Strabo, qui ab Homero *Phthiam* & *Hellada*, ut diversa adhiberi Thessaliæ oppida vel regiones (istud enim in dubio reliquit ibi-

ibidem Geographus) ex adductis eam in rem Poetæ locis colligit lib. IX. p. 431.

Ibid. τὶ γὰν ἀνέμοισιν ἐρίζεις;] Sicuti nempe de velocitate canum venaticorum, dixit Hym. in Dianam v. 94, Θάσσονας ἀνδρῶν κυνοσυρίδας, *velociores auris Cynosirides*; & quomodo equis aliisque citis animalibus, imposita subinde *Aura*, ut apud Pausaniam l. II. El. p. 373. & *ventorum* in lapidibus antiquis nomina; ac *trigides* e *vento* etiam concipere inde dictæ, qua de re ibid. ad Hym. in Dianam actum. Unde hic cum *ventis*, paullo post cum *volatu* avium, contendit Latona rapidum illum præter solitum Penei cursum, quod de sagittis, navibus vela facientibus, aliisque id genus summæ cujusdam velocitatis, similiter a Poetis factum, sicuti de Nympha Claudianus in sec. Cons. Stil. v. 252.

Et cursu zephyris nunquam cessura Lycaste;

aut vero de Minerva e terra in cœlum reversa, Orpheus seu Onomacritus Argon. v. 554. πάλιν ἐτράπεἰ' ἶσον ὀϊστῷ, *denuo sublata est instar sagittæ.*

V. 113. ἵππον αἰθλιον ἀμφιελίσσης] Id quod vulgo Græci, ubi nempe de unius equi, sicuti hoc loco, seu *singulatori*, equitis, ut de iis veteres Glossæ, agone agebatur, κέλητα πῶλον, vel κέλητα ἵππον ἐλαύνειν dixerunt, sicut Artemidorus l. I. c. LVIII, aut ubi de ipso agone seu cursu illo mentio, κέλητι πώλῳ, ut Pausanias de eo haud semel loquitur l. V. p. 302. l. X. p. 621. &c. aut ἡ νίκη ἵππῳ κέλητι, *victoria equi singularis*, apud eundem l. VI. p. 346. Κέλης enim Græcis tam de ejusmodi *equo singulari*, seu, ut hic dicitur, ἵππος αἰθλιος, quales μόνιπποι, μονάμπικες, aut μονάτορες etiam, sicuti apud Comici Enarratores in Pace p. 691; posteriori etiam ævo στελλάριοι sunt appellati; quam de *singulatore* seu *solitario equite* dictus. Unde κέλης, ἱππεύς, & ἱππασίας κέλης, *Caballarius* vel *singulator* in Glossis Philoxeni; aut etiam *celsus* a Græca nempe voce κέλης, & quod postremum jam ad Themistium monuit doctissimus Petavius p. 482. Quo spectat Aristophanis jocus dicto modo loco,

Τρίτη δὲ μετὰ ταῦθ' ἱπποδρομίαν ἄγετε,
Ἵνα δὲ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ,
Post illa autem tertia die vacandum Circensibus,
Ubi etiam singulator, singularem Equum (non cum Florente, *singulatorem* nempe *Equitem*) *agitabit.*

Ἱπποδρομίαν vero non de curulibus solum Bigarum aut Quadrigarum agonibus, sed de illo etiam *singularium equorum* seu μονίππων, ut hic apud Comicum, cursu dictam, liquet præterea e priscis Grammaticis ad Argum. Isthm. Pindari Od. III. p. 449. Hos autem κέλητας, seu μονίππους, ad ejusmodi agones inter alios adhibitos docet Plato de Legib. l. VIII. p. 834, qui dentes ætatis indices seu pullarios adhuc retinebant, μονίπποις δὲ ἄθλα τιθέντες πώλοις τε ἀώλοις, *singularibus autem equis præmia decernentes pullis nempe, qui dentes nondum amiserunt*; & cujusmodi πώλους ἀώλους dictos, seu quibus adhuc essent

γνά-

γνώμονες, *dentes* nempe *pullarii*, docet Pollux p. 48. Μοναμπυκίαν quoque de eodem illo *cursu* seu agone *singularis* vel *desultorii equi* seu ἵππου, ut hic ἀεθλίου, dixit Pindarus Olymp. Od. VI. ubi diversos illos equestres agones, qui e celete, bigis & quadrigis constabant, tangit,

Ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκία τε,

equis seu quadrigis, *mulis* seu bigis vel ἀπήνη, *& uno equo desultorio*; quomodo nempe μονάμπυκας πώλους, ejusmodi *singulares equos* vocat Euripides Alcest. v. 428. Quibus addere licet hic opportunum Pausaniæ locum l. x. p. 622, ubi primum in Pythiis victorem singulari ejusmodi equo, quendam Lycormam Larissæum exstitisse testatur, καὶ ἐπὶ μὲν τῷ πώλῳ τῷ κέλητι, Λυκόρμας ἀνηγορεύθη Λαρισσαῖος, *& quidem singulari equo Lycormas Larissæus victor est renuntiatus.* Unde factum licet forte arbitrari, ut agens hic de Larissa, & Penei incitato præter solitum cursu Callimachus, dicat, eum tamen *non hic singulari equo decertare*, οὐ μὴν ἵππον ἀέθλιον ἀμφιβέβηκας, postrema nempe voce usus hic eodem sensu, non quo supra v. 27. βοηθόος ἀμφιβέβηκας, & de quo ibidem, sed quo apud Homerum sol dicitur Iliad. Θ. v. 68. & alibi, μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει, *medium cœlum conscenderat.* Præclarum vero, ut hoc postremo addam, hujusmodi ἀεθλίου ἵππου, & simul ἱππαστοῦ κέλητος imaginem nobis ante oculos ponit Apollonius l. IV. v. 1604. & sequentibus

Ὡς δὲ ὅτ' ἀνὴρ θοὸν ἵππον ἐς εὐρέα κύκλον ἀγῶνος,

Ac ut aliquis velocem equum in latum certaminis circum ducit.

ut reliqua omittam, quæ ibi consulere si vacat, poterit Lector.

V. 114. Ἦ ῥά τοι ὧδ' αἰεὶ ταχινοὶ πόδες] Quod de Penei cursu, tanquam præter solitum citato, ideo hic a Latona dicitur, quod lente ille alioquin ac leniter per Tempe flueret, ut de eo Ælianus V. H. l. III. c. 1. Διὰ μέσων δὲ τῶν Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, σχολῇ καὶ πρᾴως προϊὼν, ἐλαίου δίκην, *per media vero Tempe Peneus fluvius venit, lente quidem ac leniter, procedens instar olei.* Quod postremum *instar olei* ἐλαίου δίκην, & qua de re nihil ibi eruditi Æliani editores, ab Homero sumptum; quamquam ille id non de *Peneo* proprie, sed de Titaresio fluvio dixerit, in *Peneum* quidem influente, non eidem tamen commixto, verum supernatante *instar olei* Iliad. B. v. 260.

Οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ
Ἀλλά τέ μιν καθύπερθε ἐπιῤῥέει, ἠΰτ' ἔλαιον,
Nec ille Peneo commiscetur coloris argentei vortices habenti,
Sed in ipsum superne influit, tanquam oleum.

Quod expressit etiam Lucanus l. VI. v. 375.

Solus in alterius nomen cum venerit undæ
Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne
Gurgite Penei, pro siccis utitur arvis.

Quibus adde Philostratum Icon. l. II. p. 801, & Senecam Troad. v. 846. ubi *segnes* vocat hujus *Titaresii undas.* Quamquam Peneum, quod spectat, *citato flumini*, de eo dicat alibi idem Tragicus, Hercul. Fur. v. 284.

V. 117.

V. 117. μέλεσι γὰρ ἀπειρήκασι τένοντες] Quum multiplex sit τενόντων apud Medicorum filios non solum, sed Poetas etiam veteres significatio, de majoribus nempe cervicis aut brachiorum, vel manus, aut poplitis etiam, ac a poplite ad calcem nervis, hic postremo sensu vox eadem sumitur, ubi de Latona, fœtus nempe, quem in utero & jam parturiens ferebat, onere, ac longa insuper erratione fessa, agitur. Unde apud Æschylum τένοντες dicti, non solum, ut apud Homerum, Iliad X. v. 396. *tendines* seu *nervi*, ut ibidem ait, *a calcaneo ad talum*, ποδῶν τένοντε ἐς σφυρὸν ὀπὶ πλέρης, sed ipsa etiam pedum in longitudinem extensio, seu mensura, uti de solo impressis Orestis pedum vestigiis, ait Electra apud Æschylum Choeph. v. 207.

Πλέθραι τενόντων δ' ὑπογεγραφαὶ μετρούμεναι,
Calces tendinumque descriptiones mensuratæ;

ac veteres ibi Enarratores, τενόντων, τῶν εἰς μῆκος τῶν ποδῶν ἐκτασιν, τένοντάς φησιν, *hic pedum in longitudinem extensionem tendines vocat*. Haud aliter nempe ac τένοντες seu *tendines* manuum dicti, qui nempe cubiti musculis ad digitos extensi, ut de iis Galenus de Usu Partium. l. I. c. XVII. περὶ τενόντων τῶν τὴν χεῖρα κινούντων, *de tendinibus, qui manum movent*, Euripides vero τένοντα pro ipsa *cervice* usurpavit, Hippol. v. 1165.

Τένοντ' ἐς ὀρθὸν ὄμμασι σκοπεμένη,
Ad cervicem erectam oculis respiciens.

V. 118. Φιλύρης νυμφήιον] Νυμφεῖον nempe, & Poetice ob metrum νυμφήιον, de *sponsa*, *nuptiis*, & *thalamo* etiam *nuptiali* subinde a Poetis, Tragicis maxime antiquis, dictum; & quo postremo sensu νυμφῶνα adhibuerunt haud semel sacri Euangelistæ. Qua cæteroquin voce Νυμφῶνος, *Nympharum ædem*, seu antrum in Sicyoniorum luco, ubi solis mulieribus fas erat sacra facere, dictum observat Pausanias l. II. p. 104. Νυμφῶν proinde ibi, non pro Νυμφείων, sed quod ab eo diversum, Νυμφαῖον seu *Nymphæum*, quod de *antro* aut *lavacro* etiam *Nympharum* Hydriadum, seu κρηναιῶν, ποταμηίδων, Λιμνάδων, aut juxta Orpheum seu Onomacrit. Argon. v. 644, Λυμναικίδων dici, ut aliunde notum, consuevit. Quale *Nymphæum* prostat etiamnum in pictura veteri in monte Quirinali effossa, dum construerentur ibi ædes Barberinæ, quam erudita commentatione, quæ ante annos haud ita multos Romæ prodiit, illustravit doctissimus Holstenius.

V. 120. ὠμοτόκους ὠδῖνας] Sic rursus de *leæna crudipara*, ut hic in monte Thessaliæ Pelio, ita in monte Epiri Tmaro dicitur infra v. 53. Hym. in Cerer. λέαινα ὠμοτόκος. Inde autem eo nomine dicta utroque in loco videtur hæc fera; & quidem, ut hic additur, *graves partus dolores intendens*, quod non solum unipara vulgo fuerit habita, sed præterea partum edens, qui matris uterum discerperet. Quod utrumque ab Herodoto l. III. c. CVIII. olim traditum, aliisque vulgari fama creditum, vel ex Plinio constat l. VIII. c. XVI. *semel autem edi* (Lænæ nempe) *partum*, LACERATO *unguium acie* UTERO IN ENIXU, *vulgum credidisse video. Aristoteles diversa tradit, vir quem in iis magna secuturus ex parte &c.* Et quamquam præter Aristotelem, id ab aliis

quoque, ut Plinio ibidem, Æliano de Animalibus, Gellio, Philoſtrato, & quod unum ſcilicet leænæ partum ſpectat, ex ipſis ſacris Prophetis Ezechiele XIX. 2, & Nahum II. 12. merito, ut videre eſt apud τὸν πάνυ Bochartum Hieroz. l. III. c. 11, refellatur; haud mirum tamen, ſi ad pervulgatam ea de re opinionem, quod ab Æliano in variis, Antigono Caryſtio, Baſilio etiam, Epiphanio, aliiſque graviſſimis Auctoribus itidem factum, reſpexiſſe hic credatur Callimachus; dum vel ὠμοτόκας, ſeu *crudiparas* leænas hic & alibi appellat, & graves earum in partu, quo nempe earundem uterus laniari credebatur, dolores hic tangit. Adde quod alioquin haud inſolitum ſit etiam ſacris Scriptoribus, ut a parturientium, & quidem ut hic, in montibus ferarum doloribus exempla arceſſantur, ſicuti a Jobo factum XXXIX. 13, ubi ibices ſeu rupicapræ parere dicuntur petras incolentes, ac ut addit, & juxta veterem Interpretem, *pariunt & rugitus ſuos emittunt*, ſeu ut ibi Chaldæus Paraphraſtes, *dilacerantur, dolores ſuos emittunt*. Dari autem, quod hic a Callimacho dicitur, *leones* ac *leænas* in monte Theſſaliæ Pelio, liquet præterea ex iis, quæ de Cyrene cum leone in eodem monte luctante, eundemque ſine armis proſternente a Pindaro relata Pyth. Od. IX, ſupra jam notavi ad v. 92. Hym. in Apollinem.

V. 122. Ἀναγκαίη μεγάλη Θεός] Quæ proinde etiam Deo imperare dicitur a Philiſco Thebano apud Stobæum Serm. LX. p. 33,

Δῶλοι βασιλέων, ἐισιν, ὁ δὲ βασιλεὺς θεῶν, ὁ
Θεὸς Ἀνάγκης,

h. e. illuſtri Grotio Interprete,

Reges ſuperſtant ſubditis, Di Regibus,
Neceſſitas Dis.

Unde *Neceſſitatem* ne a *Deo* quidem poſſe cogi dixit Plato de Legib. l. V. p. 74. Prout etiam aliud, ac ut vetus alicujus Poetæ dictum a Stobæo traditur Ecl. Phyſ. c. VIII. p. 10, ac inde ſimiliter a viro magno in Stobæi Excerptis p. 127, nempe Ἀνάγκῃ δὲ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, *neceſſitati ne quidem Dii repugnant*; quod alioquin Pittaco, ut obſervo, tribuit Laertius lib. I. p. 48. ult. edit. ac in proverbium dein abiiſſe, non Zenobius ſolum aut Suidas, quod ibi ad Laertium notat eruditiſſimus Menagius, ſed Plato pridem monuerat de Legib. l. VII. p. 818, Ἀλλ' ἔοικεν τὸν Θεὸν ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΡΟΙΜΙΑΣΟΜΕΝΟΣ, εἰς ταῦτα ἀποβλέψας εἶπεν, ὡς ΟΥΔΕ ΘΕΟΣ ΑΝΑΓΚΗ ΜΗΠΟΤΕ φωνῇ ΜΑΧΟΜΕΝΟΣ, *immo ad iſtud reſpexiſſe videtur, qui* PROVERBIO PRIMUM *de Deo ita loquutus eſt*, NE DEUM QUIDEM IPSUM UNQUAM NECESSITATI REPUGNATURUM. Cui dicto geminum ut Sophoclis refert d. l. Stobæus,

Πρὸς τὴν Ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀντίσταται,
Neceſſitati ne Mars quidem reſiſtit.

Hinc Gregorius Nazianz. prima in Julianum Philippica pag. 66, tradit, quod e Philoſophis alii non eſſe Deos ſtatuant; alii eos non providere rebus humanis; alii temere ac fortuito omnia fieri; alii ſideribus duci, & ut addit, σχηματισμοῖς ΑΝΑΓΚΗΣ ἃ οἶδα ὑπὸ τινὸς ἀγομένοις καὶ ὄθεν, & NECESSI-

CESSITATIS seu *fatalibus figuris, haud scio unde & a quo ductis.* Platonem tamen per Ἀνάγκην nihil aliud designasse, quam τὴν φυσικὴν ποίησιν, seu *naturalem rerum effectionem* tradit Proclus in ejus Theolog. l. v. p. 314; ac unde etiam duas rerum causas distinguit idem Plato in Timæo p. 68. T. III. ed. H. Stephani, τὸ μὲν Ἀναγκαῖον, τὸ δὲ Θεῖον. *Necessariam quidem unam, alteram vero Divinam.* Quamquam hujus Ἀνάγκης seu *Necessitatis* nomine, inevitabilia Dei decreta & permanentem voluntatem intellexisse saniores Gentilium Sapientes, liqueat e dicto paullo ante Stobæi loco, seu Excerptis de rerum Natura, ubi agitur περὶ Ἀνάγκης καθ' ἣν ἀπαραιτήτως κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ γίνεται βούλησιν, *de Necessitate, qua cuncta necessario secundum Dei voluntatem fiunt.* Hinc Θεῶν ἀνάγκαι, *Deorum necessitates*, uti ab Euripide in Dictye apud eundem Stobæum Serm. LXXI. p. 472, appellatæ, & de quibus consulendus omnino Jamblichus de Myster. S. I. c. XIV. qui illas Θεῶν Ἀνάγκας Diis proprias, illisque omnino dignas statuit; quod non ex aliqua vi externa tales eædem sint; verum quod ut bonum ex *Necessitate* exstare omnino debuit, ita illa *Necessitas* e voluntate Deorum benefica & eorum ordini ac naturæ immutabili congrua oritur. Immo unde Juppiter idem cum Ἀνάγκῃ φύσεως habitus, juxta Scenicum Philosophum Troad. v. 886.

Ζεὺς, εἴτ' Ἀνάγκη φύσεως, εἴτε Νοῦς βροτῶν,
Juppiter, sive ex Necessitas naturæ, sive Mens mortalium.

Quo spectat proinde illud Plutarchi de Audiend. Poet. p. 31. ubi *Jovis* nomine apud Poetas, quandoque *Fatum* tradit designari; ac unde idem Juppiter, *Fatum* etiam *dirigere* ab Æschylo dicitur Suppl. v. 681. Adde hic postremo Hesychium, qui forte hunc Callimachi locum ante oculos habuit, Ἀναγκαίη, Ἀνάγκη.

V. 124. Ἀσσαμώνας ἀπ' ἰμεῖο λεχωΐδας] Quæ ratio etiam paullo ante a nobis indicata, nempe ad vers. 111. ubi enixe Latona expetere dicitur, quo in Penei aqua parere illi liceat; & ibi proinde, ut vel hic liquet, λωτρῷ λεχωΐῃ seu λοχείων κάθαρσιν nanciscì. Qua de re insuper videri possunt, quæ notavi ad v. 16. Hym. in Jovem.

V. 125. οἷος ἔφεδρος] Sicut haud una hujus vocis ἔφεδρος occurrit apud antiquos Auctores acceptio, ita obvia eadem in palæstra aut athleticis agonibus, de tertiario, qui nempe duobus jam victis novus sedebat athleta, ἀθλητὴς ἔφεδρος, ut in certamen cum victore descenderet; prout id notant veteres Sophoclis Enarratores Ajac. v. 618. ac unde in antiquis Glossis, ἔφεδρος *tertiarius* dicitur. Quem genuinum vocis illius sensum, quamquam erudite a magno Budæo jam e Plutarcho observatum, non adsequuti sunt subinde Latini veterum Hellados Scriptorum Interpretes, ut id pluribus notamus ad Æschyli Choëph. v. 866, ubi de Oreste dicitur, quod solus relictus esset contra duos ἔφεδρος. Haud aliter ac ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἔφεδρος, *in certaminibus succenturiatus*, a Philone etiam dictus Legat. ad Cajum p. 496. & apud Xenophontem Anab. l. II. p. 286. ἆρά γοτι ἐν ἢ τὸν ἐνεργέτην καταπεπονήκαμεν, ὡς τὸ Βασιλέως τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζώμεθα, *qui aliud fecerimus, quam quod occi-*

ſo homine bene merito, adverſus Regem maximum, qui in caſi locum ultor ſuccedet, decertabimus. Unde eodem ſenſu vox ἐφεδρεία a Platone adhibita, ſed cujus locus itidem male ab Interpretibus Ficino ac Serrano, quorum iſte eadem prioris verba ibi retinuit, acceptus, nempe de Legib. l. VII. p. 819. Καὶ πυκτῶν ἢ παλαιστῶν ἐφεδρείας ἢ συλλήξεως ἐν μέρει, h. e. *pugilum ac luctatorum ad certamen ſortito ſuccenturiatorum vice.* Inde ἐφεδρεία & ἐφεδρεύειν, ſubinde adhibita, de *ſubſidiario milite*, ſeu quod Gallis dicitur, *ſe garder pour un corps de reſerve*, ſicuti apud Polybium lib. I. p. 8. & p. 17, & alibi, ac Plutarchum haud ſemel ſumitur, ut in Marcello p. 299, & Philopœm. p. 358, &c. Ita etiam ἔφεδροι in genere, ut notant Critici ad Euripidis Phœn. v. 1102. ἀντίπαλοι, ἀνταγωνισταί, ἐπικαθεζόμενοι, ἀντιτάττεσθαι, *adverſarii, antagoniſtæ, conſiſtentes ad reſiſtendum*, ſeu qui cum hoſtibus congrediantur; & quæ poſtrema nominis illius ἐφέδρᾳ originem ſimul ac rationem tangunt. Hinc Æneas ad Hectorem apud eundem Tragicum in Rheſo v. 119.

ἔφεδρον παῖδ' ἔχεις τὸν Πηλέως,
paratum adverſarium habes filium Pelei Achillem,

& a Pindaro p. 367. τραχὺς παλιγκότοις ἔφεδρος, *aſper inimicis adverſaritis*, ſeu, ut ibi Grammatici, ὁ ἐπικείμενος τοῖς ἐχθροῖς, ὁ ἐφεδρεύων καὶ ἐπιτηρῶν· ἀθλητικὸν τὸ νόημα, οἷον ἀντὶ τοῦ δυσκατωγωνίστους, *inimicis imminens, captans & obſervans; athleticus autem ſenſus, quaſi pro eo qui difficulter vincitur.* Quomodo pro *inſidiatore* & *exploratore*, ſeu in ſpecula ad nocendum poſito, ἔφεδρος etiam, ſicuti Mars hoc loco a Junone ad id munus obeundum (de qua re jam ſupra v. 64. ac in ſequentibus) conſtitutus; quo nempe ſpecularetur ac vetaret, ne tutum ad puerperium locum in iis, quos adibat, locis, Latona continuo nanciſceretur.

V. 127. Τί μήσομαι] Ita ſubinde veteres Tragici, Æſchylus Sept. Theb. v. 1065. τί δὲ δρῶ, τί δὲ μήσομαι, & Sophocles ſimiliter Trachin. v. 990. τί δὲ μήσομαι, *quid autem conſilii capiam?*

V. 128. ἵτω πεπρωμένον ἦμαρ] Idem nempe, quod Æſchylus Suppl. v. 1055.

Ὅ τι τοὶ μόρσιμόν ἐστιν, τὸ χρὴ σ' εἶν,
Quod a fato decretum eſt, hoc fiat;

ac Euripides Hecub. v. 43, ἡ πεπρωμένη δὲ ἄγει, *fatum autem impellit*; & Alceſt. v. 145.

Πεπρωμένη γὰρ ἡμέρα βιάζεται,
Fatalis enim dies impellitur,

ſeu quod Ariſtoteles apud Stobæum Serm. c. XVII. p. 600. dixiſſe fertur, ἄφυκτόν ἐστι τὸ τῆς πεπρωμένης κακὸν, *inevitabile eſt fati malum*; quod nempe a fato decretum eſt. Quod proinde dici ab iis conſuevit, qui hinc id, quod ab iis exigitur, vel commiſeratione, ut hic erga Latonam Peneus, vel alia de cauſſa annuere non detrectant; illinc tamen imminens inde ſibi præſentiſſimum exitium ſeu fatum facile prævident, quod evitare ſcilicet nequeant.

πεπρωμένον ἦμαρ ut Ἴλιον, ἐλίνυσεν, ὄφρα καὶ τὰ Κοίτ. Diodor. Sic. XIV. p. 634. Ed. Rhod. Hdt. VIII, 77. ἀμβλώσιμον ἦμ. Maxim. Tyr. Diſſ. v. 275, ἄφυκτον v. 358, ἀλύσιτον v. 384 et Phaenom. Aegyptian. x, 7. 833. V. Gron. Obſ. I. 2, p. 24. Kemſt. V. 130.

V. 130. Διψαλέην ἄμπωτιν] Absorptam iri omnem Penei aquam hæc notant, semel scilicet recepta intra ejus alveum Latona; atque ita eodem plane exsiccato, aridam, ubi prius erat hic fluvius, fore deinceps terram. Unde opportune ad hunc locum ἄμπωτις a veteribus Grammaticis ad Pindari Olymp. Od. IX. p. 88. dicitur τὸ λειγόμδρον πεδίον ὑπὸ τῆς τότε πλημμύρας, ἀναποθέντος τῷ ὕδατος, *campus appellatus est post eam, quæ tunc contigerat, inundationem, aqua* nempe *resorbente*, seu *post aquæ, quæ illic inundaverat, recessum.* Neque enim ἄμπωτις de solo *maritimi æstus refluxu*, sed in genere de quovis *maris* aut *fluviorum* etiam post exundationem ἀφανισμῷ, ac sequuta inde ξηρασίᾳ subinde adhibita. Quomodo de aquarum, post terram iis obrutam, recessu, dixit Pindarus dicto ante loco ἀνάπωσιν, ἐξαίφνας, ἄντλον ἑλεῖν, *recessu aquarum repente exundationem resorbuisse*; ac, ut ibidem rursus Critici, ἄντλον, τὴν χύσιν καὶ τὴν ῥύσιν λέγει τῷ ὕδατος, ἣν ἄμπωτις ἀνεξαίρανε, h. e. *effluxum & eluviem aqua dicit, quam* ἄμπωτις seu *recessus quis exsiccarit.* Unde etiam omnino emendandus, qui ad eum Pindari locum respexit Hesychius, & quo adstruitur Guyeti de eodem loco conjectura, ἄμπωτις, ἀνάπωσις, (non ἀνάπαυσις) ξηρασία. Quamquam eadem vox ἄμπωτις, sicut etiam πλημμυρὶς apud Strabonem l. I. p. 6. *de marino æstu*, tam accedente, quam recedente, dicta nonnunquam legitur. Ita Josephus de Lusitanis agens & Cantabris, ait Αλωσ. l. II. c. XVI. p. 806. ὑδὲ γείτων Ωκεανὸς φοβερὸν καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις ἄμπωτιν ἐπάγων, *neque vicinus Oceanus terribilem accolis æstum marinum adducens*, non ut ibi vetus Interpres, & quod retinuit ejus interpolator, Gelenus, *accolis suis fragore terribilis.* Quo sensu etiam vox ἀμπωτίζειν a Philone adhibita, ubi nempe de Oceano agens ait de Somn. p. 1124. ἀμπωτίζει δὲ παρ' αὐτοῖς ἡ θάλαττα, *apud eos enim mare reciprocat*, accessu nempe ac recessu marini æstus, non proinde ut ibi Interpres, *mare resorbetur*, quasi nempe de solo *recessu*, non vero *accessu* quoque marini illius æstus ageretur. Adde Pausaniam l. VI. p. 378, qui Tarteſſum ait, maximum Hispaniæ fluvium Bœtimque postea dictum, καὶ ἄμπωτιν παρεχόμδρον, non cum Amasæo, *præaltis verticosum gurgitibus*, sed ut bene jam ibi Sylburgius, *marini æstus more reciprocantem.* Mitto hinc alium inde ortum ejusdem vocis ἄμπωτις usum apud Hippocratem haud infrequentem, de humorum nempe ab externis partibus ad internas *recessu*, de quo abunde in Oeconomia divini senis Fœsius. Διψαλέον vero, quod hic legitur, seu δίψιον, de *solo arido* a Græcis dictum, ac unde πολυδίψιον Ἄργος, *aridum Argus solum*, quod ante erat paludosum, appellatum, jam alibi in his Observationibus monui; & de quo postremo adhuc infra dicetur ad v. 46. in Lavacrum Palladis.

V. 134. Παγγαίῳ φθέλυμνα] Situs hic mons *Pangæus* in Thraciæ ac Macedoniæ confinibus; unde factum, ut ab aliis Thraciæ, uti quoque in Græcis ad hunc locum Scholiis, ab aliis autem Macedoniæ fuerit adscriptus: sicuti confusa sæpius occurrunt in veterum monumentis, alia utriusque regionis, ob earundem nempe viciniam & mutatos

ſubinde fines, loca. Ex antiquiſſimis certe Auctoribus, qui hujus montis meminere, occurrit Æſchylus, atque ita, ut eundem Macedoniæ haud obſcure adjudicet. Ubi enim ille Perſarum, poſt acceptam ad Salamina cladem, fugam narrat in cognomine dramate, ait inter alia v. 492. &c.

ἧς τε Μακεδόνων
Χώραν ἀφικόμεσθ' ἐπ' Ἀξίου πόρον,
Βόλβης θ' ἕλειον δόνακα, Παγγαῖόν τ' ὄρος,
in Macedonum
Regionem provenimus ad Axium fluvium
Bolbeſque paluſtrem arundinem, Pangæumque montem.

Quæ cum ſatis ſint perſpicua, tum ut de *Axio*, noto Macedoniæ flumine, nihil dicam, *Bolbe* etiam *palus* eidem regioni a Thucydide tributa l. II. p. 168. ac alibi, ita a Scylace in Periplo p. 25. ac Stephano præterea, ſed ubi male Βοΐνη pro Βόλβη, quod vidit ad Scylacem doctiſſimus Voſſius, dicitur; & quibus proinde major habenda hic fides, quam Græcis Æſchyli Enarratoribus, qui eandem paludem in Thracia exſtitiſſe tradunt; niſi non quidem ad Æſchyli, ſed ad ſua demum tempora, quod ſæpenumero contigit iidem reſpexerint. Mitto vero, quod de auri & argenti metallis in eodem Pangæo monte exſtantibus memorant Herodotus l. VII. c. CXII, Strabo in Excerpt. l. VII. c. 331, & quod a Plinio inſuper additur l. VII. c. LVI, *auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem* invenit. Unde lux proinde Euripidi in Rheſo p. 970, ubi ἐπάργυρον χθόνα, *argentiferam terram* vocat eundem tractum, in quo antea *Pangæi* montis, ſeu ut eum vocat, Παγγαίας πέτρων, *Pangæi rupem* memoraverat; in qua nempe occultandus foret in poſterum Rheſus, poſt mortem ἀνθρωποδαίμων, ſeu *ſemi-Deus* futurus, Bacchi nempe ibidem, qui eum montem quondam inhabitaverat, ſacerdos. Unde in eodem *Pangæo* argenti venas adhuc reperiri tradit Bellonius Obſervat. l. I. c. LV. Neque mirum, ut hoc addam, Martem in ſpecula montis Æmi, qua de re ſupra v. 63, poſitum, inde continuo hic dici *Pangæi* montis avulſa ſubtuliſſe *cacumina*, quibus nempe Penei fluenta obrueret. A *Pangæo* enim haud procul adeo mons Æmus, unde etiam uno intuitu utrumque conſpicere dicitur Baccha Edonis apud Lucanum l. I. v. 679.

video Pangæa nivoſis
Cana jugis, latoſque Æmi ſub rupe Philippos.

Quæ tamen urbs *Philippi*, quod ibi a viris eruditis haud præteriri debuit, non ad Æmi, ſed ad *Pangæi* radices erat ſita; ſicut id in Strabonis Excerptis l. VII. p. 331. ac Dione l. XLVII. p. 347. legitur, ac e Theophraſto inſuper liquet Hiſt. Pl. l. VI. c. VI, ubi de roſis centifoliis agens, ait, *plurimas circa Philippos naſci, quas incolæ ex Pangæo ſerunt*, πλεῖσα δὲ τὰ τοιαῦτα ἐστὶ περὶ Φιλίππους· ἔτοι γὰρ λαμβάνοντες ἐκ τοῦ Παγγαίου φυτεύουσιν.

V. 136. ἀσπίδα τύψεν ἀκωκῇ Δόρατος] Haud mirum de *Marte* hoc dici, ab eo *clypeum haſtæ cuſpide*, quo ſtrepitum inde ingentem ac terrorem

rorem simul cieret, *percussum*. Quam in rem, & qui hinc illustratur, præclarus est apud Ammianum locus l. xv. c. VIII. *militares omnes horrendo fragore scuto genibus illidentes, quod est prosperitatis indicium plenum*, *nam* CONTRA *cum* HASTIS CLYPEI FERIUNTUR (ut a Marte hoc apud Callimachum loco) IRÆ *documentum est & doloris*. Et vero alibi apud eundem Historicum legas, & quod ab eruditissimis Ammiani Enarratoribus Lindenbrogio & Valesio paucis adnotari vel expendi meruerat, postremum hoc in plausu militari ac ut *plenum prosperitatis indicium* (Juliano nempe Augusto a militibus declarato iisque pro tribunali fausta quæque & grata pollicito) itidem factum, lib. xx. c. v. *hac fiducia spe majoris animatus inferior miles, dignitatum jam diu expers ac præmiorum*, HASTIS FERIENDO CLYPEOS *sonitu assurgens ingenti, uno propemodum ore dictis* FAVEBAT *& factis*. Adde, quod solita sint alioquin, & de quibus jam ante, Gradivi Patris in simulacris ejus ac nummis antiquis insignia, *Hasta* nempe & *Clypeus*; sacræ etiam forent vulgo eidem Marti veterum id genus campestres seu ludicræ hastarum ad clypeos æreos adlisiones. Unde de iis Claudianus VI. Cons. Honor. v. 624. &c.

jucundaque MARTIS,
Cernimus, insonuit cum verbere signa magister,
Mutatosque edunt pariter tot pectora motus,
In latus ADLISIS CLYPEIS, *aut rursus in altum*
Vibratis: grave PARMA SONAT MUCRONIS *acutum*
Murmur.

In quibus proinde ejusdem Poetæ verbis, primo *Martis*, dein *adlisis Clypeis*, & inde *mucronis acutum murmur*, opportuna exstat hujus apud Callimachum loci interpretatio. Ut mittam insuper notos Saliorum, Martis apud Romanos Sacerdotum, similes id genus, ac in nummis etiam antiquis expressos cum scutis itidem seu ancilibus & levibus hastis, in campo nempe Martio circumcursitationes ac strepitus.

V. 137. ἡ δὲ ἐλέλιξεν σὺν ὅπλοις] Quod nempe dixit etiam adducto modo loco Claudianus, *grave parma sonat*; & Silius l. III, v. 348,

Ad numerum resonas gaudentes plaudere cetras.

Adde, quæ supra ad v. 241. Hym. in Dianam σὺν σακέεσσιν σὺν ὅπλοις, *in clypeis armisonum tripudium*, jam sunt a me adnotata. Ut mittam Thracum solemnes fuisse id genus, quod vel e Xenophonte ibidem monui, exercitationes, & opportune proinde huic Deo in Threjicii montis Æmi vertice constituto.

V. 138. καὶ πεδίον Κρανώνιον] Opportune facta hic *Cranonii* hujus in Thessalia *campi* mentio, qui nempe ἐν τοῖς Τέμπεσι, ubi erat urbs Κρά-νων dicta, sicut e Stephano liquet, erat situs; & per quæ loca seu Tempe labens, uti antea dixerat Poeta, Peneus, Latonam intra alveum suum recipere jam annuerat. Eadem proinde loca illo strepitu & fragore adlisorum hastæ mucrone clypeorum, terrere hic vult Gradivus; utque a simili proposito caveant, dimovere. Ejusdem vero *Cranonis* in Thessalia oppidi facta etiam alibi ab hoc Poeta mentio, nempe in-

fra v. 77. Hym. in Cererem, ἐπὶ Κρόνωνα βέβηκε, *Cranonum abiit.* Hunc vero Callimachum in alio insuper opere, nempe ἐν Θαυμασίοις, juxta & Theopompum, perhibere duos tantum corvos reperiri in eadem *Cranone*, qui, alio corvorum pari progenito, continuo discedant, tradit Stephanus in Κρόνων. Quæ narratio, quum in Aristotelis Θαυμασίοις Ακουσμ. cap. CXXXVI. itidem occurrat; inde nata τῷ πάνυ Salmasio occasio ad Stephani marginem, ut refert simul ac improbat Berkelius, legendi ibidem ὡς Καλλίμαχος καὶ Αριστοτέλης ἐν Θαυμασίοις. Quamquam vero ad ea Hymnorum loca, in quibus hujus *Cranonis* meminit, uti videmus, Callimachus, illa, quam ex eo ibi memorat Stephanus de corvis narratio non adtineat: merebantur tamen eadem ne indicta abirent viro docto aut doctissimo Holstenio, ubi illi cæteroquin veteres adducunt Auctores, Herodotum, Aristotelem, Laertium, Antigonum Carystium, ac Strabonem in Excerptis, qui hanc *Cranonem* memorant. Quibus addi insuper poterat cum iisdem Auctoribus antiquior Hippocrates, apud quem legas Epidem. l. II. Tex. I. Ἀνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί, *Cranone carbunculi æstivi*, & lib. IV. Tex. XXXVII. ἐν Κρανῶνι, Λύκωνος Γραμματικῷ ὀπὸ πυρετῷ χολώδεος, *in Cranone Lycini Grammatico ex febre bilioſa* &c. tum Galenus Com. in I. Epidem. Tex. I. a quo situs etiam illius urbis traditur; ἡ Κρόνων ἐν κοιλῷ καὶ μεσημβρινῷ χωρίῳ κειμένη, *Cranon in concavo & meridiano loco ſita*, ac inde putridis morbis & carbunculis, ut ibidem addit, obnoxia. Adde Plutarchum in Hyperide pag. 849. μετὰ τὰ Κρόνωνι συμβάντα, *poſt ea quæ apud Cranonem contigerunt*, seu, post cladem ibi acceptam, ut eadem reddit interpres. Κρονωνιῶν vero, sicut hic πεδίον Κρανώνιον, dictus hoc oppido oriundus, Scopas: tam ille, nempe, cujus meminit Laertius in Socrate p. 95. noviss. ed. Batav. & Libanius Declam. XXIX. p. 682, sed apud quem postremum male ὁ Κρανώνιος legitur, quod erudite jam ad Laertium monuit doctissimus Menagius; quam alter, quod ille ibi quoque observat, *Cranonius* itidem Scopas Simonidis æqualis, de quo agunt Cicero l. II. de Oratore & Quintilianus l. XI. c. II. Immo unde *Cranoniſque domos*, hujus nempe *Cranonis* Thessaliæ oppidi dixit Catullus, prout e vestigiis veterum librorum eruditissimus P. Victorius, aliique jam ante eum viri docti, & quibus postremo accessit Poetæ illius doctissimus Enarrator Is. Vossius, legendum adnotarunt; ac ubi opportune idem cum *Lariſſa*, de qua facta paullo ante a Callimacho mentio, conjungitur. Nempe Epithal. Thetid. v. 36.

Cranoniſque domos, & mœnia Lariſſæa,

ne quidquam reclamante illustri Scaligero, qui *Grajugenaſque domos*, sola ductus conjectura ibidem legit. Postremum enim Catulli apud Gallos, qui melius utique de cultissimo Poeta, atque imposita sibi, quam in lemmate præfert eundem enarrandi provincia, mereri potuisset, interpretem haud moror; qui lectione illa *Cranoniſque domos*, non præterita solum, sed etiam indicta, Scaligerianam retinuit.

V 139. ὠρχήσατο πᾶσα Θεσσαλίη] Voce ὀρχεῖσθαι hic usus Poeta pro *commoveri* aut *concuti*, prout subinde a veteribus factum docet Athenæus

næus l. 1. p. 21. τὸ δὲ ὀρχεῖσθαι, ἐπὶ τῷ κινεῖσθαι καὶ ἐρεθίζεσθαι, h.e. ὀρχεῖσθαι, *autem pro moveri, aut irritari*, adductis ibidem eam in rem duobus ex Anacreonte ac Jone exemplis. Hinc erudite Hesychius, ὀρχεῖται. Δηϊοῖται *concutitur*, ac opportune omnino ad hunc Callimachi de tota Thessalia ad Martis clypeum quatientis sonitum, commota & concussa, ut id continuo hic additur, τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔδραχεν ἦχος, *talis enim e clypeo infremuit sonitus*, & de cujusmodi ad clypeos, ut cum Plauto loquar, *tinnimentis* modo actum v. 136. Vid. omnino Is. Vossius. Callim. imitatr. descripti. caelatis vasibus exsculpta, a terrore elementorum [illegible] Vid. ad X. in Cer. 89.

V. 142. Κατεδαίοιο γίγαντος] Vox κατεδαῖος, quæ hic legitur, non debuerat a Thesauris aliisque recentioribus Helleniſmi promptuariis exulare, quam retulit etiam in Gloſſas ſuas Heſychius, κατεδαῖοι, νεκροί, κατάγειοι, *mortui, ſubterranei*, & quo poſtremo ſenſu eadem hic ſumitur. Ita ὑποδαῖος pro eodem apud Oppianum Ἁλιευτ. l. III. v. 488. ubi, de mintha herba in Nympham ſcilicet mutata, ait,

Φασὶν ὑποδαίην ἔμμεναι Κωκύτιδα Νύμφην,
Perhibent ſubterraneam fuiſſe Cocytidem Nympham.

V. 143. εἰς ἑτέρην Βολιτῆος ἐπωμίδα] Ἐπωμὶς hic non de *ſuperhumerali* pallio ſeu peplo, ſed de ipſo *latere* dicitur, ſicuti apud Euripidem de ipſo *humero* ſeu ſuperiori humeri parte Hecub. v. 558.

Λαβέσθα πέπλες ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος.
Adprehendens peplos ex ſummo humero.

ac ut ibi Critici, ἐπωμὶς, ὑπερέχον βραχίονος, *quod eminet ſupra brachium*, & in Iphigen. in Taur. v. 404. γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας, *nudos manuum lacertos*, ad remos, quod ibi ſequitur, adplicantes. Haud aliter nempe ac ἐπωμὶς de *ſummitate humeri*, ſeu *ſuperiori brachii parte*, quæ vicina humeris a Medicorum filiis ſumitur, Hippocrate, Galeno, Rufo, qua de re videri poteſt Fœſius in Oeconomia Coi Senis, & G. Hoffmannus ad Galenum de Uſu Partium l. XIII. c. XIII. Unde hic etiam pro *latere* vox eadem a Poeta noſtro uſurpatur, & quomodo de Encelado dixit itidem aut imitatus eſt, non Virgilius ſolum, quod hic viderunt jam alii, & ſicut vera ejus lectio jam ex optimo Codice Mediceo a viro clariſſimi nominis Nic. Heinſio feliciter eſt adſerta,

Et feſſum quoties MUTET LATUS, *intremere omnem*
Trinacriam;

ſed Statius etiam, *Enceladus mutare latus*, ut jam ad Ovidium monuit idem ejus Soſpitalis Heinſius, ac ubi etiam e veteribus libris, *& mutare latus* legendum itidem docuit, nempe Metam. v. XIII. v. 936. Haud mirum vero confundi ſubinde a Poetis hos terræ filios, & eadem cum de utroque, *Encelado* nempe & *Briareo* ſeu Ægeone, tum de Typhœo ab iis dici, ut hic etiam in Græcis ad hunc locum Scholiis traditur. Res autem vel pueris, qui Poetas veteres legunt, nota.

V. 144. Θερμαῦσεαί τε] Hinc emendandus Heſychius Θέρμαυραι, κάμινοι, non ut ibi hactenus, Θερμασεαί. Sic in ſequenti apud eundem Gloſſographum voce Θερμαυσελὶς etiam legendum, non Θερμασελὶς, quod jam viderunt alii, de quodam nempe fervidæ & velut lymphaticæ ſaltationis genere, de qua conſuli poteſt diligentiſſimus Meurſius in

Durè ſcript. haec ubiq. corrigere, ut ea in ſcriptura plurimi boni libri legant. V. ad Pollux. IV, 102, 104, 105.

Orcheſtra, & unde verbum Θερμαϋσελίζειν de iis, qui eandem exercebant, apud Lucianum de Saltat. p. 927. To. 1. ed. Salm.

V. 147. σακέος τόσος ἐυκύκλοιο] Non Θυρεὸς proinde hic ſeu *ſcutum* proprie dictum, qualia vulgo oblonga aut Thracia etiam *pelta*, quamquam Threjicius haberetur hic Mars ὁπλοφύλαξ, quæ lunata erat, ſeu *dimidiæ lunæ* ἡμίσυ πεπληθυίας inſtar; ſed velut πλημμύνης, ſeu quæ ad inſtar Argivi aliiſque etiam Græcis uſitati olim *clypei*, de quo notum illud Æn. l. III. v. 637.

Argolici clypei, aut Phœbææ lampadis inſtar.

Σάκος vero & ἀσπὶδα (quamquam aliquot inter utrumque diſcrimen ſtatuerint nonnulli veteres Grammatici, juxta Euſtathium ad Iliad. Ξ. p. 996.) promiſcue de ἐυκύκλῳ ſeu *orbiculari* ejuſmodi *clypeo* dicta, ex Homero & Tragicis antiquis obvium, uti vel ex Æſchylo Sept. Theb. v. 515.

Σάκει κυκλωτῷ, σώματος πρόβλήματι,
Clypeo rotundo, corporis munimento.

Unde etiam κύκλος apud Græcos, & inde *orbis* apud Latinos, quod obvium, de ἐυκύκλοις ejuſmodi *clypeis* dicti. Sed qua de re agimus alibi plenius.

V. 150. Κοιακὴς] Seu Κοιογένεια, prout eadem Latona præter Mythographos, ab Apollonio Rhod. dicitur l. II. v. 712. Λητὼ Κοιογένεια, *Latona Coeo genita*; ac unde eadem in veteri grypho ſeu ænigmate dicta apud Athenæum l. x. p. 455. ἀελθμοῖο παῖς, *numeri filia*, quod nempe Λητὼ, ἥτις Κοίῳ ἐξὶν θυγάτηρ. Μακεδόνες δὲ τὸν ἀελθμὸν, Κοῖον προσαγορεύουσι, *Latona eſt Cœi filia*; Cœon *autem Macedones* numerum *appellant*. Multæ enim peculiares erant veterum Macedonum gloſſæ, ſeu locutiones a communi Græcorum lingua diverſæ, cujuſmodi plures olim congeſſi ad Juliani Cæſares p. 389; ſeu nempe illæ e veteri & antiquiſſima eorum tractuum, Hellenum nempe apud eos & vicinos Theſſalos, lingua; ſeu vero e commerciis Macedonum ſub Alexandro ejuſque ſucceſſoribus cum Syris, Perſis, Ægyptiis, fuerint profectæ; & unde redarguuntur haud ſemel a Phrynicho, qui poſtremæ hujus notæ vocibus uſi ſunt Græcorum Scriptores, Menander, aliique. Ita etiam non κοῖος quidem, ſed κοῖδος παρὰ Μακεδόσιν οἰκόνομος, *apud Macedonas diſpenſator* ab Arcadio, Grammatico inedito in Bibliotheca Gallorum Regia, dicitur; quod ex Oriente petitum utique videtur, ubi a voce קדם *kiddem*, facta vox Arabica مقدم *mukadem*, *præpoſitus*, *Oeconomus*, ac unde formatum a Syro-Macedonibus illud κοῖδος de *Oeconomo* ſeu *domui præpoſito*, ultima nempe littera ם ſeu *m*, qua in fine vocum carent Græci, mutata in σ.

V. 152. ἐλεημοσύνης] Pro nativa nempe hujus vocis ſignificatione, de οἰκτιρμῷ, ſeu *miſericordia*, qua erga Latonam errabundam & jam partui proximam adfectus fuerat hic Peneus, eique continuo cum præſtantiſſimo etiam diſcrimine opem ferre paratus. Quo ſenſu ἐλεημοσύνην διδόναι, *miſericorditer opem ferre*, dixit Diogenes Laertius in Ariſtotele

l. v.

l. v. p. 277. ult. edit. Hinc eadem vox ab Helleniſtis in Novo Fœdere, ac dein a Chriſtianis uſurpata, pro beneficentia in egenos ſeu ope, quæ *miſericordia* nempe in eoſdem erogatur; & cujus vocis eam in rem uſum, ut inuſitatum parumque ſibi probatum in iiſdem redarguit ὁ Παραβάτης Julianus Orat. VII. p. 417. ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μηδὲν ὑμῖν εἶναι πρόσχημα τοῦ φορολογεῖν εὐπροσώπως, οἷον ἐκεῖνος ἣν λέγουσι, οὐκ οἶδ' ὅπως ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΝ, *ac fortaſſe pro eo, quod nullus colligendæ pecuniæ, quem illi* (Galilæi ſeu Chriſtiani) *habent vobis eſt color, quam neſcio quomodo* ELEEMOSYNAM *appellant.* Primævo autem vocis illius ſenſu, vox eadem a ſenioribus ſubinde adhibita, ut in Jacobi verbis a Joſephi filio contendentis, ne in Ægypto ſepeliretur, Gen. XLVII. 29. ποιήσεις ἐπὶ ἐμὲ ἐλεημοσύνην, juxta veterem Interpretem, & *facies mihi miſericordiam*, ſeu hanc benevolentiam gratiamque mihi præſtabis, ne ſepeliar, quod addit, in Ægypto. Hinc utramque etiam vocis illius ſignificationem tradunt veteres Gloſſæ, Ελεημοσύνη, *Miſericordia, ſtips, ſtipis.*

V. 155. Οὐ λιπαρὸν νήεσσιν Εχινάδες ὅρμον] Λιπαρὸν ὅρμον, hic de *præclara* ſeu *opportuna* navium *ſtatione* dixit, quomodo eadem vox λιπαρὸς ſeu λιπαρὰ ſubinde apud veteres Poetas, de terra aut loco *præſtanti* ſeu *ſplendido* dicitur, ut de *Athenis* apud Pindarum Iſthm. Od. II. p. 446, Ariſtophanem Equit. p. 36. λιπαραὶ Αθῆναι, & λιπαρὰν γῆν, de Attica ſimiliter dixit Euripides Iphig. Taur. v. 1131. Ita pro *jucundo* & *grato* eadem vox uſurpata quandoque, ut ab Oedipo ad conſpectum filiarum reducum apud Sophoclem Oed. Col. v. 1180. μὴ θαύμαζε πρὸς τὸ λιπαρὲς, ubi Critici, πρὸς τὸ λιπαρὲς, τὸ ἀρέσκον, *quod gratum eſt & perplacet.* Ex hoc autem Callimachi loco, nec aliunde forte diſcimus, opportunum navium ſtationi portum habuiſſe, ſeu εὐλιμένας fuiſſe eaſdem *Echinadas* Inſulas; quas alioquin deſertas exſtitiſſe tradit Thucydides l. II. p. 171, aſperas autem & incultas, ac unde nomen etiam iiſdem inditum fuerit, Strabo l. x. p. 453, ac Stephanus. *Aſteris* quidem vicina iiſdem *Echinadibus* Inſula, & de qua obiter actum ad v. 40, portus habere navium ſtationi opportunos, ab Homero dicitur Odyſſ. Δ. v. 846.

> Αστερὶς οὐ μεγάλη. λιμένες δὲ ἔνι ναύλοχον αὐτῇ
> Αμφίδυμοι.
> *Aſteris non magna, portus vero in ea navibus apti*
> *Ab utroque latere ingreſſum habentes;*

ſicut proxima etiam iiſdem *Echinadibus* Ithaca, tres portus habere traditur a Dicæarcho p. 165. Mitto, quod *Dulichium*, inter eaſdem *Echinadas* recenſet Strabo l. VIII. p. 335. & alibi; neque Homerum repugnare oſtendit, ubi *Dulichii* & *Echinadum* meminit, Iliad. B. v. 625. & cui Geographo accedit etiam Euſtathius Odyſſ. H. p. 1414. A quibus tamen abeunt alii, ut Mela l. II. c. VII. Plinius l. IV. c. XII.

V. 156. Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη] Hinc vere de iis *Corcyræis* ſeu Phæacibus, quamquam anceps adhuc & incertus, ad quos adpulerat Ulyſſes apud Poetam Odyſſ. Z. v. 121, ἠὲ φιλόξεινοι, *an hoſpitum amantes?* Unde haud utique dubium, quin exulare hic debeat altera, quæ exſtat in libris

libris aliquot hujus Poetæ ſcriptis, lectio, & quam jure etiamnum improbavit Anna præſtantiſſima, nempe κακοξενωτάτη. Quamquam haud deſint exempla violatorum a *Corcyræis hoſpitum*, ut quod de Periandri filio apud eos aliquamdiu hoſpitante, ac inde ad patrium Corinthi regimen capeſſendum evocato, nefarie ab iis occiſo, narrat Herodotus l. III. c. LIII. Mirum autem videri poſſet Κέρκυραν, ut hoc loco, ita paſſim alibi apud veteres, qui ejus meminere, Auctores, Herodotum, Thucydidem, Strabonem, Dionyſium Periegetem, alioſque, hodie legi; quum tamen veteres illius Inſulæ nummi, indubii ac domeſtici teſtes, & cujuſmodi plures etiamnum proſtant in præclaris Cimeliarchiis, conſtanter ΚΟΡΚΥΡΑ & ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ præferant. Quamquam & Κόρκυρα etiam juxta nummos dicatur in Scymni Chii Periegeſi p. 19, & ita ſubinde exſtare in priſcis Strabonis codicibus ad eundem ut l. VII. p. 299. ſit monitum, prout quoque legitur l. I. p. 44. & in Excerpt. l. VII. p. 329. Unde quin potior hic longe ſit, quæ iiſdem codicibus accedit nummorum indubiæ fidei ac vetuſtatis auctoritas, ut pro Κέρκυρα & Κερκυραῖος, continuo Κόρκυρα & Κορκυραῖος apud dictos Auctores reponatur, dubitare equidem haud licet. Id quod a viro Corcyræo, Andrea Marmora, qui patrias antiquitates illuſtravit libro ea de re Venetiis edito, ſed quem necdum videre mihi contigit, monitum, poſſum equidem jure augurari.

Bene respondet Qirinus cardin. in primord. Corcyrae p. 11 ex Euſt. ad Dion. P. 494, nominis utrāq scripturā usitatā fuisse, et in libris reperiri, (itaq statuere Andr. Marmorā in hist. Corcyr. p. 2, 196.) et c. X, hospitalitatis laudē ad principes pertinere, infamiā contrariā ad plebem.

V. 160. Κόων Μεροπηΐδα νῆσον] *Meropis* nempe, non *Meropos*, ut notat ad hunc locum, vir doctus, dicta olim *Cos* Inſula, quomodo eandem etiam vocant, Κῶν τὴν Μεροπίδα, *Coon Meropidem*, Thucydides, Strabo, Antonius Liberalis, Ariſtides; quorum loca jam ad Stephanum congeſſit doctiſſimus Holſtenius, & quibus accedit Pauſanias l. VI. p. 370. ἐκ τῆς Κῶ Μεροπίδος, *e Coo Meropide*, item Plinius l. V. c. XXXI. Hinc Μεροπηΐς hoc loco ob metrum, ſicuti Πελοπηΐς *Peloponneſus* ſupra v. 73, vocata ab Euſtathio traditur ad Iliad. B. p. 318. Quum vero triplex tradatur, in Græcis ad Poetam noſtrum Scholiis, hujus nominis ratio; aut quod Rex illius Inſulæ fuerit *Merops*; aut quod *Meropes* eam inhabitarint; aut quod *Meropis* filia fuerit *Cos* ſeu *Coos*, unde etiam Inſulæ nomen; tria illa ad unum refert, de quo facta hic ab Anna cultiſſimi ingenii mentio, Hyginus Aſtronom. l. II. c. XVI. *nonnulli dixerunt etiam, Meropem quendam fuiſſe, qui Coon Inſulam tenuerit regno, & a filiæ nomine Coon, & homines ipſos a ſe Meropas appellant.* Dicti utique a Græcis *Meropes* priſci illius Inſulæ incolæ; unde πόλις Μερόπων, *urbs Meropum* appellata ab Auctore Hymni in Apollinem v. 42. & a Pindaro Μερόπων ἔθνεα, *Meropum gentes*, Iſthm. Od. VI. p. 471. Sed in quo utroque, male μερόπων per vocem *mortalium* reddunt Interpretes; ſicuti de priori jam ad Strabonem viderat ὁ πάνυ Caſaubonus p. 244, de poſteriori vero ad Stephanum eruditiſſimus Holſtenius, a quo alibi, nempe ad verſ. Γάδαρα, ineditum antea Meleagri, qui inter Coos vixerat, Epigramma adfertur, ubi idem Μερόπων ἀστὸν, *Meropum civem* ſe vocat; & de quo Meleagro ſimiliter dicitur in alio veteri Epigrammate LXX. Anth. l. III. c. XXV.

Κῶς

Κῶς δὲ ἱρατὴ Μερόπων πρέσβυν ἐγηροτρόφει,

Cos vero amabilis, Meropum ſenem in ſenectute alit.

Quibus adde Quintilianum l. VIII. c. VI, Plutarchum Quæſt. Græc. p. 304, Ariſtidem Orat. in Aſclepiadas p. 77, Tom. I, Hyginum, adducto ante loco. Immo quomodo *Meropes* etiam *de Cois* dicti; eo Apollinis Didymei Oraculo, quod in Thalete apud Laertium legitur lib. I, & quod ibi unius vel Stephani, vel Plinii auctoritate; ubi potiora ac vetuſtiora ſuppetebant, teſtimonia, illuſtrant viri docti. Hinc etiam antiquum Apollinis in Delo ſimulacrum, opus τῶν καθ' Ηρακλέα Μεροπων, *eorum, qui circa Herculem erant Meropum*, (ſeu qui ab eo, & qua de re adhuc verſu proximo, debellati in Coo Inſula) exſtitiſſe a Plutarcho traditur de Muſic. pag. 1136. Meminit vero, ut obiter hoc addam, *Meropis*, ac ejus, juxta Interpretes ad eum locum, filiæ, Euripides in Helena v. 387. ubi Diana dicitur e Nympharum Choro ejeciſſe

Χρυσοκέρω τ' ἔλαφον, Μέροπος Τιτανίδα κέρην,
Καλλοσύνης ἕνεκεν,

Aureis cornibus inſignem cervam, Meropis Titanidæ filiam, Propter pulcritudinem;

& quæ priora vertit Canterus *filiam Meropis, qui unus fuit ex Titanibus.* Cui interpretationi tamen repugnat dicto paullo ante loco Hyginus, ubi de *Merope*, a quo dicti fuerint *Meropes*, ſicut a filia *Coo* denominata Inſula, egiſſet, addit, *Hunc autem Meropem habuiſſe* UXOREM *nomine Ethemeam, genere Nympharum procreatam, quæ cum deſierit colere* DIANAM, *ab ea ſagittis figi cœpit, tandemque a Proſerpina viva ad inferos arrepta eſt.* MEROPEM *autem deſiderio uxoris permotum, mortem ſibi conſciſcere voluiſſe.* Juxta quæ proinde apud Euripidem, non de *Meropis* filia, ſed de uxore, una, ut ibi dicitur, *Titanidum*, ſermo; quæ a Diana, nempe ſicut Calliſto, de qua modo ibi egerat Tragicus, in urſam, ita in *auricornem cervam* mutata fuerit, ſeu, quæ, quod a Valerio Flacco dicitur Argon. l. VI. c. 71. *ſetis fulgens & cornibus aureis.* Neque etiam idem *Merops* unus e *Titanibus* ſeu terræ filiis a Stephano dicitur, aut a Porphyrio in vita Pythagoræ p. 187, qui Triops, inter diſſentientes de ejus genere veterum Auctorum ac Poetarum fabulas, Neptuni & Canaces, aut Solis & Rhodi, aut Lapithæ Apollinis & Stilbes Penei filius; aut vero, juxta meliorum Auctorum fidem, ex Inachi poſteris; a nonnullis etiam, ut Pauſania l. II. p. 124, & Græcis Poetarum, ſicut Homeri ad Iliad. B. v. 75. & Euripidis in Oreſte Interpretibus, Phorbæ filius & Pelaſgi parens ſtatuitur. Immo adde hiſce opportune, hunc Triopem Meropis *Patrem*, Coi Regem itidem exſtitiſſe; dictumque ab eo *Triopis collem*, teſte Theocrito Idyll. XVII. verſ. 68. ubi de Coo, Philadelphi, uti mox videbitur, patria agens, ait:

Ἐν δὲ μιᾷ τιμῇ Τρίοπος καταθέῖο κολώναν,

Et eodem honore adficias Triopis collem;

quo nempe Apollo *Delum*; Critici vero ibidem Τρίοψ γὰρ βασιλεὺς τῆ Κῶ, ἀφ' ἧ τὸ ἀκρωτήριον ὠνόμασται τῆς Κνίδε, *Triops enim Rex Coi, a*

quo

quo Promontorium Cnidi denominatum, *Triopium* nempe, de quo in vicina Caria ab eodem *Triope* seu alio *Triopa* condito infra ad v. 31. Hym. in Cerer. ubi fit mentio, dicendi erit locus,

V. 161. Χαλκιόπης ἱερὸν μυχὸν Ηρωΐνης] Non ab Orpheo solum seu Onomacrito, quem adducit eam in rem vir doctus, sed ab Apollonio etiam in Argonauticis l. III. v. 248, ac alibi, & Apollodoro insuper l. I. c. IX. *Chalciope*, Medeæ soror & Argi e Phryxo mater perhibetur. Neque tamen de ea *Chalciope* hic Poetæ sermo, sed de altera Coa *Heroïde*, e qua & Hercule natum filium Thessalum tradit idem Apollodorus l. II. c. VII, aut Eurypylum Coorum Regem memorant veteres, uti mox dicetur, ad Homerum Critici. Cultum autem in eadem Coo Insula solemni ritu Herculem, abunde e Plutarchi loco constat, quem jam viderat vir doctus, & qui exstat Quæst. Græc. p. 304, ac præterea e nummis Coorum antiquis, in quibus subinde clava Herculis, aut ipsum Herculis caput cum leonina pelle occurrit; ac præterea ex alio insigni quodam nummo, a me itidem in Gallorum Cimeliarchiis viso, ubi Hercules infantem ulnis tenens, cernitur, & inscr. ΚΩΙΩΝ; quod ad natum ex eodem apud Coos, & ex hac *Chalciope Eurypylum* haud immerito referas; & de quo etiam, ut Coorum Rege, ait Homerus Iliad. B. v. 677. καὶ Κῶν Ευρυπύλοιο πόλιν, *& Coon Eurypyli civitatem*, ac ut ibi veteres, quod paullo ante monui, Critici, ἐπεὶ Ευρύπυλος ἦν Ηρακλέους καὶ ΧΑΛΚΙΩΠΗΣ παῖς, ὅσ ἐβασίλευσε ΤΗΣ ΚΩ, *quandoquidem Eurypylus erat Herculis &* CHALCIOPES *filius*; *ille regnavit in Coo*. Adde, quod ejusdem *Chalciopes* pater, uti videtur, & itidem Coorum Rex, sed ab Hercule capta Coo cæsus dicatur Eurypylus apud Apollodorum sub initium cap. IX. l. I. pro solito nempe Græcorum more, ut avorum nomina nepotibus inderentur. Mitto hic, quod non Eurypyli, sed Alciopi apud Coos seu Meropas, filias, debellatis iisdem Meropibus, Herculem duxisse dicat Plutarchus loco ante jam a viro docto indicato Quæst. Græc. p. 304. Quum illud utique e modo dictis constet, *Chalciopen* habitam illius tractus, & quam duxit apud Coos Hercules, cujusque meminit hoc loco Callimachus, *Heroïda* Haud aliter ac alter Eurypylus Telephides, seu Telephi filius, quique stabat a Trojanorum partibus, cum apud Homerum Odyss. Λ. v. 518. tum ΗΡΩΣ ΕΥΡΥΠΥΛΟΣ dicitur in veteri & præclaro Pergamenorum nummo, quem dudum e Cimeliarchio Christinæ Augustæ depromptum protuli ac illustravi Diss. Præst. Numism. p. 479. & seqq. Ἱερὸν autem μυχὸν, seu *sacrum* huic *Chalciopæ Heroïnæ recessum* vel *antrum* in hac Insula exstitisse, hinc præterea discimus; de locis sacris seu antris μυχὸν subinde a Poetis antiquis dici constat; haud aliter ac πολυστεφῆ μυχὸν, *multis coronis redimitum antrum*, Pythium, vocat Æschylus Eum. v. 39, ac alibi de eodem Chœph. v. 953. ὁ Παρνάσσιος μέγαν ἔχων μυχὸν, *Apollo Parnassius magnum habens antrum*, & μυχὸν Παρνάσσιον similiter de eodem Pindarus Pyth. Od. x. p. 311. aut de Isthmiis idem ait, Κορίνθου ἐν μυχοῖς, *Corinthi in recessibus*.

V. 164. ἐπεὶ λιπαρή τε καὶ εὔβοτος] Unde de eadem Insula Coo εὔκαρπος

πᾶσα δὲ πᾶσα, οἴνῳ δὲ καὶ ἀρίστη, καθάπερ Χῶς καὶ Λέσβος, *tota frugum ferax, vino etiam commendatissima, sicuti Chius & Lesbus*, a Strabone dicitur l. XIV. p. 657. Exstat autem Coorum nummus a viro bene de hisce antiquitatibus merito, Car. Patino vulgatus Thes. Numism. p. 137. cum Herculis capite & inscr. ΕΥΚΑΡΠΟΣ ΚΩΙΩΝ, cui geminum viderat apud illustrem Fr. Gottifredi Cl. Holstenius, cujusque apud Stephanum meminit p. 184. ac ubi hæret, an illud Εὔκαρπος sit ejusdem Insulæ, sicuti de ea dicto modo loco ait Strabo, an vero Herculis, an potius, & quod dein ex aliis similibus nummorum apud Coos inscriptionibus colligit, Prætoris seu Magistratus ibidem nomen. Quod postremum etiam est verissimum, & ex pluribus ejusdem loci nummis liceret ulterius comprobare. Ad hanc autem hujus Insulæ, quæ hic commendatur, singularem fertilitatem ac præstantiam spectat, quod juxta Cnidum in Zona maxime temperata sita dicatur apud Galenum ad Aphorismum XIV Hippocratis, ἡ δὲ ἀκριβῶς εὐκρατος τε καὶ μέση ζώνη τῆς οἰκουμένης ἐστὶν, ἡ διὰ Κνίδου τε καὶ Κῶ, *zona vero exquisite temperata ac media orbis habitabilis est, quæ per Cnidum & COUM Insulas* &c. Ut proinde haud immerito Κῶς ἐρατὴ *Coos amabilis* dicatur in veteri, de quo paullo ante, Meleagri Epigrammate, immo omnium Insularum similis magnitudinis pulcerrima, apud Aristidem in Asclepiad. pag. 78. Tom. I. Mitto alia ejus decora, ut quod *Metropoleos* nomine eadem decoretur in Artaxerxis Persarum Regis Epistola ad *Coos*, quæ una cum aliis id genus inter Coi senis libros est relata, sicut eadem *Cos* λαμπροτάτη seu *splendidissima* dicitur in Inscriptione hujus Insulæ a Cl. Sponio vulgata, Miscell. p. 337. Neque etiam, ut obiter hoc addam, aliena ab eadem laude λιπαρή, de qua paullo ante ad vers. 155. & quæ de Insula *Coo* hic a Callimacho dicitur, sicuti de una e Cycladibus *Naxo* Insula ait Pindarus Pyth. Od. IV. p. 243. ἐν Νάξῳ λιπαρᾷ, h. e. juxta Criticos ibidem *indulgens, felici*, seu quæ omnibus bonis abundet; ac de *Thebis* itidem Pyth. Od. II. λιπαρῶν ἀπὸ Θηβῶν, & de Athenis (præter adductum antea locum Isthm. Od. II. ad vers. 155.) Nem. Od. III. λιπαρῶν ἀπ' Ἀθηνῶν, h. e. ut haud male postrema hæc verba vertit Interpres, *splendidis ab Athenis*. Hinc idem usus vocis λιπαρῆ, ubi ἐθείρῃ seu *comæ* subinde a Poetis antiquis eadem tribuitur, & qua de re jam ante ad vers. 39. Hym. in Apollinem ac infra ad v. 32. Hymni sequentis in Lavacrum Palladis, ubi dicitur λιπαρὸν σμαραγμένη πλόκαμον.

V. 165. ἐκ Μοιρέων] Quæ *fata* numero plurium a Latinis etiam haud semel dicta, ac in præclaris Diocletiani & Maximiani, cujusmodi dudum protuli ac illustravi, nummis, FATIS VICTRICIBUS, ac similiter in veteri Inscriptione FATIS CECILIUS FEROX FILIUS in schedis Bibliothecæ hujus Electoralis Pighianis.

Ibid. ὀφειλόμβροτος Θεὸς ἀνὴρ] Summæ venustatis & elegantiæ hæc & sequentia Poetæ verba, quibus denuo Heroi suo ac Benefactori Ptolemæo Philadelpho, sicut jam ab eo factum vidimus Hym. I. in Jovem, adblanditur hic, qui in Regia ejus vixit & floruit Battiades. Ad receptum autem apud Ægyptios morem simul idem hic respicit, juxta quem

quem eorum Reges adhuc superstites, divinis honoribus coli ab iis consueverant, uti e Philone Legat. ad Cajum p. 1052. aliisque constat. Unde etiam hic Ptolemæus una cum conjuge simul & sorore Arsinoe, ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ, *Deorum fratrum*, seu *Deorum fratris sororisque*, (Jovis nempe & Junonis, aut vero Apollinis ac Dianæ in antiquis nummis, & de quibus infra, exemplo) nominibus, cum in Monumento Adulitano a Leone Allatio primum edito, tum in præclaris nummis, quos olim primus in lucem protuli & explanavi, signatus legitur. Mitto, quod ibidem adtuli, aliquot Seleucidarum nummos, in quibus ad Ptolemæorum exemplum, vesana illa ΘΕΟΥ appellatio iis ibidem tribuitur. Natum vero & educatum in Insula Coo hunc Philadelphum, bene jam e Theocrito monuerunt hic priores editores; qui alioquin educatus duntaxat in eadem Insula, in Græcis ad hunc locum Scholiis dicitur.

V. 166. Σωτήρων ὕπατον γόνον] Ptolemæi nempe Lagi & Berenices, qui ambo augustis illis ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ nominibus, in iisdem præclaris & antiquis monumentis modo adductis insigniuntur. Quibus accedit de ipso Ptolemæo, vulgo Lagi, Porphyrii in Excerptis Græcis Scaligeri ad Eusebium p. 59. testimonium, & quod SOTERIS cognomentum ei primum a Rhodiis datum tradit Pausanias l. 1. p. 14. Quo proinde referri etiam debet id, quod de eodem Ptolemæo adhuc superstite, a Rhodiis pro Deo culto profert Diodorus l. xx. p. 825; & de qua cæterboquin ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ appellatione, eadem adulatione seu vesania aliis quoque Alexandri M. successoribus, ut e Seleucidis Antigono ac Demetrio &c. tributa, non ea hic pluribus tangam, quæ alibi dudum monui: idque ad instar Dioscurorum, & de quibus Dioscuris debet intelligi adposita prope Alexandriam a Sostrato Cnidio Inscriptio, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΟ ΤΩΝ ΠΛΟΙΖΩΜΕΝΩΝ, *Diis Servatoribus pro navigantibus*, apud Strabonem l. xvii. p. 791. Σωτῆρες vero ob metrum pro Σωτῆρες hic dicti, haud aliter ac apud Aratum Διοσημ. v. 31. Αὐτὸς μὲν τὰ πρῶτα σαώτερον, *ipse quidem ante omnia hic Servator*; & in Duridis Epigrammate Antholog. l. 1. c. lxx. Epigr. xviii.

Πῶς δὲ Σαωτῆρες τότε Δαίμονες ἔτρεπον ὄμμα;
Qui autem tum servatores Dii averterunt oculum?

Ibid. ᾧ ὑπὸ μίτρην] Μίτραν de *fascia* seu *diademate* regio subinde dictam, ex Eustathio opportune hic monuit Vulcanius, & inde metonymice hic pro *regno* seu *imperio*, ut viderat jam ante H. Stephanus, immo quibus præiverant Græca ad hunc locum Scholia, ὑπὸ μίτρην, ὑπὸ τὴν βασιλείαν, *sub mitra*, h. e. *sub regno*. Hinc נזר a lxx. senioribus promiscue κίδαρις, μίτρα, ut Exod. xxix. 6. &c. & Διάδημα Esa. lxii. 3. reddi solet. Ut proinde aliud hic egerit Interpres, qui hoc ᾧ ὑπὸ μίτρην vertit, *cujus sub baltheum*, & præoccupavit jam H. Stephanus, quamquam μίτραν de *baltheo* etiam dici constet, quatenus nempe *baltheus* pro *cingulo* sumitur, & ita χαλκομίτρην Amazona vocat Lycophron p. 997. *Mitra* alioquin pro *muliebri tegmine*, a Græcis etiam dicta, ut apud Aristophan. Θεσμοφ. p. 780.

Κεκρυ-

Κεκρυφάλυ δεῖ καὶ ΜΙΤΡΑΣ. Αγ. ἡδὺ μὲν οὖν
Κεφαλὴ περίθετος, ἣν ἐγὼ νύκτωρ φορῶ,
Reticulo opus est & MITRA. Ag. hæc quidem est
Capiti, quæ circumponitur, quam ego noctu gesto.

V. 169. Περάτη τε] Adduxit jam ad hunc locum Anna eruditissima Apollonii Scholia, in quibus hæc vox περάτη, juxta nonnullos, de altero sub terram hemisphærio, proprie tamen de *oriente* dici scribitur. Locus Apollonii, ubi illa Criticorum de hac voce glossa, exstat l. 1. v. 1281. ubi de Aurora ait Poeta ἐκ περάτων ἀνιοῦσα, *e meta horizontis orta* &c. haud aliter, ac ἐκ περάτων numero plurium, & de oriente itidem Sole alibi dixit l. 11. v. 164.

Ἦμος ἠέλιος δροσερὰς ἐπέλαμψε κολώνας,
Εκ περάτων ἀνιὼν.
Quando autem sol roscidos illuminabat colles,
E metis horizontis orsus,

ubi Critici ἐκ τοῦ ὑπερορίζοντος ἡμισφαιρίου, *ex extremo hemisphærio*; alibi autem voce περάτηθεν eam in rem usus, sed de Luna similiter l. IV. v. 54.

Τὴν δὲ νεὸν Τιθηνὶς ἀνερχομένη περάτηθεν,
Eam autem Titanis luna *nuper exorta e meta* seu *termino*,

non ut ibi *ex adverso*, ut ipse postea Interpres in Notis ad hunc locum retractavit; & quomodo περαιόθεν melius ab eo redditur l. IV. v. 71. Sicuti autem de *Orientali plaga* eadem περάτη & περάτηθεν, adductis modo locis, dicuntur, & ob eam, quam adducunt ad priora Apollonii verba nempe l. 1. v. 1281. veteres Critici caussam, ΠΕΡΑΤΗ λέγεται δὲ κυρίως ἡ ΑΝΑΤΟΛΗ· πέρας γὰρ αὕτη τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως· ἐκεῖθεν γὰρ ἔρχεται, καὶ εἰς αὐτὴν τελευτᾷ, h. e. περάτη *dicitur autem proprie* ORIENS; *est enim ille terminus Cœli motus*; *hinc enim oritur*, *& in eum desinit*; ita hic περάτην de *Occasu*, non de *Oriente* dici, de quo mox ait Callimachus, καὶ ὁππόθεν ὠκέες ἵπποι Ηέλιον φορέουσι, *& unde veloces equi solem ferunt*, bene viderunt Interpretes. Sic enim περάτη tam de diurni solis cursus in nostro hemisphærio *meta*, seu quod ait Euripides in Jone v. 1148, *quum sol agebat* equos εἰς τελευταίαν φλόγα, *ad ultimam flammam*, quam de extremo alterius hemisphærii *termino*, unde ille denuo supra nostrum horizontem emergit, dici pariter potuit. Ut mittam notam Epicuri, aliorumque e veteribus opinionem, qui occidentem solem exstingui in Oceano Occidentali credidere, indeque postea novi solis lumina; quod a Lucretio etiam l. v. vers. 661. adstruitur, reparari.

Ibid. ὁππόθεν ὠκέες ἵπποι Ηέλιον φορέουσιν] De ortu Solis hæc dici nemo utique non videt, & cui proinde Orienti potius, quam Occidenti, *citos equos* tribuere veteres & optimos naturæ consultos, Poetas nempe, licet statuere; quod inter Astronomorum scita referatur, solem perpetuo ad ortum oriri citius, ad Occasum autem tardius occidere. Quamquam vero solem, sicuti vulgo Lunam, bigis equorum vectum subinde dixerint iidem Poetæ, juxta veteres Sophoclis Enarratores ad Ajac.

v. 685. eosdemque equos λάμποντα scilicet & φαέθοντα appellatos; Quadrigas tamen seu τέτραππα ἅρματα passim eidem tribui vel pueris notum, ac unde a Græcis ad Euripidem Criticis Phœniss. vers. 3. illorum quadrijugum equorum nomina recensentur, Χρόνος, Αἰθὼν, (Αἰθὼν) Ἀστραπὴ, Ἕωσφορος, aliter proinde quam apud Ovidium Metam. l. 11. v. 153. *Pyroeis, & Eous, & Æthon, Solis equi, quartusque Phlegon.* Hinc idem sol oriens depictus vulgo in antiquis nummorum & lapidum monumentis, nudus, radiatus, in quadrigis nubes transcendens, circum autem zodiacus: cujusmodi prostat in præclaro nummo M. Aurelii a *Nicaensibus* Bithynis percusso, qui exstat in Thesauris Gallorum Regiis, infra autem mulier seu Tellus recumbens, dex. spicas, SIN. cornu copiæ tenens, & cum inscr. NIKAIEΩN.

addenda; Hesiod. Theog. v. 744. et Iliad N. 184.



Mitto eundem Solem orientem (quod præter Plutarchum de Iside p. 355, tangit plenius Jamblichus de Myster. sect. v. c. 11.) ab Ægyptiis per infantem e loto ortum, & quod in veteribus etiam eorum nummis, qualem alibi dudum protuli, adumbratum; aut vero eundem Solem aut Lunam, non bigis aut quadrigis, sed navigio vectos, cursus suos perficere; quo nempe inde innuerent, eos humore procreari ac nutriri. Quod a Plutarcho itidem traditum eodem de Iside libro p. 367, ac ab Ægyptio etiam eruditissimoque Scriptore Clemente; sed quæ jam occupavit in Harpocrate p. 14. vir insigni eruditione amicissimus Cuperus.

V. 171. ξυνὸς τίς ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος] Nihil aut parum ad capiendum genuinum hujus loci sensum confert is, ad quem lector ablegatur Justinus. Profectionem quidem ille Gallorum, duce Brenno, ad Delphos; ibique Apollinis auspiciis factam eorum stragem narrat. De Ptolemæi vero Philadelphi, *communi*, quod tamen hic a Poeta tangitur, futuro nempe illi cum Apolline contra eosdem Gallos *certamine*, & inde

quod

quod in sequentibus traditur, *communi* etiam utrique, iis debellatis, *præmio*, nulla omnino apud Justinum, & qua de re mox ad v. 185. facta occurrit mentio. Hoc erat tamen, quod citra ambages ipse Apollo hic apud Callimachum, & quo Philadelpho Mæcenati suo simul & Regi Poeta ipse blandiretur, vaticinatur; quod infra etiam, nempe ad vers. 185. in Græcis Scholiis obiter tangitur; & qua de re plenius ibidem.

V. 172. Ἐφ' Ἕλλησι μάχαιραν Βαρβαρικὴν] Nempe longioribus seu gravioribus *gladiis* usæ vulgo præ Græcis aliæ gentes tam Asiaticæ, quam Europææ, quæ vulgo *Barbararum* nomine censebantur. Id vero nominatim, & valde hic opportune de Gallis, de quibus hic agit Callimachus, & quorum pars Italiam ac Romam paullo ante invaserat, observat Plutarchus in Camillo p. 350. εἰδὼς δὲ τὴς τῶν ΒΑΡΒΑΡΩΝ ἀλκὴς τὴν ΒΑΡΥΤΑΤΗΝ ἐν ΤΑΙΣ ΜΑΧΑΙΡΑΙΣ ἔσαν, ὡς ΒΑΡΒΑΡΙΚΩΣ πρὸς σὺν ὑδεμίᾳ τέχνῃ καταφέροντας, ὤμους μάλιστα καὶ κεφαλὰς διέκοπτον, *sciebat autem Camillus* MAXIMAM VIM BARBARORUM *esse* IN GLADIIS, *quibus uterentur*, BARBARORUM *more*, *sed nulla arte ferientes*, *humeros maxime & capita amputabant*. Quo respicit etiam Florus, dum de illa horum Gallorum parte agit, a qua Roma capta est & incensa, *gens natura ferox*, *moribus incondita*, *ad hoc ipsa corporum mole*, *perinde* ARMIS INGENTIBUS, *adeo omni genere terribilis fuit*, *ut plane nata ad hominum interitum*, *urbium stragem videretur*. Haud alio vero armorum genere, nisi levibus ferme, quo se tegerent, scutis, ac præterea ensibus usos eosdem Gallos, e Pausania de iis agente, qui Græciam invaserant, liquet l. VI. p. 648. immo ex iis, quæ mox commemorat Callimachus, de eorum scutis, balteis & gladiis v. 183. &c. quæ prædæ seu præmii loco, sibi relicta iri vaticinatur Apollo. Adde, quod de Gallis itidem seu Celtis, tanquam super cœnam gladiatorio certamine gladiis ad mortem usque subinde prœliantibus, refert Athenæus l. V. p. 154. Unde tanquam μαχαιροφόρους eosdem Gallos hic innuit Callimachus; haud aliter ac de Asiaticis in Xerxis exercitu gentibus dixit Æschylus Pers. v. 56.

Τὸ μαχαιροφόρον ἔθνος ἐκ πάσης Ασίας ἕπεται,
Ensiferque populus ex omni Asia sequitur.

Etsi Gallorum *gladios* quod adtinet, eos præ Romanis, quod illi cæsim tantum feriant, & mucrone omnino careant, minus longe ad pugnandum valuisse, tradit Polybius lib. II. pag. 115. & 126. edit. Paris.

V. 173. Κελτὸν ἀνασήσαντες Ἄρηα] Κελτὸν Ἄρηα dixit hic Battiades, pro Κελτικὸν; haud aliter ac Σκύθης ὅμιλος apud Æschylum Prom. v. 2. & 417. Σκύθης λεὼς apud Euripidem in Rhes. p. 429, Θεσσαλὸς λεὼς apud eundem in Andromach. v. 19, aut φολὴν Ἕλληνα Heraclid. v. 131, & talia plurima, quæ passim occurrunt in Poetarum Græcorum libris. Eadem Latinis etiam vatibus haud insolita, cujusmodi nonnulla animadversa videas a magno Casaubono in Lect. Theocrit. p. 241, & de quibus nos alibi.

V. 174. Ὀψιγόνοι Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρῃ ἑκατόωντο] *Titanas* sero natos

seu gigantum posteros, vocari eosdem Gallos, & quidem ab immanibus seu impiis ac sacrilegis etiam eorum ausis, innuunt Græci hujus loci Interpretes. *Ita immanissimi etiam Galli atque Germani*, apud Florum dicti lib. III. c. X. Adde immensa eorundem corpora, ut de hiscemet Gallis, qui Brenno duce Græciam invaserant, tradit Pausanias l. x. p. 647. εἰσὶ δὲ ἄλλως καὶ οἱ Κελτοὶ μακρῷ πάντας ὑπερηκότες μήκει τὰς ἀνθρώπους, *ut sunt alioquin Galli longe alios homines corporum proceritate superantes*. Neque aliter de eorum proceris corporibus Livius l. XXXVIII. c. XVII, Florus dicto paullo ante loco, l. I. c. XIII, aliique. Haud mirum vero Ἕσπερον ἐσχατόωντα, seu *ultimum Occidentem*, de eorundem Gallorum, unde profecti fuerant, solo a Poeta Cyrenæo hic dici, quod de iis pridem dixerat Herodotus l. IV. c. XLIX. ἀξιάμπρος ἐκ ΚΕΛΤΩΝ ΟΙ ΕΣΧΑΤΟΙ ἐόντες Ηλίου ΔΥΣΜΩΝ μὴ Κύνητας οἰκέοντι ὑπὲρ τῆς Εὐρώπης, *a* CELTIS *incipiens, qui in Europa* AD SOLIS OCCASUM EXTREMI *sunt post Cynetas*. Immo quod a Pausania etiam, longe infra Callimachi tempora, traditur l. I. p. 6. ΓΑΛΑΤΑΙ, ἔστι νέμοντες τῆς Εὐρώπης ΤΑ ΕΣΧΑΤΑ ἐπὶ θαλάσσῃ πολλῇ, *Galli in ultimis Europæ locis ad vastum mare habitant*. Haud aliter ac Horatius l. I. Od. IV. ait *Hesperia Sospes ab ultima*, de vicina nempe Galliæ, & quæ ad mare Occidentale sita itidem Hispania. De iis enim maxime regionibus Ἕσπερος & Ἑσπέριοι τόποι, h. e. δυτικοὶ *Occidentales*, a vetustis Auctoribus appellati, & quibus addendi insuper Ἑσπέριοι Λίβυες, *Afri Hesperii*, quibus sacrum Atlanta dicit esse Maximus Tyrius Diss. XXXVIII. p. 385; ac unde illustratur de eodem Atlante agens Æschylus, apud quem situs ille traditur Prom. v. 348. ὠδὸς Ἑσπέρας τόπους, nempe pro Ἑσπερίας, aut, uti legendum mallem, πρὸς Ἕσπερον aut Ἑσπέρας τόπους, ad *Occidentalia loca*. Sicuti nempe de Saturni regno ait Diodorus l. V. p. 354, imperasse eum maxime τῶν ὠδὸς Ἑσπέρων τόπων, *Occidentalibus regionibus*. Hinc Creusa apud Euripidem, ubi se orbam liberis seu ὄρνεον mansuram ex Apollinis Oraculo colligit, ut continuo ultra Græciam volare possit, ἀστέρας Ἑσπερίας, *stellas ad Hesperias*, Jon. v. 798. h. e. ad ultimi Occidentis fines. Unde etiam apud Apollonium Rh. l. IV. v. 1629. Hesperus ἀστὴρ αὔλιος, *stella vespertina*, seu *oriens*, juxta Græcos ibi Criticos, *Hesperius*, quum jam in stabulis aut forte sub dio quiescunt pecora. Italia vero, quamquam *Hesperia* a Marone itidem dicatur, non tamen ut hic de Gallis, *ultima*; & quod de Hispania proprie dici, adducto eam in rem Horatii loco, observat Servius ad Æn. l. I. v. 530. Ἐσχατόεντος vero pro ἐσχατόωντος hic legendum, bene jam monuit H. Stephanus.

V. 176. καθ' ἥρα βυκολόωλαι] Imitationem hujus loci Virgilianam opportune jam adtigit Anna eruditissima, quæ fugit hactenus ejusdem Maronis Enarratores; ac prout a Lucretio jam ante dictum lib. I. v. 232. *unde æther sidera pascit*. Imperite vero, aut ut mollius dicam, inconsiderate Interpres hæc reddit, *stellis, quum plurima in aere errant*, & Vulcanius itidem, *oberrant*, ubi agitur de innumerabili Gallorum, qui Græciam invaserant, numero, eoque inde cum nivibus, aut stellis, neque

que iis proinde *errantibus*, quæ oppido perpaucæ, ſed quæ vulgo ἀπλανεῖς *non errantes*, ſive, ut de iis Achilles Statius Prolegom. ad Aratum p. 87, ἐμπεπηγότες τῷ οὐρανῷ ἀπλανεῖς λέγονται, *fixæ in cœlo non errantes dicuntur*, comparato. Non debuerat hoc intactum præteriri.

V. 177. Δελφίδες ἄκραι] Nempe pro Δελφὶς ἄκρα, *Arx Delphica* ſeu *Delphorum*, ſicut Δελφὶς πόλις, de *Delphis* apud Pauſaniam l. x. p. 624. & apud Euripidem in Oreſte v. 1096.

Τὴν Δελφίδ' δ' ἐλθὼν, Φωκέων ἀκρόπτολιν,

Veniens in Delphicam terram, Phocenſium arcem;

aut ſicuti Δελφὶς πέτρα, *Delphis* ſeu *Delphica rupes*, eadem vocatur apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 472. & Euripidem Andromac. v. 398. Ipſa nempe urbs & ædes Delphica *in monte Parnaſſo in rupe undique impendente* dicitur apud Juſtinum l. XXIV. c. VI. ſita, & dicta jam ante a Strabone l. IX. p. 418. κατὰ κορυφὴν ἔχον τὸ μαντεῖον καὶ τὴν πόλιν, *locus ſaxoſus, in cujus vertice urbs & fanum*. Vera proinde Δελφὶς ἄκρα, ſeu ob metrum Δελφίδες ἄκραι, de iiſdem *Delphis* hic dicitur. Δελφίδες alioquin de *Delphorum puellis* vel *mulieribus* apud Euripidem in Jone aliquoties dictæ, ſicuti v. 44. 92. &c.

V. 178. καὶ πέδια Κρισσαῖα] Κρισσαῖον πεδίον ſeu *Criſſæus campus* dictus de loco Pythiorum, ſeu ubi agebantur ludi Pythici Delphico Apollini ſacri. Hinc Sophocles Electr. v. 733. Ναυαγίων Κρισσαῖον ἱππικῶν πέδον, *Criſſæus campus equeſtribus naufragiis*, quod præceſſerat, *implebatur*, ſeu bigarum quadrigarumve ex Pythiis pro more decurrentium fragminibus, & ſimiliter Pindarus Pyth. Od. V. p. 272.

Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον,
Νάπος Θεοῦ,
Criſſæum ad collem
Pervenit, ad cavum campum,
Clivum Dei.

Unde etiam ἐν Κρίσᾳ, *apud Criſam*, de *Pythiis*, ſeu victorem in iiſdem exſtitiſſe Xenocratem, dixit idem Pindarus Iſthm. Od. II. p. 447. Qua de re ait ille in eadem Oda p. 272. Κρισαῖσιν ἐν πτυχαῖς, de curuli nempe victoria, *Cryſæis in jugis*, ſeu Pythiis reportata. Quæ ſimiliter Πυθῶνος ἐγγυάλοις, *Pythonis* ſeu *Delphorum convallibus*, ut Pyth. Od. VIII. p. 293; aut ἀπὸ Κίῤῥας, *a Cirrha* Pyth. Od. VII. p. 286; aut vero ἐπ' ὄφρυϊ Παρνασσίᾳ, *in jugo Parnaſſio* Olymp. Od. XIII, p. 122, de eodem loco Pythiorum, ſeu *Pythiis* ipſis, dici apud Lyricum Vatem ſolent.

V. 179. Αμφιπεριστείνωνται] Non adſentior H. Stephano, qui huic verbo *lamentorum* ſeu *gemituum* ſignificationem non ineſſe, ſed pro *circumarctari* hic ſumi exiſtimat; quod undique oppleta forent Gallorum copiis ea, quæ Poeta ibi commemorat, loca. A quo tamen jure hic recedit Vulcanius, dum ab eo retenta genuina illius verbi & huic loco maxime congrua ſignificatio, *circumquaque gemunt*, ſeu ut prior Interpres, *lamentis circum circa fremunt* vel *perſtrepunt*. Quæ ſequentia etiam

Callimachi verba abunde adstruunt, ubi continuo additur, quod illa Locrorum & Phocidos, ac in ea Delphorum oppida seu campi, vastari videant ac incendi ab iisdem Gallis vicinos agros, immo Templo Delphico imminere jam illas barbarorum ac immanorum hostium phalangas.

V. 181. Ἀλλ' ἤδη σεῖο νηὸν] Non mirum hæc, quæ multis post ætatibus contigerant, de *Templo* nempe Apollinis Delphico a Gallis expilato, tanquam præsentia, hic ab ipso Apolline nec dum nato, sed uti mox ipsemet se indigitat vers. 189. ἐισέτι γαστέρι μάντιν, *qui, quamquam adhuc in utero, jam vates*, commemorari. Nota abunde haud dissimilis sacrorum in veteri Fœdere Vatum ratio, immo non futura solum ut præsentia, sed ut præterita etiam sæpenumero enarrandi, sicuti Genes. XLIX. 9. Esa. XLII. 6. & alibi. Hinc הרואים seu *videntes* itidem, nempe ὡς τὰ μέλλοντα προορῶντες, *tanquam futura providentes*, juxta Theodoritum in l. Reg. Qu. XLVII. appellati. Quamquam ad Vates id genus seu vaticinia, ἐγγαστρίμαντες velut hic Apollo, aut qui talem eum hic inducit Callimachus, referri utique non debeat; quod de re non futura, sed quæ ejusdem Callimachi, qui hæc scribit, ætate, & regnante eodem, sub quo florebat hic vates, Philadelpho contigerat. Hinc etiam discrimen illud inter Prophetarum & Pythii hujus Apollinis, aut Jovis Dodonæi Oracula tangit Theodoritus Serm. x. p. 635. Tom. IV, quod Propheta Deo plenus futura longe ante, velut præsens cerneret, & tanto post spatio eventura prædiceret, Ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ ὁ Πύθιος, ἐὰν τὰ μετὰ τρεῖς ἐσόμενα μῆνας, σφοδρότατον ὡς ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἀλλὰ τῇ δὲ κακεῖσε κλινομβρίᾳ ἐδίδοσαν τὰς χρησμούς, *Dodonæus vero & Pythius, ne ea quidem, quæ post tres menses futura erant, eventura pronuntiarunt, sed quæ huc illuc trahi possunt, Oracula reddiderunt.* Adde, quod sicut Battiades Apollinem necdum natum inducit hisce versibus, Templi sui Delphici a Gallis expilati casum, multis ante seculis prævidentem; ita ejusdem næniam, seu inde versus aliquot, ex Oenomao & Porphyrio de Philosophia ex Oraculis, refert memoratu modo Theodoritus Ελλην. Θεραπ. Serm. x. pag. 631. T. IV, quibus nempe inevitabili Parcarum decreto fulmine combustam eandem ædem Delphicam, & cui suppetias ferre non potuerit, deflet idem hic Apollo.

V. 183. Φάσγανα καὶ ζωστῆρας] De Gallis hisce Μαχαιροφόρους seu *ensigeris*, & cur de hac Deorum armatura facta sit jam ante ab hoc Poeta mentio, dictum ibidem ad v. 172, ἐφ' Ελλήνεσσι μάχαιραν Βαρβαρικὴν &c. Ζωστῆρες autem, qui de viris *armatis* dicti supra Hym. in Apollinem, v. 85, hic consueta pro *balteis* appellatione adhibiti, non pro *cingulis* in genere, (pro utraque vocis hujus, quam tangit Servius ad Æn. V. v. 311. significatione) sed pro iis, quibus enses adpensi; & cum quibus hic etiam conjunguntur; quomodo Lycophron ait p. 195. καὶ φάσγανα ζωστῆρες, *ensis balteum.* Ad humerum autem positos antiquitus eosdem *balteos*, unde pendebant enses, cum aliunde constat, tum ex eo, quod de Jasone dicit Apollonius l. III. v. 1281.

Καὶ

Καὶ ξίφος ἀμφ' ὤμοις γυμνὸς δέμας,
Et gladium circa humeros, corpore nudo,

nempe neque lorica aut scuto alioquin munito. Ita gladios equitum Romanorum magnos, latos, & ab humero pependisse tradit Arrianus in Tacticis p. 16. ult. ed. & præterea e monumentis antiquis adhuc obvium.

V. 184. Ἀσπίδας] Ἀσπὶς de Gallorum *scuto* hic dicta, quæ vulgo, sicuti σάκος, de *rotundis* seu ἐγκύκλοις, qua de re supra ad v. 147. veterum Græcorum *clypeis* dicebatur; ac unde ἀσπίδα πάντοθεν ἴσην, *clypeum undique æqualem* vocat Poeta Iliad. P. v. 43. Gallorum autem *scuta*, uti ea de re jam obiter ad v. 147. oblonga, θυρεοὶ proinde a Pausania dicuntur; ubi ἀσπίδας Ἀργολικὰς, *clypeos Argolicos*, non oblongos fuisse ait κατὰ τὲ Κελτικὲς θυρεὲς, *juxta Celtarum scuta* l. VIII. p. 534. & quæ alibi itidem vocat θυρεὲς ἐπιχωρίους, *scuta gentilitia* horummet Gallorum, qui Brenno duce in Græcia pugnarunt. Hinc Virgilius de iisdem agens Gallis Æn. l. VIII. p. 662. *scutis protecti corpora longis*, & quomodo itidem ab Ovidio dicuntur, *scutaque longa* Fast. l. VI. v. 136. Ut mittam alia Polybii, Strabonis, Livii quæ jam vidit Lipsius, ea de re loca. Etsi, ut hoc addam, notet Polybius lib. III. p. 118, iisdem Gallorum scutis eorum corpora protegi non potuisse, ut non eadem, quo majora nempe erant, hostium jaculis paterent.

Ibid. Γαλάτησι] Haud alium exstare hodie puto antiquiorem inter Græcos Scriptorem, qui ad nos pervenerit, ubi hujus nominis Γαλατῶν de *Gallis* occurrat mentio. Adducitur quidem ab Etymologici M. Auctore Timæus, qui eadem ferme ætate, qua Callimachus (sub Ptolemæo enim Philadelpho adhuc floruit) Γαλατίας regionis in Asia, tanquam a *Galato* Cyclopis e Galateæ scilicet filio denominatæ, meminerit. Vetustior certe Κελτῶν apud eosdem Græcos notitia, quos memorat, uti paullo ante vidimus, ad v. 174. Historiæ apud Græcos, juxta Tullium parens, Herodotus; ut de Xenophonte & sequutis eum Auctoribus sileam. Quæ firmat etiam ac illustrat, id quod ea de re observat, & in quæ, ubi priora scripseram, forte incido, Pausanias l. I. p. 6. Οὓς δὲ ποτε αὐτὲς καλεῖσθαι ΓΑΛΑΤΑΣ ἐξενίκησε· ΚΕΛΤΟΙ ἦν κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὀνομάζονλο, *verum ut* GALLI (Γαλάται nempe apud Græcos) *appellarentur, nonnisi* SERO *usus obtinuit.* CELTAS *enim ipsi se antiquitus, tum alii eos nominabant.* Nempe eo demum ævo, & quo floruit Callimachus, facta illa Gallorum in Græciam primum, & quidem circa Delphos, de qua hic agit Poeta, dein in Asiam irruptio; ac sequuta tandem multorum ex iis in ea, Asiæ parte, quæ inde *Galatiæ* nomen deinceps obtinuit, habitatio. Unde postea promiscue Κελτοὶ & ΓΑΛΑΤΑΙ, de his *Gallis* seu *Celtis*, qui longinquam hanc eas in oras expeditionem susceperant, apud Græcos Scriptores, quod a nostro Battiade etiam factum, qui Κελτὸν Ἄρηα, uti vidimus, de horum Γαλατῶν acie paullo ante dixerat, leguntur appellati.

Ibid. ἄρξονι φύλω] Haud aliter ac de *Galatis* horum Γαλατῶν posteris, ait D. Paulus Epist. ad eosdem c. III. v. 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται, *o*

amentes Galatæ. Quod partim e nativa veterum illorum Gallorum, quorum erant traduces hi *Galatæ* feritate seu ἀνοίᾳ, de qua passim Auctores; partim e soli, quod iidem insederant, genio ac proprietate veluti adhæsit. Unde ad eum locum Hieronymus tradit, *Apostolum Galatas regionis suæ proprietate pulsasse*. Notum certe Paphlagonas, in quorum regionis parte consedisse eosdem *Galatas* seu Gallo Græcos constat, pro bardis ac stolidis a Græcis olim habitos. Unde Comici initio Equitum, de Cleone, quem Παφλαγόνα vocat, scomma, & quod inde ad Claudium Imperatorem Julianus in Cæsaribus festive, ut itidem vidimus, transtulit. Adde hic, quod de dementatis seu perculsis iisdem, qui Delphos oppugnaverant, Gallis, tum terræ motu ac tonitruum fragore, tum terrore panico, sequutaque inde ingenti eorum clade, observat in narratione harum rerum Pausanias l. x. p. 652. & 654. Etsi eosdem Galatas, non *barbaros* esse appellandos, sed omnino Romanos, quod communis eis sit cum illis vivendi ratio, dicat Themistius Orat. XVI. pag. 211. & alibi rursus, eos acutos esse ac solertes ac iis, qui maxime sunt Græci, ad capessendas disciplinas dociliores, Orat. XXIII. p. 299.

V. 185. *αἳ μὲν ἐμοὶ γέρας*] Prostratis nempe ad Delphos haud uno cladis genere, ac fugatis inde Gallis, relicta inter alia spolia eorum scuta, eaque in æde Delphica, in memoriam, seu quod hic a Poeta innuitur, in monumentum partæ divinitus, ac Apollinis potissimum auspiciis, victoriæ adpensa. Unde alibi nominatim de eadem Gallorum clade Pausanias l. VIII. p. 472. ὁπόθεν δὲ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἀπώλετο ἐν Δελφοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἢ ὑπ' ἀνδρῶν ὑπὸ Δαιμόνων, *Nihil vero certius, quam Gallorum apud Delphos exercitum, ab Apolline, & a loci Genio manifesto deletum.* Cui consona tradit Justinus, dum Delphos in aciem contra Gallos prodeuntes, ait *præsentiam* Dei (seu Apollinis) *& ipsi statim sensere* l. XXIV. c. VIII. Unde etiam a Cicerone de Divinat. l. I. c. XXXVII. mentio fit Oraculi eam in rem ab ipso Apolline Delphico editi, & ipso eventu continuo comprobati, quod contigisse Brenno dicitur, ejusque Gallicis copiis, cum is fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset: tum enim ferunt ex Oraculo effatam esse Pythiam,

Ego providebo rem istam, & albæ virgines.

Ex quo factum, ut & viderentur virgines ferre arma contra, & NIVE *Gallorum obrueretur exercitus*; qui alioquin Galli νιφάδεσσιν ἐοικότες, *nivibus similes* dicuntur, ubi eorum paullo ante Callimachus meminit v. 175. Hinc in Scholiis etiam ad hunc Callimachi locum, grandine ab Apolline immissa deleti dicuntur apud Delphos iidem Galli. Hæc itaque tot ante seculis, & adhuc in matris utero prævidens scilicet Apollo, *suum præmium*, ἐμοὶ γέρας vocat hic ea Gallorum scuta, quæ post tantam eorum cladem in Æde ejus Delphica fuerunt eidem, ut DEBELLATORIS GENTIUM BARBARARUM, sicuti in nummis inscribitur Constantinus, continuo sacrata Quod a Pyrrho etiam factum, devicto Antigono, & deletis mercenariis, qui in ejus exercitu militabant, Gallis, narrat alibi Pausanias l. I. p. 23. indeque demum magnitu-

dinem

dinem victoriæ intellectam, ex suspensis nempe in Itoniæ Palladis æde, eorundem cæsorum Gallorum scutis cum hac inscriptione, quæ a Plutarcho itidem in Pyrrho p. 400. refertur,

Τὰς θυρεὰς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθήνῃ,
Πύρρος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασε Γαλατῶν,
Hæc scuta Molossus Rex Itonidi Minervæ donum,
Pyrrhus de audacibus suspendit Gallis &c.

Quod de Macedonum quoque in eadem acie prostratorum dicatis Pyrrho in Jovis Dodonæi fano clypeis ibidem refert. Clypei enim aut scuta hostibus erepta, vel ab iis in acie derelicta, tanquam insignia maxime & conspicua reportatæ victoriæ monumenta, haberi a Græcis, & consecrari vulgo in Deorum fanis consueverant: prout de clypeis devictorum Laconum a Cleone e Pylo relatis, jam alibi ex Aristophane vidimus. Quem morem alioquin, ut obiter hoc addam, arma e devictis hostibus, & quidem Græcis, in templis dedicandi; atque ita eadem a proprio usu ad res sacras transferendi, ni quidem Deus ipse aliter edixerit, aperte redarguit Plato de Republ. lib. v. p. 469. edit. H. Steph.

Ibid. αἳ δ' ἐπὶ Νείλῳ] Ea quæ hic, sequentibus versibus, tanguntur, de Gallorum ad Delphos cæsorum reliquiis, ad *Nilum* seu in Ægyptum ductis, indeque eorum ibidem mortuorum scutis, præmii loco, Ptolemæo Philadelpho cessuris, cum iis utique non contentiunt, quæ de ea Gallorum in Græciam expeditione, memorant alii Auctores, sicuti Pausanias, & de quo supra obiter ad vers. 171, Justinus. Tradunt enim iidem, ille l. i. p. 7. & l. x. p. 655; hic l. xxiv, *neminem ex tanto Gallorum exercitu, vel ad memoriam tantæ cladis* ad Delphos acceptæ, *superfuisse*, aut juxta Pausaniam, *salvum domum rediisse*; adduntque insuper, sicuti Justinus l. xxv. c. 1, Gallos ad tuendos fines a Brenno duce, cum in Græciam proficisceretur, domi relictos, anno insequenti, uti ea de re Pausanias p. 655, & cui suffragantur Græcæ ad Eusebium Scaligeri collectiones ad Olymp. PKE. seu cxxv. p. 331, in Asiam transmigrasse. Adeo, ut iis Auctoribus, non eorundem Gallorum, qui Delphos invaserant, pars iidem fuerint, qui in Asiam trajecerint, aut postea in Ægyptum, ut hic dicitur, fuerint delati, ibique perierint. Verum, quis dubitat, quin coævo Scriptori, eique haud procul ab eodem Nilo, Alexandriæ scilicet agenti, nostro nempe Battiadæ major sit habenda hic fides; dum ex eodem Gallorum ad Delphos exercitu superfuisse haud paucos aperte hic adserit, quique in Ægyptum a Ptolemæo Philadelpho traducti, ibidem eo regnante sint deleti. Ita vero hæc res plenius enarratur in Græcis ad hunc locum Scholiis, nempe ex iis, qui Delphos invaserant, plurimos grandine ab Apolline immissa periisse; paucos vero, qui superfuerant, ab Antigono quodam Ptolemæi Philadelphi amico, conductos, ut secum sub mercede militarent; iis enim copiis indiguisse Ptolemæum. Ii autem Galli, quum uti paullo ante Delphis ab iis factum, Ptolemæi pecuniam voluissent diripere, idque Rex fuisset edoctus, eosdem ab eo ad Nili ostium Sebenyticum transla-

tos, ibique ejus jussu submersos. Quæ aliter a dictis Auctoribus, ut Pausania l. II. p. 23. & Justino l. XXV. c. I. &c. referuntur, ubi Antigoni quidem facta mentio, sed Macedoniæ Regis, a quo conducta fuerit mercenaria Gallorum manus, non tamen ex eorum numero, qui duce Brenno Delphos invaserant, quæque a Pyrrho cum reliquis Antigoni copiis fuerit profligata; nulla vero Ptolemæi Philadelphi, aut horum Gallorum, qui illi militarant facta mentione, quique postea in ostio Nili Sebenytico, ob illud pecunias ejusdem diripiendi consilium fuerint illius jussu submersi. Ut mittam Ptolemæi Cerauni Macedoniæ Regis antea ab iisdem Gallis (qui postea Delphos profecti, ibique internecione sunt deleti) capti in acie ac cæsi fatum, quale memorat idem Justinus l. XXIV. c. III. Ad quod proinde in earum rerum narratione inter hunc Callimachum, veteresque ejus Enarratores, aut hosce Auctores, Pausaniam, Justinum, Plutarchum etiam, discrimen advertant deinceps, si lubet, accurati Historiarum aut Chronicorum conditores. Ut de Gregorio Syncello nunc sileam, qui mire hæc turbat, dum Ptolemæum Ceraunum cum patre ejus Ptolemæo Lagi confundit; & hunc in acie contra Gallos, idque fulminis ictu, cæsum, eundemque, de quo hic narrat, Ptolemæi Philadelphi parentem exstitisse statuit, Chronograph. ed. Reg. p. 266. & 271. Quæ quam valde sint ἀσύστατα, & cum nota Lagidarum historia, iisque, quæ de eorum rebus sunt aliunde prodita, adversentur, dicere hic haud necesse.

V. 186. ἀποπνεύσαντας] Eadem voce alibi usus erat Callimachus, illo nempe versu, qui a priscis Æschyli Enarratoribus refertur, neque hactenus inter Battiadæ nostri Fragmenta fuit relatus ad Chœph. v. 436. Καλλιμάχου, Τεθναίην, ἐτ' ἐκεῖνον ἀποπνεύσαντα πυθοίμην, *Callimachi* versus, *Moriar, quando illum exspirantem videam.*

V. 187. Βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος] Sicut Apollini, in præmium cæsorum ejus auspiciis ad Delphos Gallorum, scuta iis erepta, ex parte cessisse modo dixerat; ita Ptolemæo Philadelpho, ob præstitam ab eo, haud sine multo labore aut discrimine, in delendis eorundem Gallorum reliquiis operam, scuta pariter de iisdem prostratis in Ægypto, præmii loco, obvenisse, tradit nunc Callimachus. Sicut *commune* proinde, quod supra dixerat v. 171, suscipiendum erat ab Apolline cum Philadelpho, contra illos Gallos certamen; ita iis debellatis ac deletis funditus, *commune* utrique *præmium*, eorundem nempe Gallorum scuta, obtentum iri innuit Poeta. Ut proinde utrique ξυνὸς ἀέθλος, *commune certamen*, dicto ante versu; ita etiam κοινὰ ἀέθλα, seu, ob metrum, ἀέθλια *communia præmia* fore vaticinatur hic Apollo; petita ab elegantissimo cultissimoque Poeta, ex hac Apollinis cum Philadelpho contentione, Regi suo ac Euergetæ blande ac venuste omnino, ut jam Deorum socio ac παρέδρῳ alterique præterea Μουσαγήτῃ, adsentandi occasione.

V. 189. Αἰνήσεις μέγα δή τι &c.] Quæ rursus ad Philadelphi laudem mirifice faciunt, cujus nempe, ipso id præsagiente Apolline, singulare & constans futurum, tota vita in colendo celebrandoque hoc Deo studium,

dium, isto & sequenti adhuc versu perhibetur. Quo nihil utique a Poeta aulico, ac in magni illius Regis clientela florente, ad ejusdem commendationem luculentius dici aut opportunius potuit. Nota vero aliunde ac celebrata cum exquisita quadam in hoc Philadelpho humaniorum disciplinarum notitia, & de quo Plutarchus ait apud Athenæum l. XII. p. 536, eum omnium suo seculo Principum maxime venerabilem extitisse, καὶ παιδείας εἴ τινα καὶ ἄλλον καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα, *ac eruditionis, si quis alius, summe studiosum*; tum inde ejusdem in promovendis artibus ac scientiis, fovendisque, quæ illas excolebant, ingeniis, propensio ac liberalitas. Hinc præter immensam illam Bibliothecam, ejus jussu ac impensis undique collectam, tributa eidem Regi, celebris illius Alexandrini Musei, veri Musarum Prytanei, juxta Athenæum l. v. p. 203, constitutio, & viri singulari Poeseos laude excellentes, inter quos noster Battiades, in florenti apud eum gratia positi. Quo nomine a Syracusano Vate & Callimacho coævo commendari itidem meruit, qui nullum ait suaviter potuisse canere, Musis proinde ac Apollini litare, in quem non Philadelphus dignum arte sua præmium contulerit; ac unde vicissim factum, quod, ut idem addit Idyll. XVII. v. 115,

Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον,
Ἀντ' εὐεργεσίης,
Musarum vero interpretes cantu celebrant Ptolemæum,
Propter beneficentiam.

Ibid. ἐτέτι γαστρὶ μάντιν] Nihil hic mutandum, neque sequens illud ὕστερον id suadet. Ptolemæus nempe eum, qui, quum adhuc esset in matris utero, jam erat vates, seu Apollinem, toto vitæ suæ tempore celebraturus dicitur. De hoc vero ἐγγαστριμάντει Apolline in Latonæ nempe utero, vidimus jam ante ad vers. 181. Ad quomodo ei sagæ explicanda?

V. 191. διειδομένη &c. νῆσος ὀφαίη] Quæ vox hic in Scholiis redditur φανερὰν, idem proinde quod Δῆλος *conspicua, manifesta*, & de qua etiam Delo Insula id hoc loco dicitur. Unde *nota* a primo interprete, & *conspicua* a Vulcanio eadem vox διειδομένη hic redditur, & quo sensu vox διειδέναι a Cyrillo adhibetur adversus Julianum l. I. p. 41. διειδέναι καλῶς τε καὶ ἁπλανῶς, *recte & certissime cognoscere*. Verum non satis advertisse videntur viri docti, quod adhuc ἄδηλος seu obscura, nec satis jam nota, nondum scilicet Latona ibi Apollinem enixa, habita fuerit & dicta eadem Insula; uti supra etiam de ea dicitur v. 53. quod nato demum Apolline, ἐκτὸς ἄδηλος ἐπέπλεες, *non amplius obscura innatares*. Neque proinde *Deli* nomen tum adhuc nacta. Unde aliquanto opportunior hic, quam adfert eruditissima Fabri filia, explicatio hujus vocis, quæ nempe *modo hic, modo illic cernitur*. Apud Hesychium quidem redditur διείδεται, διϋλίζεται, *percolatur, defecatur*; sicuti postrema hæc vox in Glossis Philoxeni vertitur, διϋλίζω, *defeco, sacco, percolo*; & quomodo διειδομένη eadem Insula hic vocaretur, quasi quam in mari errantem hinc inde venti perflant ac veluti *percolant*. Sicuti nempe de eadem mox dicitur v. 194. Ἔνθα Νότος, ἐνθ' Εὖρος, *Hinc Auster,*

Auster, illinc Eurus, eam agitat scilicet, aut percolat quasi, seu purgat. Quo referri etiam posset, quod νῆσος ἀραιὴ, *levis* seu *angusta Insula* eadem hic vocetur; quæ nempe permeabilis esset, seu agitari undique opportuna. Quo sensu utique vox ἀραιὴ hic debet potius intelligi, sicuti νῆας ἀραιάς *naves agiles* dixit Hesiodus Εργ. v. 809. & quomodo nominatim ait Eustathius Iliad. Σ. p. 1151. ἡ δὲ ἱστορία οἶδε καί τινας ΝΗΣΟΥΣ ἐπονομαζομένας ΑΡΑΙΑΣ; sicuti nempe Insula Delus hoc loco dicitur. Sicuti nempe Insula Delus, eaque *in mari*, ut continuo additur, *errans*. De Attica cæteroquin dicit Dio Chrysost. Orat. VII. p. 87. εἶναι γὰρ τὴν χώραν ἀραιὰν, καὶ τὸν ἀέρα κοῦφον, *esse enim regionem tenui solo, ac levem aerem*, prout una voce λεπτόγεως eadem Attica, post Thucydidem nempe pag. 2, a Galeno dicitur Προτρεπτ. cap. VII. aeris autem λεπτότητα eidem tribuit Aristides Serm. Sacr. VI. pag. 642. Eustathius vero alibi observat ad Iliad. Π. p. 1012. eandem vocem ἀραιὰς, cum gravi nempe spiritu, aliud denotare, seu στερεὰς καὶ ἐπιμήκεις, *robustas ac prælongas*.

V. 193. ἀνθέρικος ὡς] Opportune hic supernatantem adhuc in mari Delum *albuco* comparat, quale in mari nasci subinde, ibique vivere juxta *palmam* & *scillam* tradit Theophrastus Hist. Pl. l. I. c. VII, Τὰ δὲ καὶ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων πεφυκότα, ποτὲ ΕΝ ΤΗ ΘΑΛΑΤΤΗ βιοῦν, φοίνικα, σκίλλαν, ΑΝΘΕΡΙΚΟΝ, *ex iis autem, quæ extra omne dubium sunt terrestres, in mari natas nonnunquam vivere, Palmam, Scillam*, ALBUCUM. Idem vero alibi observat nempe Hist. Pl. l. IV. VII. in Mari Interno, exigua tantum quædam nasci, ac nihil fere super hoc mare enatare. Illud vero de eadem planta ἀνθερίκῳ notat Hellanicus apud Athenæum l. XI. p. 462. καὶ ὅτι οἰκίας ἔχουσιν ΕΞ ΑΝΘΕΡΙΚΟΥ πεποιημένας μικρᾶς ὅσον σκιᾶς ἕνεκα, ἃς καὶ ΠΕΡΙΦΕΡΟΥΣΙΝ, ὅπου ἂν πορεύονται, *quod mapalia habeant ex* ALBUCO *constructa, parvæ umbræ tantum captandæ gratia, quæ* CIRCUMFERANT *secum, quocunque ierint*. Ut proinde peculiare huic ἀνθερίκῳ illud fuerit, ut cum in mari, de quo hoc apud Callimachum loco, tum in terra etiam apud illos Nomadas hinc inde circumferretur. Explicatur vero ἀνθέρικος in Græcis ad hunc locum Scholiis, ὁ τοῦ ἀσφοδέλου καρπὸς, *asphodeli fructus*, sicuti etiam a Plinio l. XXI. c. XVII, a priscis Theocriti Enarratoribus Idyll. I. v. 52, & ab Hesychio. A quibus rursus abeunt veteres, quod adnotavit jam ad Theophrastum Vir doctus, a quibus, ut Hippocrate, Theophrasto, Theocriti rursus Enarratoribus Idyll. VII, de *caule asphodeli*; a Nicandro vero ac Dioscoride, de ejus *flore* sumitur. Adde, quod tradit etiam Hesychius, herbam insuper fuisse peculiarem, quæ eodem ἀνθερίκου seu ἀνθέρικος nomine vocaretur. Meretur autem doctissimus Glossographus, ut locum ejus integrum, quo ei lucem adhuc aliquam fœnerer, huc adducam, Ἀνθέρικες, τὰ τῶν σταχύων ἄκρα· καὶ αἱ προβολαὶ· καὶ ὁ ἀσφοδέλου καρπὸς· καὶ βοτάνης εἶδος· καὶ τὰ ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα, h. e. Ἀνθέρικες, *spicarum culmi munimenta etiam quædam; & asphodeli fructus; & herbæ species; & in aristis aculei*. De *spicis* quidem ea voce, juxta veteres ad eum Criticos, usus Homerus Il. 20. v. 227.

Ἄκρον

Ακρον ἐπ' ΑΝΘΕΡΙΚΩΝ καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων,

Per summum spicarum fructum currebant, neque frangebant:

in brevibus autem Scholiis, νῦν τῶν ἐν τοῖς στάχυσι λεπτῶν ἀθέρων, *nunc in spicis tenues aristæ.* Quomodo etiam vocem ἀνθέρικος explicavit olim Neoptolemus, & quo utique nomine sugillari non debuit, sicuti a Græcis Theocriti Enarratoribus factum, Idyll. I. v. 52. ubi de voce ἀνθερίκῳ ajunt ὁ δὲ Νεοπτόλεμος γελοίως ᾠήθη τὸν ἀνθέρα τοῦ στάχυος, *Neoptolemus autem ridicule cuspidem spicæ dici credidit.* Alteram autem adhibitam ibi apud Hesychium hujus vocis glossam, αἱ προβολαὶ, & postremum simul τὰ ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα, in *spicis aculeos*, egregie omnino illustrat eximius apud Chrysostomum locus. Exstat ille Serm. XI. in Statuas p. 535. Tom. VI. ed. Savill. Καθάπερ γάρ ἐστι ΤΩΝ ΑΣΤΑΧΥΩΝ οἱ ΑΝΘΕΡΙΚΕΣ, ὥσπερ τινὰ δόρατα, ΠΡΟΒΕΒΛΗΜΕΝΟΙ τοὺς ὄρνιθας ἀποσοβοῦσιν, οὐκ ἐπιτρέποντες ἐγκαθέζεσθαι τῷ καρπῷ, καὶ διακλᾶν τὴν καλάμην ἀσθενεστέραν οὖσαν· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὥσπερ τινὲς ΑΝΘΕΡΙΚΕΣ, καὶ δόρατα ΠΡΟΒΕΒΛΗΝΤΑΙ αἱ τῶν βλεφάρων τρίχες, *quemadmodum enim supra spicas* ACULEI (ἀνθέρικες apud Hesychium, ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα) *tanquam hastæ quædam ad tutamen protensi* (Hesychius αἱ προβολαὶ) *aves abigunt, non sinentes, ut illic insideant fructui, & debilem stipulam confringant; ita etiam oculos quod adtinet, tanquam quidam* ACULEI (ἀνθέρικες) *& hastæ, ad tutamen protenduntur* (προβέβληνται) *ante eos palpebrarum pili.* Quibus equidem nihil a gravissimo scriptore dici opportunius potuit ad superiorem Hesychii, de variis vocis ἀνθερίκων glossis, locum capiendum melius & explanandum. Neque otiosa præterea in illis τοῦ χρυσορρήμονος verbis, quæ ibidem leguntur, ἀνθέρικες, ὥσπερ τινὰ δόρατα, & rursus ὥσπερ τινὲς ἀνθέρικες καὶ δόρατα, *spicarum culmi* seu *aculei, quædam hastæ*; quum ἀνθέρικες, seu *asphodelum, hastulam regiam* a forma nempe sceptri Regii, quam præfert, vocavit Plinius, & inde Theophrasti Interpres Gaza p. 147. Haud aliter ac φάσγανον, ξίφος, & ξίφιον, *Ensis, Gladius, Pugio*, de aliis plantis olim dicta, ut apud Theophrastum H. Pl. l. VII. c. XII. & alibi.

V. 197. Αστερίη φιλόμολπε] De hoc antiquo *Deli* nomine actum jam supra ad v. 37.

V. 198. περιηγέας] Quomodo supra Hym. in Apoll. v. 59. περιηγέος ἐγγύθι λίμνης, *rotundam prope paludem*, & præter adducta ibi a me Apollonii loca, περιηγέα πέτρον, *rotundum lapidem* seu *discum* dixit idem lib. III. v. 1364, qui nempe λίθος κυκλοτερὴς ab Aristarcho vocatur in Scholiis ineditis ad Homeri Iliad. Ψ. v. 826.

Ibid. Γεραίστιον εἵπετο φῦκος] De quo nempe *Geræstio*, Eubœæ, ut hic in Scholiis etiam dicitur, ad Atticam nempe promontorio, opportune Plinius l. IV. c. XII. *& a promontorio* GERÆSTIO CIRCA DELUM *in orbem sitæ, unde & nomen traxere Cyclades.* Neque minus opportune de eodem Euripides ait in Oreste v. 994.

Λυκοκύμασι πρὸς Γεραιστίαις,

Juxta albicantes fluctus Geræstios,

quod

quod nempe ſpumantes eſſent ad illud promontorium, iique *algam*, ut hic dicitur, ſecum ferentes fluctus. Φῦκος enim cum de *alga marina* in genere, ut hoc loco, dici notum, ſeu juxta Heſychium, τὸ προσβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῇ γῇ, *quod a mari in terram eructatur*; tum nominatim de ejuſmodi *alga marina*, quæ in mari ad Cretam naſcebatur, & qua ad inficiendas rubro colore lanas, veſtes, ſicuti de ea Theophraſtus H. Pl. l. IV. c. VII. utebantur. Unde factum, ut traducta quoque eadem fuerit ad muliebria pigmenta, ac inde φῦκος, & a Latinis etiam Scriptoribus *fucus*, de quovis medicamine, quo inficitur mulierum facies, diceretur, nempe tam rubrei coloris, quam alterius etiam cujuſcunque. Ita Cyprianus de habitu Virgin. p. 94. *oculos circumducto nigrore fucare*, & illud Horatianum lib. V. od. XII. *ſtercore fucatus Crocodili.* Adeo, ut inde facile componi lis inter veteres ea de re ſcriptores poſſit, nec id debuerit Viris eruditis ac poſtremo Theophraſti Enarratori negotium faceſſere; dum nempe φῦκος ad ejuſmodi pigmenta aut tincturas adhibitum, alii e veteribus nativum quid; alii factitium demum, ut Galenus, Ætius &c. & quidem ceruſſa compoſitum videntur ſtatuere. Utrumque enim uſum obtinuit de pigmento muliebri adhibitum Græcorum φῦκος, & inde Latinorum *fucus*: ut nempe & de illo *fuco* proprie dicto ſumeretur, qui e φύκει ſeu *alga marina*, Cretica nempe ſeu tinctoria, parabatur; neque idem proinde foret cum eo, qui ex anchuſa aut ceruſſa aliove medicamine demum fiebat. Quæ ita diſtinguit Ariſtoteles Hiſt. Anim. l. VI. c. XII, ut dicat, cum purgatur Pontus, ſecundo mari ad Helleſpontum fluitare φῦκος, ſeu, ut alii illud vocant, ἄνθος φύκου, *algam* ſeu *florem algæ*, ἀφ' οὗ, ut addit, τὸ φύκιον, *ex quo fucus*, quo nempe mulieres ſe illinunt. Quamquam & φύκιον de ipſa *alga*, ut hoc apud Callimachum loco φῦκος, e mari in littus ejecta, dicat Julianus Imp. Epiſtola XLVI. (in qua de avito ſuo prædio, haud procul ab eodem illo mari, de quo Ariſtoteles, ſeu Propontide ſita, agit) p. 199. οὐ φυκίοις ἐφεστὼς καὶ βρύοις, *non inter algas verſans & muſcum*; & φῦκος præterea de ipſo *fuco* itidem dicatur, qui ex *alga* ſeu *algæ* juxta Ariſtotelem *flore* parabatur. Hinc etiam tria illa in pigmento ejuſmodi muliebri alibi diſtinguit, & agnoſcit ipſe Galenus Προτρεπ. c. X. ubi de Phryne ait, θεασαμένη γυναῖκας ἀγχούσῃ τε καὶ ψιμμυθίῳ καὶ ΦΥΚΕΙ κεκαλλωπισμένας, *conſpicata mulieres anchuſa, & ceruſſa, &* FUCO *ornatas* ſeu *illitas*. Ita apud Lucianum Reviviſc. p. 396. ψιμύθιον καὶ φῦκος, *ceruſſa & fucus*. Adde Anthol. l. II. c. IX. Ep. IX.

οὔποτε φῦκος,
Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.
nunquam fucus,
Et ceruſſa ex Hecuba facient Helenam.

Sic Tertullianus de cultu Femin. lib. I. c. II. *medicamenta ex fuco quibus lanæ* (nec opus ut ibi *genæ*, quod olim cenſui, pro *lanæ* reponatur) *colorantur*; & quo ſenſu ait etiam Horatius l. III. od. V. *Neque amiſſos colores, lana refert medicata fuco.* Quæ ut clara & perſpicua *de fuco*,

aut

aut nativo quodam pigmento, & a *cerussa* quidem diverso; ita illud haud minus certum, φῦκος inde sæpius, sicuti *fucum* & *fucare* apud Latinos scriptores, de quovis factitio pigmento aut tinctura, seu e cerussa, seu aliunde eadem fieret, eaque seu rubei aut punicei; uti jam ante innui, seu alterius etiam coloris usurpari. Ita Lucianus in Amorib. p. 10. 58. edit. Salm. παρειὰς ἐρυθραίνουσιν ἐπιχριστοῖς φύκεσιν, *genas illitis fucis* seu pigmentis *rubefaciunt*. Unde etiam de purpuræ colore seu tinctura adhibetur apud Catullum Epith. Thetid. v. 49.

Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco;

non solum quomodo de conchyliorum fuco ait Plinius, ubi agit de purpura l. IX. c. XXXVI. *sed unde conchyliis pretia? queis virus grave in fuco*; verum pridem Æschylus dixerat Agam. v. 969.

πυρφύρας ἰσάργυρον
Κηκίδα παγκαίνιστον, εἱμάτων βαφὰς,
purpuræ argentum
Contra earum fucum (non *fuliginem*, quod agnovit postea in Notis idem eruditus Interpres) *semper recentem, vestium tincturas.*

Adde quod nato circa Cretam *fuco*, eoque proinde nativo, infici vestes dicat alibi Plinius l. XXVI. c. X. Ut mittam *fucum* de unguento etiam dictum, quo capilli perungebantur, ut apud Tibullum l. I. Eleg. IX. *Quid fuco splendente comas ornare?* & similiter *fucata ephippia* apud Apulejum pro *tincta*, Metam. l. X. & alibi.

V. 199. Ἔστης δὲ ἐν μεσσῇσι] Ita Plinius l. IV. c. XII. & *Cycladum media* nempe Delos, quæ & ipsa *Cyclas* inde etiam dicta, ut a Sidonio Apollinari Præf. Paneg. Avit.

Quam neque Deliacis peperit Latona sub antris
Fixura errantem CYCLADA *pignoribus.*

V. 200. Φῦκος ἅπαν κατέφλεξας· ἐπεὶ &c.] Hoc ob Deli sterilitatem, seu informe ejus solum, ubi ne algæ quidem proveniunt, dictum putat ad hunc locum vir doctus. Verumne hæc eorum verborum mens sit, obstat addita continuo ratio, *omnis* illius *algæ* a Delo *combustæ*; quod nempe igne flagraret circumquaque eadem Insula, graves parturientis Latonæ dolores conspicata, ἐπεὶ περικαίεο πυρὶ &c. In eo itaque posita, ipso teste Callimacho, tota ejus rei ratio. Delus nempe inter antiqua ejus nomina, qualia *Asteria*, de quo jam ante vers. 37. 40. & 197, *Ortygia* &c. dicta etiam olim *Pyrpiles* aut *Pyrpoles*, *igne ibi primum reperto*, ut de hac Insula agens tradit Plinius l. IV. §. XXII. ac inde Solinus cap. XI. *Pyrpole* etiam, ut bene ibi ὁ πάνυ, pro *Pyrpile*, *quoniam & ignitabula ibi, & ignis inventa sunt.* Ad quam proinde veterem Deli appellationem ejusque traditam originem, reperti primum in ea *ignis* & *ignitabuli* respexit omnino hoc loco Callimachus; dum omnem illam *algam* marinam e vicino *Geræsto*, Eubœæ promontorio, una cum *Asteria* seu Delo eo advectam & simul *combustam*, continuo hic dicit, ἐπεὶ περικαίεο πυρὶ, *quandoquidem igne flagraret circumquaque*; cui nempe Πυρπόλη ut vidimus dictæ, ignitabuli seu fomitum eam in rem vicem præsti-

præstiterit tum alga illa marina. Quæ vera proinde & perspicua est ratio hujus apud Callimachum loci, quam non adtigere, ut nec tot alia, hujus Battiadæ veteres aut recentiores Enarratores. Neque inde ad Plinium vel Solinum, (ad quos tamen, ubi de Delo *Pyrpole*, ac inde quidem, quod iis Auctoribus, *ignis & ignitabulum* in ea fuerint repertæ, lux aliqua redundabat) quidquam adnotarunt viri doctissimi. E quibus etiam modo dictis liquet, cum nihil deesse, ut putat H. Stephanus huic loco, tum frustra πυρὶ vocem suspectam eidem fuisse, quod prima in ea syllaba vulgo corripi soleat. Quod postremum tamen non obstitit, quin a πυρὸς deductæ voces πυραυγὴς, πυραιχμὴς &c. sint apud Poetas Græcos ancipites; aut longæ etiam, ut πύραμις, sicut in aliis dissyllabis vocibus, πυρὸς pro *frumento*, πυρὸς, μύρον, &c. ac in trisyllabis γίφυρα, λάφυρα & similibus illud ῦρ, quod in hisce, ut tyrones norunt, producitur.

V. 201. Τλήμον' ὑπ' ὠδίνεσι βαρυνομένην] Lucinam tamen ex Hyperboreis Delum venisse, quo parturienti huic Latonæ opem ferret; indeque ibi sacris & Hymno ab Olene (de quo primo Hymnorum apud Græcos Auctore infra v. 305.) confecto, eandem Lucinam solemniter a Deliis cultam, immo e Delo nomen ejus ad alias gentes pervasisse, tradit Pausanias l. 1. p. 31, ac præterea l. IX. p. 581. A quibus vero, qui hic dicuntur, *partus doloribus*, ac citra proinde ullam hujusce Lucinæ operam immunis exstitisse dicitur eadem Latona, ubi Dianam (ut ante monitum vers. 60.) parturit supra v. 24. Hym. in hanc Deam, ac, ut continuo addit, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, *sed sine labore e charo deposuit gremio.* Unde liquet & ex iis insuper, quæ de toto hoc Latonæ in Delo puerperio, natoque tantum ex eo Apolline, sequuntur in hoc Hymno, iis accessisse Callimachum, qui alibi, puta in luco apud Ephesum Ortygia, neque gemello proinde in Delo partu, natam e Latona Dianam tradidere. Sed qua de re infra ad vers. 255. plenius adhuc dicendi erit locus, & quod obiter jam supra innui ad v. 111, ubi alioquin errabunda Latona, Phthioticas Nymphas supplex compellat, quod Peneum fluvium exorent, ut liceat ei *Jovis liberos in* ejus *aqua parere*, τὰ Ζηνὸς ὐν ὕδατι τέκνα τεκέσθαι. De Philadelphi cæteroquin matre Berenice dixit itidem, ut hoc loco Callimachus de Latona Apollinem pariente, Theocritus Idyll. XVII. v. 61.

Αντιγόνης θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσι,
Filia Antigonæ gravata doloribus partus.

V. 203. τῦτο μὲ ῥέξον] Ῥέζειν nempe ex iis verbis, quæ Atticorum more cum duobus Accusativis, ut hoc loco, conjuncta; sicuti apud Æschylum Pers. v. 236. ἔρξας πολλὰ Μήδους κακά, *Medos multis adficiens malis.* Sic ut sexcenta id genus maxime apud Tragicos & Comicos Atticos obvia hic mittam, τῦτο μ' ἐργάσῃ apud Sophoclem Elect. v. 1310. sicut hic τῦτο μὲ ῥέξον. Quod obvium etiam in verbo δρᾶσαι apud Aristophanem, Euripidem, aliosque.

V. 204. ἐφύλαξε] Scholia hic ἀντὶ τῦ φυλάξω. Illud vero etiam frequens apud Poetas Atticos, ut pro Futuro, Præsens aut Præteritum sub-

ſubinde ab iis uſurpetur, ſicut δρῶ pro δρήσω apud Æſchylum Sept. Theb. v. 1050, & Ariſtophanem in Pluto p. 7, ac alibi; κέκλημαι pro κεκλήσομαι, apud Euripid. Hecub. v. 480; immo qualia etiam ſacris in veteri Fœdere vatibus, & qua de re jam ſupra, conſueta. Sic Futurum viciſſim pro Præſenti aut Præterito apud eoſdem Scriptores obvium, ut ἑυρήσεις, pro ἑύρηκας, Sophocles Oedip. Tyr. v. 449. Quæ obiter in tyronum gratiam, ac ut ad haſce minutias in veterum Poetarum lectione oculos etiam ſubinde advertant, indicare ſatis eſt.

V. 205. ἄλης ἀπεπαύσατο] Imitatione Homerica, ὄφρ' μ' ἔπαυσας ἄλης, *quod me ceſſare feciſti ab errore* ſeu *erratione* Odyſſ. O. v. 341. & qua voce præter Homerum, quem unum ejus indicem adducunt Theſauri, ac Callimachum inſuper hoc loco, uſus inſuper Nicander Alex. p. 135. ἄλην ἑτεροιοδέα, h. e. juxta veterem ejus Enarratorem, πλάνην ἀλλοιοδῆ, *errorem alterius generis*.

V. 206. Ἴνωποῖο παρ' ῥόον] De hoc *Inopo* Deli fluvio ſeu rivulo ſuperius actum jam ad v. 171. ſuperioris Hym. in Dianam, & cur *Ægyptius* ibidem a Poeta, ſeu qui cum Nilo pariter creſceret, ac ab eo etiam per occultos meatus, ortum duceret, ſit appellatus. Quod jam viderunt alii, & aperte hic & ſequentibus duobus verſibus, a Battiade noſtro declaratur. Haud aliter nempe ac *Gehon*, unus e quatuor Paradiſi fluviis, pro Nilo a Joſepho multiſque ex antiquis Eccleſiæ Doctoribus habitus, indeque ſubter longum marium ac terrarum tractum in Ægyptum deferri creditus.

V. 207. ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ Νεῖλος &c.] Adde de Mygdonio in Meſopotamia fluvio, & ad quem ſita, quæ & *Antiochia Mygdoniæ* inde juxta eundem, ab indigenis autem *Neſibis* dicta, tradit Julianus Orat. 1. pag. 49. ἐπέῤῥει δὲ Μυγδόνιος πελαγίζων τὸ περὶ τῷ τείχει χωρίον, καθάπερ Ο ΝΕΙΛΟΣ, φησὶ, τὴν Αἴγυπτον, *tum autem Mygdonius fluvius inundans adjacentem mœnibus campum, quemadmodum* NILUS, *ut ajunt, in Ægyptum infunditur*. Ut vero *Deli*, quod ſupra vidimus ad v. 63, ita etiam *Inopi* hujus in eadem Inſula nomen, e Phœnicum lingua arceſſit itidem ὁ πάνυ Bochartus de Colon. Phœn. lib. 1, cap. XIV. nempe ut *Inopus* ſit dictus, quaſi עין אוב *A in Ob* hoc eſt *fons Pythonis*. Non jam de hiſce Nili incrementis, unde nempe eadem proveniunt ſeu ubi ille e præruptis, quod hic additur, Æthiopiæ locis labitur, agendi anxie, quod a veteribus & recentioribus etiam ſuperiori & hoc adhuc ſeculo ſubinde factum, nunc eſt amplius locus. Res eſt enim hodie accurata eruditorum, ſeu eorum, qui Æthiopiam intimius hoc ævo perluſtrarunt, indagine, tandem certius explorata; e pluviis nempe in Æthiopia æſtivis, non autem e ſolutis, quod aliis etiam & antiquis & recentioribus viſum fuerat, in eadem regione nivibus, ea Nili incrementa, ac ſolitam inde per Ægyptum exundationem emanare. Qua de re equidem præter alios videri poſſunt, vir magnus Iſ. Voſſius de Nilo cap. XIII. & noviſſime vir multiplici eruditione, Æthiopicarum autem rerum feliciſſimus indagator ac interpres, Jobus Ludolfi Hiſt. Æthiop. l. 1. c. VIII, & commentario in eandem p. 126. &c. Sicuti autem e ve-

teribus Agatharchides, Nearchus apud Strabonem, Posidonius apud eundem & Cleomedem, Strabo ipse adhuc alibi, Plinius, aliique, id jam aperte tradiderant; immo ipsi Ægyptii Sacerdotes, ut id retulisse Eudoxum memorat Auctor Historiæ Philosophicæ, quæ inter Galeni opera legitur lib. I. c. XXIII. περὶ ἀναβάσεως τοῦ Νείλου, *de Nili incremento:* ita accedit his etiam Erathostenes Cyrenæus, vir suo ævo in omni scientiarum genere summus, in cujus opusculis Oxonii post Aratum feliciter vulgatis legitur de *Nili Fontibus*, seu Νήλου πηγαὶς, Fragmentum, ubi inter alia de eo dicitur, τὴν δὲ πλήρωσιν αὐτοῦ τοὺς θερινοὺς ὄμβρους παρεσκευάζειν, *inundationem vero ab æstivis imbribus fieri.* Quod proinde haud fugere potuit hunc Cyrenæum vatem, non solum quod ei Alexandriæ operam dedisse dicatur Erathostenes in hujus vita Græce cum ejus opusculis edita; aut quod inter alios ingenii fœtus Ἄιτια, ubi in rerum caussas & origenes inquirebat, elucubraverit; sed præterea, qui in Ægypto, & quidem sub eo Rege seu Philadelpho floruit, a quo exploratores ad eandem rem de Nili incrementis accuratius investigandam missi, id ipsum ab æstivis Æthiopiæ imbribus proficisci retulerant, teste Strabone l. XVII. p. 789. Quod forte innuere hic voluit Battiades, dum Nilum augeri ait, ubi ille *e præruptis Æthiopiæ locis labitur*, ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος. Quamquam non id nominatim hic tangat, an e solutis in Æthiopia nivibus, an vero ex æstivis imbribus id fieret. E liquefactis certe in Æthiopia nivibus, augeri Nilum tradiderat pridem Æschylus iis versibus, qui in veteris Anonymi scripto de Nili incremento, & ab H. Stephano primum, dein inter Herodoti appendices a G. Jungermanno edito leguntur, & quorum jam facta est a viris magnis ad Solinum ac ad Melam mentio, ubi inter alia dicitur,

> Αἰθιόπιδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἑπτάρους,
> Γαῖαν κυλίνδων ῥευμάτων ἐπομβρίαις,
> *Æthiopicæ terræ, ubi Nilus septemfluus,*
> *Terram oblimat aquarum exundatione,*

& ubi subduntur ii versus, qui solutis id tribuunt nivibus; quod Æschyli exemplo ab Euripide deinceps factum, cujusque ea de re versus cum ex Archelao, deperdito dramate, tum ex Helenæ initio ibidem, & ab Aristide præterea in Ægypt. p. 559. T. III. adducuntur. Quam in rem videri etiam potest dicto jam ante loco Histor. Philos. quæ Galeno vulgo tribuitur Ἀναβάσεως τοῦ Νείλου, ubi inter alia a liquefactis in Æthiopia nivibus, Anaxagoras; a nivibus vero solutis in portubus Septentrionalibus, Democritus illam Deli exundationem arcessunt. Ut hic mittam, Nilum ab Æschylo alibi, nempe in Prometheo soluto, cujusque ea de re locum inde adfert Strabo lib. I. pag. 35, vocari, λιμνην παντοτρόφων Αἰθιόπων, *lacum Æthiopum omnibus alimenta ferentium.*

V. 209. λύσατο δὲ ζώνην] Quod nempe tam in primo partu, quam in virginitatis diminutione apud veteres factum, unde Alcimeda Jasonis mater ait apud Apollonium l. I. v. 287.

ᾧ ἐπὶ μούνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον,
cujus unius caussa
Mitram seu *zonam primo ultimoque solvi.*

& ubi veteres Critici, ΛΥΟΥΣΙ γὰρ τὰς ΖΩΝΑΣ, αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Αρτέμιδι, ὅθεν καὶ ΛΥΣΙΖΩΝΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἱερὸν ἐν Αθήναις, SOLVUNT *enim* ZONAS, *quæ primum pariunt, quas Dianæ consecrant; unde Athenis* ZONAM SOLVENTIS *Dianæ fanum.* Quæ proinde apud Theocritum etiam dicitur Ειλείθυια λυσίζωνος Idyll. XVII. v. 60.

Ἔνθα καὶ Ειλείθυιαν ἐβώσαστο ΛΥΣΙΖΩΝΟΝ,
Ibi enim Lucinam invocavit ZONAM SOLVENTEM.

Quamquam Latona non in Delo, ut hic dicitur, sed in Atticæ Isthmo, qui inde etiam Ζωστὴρ appellatus fuerit, *Zonam solvisse* dicatur apud Stephanum; & quod ab Hyperide in Deliaca traditum, adlatis ejus ea de re verbis, tradunt veteres Hermogenis Enarratores, ut ad Stephanum erudite jam observavit doctissimus Holstenius. Ipsum autem eorundem Græcorum Interpretum, quod haud adeo in multorum manibus versentur iidem Commentarii, & eadem, quæ hactenus Callimachus de Latonæ ante partum erroribus obiter tangunt, locum adscribere non pigebit, qui exstat p. 389. ubi hæc ab Hyperide in dicta Deliaca dicuntur; βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἀρχαίου δεῖξαι τοῖς Αθηναίοις τὰ ἐν Δήλῳ ἱερὰ προσήκοντα, πολλῷ κέχρηται τῷ μύθῳ, λέγων· οὕτω λέγεται γὰρ ΤΗΝ ΛΗΤΩ κύουσαν· τοὺς παῖδας ἐκ Διὸς, ἐλαύνεσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ τὴν γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· ἤδη δὲ αὐτὴν βαρυνομένην, καὶ ἀπορουσαν, εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν τὴν ἡμετέραν, καὶ ΛΥΣΑΙ ΤΗΝ ΖΩΝΗΝ ἐν τῷ τόπῳ, ὃς νῦν ΖΩΣΤΗΡ καλεῖται, *quum vellet enim ille* (Hyperides in Deliaca) *Atheniensibus probare, ex antiquo sacra iis in Delo competere, multa utitur fabula, hoc nempe proferens; dicitur enim Latona Jovis liberos in utero ferens, a Junone mari ac terra agitata, jamque partus doloribus pressa, & incerta, ubi pareret, in terram nostram venisse,* ZONAMQUE SOLVISSE *in loco, qui nunc* ZOSTER *appellatur.* Quam rem ita enarrat, & quod miror a viris eruditis ad Stephanum haud observatum, Pausanias l. 1. p. 59. ubi in eodem Atticæ loco ad mare, *Zostere* dicto, Minervæ Apollinis Dianæ ac Latonæ fana dicit exstitisse, additque, τεκεῖν μὲν οὖν ΛΗΤΩ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οὔ φασι, ΛΥΣΑΣΘΑΙ δὲ τὸν ΖΩΣΤΗΡΑ, ὡς τεξομένην, καὶ τῷ χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα, LATONAM *quidem liberos hic negant* PEPERISSE, sed tantummodo ZONAM SOLVISSE, *veluti parituram, indeque loco nomen inditum.* Adde Aristidem in Panathenaica pag. 169. Λητώ τε γὰρ &c. λυσαμένη τὴν ζώνην ἐν Ζωστῆρι τῆς Αττικῆς, *Latona namque zona in Zostere Atticæ soluta*, unde, ut addit, nomen loco datum; eademque, duce Minerva Provida, ab extrema Attica ad insulas progressa, in Delum devenit, ubi Dianam cum Apolline, patrio Athenarum numine, sit enixa. Unde etiam Menander Rhetor, auctor parum tritus, ait Περ. Επιδεικτ. pag. 597, dari Hymnos Μυθικοὺς ἢ Γενεαλογικοὺς, & quorum hoc inter alia addit exemplum, ὅτι ἐν Ζωστῆρι τὴν ζώνην ἐλύσατο Λητὼ,

quod in Zoſtere, dicto Atticæ loco, *zonam ſolverit Latona.* Quamquam Latonam ibidem, ſoluta prius zona in lacu totam, quod poſt partum fieri demum ſeu ὡς τὰ λοετρὰ τὰ καθάρσια, ſupra jam vidimus, tradit dicto ante loco Stephanus.

V. 210. Φοίνικος ποτὶ πρέμνον] Nempe juxta morem parturientium proxima quæque arripiendi, & quam hoc Latonæ exemplo adſerunt eruditi Apollonii Enarratores, ubi Anchiala Idæos Dactylos, tellurem prius in Antro Dictæo utraque manu adprehendens, enixa dicitur l. 1. v. 1131. & ad quem locum hæc notant Critici, ἔθος ἐστὶ ταῖς κυέσαις τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι, καὶ ἀπερείδειν ἑαυτὰς τῶν ἀλγηδόνων, ὡς καὶ ΑΗΤΩ ἐλάσσετο ΤΟΥ ΦΟΙΝΙΚΟΣ, *mos eſt parientibus proxima quæque arripere, & ita levare ſe ipſas a doloribus partus, ſicuti etiam* LATONA *adprehendit* PALMAM. Unde etiam de adprehenſa ab hac Latona, ubi Apollinem pareret, palma dixit Theognis eo verſu, quem jam huc adtulit Anna eruditiſſima, Φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη. *Palmam teneris manibus adprehendens.* Adeo ut *palmæ truncus*, in quem ſe reclinaſſe hic parturiens Diana dicitur, earum ſtellarum, quæ δίφροι λοχείαιοι, *ſellæ obſtetricariæ* dicebantur, vicem hic præſtiterit, & de quibus Artemidorus ait l. v. §. LXXIV. δίφρους ὁρᾶν λοχειαίους, οἷς ἐπὶ τὸ ἀπτεκῶν χρῶνται αἱ γυναῖκες, *ſellas videre obſtetricarias, quibus mulieres in puerperio utuntur.* Unde etiam de eadem *palma Deliaca* ſicuti Δήλιος φοῖνιξ, eadem ante dicta v. 4. Hym. in Apoll. præter Homeri, & qui in Scholiis hic adducuntur ea de re verſus, ad quam nempe enixa dicitur Latona, Euripides ſimiliter in Jone v. 920.

Φοίνικα παρ' ἀβροκόμαν,
Ἔνθα λοχεύματα στερν' ἐλοχεύσατο
Λατὼ δίοισί σε καρποῖς,
Juxta palmam molli coma præditam,
Ubi partu venerando peperit te
Latona divinis manibus tenens;

& quam Deliacam ſimiliter φοίνικα ἀβροκόμαν, *palmam egregie comatam*; vocat idem Tragicus Iphig. Taur. v. 1099. Cui etiam *palmæ* in Delo, & in hoc Latonæ partu, *lauream* ac *oleam* comites addit iiſdem locis, & alibi adhuc Euripides, nempe Hecub. v. 458. &c. & quarum itidem ramis decoratum Latonæ puerperium tradit. Dicta autem ibidem πρωτόγονος φοῖνιξ, *primitiva palma*, quaſi nempe primum ibi in Delo nata fuerit, & cujus juxta oleam Athenis, oleaſtrum Olympiæ, Delphicam platanum, &c. a fabularum auctoribus vetuſtatem jactari obſervat Theophraſtus Hiſt. Pl. l. IV. c. XIV. Quamquam hæc aliter enarrat Plutarchus in Pelopida p. 286, ubi in hoc Latonæ partu φοίνικα, non de *palma*, ſed de *fonte* ita dicto explicat: nempe in Arcadia Apollinis Tegyræi, de quo ſupra, fanum exſtitiſſe; vicinum vero eidem montem Delum; retro autem fanum, duos fontes ſcaturiiſſe; ὧν τὸ μὲν (ut addit, nempe νῆμα) ΦΟΙΝΙΚΑ, τὸ δὲ Ἐλαίαν, ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, ἐκ φυτῶν μεταξὺ δυοῖν, ἀλλὰ ῥεέθροιν, ΤΗΣ ΘΕΟΥ λοχευθείσης, *quorum unum* PALMAM, *oleam alterum etiam nunc vocamus; ut non inter*

inter arbores duas, sed duo fluenta videatur peperisse LATONA. Palmæ tamen in Delo meminit alibi idem Plutarchus in Nicia p. 525; sed quæ vento elisa in excelsam Naxiorum statuam prociderit, eamque dejecerit. Ut mittam palmam *soli sacram* olim habitam, & *senii expertem*, ut id a Juliano Imp. dicitur Orat. v. p. 330. ὡς ἱερὸν Ηλίȣ τὸ φυτὸν, ἀγήρων τε ὂν, ac inde in Apollinis Natalibus, qui vulgo idem cum sole, cujusque *æterna juventa*, opportune illi locum tribui.

V. 212. ἀλυσθμαίνȣσα] Apud Hesychium, juxta seriem litterarum legitur, ἀλυδμαίνειν, ἀλύειν, ἀπορεῖν, ἀπὸ τȣ̃ λύσιν μὴ εὑρίσκειν, h. e. *valde dolere, perplexum esse, ab eo quod notat liberationem*, seu *exitum non reperire*, quod hoc loco apprime convenit. Apud Nicandrum vero non ἀλυσθμαίνειν sed ἀλυσθαίνειν, una dempta littera, legitur Alex. p. 139. *imbecillem, infirmum esse*, nempe

Αλλοτ' ἀλυσθαίνοντι ποθὲν γάλα πῖον ἀρήξει,

Quandoque viribus destituto epotum capellæ lac pingue opitulabitur.

Unde emendandus Hesychius, ἀλυσθαίνει (non ἀλυθενεῖ) ἀσθενεῖ, ἀνιᾶται, nisi Dorum censeatur ἀλυσθαίνειν, pro ἀλυθενεῖν, quibus haud insolitum nempe ει in αι commutare, ut in φθαίρω, κταίνω, & similibus quæ observant subinde veteris Hellenismi promicondi. Adeo, ut quum hic duæ voces ἀλυδμαίνειν & ἀλυσθαίνειν veterum Auctorum & Criticorum auctoritate nitantur, & qualem præterea hic loci ratio requirit sensum constituant, aliquanto securius videretur alterutram hic admittere, præ altera illa ἀλυσθμαίνειν, quæ haud alibi, quod hic sciam, hactenus legitur. Quamquam ne quid hic præteream, eandem hic veterum ad hunc locum Scholia tueri videantur, quæ illam vocem ἀλυσθμαίνȣσα agnoscunt & explicant, per πνευςιῶσα, ἀσθμαίνȣσα, *difficulter respirans, ægre spiritum trahens*, & quod præterea mox de eadem Latona dicitur vers. 217. Ἔιπε δ' ἐτ' ἀσθμαίνȣσα, *dixitque adhuc anhelans.*

V. 214. Γείνεο, γείνεο κȣ̃ρε] Sic Philadelphi mater Berenice, sed jam enixa Philadelphum continuo ad eundem ait apud Theocritum Idyll. XVII. v. 66, Ὄλβιε κῶρε, γένοιο, *Nascere, beate puer.*

Ibid. ἤπιος ἔξιθι κόλπȣ] Haud semel jam usus Callimachus voce κόλπȣ de *utero parturientium*, & supra quidem v. 25. Hym. in Dianam, de hac Latona eandem pariente, quod monuit hic Anna eruditissima, φίλων ἀπεθήκατο κόλπων, idque, ut hoc addam, non Poetico solum more, ut *sinum* seu *gremium* pro *utero* sumeret, sed ad normam etiam veterum Medicorum. Ut vel liquet e Galeno, qui τῶν ὑςερῶν, aut τῆς μήτρας κόλπȣς, *matricis sinus* peculiari etiam capite describit de Usu partium l. XIV. c. IV. Minus vero usitatum, quod ab Alcmena de Hercule, quem in utero tulerat, dicitur apud Moschum Idyll. IV. v. 85. ἐμῷ ὑπὸ ἥπατ' ἔχȣσα, *quem sub hepate meo habebam* pro ἐν γαςέρι. Ἤπιος autem ut e Matris *utero prodeat* Apollo hic dicitur, haud aliter ac Deos precatur apud Sophoclem Philoctetes in cognomine dramate v. 735.

Σωτῆρας αὐτὸς ΗΠΙΟΥΣ θ' ἡμῖν μολεῖν,
Ut ipsi ad nos veniant servatores ac MITES seu *propitii*;

Immo prout hujus Apollinis filius Æsculapius, proprio quodam jure Ἤπιος, ut e Lycophrone p. 164. ac Isaacio ibidem liquet, primum dictus. Unde nova lux Papinio de eodem Æsculapio dicenti Sylv. l. III. c. IV. *Salutifero* MITIS *Deus incubat angui*; *mitis* nempe prout ille Ἤπιος olim appellatus, ac Ἡπιόδωρος in Orphicis idem dictus pag. 164. ult. ed. ac sicuti de ejusdem Dei prole, ejusdemque medendi artis perito dixit Homerus, ΗΠΙΑ φάρμακα πάσσειν, *salubria medicamenta inspergere*; aut sicut Prometheus de se, ut primo artis illius inventore, ait apud Æschylum v. 481. Ἔνδειξα κρύσεις ΗΠΙΩΝ ἀκεσμάτων, *ostendi mixturas* seu *compositiones salubrium medicamentorum*. Ut proinde eodem seu potiori adhuc jure futurus hic Apollo Ἰητρὸς, eoque etiam nomine in solemni illo apud Hippocratem jurejurando, primo ante Æsculapium, Salutem &c. loco adjuratus, sive, ut de eo in Philonis Legat. ad Cajum p. 1006. σωτηρίων φαρμάκων ἑυρετὴς ὡς ὑγείων ἀνθρώπων, *salubrium medicamentorum repertor ad hominum salutem*, Ἤπιος itidem, seu, ut *propitius* ac *salutaris* in lucem prodeat, hic a matre Latona dicitur.

V. 215. Νύμφα Διὸς] Jonice nempe hic η mutato in α breve, Homeri in eadem voce eodemque casu exemplo, Iliad. Γ. v. 130. Διὸς ἶδε Νύμφα φίλη. Contrario autem Dorum more passim apud Theocritum obvio, ut Idyll. II. v. 14. χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, & Idyll. XI. v. 19. Ὦ λευκὰ Γαλάτεια &c. quum alioquin α longum in α breve vertant itidem Dores, ac unde ille Simichides ab antiquis Criticis reprehensus, quod εἶκα, producta nempe ultima syllaba, præter morem Dorum dixerit Idyll. I. v. 4.

V. 225. Πόντοιο κακὸν σάρον] Scholia τὸ σάρον, τὸ κάλλυντρον, βυρσάντιοι. Sic eidem κάλλυντρα & κάλυντρα (utroque enim modo juxta seriem litterarum, apud eum legitur, quod unam tamen eandemque vocem notat) κοσμητήρια, & κόσμητρα, & qua voce usus Plutarchus in Dione pag. 982. σαίρησαν δὲ καλύντρῳ τὴν οἰκίαν, *qui verrunt scopis domum*; glossæ autem veteres, κάλλυντρον, *nitella*. Idem vero ὄφελμα & ὄφελτρον etiam dictum seu *scopa*. Hesychius, ὀφέλμασι, σαρώμασι, item ὄφελτρον κάλυντρον (non ut ibi κάλυνδρον) & hinc ὀφελθρεύω *verro*, & cum voce κοσμῆσαι simul etiam conjunctum apud Lycophronem p. 175.

Θεᾶς δὲ ὀφελτρεύσωσι κοσμῆσαι πέδον,
Deæque verrent purgantes solum seu fanum,

ubi Isaacius, ὀφελτρεύσωσι· σάρον γὰρ καὶ ὄφελτρον, καὶ ὄφελα, καὶ ὄφελμα, ἢ σκῆπτα λέγεται. Quæ ibidem firmat adductis Hipponactis ea de re versibus, ubi ille ὀφέλλειν & ὄφελμα, pro *verrere*, & *verriculo* seu *scopis* usurpavit; nempe prout iidem ordinandi,

Ἄνθρωπος ἑυρὼν τὴν ῥέγην ὀφέλλοντα,
Οὐ γὰρ παρῆν ὄφελμα πυθμένι σοιῶς,
Hominem reperiens tectum verrentem,
Neque enim aderant scopæ in imo sibadio,

σοι-

σοιδὴ nempe idem ibi quod σισὰς. Quo respexit proinde Hesychius in adductis glossis, ὄφελμα, κάλυντρον. ὀφέλμασι, σαρώμασιν. Notanda vero in adducto modo Isaacii loco vox posterioris ævi Σκέπα seu Latinorum *scopæ*, quam inde etiam retulit in glossarium suum eruditissimus Du Cange. Adde & opportune quidem ad hunc Callimachi locum, πόντοιο κακὸν σάρον, aliam Hesychii, prout ea hodie ibidem legitur, glossam, nempe ἀγέσρατον, κάλυντρον, ἧγεν κοσμητήριον. Quod lectionis omnino portentum, & pro quo in editione Batava magnus Salmasius dicitur emendasse, Αγίσαρον, ac ita etiam, Jonice scilicet, legi debere in voce Σάρον, ubi nempe exstat παλαιὸν ἀκίσαρον. Ad quem tamen postremum Hesychii locum, qui ita effertur, Σάρον, Ἰὼν Αργείοις, ὡς παλαιὸν ἀκίσαρον, idem Salmasius, ὡς παλαιὸν ἀκεῖς σάρον dicitur ibidem legisse, seu, ut alias ibi vir doctus, & quod eodem redit, ὡς παλαιὸν ἀκεῖ σάρον, *sicut veteres* seu *detritas resarcit scopas*. Nisi quis ibi legendum malit, quod verius etiam puto, παλαιὸν ἄγε σάρον, *veteres adfer scopas*, prout alibi idem Hesychius, Ἄγες, ἄγε, φέρε, ac ut in priori adducto apud Hesychium loco, ex illis Jonis in dramate Argivi inscripto verbis, legi itidem debeat, Ἄγε vel Αγες σάρον, *fer scopas*; ubi nempe ab imperito librario e duabus illis vocibus una formata sit vox, retentis iisdem litteris, Αγίσαρον, iisdemque etiam, quibus σάρος, vocibus explicata, de *scopis* nempe seu *everriculo*, quæ a Græcis, & alibi apud eundem glossographum, uti paullo ante vidimus, κάλυντρον itidem & κοσμητήριον dicta. Unde alterius librarii errore vel incuria, loco illius vocis pro duabus inducta ἀγέσαρον, retenta solum alia eique proxima in litterarum serie Αγέσρατον, seu *exercitus Ducem*, ut Minervam vocat Hesiodus Θεογ. v. 984. & cui valde imperite, vera & obvia de *exercitus Duce* omissa notatione, addita illius vocis Αγίσαρον, seu, ut legi debuit, duabus vocibus Ἄγε vel Ἄγες σάρον glossa, nempe Αγέσραλον, κάλυπτρον, ἧγεν κοσμητήριον. Unde ut cœcus cœcum trahit, improvide omnino eandem, ut hodie legitur, Hesychii glossam, in suum Græcæ linguæ Thesaurum seu ejus Epitomen in Anglia editam continuo retulit vir doctus, & explicavit Αγέσραλον, *redimiculum, capitis ornamentum, caliendrum apud Horatium*. Quæ omnia aliena utique, ne quid acerbius dicam, ex mutilo & corrupto Hesychii loco; ac præterea ex perperam intellectis, quæ ibi scilicet vocem Αγέσραλον pro Ἄγε σάρον interpretantur, & aliud omnino innuunt, vocibus h. e. *scopas* seu *everriculum*, κάλυνθρον, ἧγεν κοσμητήριον. Quod obiter in tyronum gratiam monendum hic fuit. Talia autem, quale illud vel Αγίσαρον, vel Αγέσραλον etiam (de *scopis* scilicet seu σάρῳ) in Hesychium ὅσα κύνις irrepsisse, & quibus fœde inquinatæ sint etiamnum ejus glossæ, & pridem ad eum vidimus ac passim animadvertimus, & nuperrime etiam in eruditissima ad Jo. Millium Epistola post Jo. Malalam edita, luculenter adductis pluribus eam in rem exemplis adseruit oriens novum litteratæ Britanniæ sidus, Richardus Bentlejus.

V. 226. Αλλὰ φίλη] Pro φίλη traditur legendum hic potius φίλει, ut nempe φίλει ἀμῦναι dicatur, h. e. ἄμυνε, *subveni*; neque enim credi-

bile a peritissimo Poeta factum, ut adeo familiariter *amicam* appellaret, heram ancilla ejus seu ministra. Quo tamen nomine hera Penelope vocatur a nutrice Euryclea Odyss. Δ. v. 743. Νύμφα φίλη; ipsa autem *Juno* magni ducit ab Oceano & Tethye ita appellari Idyll. Σ. v. 210.

Αιεί κέ σφι ΦΙΛΗ τε καὶ αἰδοίη καλέοιμι,
Semper quidem ab iis AMICA *& veneranda vocarer.*

Immo solemnis illa ferme apud eundem vatum Patrem, Dearum & Heroinarum, mutuaque inter se appellatio. Iris autem, quamquam Junonis πάρεδρος & ministra, Dea tamen etiam habita, eoque nomine ab ipso Junonis fratre Neptuno appellata Iliad. O. v. 206. ἴε, θεά, *Iri Dea &c.* Adeo, ut ea quidem ratio, petita nempe ab hac appellatione φίλη, qua Junonem Iris præter τὸ πρέπον hic compellaret, haud quaquam suadere videatur, ut eo nomine eadem vox φίλη hic in alteram φίλει commutetur. Id autem, quod pridem ad eum locum his in Observationibus notaveram, in novissimis ad eundem adnotatis opportune monitum etiam video.

V. 227. σεῖο πέδον πατέουσιν ἐφετμῇ] Non ut hic Interpres, qui in *tuo solo ambulant legitime*, sed qui *tuo jussu* (σεῖο ἐφετμῇ) *tuam terram peragrant*, Mars nempe & Iris, ut Latonam ab iis, quas illa adibat, terris abigant. Id vero, quod alioquin obvium, bene quoque animadvertit ad edita sub nomine Orphei Argonautica v. 6. qui postremus eadem vulgavit vir doctus, qui nempe Μέσης ἐφετμαῖς *Musæ præceptis* dicitur. Verum hoc quoque in versione hujus loci emendatum, & in notis ad eundem, quæ huic novissimæ editioni accesserunt, occupatum quoque nunc cerno.

V. 228. ἴζε κύων ὡς Αρτέμιδος] Vetus illa & adducta subinde vigilum custodum ac ministrorum, qui dominis præsto sunt & ad implenda eorum jussa, cum canibus ædium custodibus aut venaticis comparatio. Sicuti nempe κυνὸς δίκην, *instar canis* se indigitat, qui excubias agebat in Agamemnonis ædibus, in cognomine dramate apud Æschylum v. 3; aut quomodo ipsa Clytemnestra, se a marito domum e Trojana expeditione reduce, repertam iri ait, qualem ille nempe eam reliquerat, δωμάτων κύνα, *ædium canem*, in eodem dramate v. 616. Unde ὠπὶς de *cane* tanquam *inspectore* & comite assiduo, dictus apud Lycophronem p. 176. Talis autem *canis* sedulus Dianæ comes, qui ut hic continuo additur, juxta venatricis Dianæ pedes *adsidet*, arrectisque auribus ad jussa Deæ exequenda, spectatur etiamnum haud semel in antiquis Deæ signis, aut qui eandem exhibent, nummis; & ad quæ monumenta obvia, ac ante oculos posita, advertit hic omnino Callimachus. Cujus equidem notæ duo sequentes nummi apud *Ephesios* cusi; in quibus Dea illa κυνηγὸς spectatur cum *cane* ad pedes venatico, in priori quidem icone, eodem *cane* erecto reflexoque ad Dianam capite & arrectis auribus; in altero, *cane* ad venationem seu cursum jam prono, ac in priori cum epigraphe ΕΦΕΣΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Ephesiorum Ter Neocorum*; in altero ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCIAC, *Ephesiorum Primorum Asiæ*, Proconsularis nempe.

Adde,



Adde, quod non unus ſolum, ſed duo ſubinde *canes* ad Dianæ ſtantis itidem pedes, vigilum inſtar ſeu aſſiduorum comitum, conſpiciantur in aliis id genus nummis. Ut inde continuo liqueat, id quod de ejuſmodi *Dianæ cane* addit hic Callimachus, ἵζει θηρήτειρα παρ' ἴχνεσιν, nempe de qua ante Ἀρτέμιδος *ſedet hic juxta veſtigia Dianæ*; & ſicuti de duobus venaticis hujus Deæ canibus dixit Hym. in Dianam v. 207. θηρητῆρε δύω κύνες, *duo canes venatici*; de quibus vero haud unius generis ἰχνευταῖς & θοαῖς *ſagacibus & velocibus* Deæ κυνηγέ *canibus*, pluribus egerat in eodem Hymno a v. 90. & ſequentibus, ac nos ibidem. Cujuſmodi etiam *canem* venaticum, nuſquam a ſe vel venante, vel domi manente, aut corpus exercente diſcedere, ſed exercenti ſemet adſidere, καὶ γυμναζομένῳ παρακάθηται dicit Arrianus de Venat. c. v. Eadem proinde ibi hanc in rem voce, *adſidenti cani* illi tributa, ut hic a Callimacho factum, de tali venatrice Dianæ cane, ἵζει θηρήτειρα, *ſedet venatrix*.

Ibid. Οὖατα δ' αὐτῆς ὀρθὰ μάλα] Nempe in obſequii fidem arrectæ hic *canis aures*, quod alioquin in venaticis canibus haud malæ notæ habitum. Unde idem, de quo modo Arrianus, cum magnas aures in venaticis canibus commendat, ὦτα δὲ μεγάλα ἔχω ταῖς κυσὶν, *aures vero magnæ ſint canibus*, tum καὶ ἢ ΟΡΘΑ φαίνοιτο, ἐ πονηρὸν, *nec malum, ſi* ARRECTÆ *adpareant*.

V. 233. σφετέρης] Pro ἧς nempe, quod apud Poetas, alioſque veteres Auctores haud inſolitum; quamquam id in Apollonio Rhodio, qui haud ſemel ita loquutus eſt, cenſoria nota perſtrinxerint veteres ad eum Critici. Quod jam erudite, ut ſolet, ad Athenæum monuit ὁ πάνυ l. IX. c. IV. adducto eam in rem loco ex eorundem Grammaticorum gloſſa ad l. III. v. 186. ubi dicitur ἐκ ὀρθῶς τὸ ΣΦΕΤΕΡΟΝ· ἔστι γὰρ τρίτον πρόσωπον πληθυντικὸν, καὶ ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνει &c. *non recte τὸ σφέτερον, eſt enim tertia perſona, plurium ſignificationem inferens, & erat* &c. Quod ab iiſdem eruditis quamquam illius Poetæ Enarratoribus, alibi adhuc factum, ut ad v. 622. ejuſdem libri, ubi σφέτερον δόμον, h. e. *ſuam domum* dixerat Apollonius, & mox v. 625. σφετέρους τοκῆας, *ſuos parentes*, idque ut utroque loco iidem notant, κακῶς & ἐχ' ὑγιῶς, *male nec ſane*; debuiſſe enim dicere ἑὸν δόμον & ἑοὺς τοκῆας, & quod ab

V. Wesseling. Diod. II, p. 114.

iis similiter jam ante monitum fuerat ad l. 1. v. 643. ubi ἀκαίρως *intempestive* seu improprie, σφετέροιο τοκῆος ab Apollonio dictum volunt. Verum Apollonium eademque opera Callimachum hoc loco abunde absolvunt, a postremo Apollonii Interprete & Commentatore adlata ad l. III. v. 186. aliorum veterum Auctorum loca, & qualia liceret plura, si necesse esset, superaddere: sicut Pindari Olymp. Od. IX. p. 91. σφετέρας ἀίχμωᾶς, *sua acie*, ubi Critici itidem, σφετέρας, ἀντὶ τῆ ἑᾶς, & Ol. Od. XIII. p. 118. σφετέρᾳ πατρὸς, uti paullo ante apud Apollonium σφετέροιο τοκῆος, h. e. *sui patris* &c. Unde præterea falli abunde liquet Thomam Magistrum, qui semel tantum illud σφέτερον ἐπὶ ἐνικῆ usurpatum tradit, nempe in iis, quæ refert incerti Auctoris verbis, ὁ δεῖνα τὴν σφετέρην κακίαν ἐνδείκνυται, *ille suam malitiam prodit*, additque, quod semel dicto, quale scilicet ibi illud σφετέραν pro *sua* uti non oporteat. Ita subinde fallunt & falluntur ii, quibus tamen, Phrynicho nempe & hoc Thoma, *non dari hodie meliores Helleniſmi magiſtros*, ait alicubi in Epistolis Scaliger. Immo idem usus quoque obtinuit, ut σφέας & Poetice σφε, pro αὐτὸν, ac proinde itidem ἐπὶ ἑνικῆ dixerint subinde optimi antiquissimique Atticismi promicondi, sicut Æschylus Prom. v. 9. σφε δὲ Θεοῖς δεῖναι δίκην, *ipsum oportet Diis pœnas dare*, & similiter Sept. Theb. vers. 620. ac alibi; Aristophanes insuper Equit. p. 348. σφὲ κατακεάζεσι κολοιοὶ, *in illum cornicantur cornices*. Unde etiam a σφε pro αὐτὸς, formatum pariter aut adhibitum illud σφίτερῳ, de uno, non de pluribus, sed de his plus satis.

V. 234. Ληθαῖον ἐπὶ πλερὸν ὕπνος &c.] Non ceperunt totam elegantiam hujus loci Interpretes. *Somnus* nempe inter alatos Deos olim habitus, haud minus ac Mercurius, Cupido, Nemesis, Victoria, Diana etiam quandoque, & Iris, aliaque insuper Numina, de quibus erudite jam egit amplissimus amicissimusque Cuperus in Apotheosi Homerica, & qui *somni alati* effigiem editam ac illustratam paullo ante a viro docto memorat. Cui comitem possumus hic addere, & cujus ibidem meminit p. 178. *Somni alati* in veteri marmore descriptam a Grutero effigiem Thes. CCCIV. 9; eandemque omnino, ut ex adducta ab eodem inscriptione SOMNO ORESTILIA FILIA &c. liquet, quam in Schedis Pighianis Electoralis hujus Bibliothecæ opportune depictam, cum reliqua marmoris illius icone, hic ad plenam hujus apud Callimachum loci lucem conspiciendam damus.

Ita



Ita perſpicuum, cur *alati ſomni* fiat hic a Poeta mentio, haud aliter ac de *ſomnio* dictum itidem in Orphicis pag. 180. ult. edit. *τανυσίπτερ' ὄλε ὄνειρε, alas expandens, perniciosum ſomnium.* Quod vero eandem *ſomni alam, lethæam*, ſeu *ληθαῖον πτερὸν* hic dicat, imitatus adhuc eſt Maro, ubi *lethæum ſomnum* vocat nempe Georg. l. 1. v. 787. *lethæo perfuſa papavera ſomno*, & quomodo alibi *lethæa papavera* dicuntur IV. Georg. 545. *Somni* alioquin ſignum apud Sicyonios memorat Pauſanias l. 11. p. 103, ſed non addit, quale illud foret.

V. etiam Cuper. Apoth. Hom. p. 178 Brouckh. Tib. II, 1 ext.

V. 235. *γλωχῖνα θρόνοιο*] Scholia ad hunc locum hæc reddunt per *γωνίαν τοῦ θρόνου*: Heſychius autem explicat *γλωχῖνα, τὴν γωνίαν τοῦ βέλους, teli angulum*; quomodo nempe *γλωχῖνα* de *cuſpide* ſagittæ adhibuit Sophocles Trachin. v. 694. *πικρᾷ γλωχῖνι*, ubi Critici, *γλωχῖνι δὲ ἀπὸ μέρους, τῷ βέλει· γλωχὶς γὰρ ἡ ἀκὶς, ὁ λέγει ὁ Ὅμηρος ὄγκον*, h. e. *γλωχῖνα* ab ejus parte de *ſagitta* hic dicitur, *γλωχὶς enim eſt acies ſeu cuſpis, quam Homerus vocat ὄγκον.* Exſtat Poetæ locus Iliad. Δ. v. 214. ubi

ubi de ſagitta ait, ὀξέες ὄγκοι, h. e. juxta veterem ejus Enarratorem, αἱ γωνίαι, καὶ ἐξοχαὶ τῶν ἀκίδων τοῦ βέλους, *anguli & eminentiæ aciei teli*, ſeu *ſagittæ*, quæ eadem eſt etiam apud Heſychium de voce γλωχῖνος gloſſa, κυρίως δὲ γλωχῖνες, αἱ τῶν ἀκίδων ἐξοχαί.

V. 236. ἀποκλίνασα καρήατα λέχριος] Ita de venaticis canibus Xenophon Κυνηγετ. p. 978. τιθεῖσαι τὰς κεφαλὰς ἐπὶ γῆν λεχρίας, *capita terræ obliqua admoventes*. Hinc vox λέχρις pro *oblique* ab Apollonio Rh. adhibita lib. III. v. 238. ubi eruditi Critici λέχρις, ἐκ πλαγίου. Non monerem, ſi locum vel Autorem indicaſſent Lexicorum conditores.

V. 238. ταχεῖας ἐνδρομίδας] Ita κυρίως dici *venatorum calceos* tradit ad hunc locum Græcus Poetæ Enarrator, unde Dianæ venatrici iidem etiam tributi ſupra v. 16. Hym. in hanc Deam, & qua de re nos ibidem. Eædem tamen ἐνδρομίδες, & quod vel vox ipſa indicat ac monuit etiam Pollux p. 170. proprie curſorum ſeu τῶν δρομέων *calcei*; ac unde opportune cum ταχεῖας ἐνδρομίδας hic vocat Callimachus, tum eaſdem Iridi largitur, de qua paullo ante v. 216. dixerat, quod ad Junonem προσέδραμεν ἀγγελιῶτις, *accurrit nuntia*; hic autem, quod ſemper accincta eſſet & calceata ad obeunda Heræ juſſa. Nulla proinde huic Iridi ſerva *ab endromide* Græcorum more de *calceis* dicta, ſeu *ſandalio*; cujuſmodi alioquin apud Romanos Liviæ aut nobilioribus Matronis Ancillas exſtitiſſe, e Marmoribus veterum diſcimus, ut in Syntagm. Reineſii p. 581.

V. 239. ἀλαστήσασα] Verbo Homerico uſus Poeta, pro quo ἄλαστα στενάζειν, *graviter gemere* dixit Sophocles Oedip. Col. v. 1743. & una voce ἀλασταλύζω Anacreon Od. LIX. ni eadem ibi in duas ſit dividenda ἄλαστα λύζω, quod mallem, & ab incomparabili Grotio etiam factum in Excerp. Stobæi p. 487.

V. 240. γαμέοισθε Λάθρια] Nempe prout ante verſ. 38. γάμος de *clandeſtino*, quem Juppiter cum Aſteria, quamquam fruſtra ambiverat, *concubitu* dicitur; ac ſimiliter de Daphnidis & puellæ clandeſtinis itidem nuptiis ſeu συνουσίᾳ apud Theocritum Idyll. XXVI. v. 57.

Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν ΓΑΜΟΝ αἱ κυπάρισσοι,
Inter ſe colloquuntur de nuptiis tuis cupreſſus:

nempe *conjugium vocat*, *prætexit nomine culpam*. Sic *nubere* ſæpe apud Plautum & *nuptias facere*, quod jam ad eum notarunt viri docti pro συνουσιάζειν, cujus rei præ aliis luculentus index hic Comici locus Ciſtell. A. I. Sc. I.

Hæc quidem ecaſtor hodie viro nubit, nupſitque hodie;
Nubet mox noctu; nunquam hanc viduam cubare ſivi.
Nam ſi hæc non nubat, lugubre fame familica pereat.

Nempe quod de Antiocho Magno ait Juſtinus lib. XXXI. cap. VI. *Rex ipſe per hyemem in luxuriam lapſus, novis quotidie* NUPTIIS *deditus erat*; ac prout *nuptias facere* eodem ſenſu haud ſemel apud Petronium dicitur. Quo referri itidem debet illud Catulli de ſua Lesbia Carm. LXX. (ut liquet e ſequenti Carm. LXXV.)

Nulli

Nulli se dicit mulier mea NUBERE *malle,*
Quam mihi, non si Juppiter ipse petat.

V. 242. δυςοκέες μογέουσιν] Utraque vox opportuna de laborantibus in partu mulieribus; prior nempe, quæ vix alibi legitur, pro δύςοκοι, qua alioquin usus est Euripides apud Ælianum de Animal. l. XIV. c. VI. pro *infelici partu*, ubi nempe lyncem vocasse dicitur δύςοκον δάκος, additque Ælianus, ὑπὲρ ὅτου δὲ λέγει δύςοκον, τοὺς Κριτικοὺς ἐρέσθαι λῶον, *cur autem* δύςοκον *eam vocet, melius est ut doceant Critici*, optimi nempe veterum Poetarum Enarratores. Verbum autem μογέουσιν, de *laborantibus in partu*, adposite quoque hic usurpatur pro μογοςυκεῖν, & quomodo μόγος de *partu* dicitur ab elegantissimo Oppiano Αλιευτ. l. I. v. 688. ubi de phoca, de qua hic etiam continuo agitur, ait λύετ' ἀνερχομένῃ γαςρὸς μόγος, *solvitur progressæ* in terram *ventris labor* seu partus. Addam obiter, quod voce δυςοκεῖν eleganter usus sit Comicus, ubi de Athenis ægre ob Alcibiadem adfectis, ait Ran. p. 278. ἡ πόλις γὰρ δυςοκεῖ, *graviter enim laborat civitas.*

Ibid. ἀλετρίδες] Nulla hic ἀλετρίδων virginum mentio, quæ liba ad sacrificia pararent, nec eadem vox in ἀλεκτρίδας, quasi ὁμολεκτρίδας *lecti consortes*, uti videbatur viro docto, commutanda. Hunc locum procul dubio tangunt Aristophanis Enarratores, Ειρην. p. 640. ἀλετρὶς ἡ μυλωρὸς παρὰ Καλλιμάχῳ, *molitrix apud Callimachum*; & qua voce usus itidem Comicus in Lysistrata, p. 877. ἀλετρὶς ἡ δεκέτις, *molitrix decennis nata.* Vere proinde hic Scholia, ἀλετρίδες, θεράπαιναι, αἱ ἀλήθουσαι, *ancillæ, quæ molunt*, nempe ἀλήθω ab ἀλέω, unde Hesychius ἀλετρεύουσιν, ἀλήθουσιν, & veteres Glossæ, ἀλήθω, *molo*.

Ibid. Φῶκαι Εἰναλίαι τίκτουσιν ἐνὶ σπιλάδεσσιν &c.] *Phocæ* scilicet, quamquam, ut hic dicitur, *marinæ*, h. e. e cetorum genere, extra mare tamen seu in terra *pariunt*, quod pridem docuit Philosophus Hist. Anim. l. VI. c. XI. καθεύδει καὶ τίκτει ἐν τῇ γῇ πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς δὲ, ὡς οὖσα τῶν πεζῶν, & *dormit* ac *parit* phoca *in terra ad littora*, tanquam *una e terrestribus animalibus.* Ita etiam de ejusdem phocæ partu Oppianus Αλιευτ. l. I. v. 688.

Τῇ δὲ οὔτι μετ' ὄιδμασιν, ἀλλ' ἐπὶ χέρσον,
Λύετ' ἀνερχομένῃ γαςρὸς μόγος, ὥριος ὠδὶς,
Huic autem non in aquis, sed in terram
Solvitur progressæ ventris labor, tempestivus partus.

Quo respexit itidem Lycophron p. .38. a quo post Homerum dicitur Menelaus in Ægyptum adpulsus, ibi in littore δυσόδμοις θηρσὶ συγκοιμώμενος, *cum male olentibus phocis dormiens*, non ut ibi Canterus, *balænis*, quod jam ibi animadvertit eruditissimus Meursius, nempe eo inductus, ut videtur, Canterus, quod φωκαίνας cum φώκαις confuderit. Sicuti vero de iisdem *phocis* dixerat vatum Parens eas somnum capere circa Proteum dormientem, ὑπὸ σπέεσσι γλαφοροῖσιν, *sub specubus cavis*, Odyss. A. v. 403, ita eædem a Callimacho parere hic dicuntur ἐνὶ σπιλάδεσσιν ἐρήμοις, *in desertis specubus*, juxta Interpretem, seu *rupibus* vel *scopulis*, sicuti eandem vocem σπιλάδεσσι interpretantur veteres

teres ad Homerum Critici Odyss. Γ. vers. 298. & alibi, ac Hesychius: Σπιλάδες, αἱ περιερχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι, *rupes* aut *saxa quæ mari ambiuntur.* Ita apud Synesium Epist. IV. p. 160. ἀπέστη τοῦ διαμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας, *destitit scopulis conflictari.* Ideo autem dilecta a *phocis* ejusmodi deserta ad pariendum loca, seu ἐρήμοι ἀκταὶ, quo nempe illæ fœtus suos, quos impense diligunt, occultarent securius, simulque iis lac & ubera haud aliter ac alia e cetorum genere ad sugendum commodius præberent; prout istud nempe de *phocis* nominatim observat adducto paullo ante loco, Aristoteles, lac nempe iis esse instar pecudum, ac post duodecimum demum a partu diem, earum fœtus in mare primum ac paullatim, quo illi ei adsuescerent, ab iisdem *deferri.* Id quod similiter ab Oppiano *d. l.* traditur, per duodecim nempe dies integros a partu remanere in terra *phocam*; decima tertia demum die, eam mare cum catulis subire v. 690. l. 1. Αλιευτ.

Μίμνει δὲ ἤματα πάντα δυώδεκα σὺν τοκέεσσιν,
Αὐτοῦ ἐνὶ τραφερῇ· τρισκαιδεκάτῃ δὲ σὺν ἠοῖ
Σκυμνοὺς ἀγκὰς ἔχουσα, νεαλδέας εἰς ἅλα δύνει,
Manet autem dies ipsos duodecim cum liberis,
Ibidem in continenti: tertia vero decima cum Aurora,
Catulos amplexubus tenens novellos, in mare subit.

Insignem quoque earundem *phocarum* erga catulos amorem abunde insuper arguit, id quod Apollonius apud Philostratum narrat l. II. c. VII. de visa a se Argis *phoca* ad venationes theatrales inclusa, quæ mortuum, quem in carcere pepererat, catulum ita luxerit, ut triduo eadem ab omni cibo abstinuerit, quamquam omnium, quod ibidem addit, belluarum foret voracissima. Unde εἰναλίαι seu *marinæ* eædem *phocæ* hic dictæ, quod etsi, *tanquam terrestres forent*, ut ait de iis agens memorato jam loco Aristoteles, in terra pariant, nihilominus maximam temporis partem in mari, & e quo aluntur, agant; atque inde, quod idem addit, μετὰ τῶν ἐνύδρων περὶ αὐτῆς λεκτέον, *cum aquaticis animalibus de phoca dicendum est.* Ex hisce proinde liquidum, & quod vel obiter ab aliis hujus Enarratoribus moneri debuerat, cur parturientem in deserta Insula Delo Latonam, cum *phocis marinis* conferat hic infensa eidem Juno; quæ nempe, quamquam ut hic ait, εἰναλίαι seu *marinæ*, similiter *in desertis specubus* seu saxis, fœtus suos edere soleant. Quibus proinde veterum ea de re narrationibus accedit luculentum istud cultissimi doctissimique Poetæ testimonium.

V. 245. ἀποθύμια ῥέξω] Obvia rursus imitatio Homerica, ἀποθύμια ἕδροι, *ingrata faceret* seu *molesta* Iliad. Ξ. vers. 261.

V. 246. κακῶς ἐχαρίσσατο Λητοῖ] Non ea mens hujus loci, quam ei tribuit Vulcanius, nec redargui eo nomine debuit, qui eam haud male adtigerat, utroque sermone soluto ac ligato, Frischlinus. Nempe male quidem de se meritam Asteriam hic innuit Juno, quod Latonæ tutum ad pariendum locum concesserit; se tamen ei non succensere, aut velle ideo molestam esse, ob antiquius, quo eidem devincta est, & quo nomine etiam impense illam colit, beneficium; Jovis nempe con-

concubitus ab eadem Asteria repulsi, ipsique Deorum Regis thalamo prælati continuo maris cubilis, in quo nempe illa maluerit delitescere. Quæ ex toto loci hujus apud Callimachum contextu clara abunde & liquida, ut ulteriori probatione haud indigeant.

V. 247. ἐκπαγλόν τι] Hinc eadem litterarum μεταθέσει verborum ἐκπαγλεῖσθαι, pro ἐκπλαγλεῖσθαι, quo usus Æschylus Coeph. v. 215. ubi ad Electram dicit ignotus adhuc eidem Orestes.

Σύνοιδ' Ὀρέστην πολλὰ σ' ἐκπαγλεῖσθέν,

Novi autem, quod Orestem vehementer videre gestias seu *impense colas*,

juxta Criticos ibidem, ἐκπαγλεῖσθέντ', ἐκπάγλως θαυμάζεσθαι. Ab Æschylo autem ejusdem vocis usum mutuatus est Euripides, cujus locum in Oreste notarunt jam alii, usumque vocis ἔκπαγλον aut ἐκπάγλως in utramque partem; unde ἔκπαγλον κακὸν *immane malum* dicitur alibi ab eodem Æschylo Agam. v. 871. & ἀνὴρ ἔκπαγλος *vir terribilis*, Jason nempe duplici hasta armatus, a Pindaro Pyth. Od. IV. p. 242. ac similiter apud Nicandrum aliquoties de noxiis animalibus, ut *dracone*, Ther. p. 32. ἔκπαγλα χαλεφθῇ & de *myrana* p. 59. μυραίνης δὲ ἔκπαγλον &c.

V. 248. Διὸς δὲ ἀνθείλετο πόντον] Non video cur corruptus statui debeat hic locus. Asteria quod ante dixerat Callimachus v. 37. & 38. dum Jovis fugit concubitum, *stellæ instar*, ἀστέρι ἴσην, ac unde ei nomen, in mare desiliens, eodemque mersa latuerat. Hinc Juno dum id magni erga se beneficii loco ducit ac prædicat, ait eam *lectum* Jovis *non calcasse*, δίφρον ἐπάτησε ac proinde eidem Jovi seu Jovis thalamo, maris, ut paullo ante dictum, cubile seu in eodem mergi ac latere, illam prætulisse, Διὸς δὲ ἀνθείλετο πόντον. Quæ solita est etiam ejusmodi verborum apud Græcos e Præpositionibus compositorum constructio, ut ita dicatur, pro ἕλετο πόντον ἀντὶ Διός, *elegerit mare præ Jove*, seu *Jovis thalamo*, & qualis in hoc verbo ἀνθείλετο seu ἀνθελέσθαι, e Synesio jam ab aliis observata, nempe Epistol. CIII. ὑπὲρ τῆδε ἀνθελέσθαι Φιλοσοφίαν τῆς ἀγοραίας ταύτης ἀμφιεσῆς, *esse forensi huic occupationi Philosophiam anteponendam*; ac, ut addam, a Libanio in Basilico p. 98. T. II. τὴν τε ἐλάττω πόλιν τῆς μείονος ἔπεισεν ἀνθελέσθαι, *persuaserunt, ut minorem civitatem majori anteferret*. Haud aliter nempe, ac supra dicitur vers. 216, ποίη σε ἀθρόησε μάλ' ἀγγελιῶτις, *qualis ad te accurrit nuntia*, h. e. ἔδραμέν σε. Sed hæc obiter.

V. 249. Κύκνοι δὲ Θεῷ μέλποντες ἀοιδοί] De *Cygnis* Apollinis scilicet cantoribus, actum jam supra ad vers. 5. Hym. in Apollinem, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει, *& olor in aere pulcre canit*. Illud vero singulare *canere* hic *olores* in Latonæ puerperio ac Phœbi natalibus, qui demum in proprio funere, seu ante mortem, fati scilicet præscii, canere vulgo ferebantur. Unde apud Æschylum Agam. vers. 1453.

Κύκνου δίκην
Τὸν ὕστατον μέλψαντα θανάσιμον γόον,

Cygni

Cygni inſtar,
Extremum canens funebrem leſſum.

& ad quem locum reſpexiſſe videtur Oppianus ubi eadem de re agit Κυνηγ. B. v. 548.

Κύκνοι μαντιπόλοι γόον ὕσσαλον ἀείδοντες,
Cygni vates leſſum ultimum canentes.

Quamquam illud de canoris in Delo Cygnis, extra eorum funus, ac ut totidem Muſarum cultoribus, meminerit eodem loco, quo de Latonæ partu, Euripides, ac ubi *cygneam* etiam in Delo *paludem* (de qua palude paullo poſt v. 261. hujus Hymni) vocat, in qua iidem *olores* modularentur, nempe Iphig. Taur. v. 1103.

Λίμναν θ' ἑλίσσουσαν ὕδωρ
ΚΥΚΝΕΙΟΝ, ἔνθα ΚΥΚΝΟΣ μελῳδὸς
Μούσας θεραπεύει.
Et paludem volventem aquam
CYGNEAM, *ubi canorus* CYGNUS
Muſas colit.

Hinc apud ædem Apollinis Delphicam, *cygnum* itidem advolantem, ſed quem procul inde ad Deliacam paludem abigit, commemorat Jon in cognomine apud Euripidem dramate v. 161. &c.

V. 250. Μηόνιον Πακτωλὸν] De *cygnis* quidem in *Cayſtro*, Lydiæ itidem, quod notum, juxta *Pactolum* fluvio obvia apud veteres mentio, ut apud Anacreontem Od. LVI. εἴτε τις κύκνος Καΰστρε, *velut aliquis cygnus Cayſtri*, & apud Philoſtratum Icon. l. 1. p. 148. ubi cygnorum greges ad Cayſtrum & Iſtrum canere dicuntur. Verum de canoris itidem cygnis in *Pactolo*, vel fidem præter hunc Callimachi locum, faciet Dionyſius Periegetes, & cujus ea de re ac *Meonio* hoc *Pactolo* verſus adſcribere hic haud pigebit,

ΜΗΟΝΙΗ δὲ ἐπὶ τῇσιν ἐπ' ἀντολίην τετάνυσται,
Τμώλῳ ὑπ' ἠνεμόεντι· τόθεν ΠΑΚΤΩΛΟΣ ὑδεύων
Χρυσὸν ὁμῶ δίνῃσιν ἐφελκόμενος κελαρύζει.
Τῷ δ' ἂν ἐπὶ πλευρῇσι καθήμενοι ἤιαρ ὦρη,
ΚΥΚΝΩΝ ἐισαΐοις λιγυρὴν ὄπα, τοί τε καθ' ὕδωρ
Ἔνθα κῆ ἔνθα νέμονται, ἀϊξομένης ἐπὶ ποίης,
MEONIA *autem poſt has urbes* (Miletum nempe, Prienem, Epheſum) *ortum verſus porrecta eſt,*
Tmolo ſub ventoſo; unde PACTOLUS *means*
Aurum cum vorticibus trahens, murmur edit.
Hujus autem ad latera ſedens veris tempore
OLORUM *exaudires canoram vocem, qui ad aquam,* (ſeu adjacentibus campis)
Hic & illic paſcuntur, creſcentem ſupra herbam.

Unde etiam liquet *Meoniam*, cujus mentio apud Homerum, proprie olim dictam ſuperiorem Lydiam, ad quam mons *Tmolus* & defluens inde, quod præter Dionyſium tradit haud uno loco Strabo, *Pactolus*, Meonius etiam ideo hic a Callimacho dictus. Unde

Meo-

Meonas sub Tmolo exstitisse tradit Homerus Iliad. B. versu 866.

Οἱ καὶ Μήονας ἦγον ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτας,

Qui & Meonas adduxerunt sub Tmolo natos.

Quo factum proinde videtur, ut *Meones* a Lydis, qui inferiora nempe seu ad mare vergentia Lydiæ loca incolerent, & jam olim ante Strabonem, ut ex eodem liquet l. XIII. p. 625. & sequutis adhuc ætatibus, fuerint a nonnullis distincti, sicut apud Philostratum in vita Apollonii l. III. c. II. καθάπερ οἱ Λυδῶν τε καὶ Μαιόνων, (Μαίονες enim, qui Μῆονες primum, ut observat Strabo l. XII. p. 550, appellati) *sicuti Lydorum & Maonum* vites, & de Vit. Sophist. l. I. p. 518. καὶ Λυδὲς, καὶ Κᾶρες, καὶ Μαίονας, *Lydos, Cares, & Maonas.* Ut hoc postremo obiter addam, male a Latino Dionysii Interprete, ubi de cygnis ad Pactolum ait, τό τε καθ' ὕδωρ, verti qui *in nemore* &c. *pascuntur*, pro *ad aquam* seu in *campestribus* ad Pactolum aut Hermum, in quem *Pactolus* labebatur, locis, nempe ἐν τοῖς πεδίοις, & quæ λειμῶνας etiam seu *prata* (sicut inde Maro, *prata Caystri*) subinde vocant veteres, quæque a fluviis *Hermo*, *Caystro*, ac vicino etiam *Mæandro*, uti supra vidimus ad Hym. in Dianam v. 257, erant denominata.

V. 251. Ἑβδομάκις τόδε Δῆλον] Hujus rei peculiaris ratio, & quam alibi vix legas, hic in Scholiis traditur, *quod septimestris Apollo foret natus*, ἑπταμηνιαῖος γὰρ ἐτέχθη ὁ Ἀπόλλων. Ab Hesiodo enim, ut notum Ἐργ. v. 768. ideo septimus dies, nempe mensis, Apollini sacer dicitur, quod ea die eum Latona peperisset, & proinde tanquam dies hujus Dei Natalis. Quo referri etiam debet, quod a Plutarcho similiter traditum Quæst. Græc. p. 292. septima die mensis Βοηδρομιῶνος (seu, ut mallem Πυανεψιῶνος) a Delphis dicti, natum credi Apollinem, indeque die illa Natalem ejus ab iis cultum. Haud aliter nempe ac tertia mensis dies Athenis Minervæ sacra exstitisse dicitur, juxta Callisthenem; quod ea die nata & Τριτογένεια inde dicta fuerit, ut id notat Tzetzes ad Lycophronem p. 91, eadem Dea. Aliam vero & subtiliorem illius diei septimi Apollini sacri caussam commenti sunt nonnulli, sicuti Proclus non solum ad dictum Hesiodi locum, sed insuper ad Platonis Timæum l. III. p. 200, ubi septenarium numerum communem Baccho & Apollini statuit; Baccho quidem, quod ab antiquis Gentilium Theologis idem in septem partes (nempe juxta notos aliunde, ac ut eos vocat Julianus ὁ παραδάτης apud Cyrillum l. II. p. 44. Διονύσου σπαραγμὸς, *Bacchi laniatus*) dicatur divisus; Apollini autem, tanquam omnem harmoniam contineat idem numerus: in unitate enim duali & quaternario numero positum illud bis *Diapason*, e quo constat septenarius numerus, ac ut addit, διὸ καὶ Ἑβδομαγέτην ἐκάλεν τὸν Θεὸν, καὶ τὴν Ἑβδόμην τῷ Θεῷ ἱερὰν ἔλεγον, *unde & septimi diei præfectum vocant Apollinem, & septimam ei sacram dixerunt.* A cultu certe septimi mensis diei, Apollini apud Græcos dicati, Ἑβδομαγέτας idem dictus, & quidem illustri apud Æschylum loco, quique similiter ab eruditis, qui ea de re egere, præteriri non debuit, nempe Theb. v. 806.

Τὰς δὲ ἑβδόμας ὁ σεμνὸς Ἑβδομαγέτας,
Ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ',
Septimum vero venerandus septimæ diei præfectus,
Rex Apollo elegit,

ubi vetus ejus Enarrator, Ἑβδομαγέτας, τὸν Ἀπόλλωνα λέγει, ὃς ἐν ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς γενηθεὶς, ἐκλήθη Ἑβδομαγέτας, h. e. Ἑβδομαγέτην *vocat Apollinem, qui septima mensis die natus, dictus est* Ἑβδομαγέτας. Ut vel inde etiam liqueat, septimam diem Apollini, juxta Hesiodum, sacram, & ideo, quod ea esset hujus Dei Natalis, non de *sabbato* seu Saturni die, tanquam septima hebdomados, sed de *die mensis septima*, secus quam a multis factum, debere omnino intelligi: Plura vero adduxit eruditissimus Clemens Stromat. l. v. p. 600, Hesiodi, Homeri, immo hujus etiam Callimachi loca, sed quæ Lino tribuit apud Eusebium, Præpar. Evangel. l. XIII. c. XII. Aristobulus, quibus non septimæ quidem diei in hebdomade seu sabbati apud Gentiles cultum, sed septenarii numeri religiosam quandam apud eos observationem notari; indeque etiam explicari debere Josephi adversus Apionem ea de re & aliorum adhuc Auctorum verba, pluribus ostendit Anglorum decus Jo. Seldenus de Jure Natur. & Gentium apud Hebræos l. III. c. XV. & sequentibus. Ut hoc insuper addam, septimam mensis Artemisii, Dianæ sacram exstitisse apud Meroas, juxta Libanium Declam. XXXII. p. 638. Tom. II.

Ibid. ἐπήεισαν δὲ λοχείῃ] Sic Anthol. l. I. c. XXI. Ep. II. ἥτε λοχείης Μαῖα, *qua & puerperii Obstetrix*, & de *puerperio* adhibuit etiam Euripides Iphigen. Taur. v. 206. quod alibi in eodem dramate v. 1241. vocat λοχεῖα, numero plurium; λόχιον autem dixit Hippocrates de Fractur. c. V.

V. 253. τοσσὰς δὲ λύρῃ ἐνεδήσατο χορδὰς] Ita Proclus ad Hesiodum p. 169. ed. Heinsi. ἡ δὲ ἑβδόμη ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἐν αὐτῇ δὲ ἐτέχθη, διὸ καὶ ΕΠΤΑΤΟΝΟΣ *αὐτῷ ἡ* ΚΙΘΑΡΑ, *septima autem sacra Apollini, in ea enim est natus; unde etiam* SEPTEM FIDIBUS *intenta est* CITHARA. Haud aliter nempe ac ἑπτάτονον χέλυν, *de lyra* itidem seu *cithara septem fidium*, dixit Euripides in Alcest. v. 446. ubi Critici ἑπτάτονος χέλυς, *anti τοῦ ἡ ἑπτάχορδος*. Unde χορδοτονία, *fidium intentio* in lyra apud Athenæum dicitur l. XIV. p. 637, cujusque ἑπτάτονος seu ἑπταχόρδου citharæ origo, ad septem illas cygnorum in Latonæ puerperio cantilenas, & simul ad Apollinem ejus rei Auctorem, hic a Callimacho refertur. A quo utique abeunt veteres ad Homerum Critici, qui ad Iliad. Σ. v. 570. in scholiis antiquis ineditis, quæ pridem, uti alibi monui, apud virum exquisita doctrina If. Vossium evolvere mihi licuit, e Philochoro referunt, loco *chordarum* in cithara, usos olim veteres *lino*; Linum Heroa primum rejecto lino, *chordas* induxisse, eumque ideo ab Apolline interemptum; Thebis autem sepultum, ac lugubribus næniis, quas λινῳδίας dixerunt, ibidem cultum. Addunt λίνον quoque inde dictum, de ejusmodi *lugubri cantu*, qui cum tenui voce canebatur, & cujus etiam, (qualem eidem mortuo cecinerunt Musæ) formula ibidem refertur,

fertur, Ὦ Λίνε, θεοῖσιν τετιμημένε &c. Φοῖβος δὲ σε ἀναιρεῖ, Μοῦσαι δὲ σε θρηνοῦσι, *O Line, o diis honorate &c. Apollo quidem te occidit; Musæ autem te lugent &c.* Adtigerunt id ex parte, de antiquo nempe *lini* in cithara pro *chordis* usu, brevia ad Homerum Scholia, & istud de Lino Heroe, ob repertas chordas ab Apolline interempto, ex iisdem, ut liquet, fontibus, seu vetustis illis ac ineditis hactenus Poetæ Enarratoribus, Eustathius p. 1061. Ut mittam, quod *citharam cum tribus chordis in Asiæ urbe ad Tmolum primum repertam* tradat Stephanus in Ασία, Ασία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα, ac unde etiam, ut præterea observo, Ασιὰς seu *Asiatica* dicta olim *cithara*, juxta veteres Apollonii Interpretes l. 11. v. 779. Καὶ ἡ κιθάρα Ασιὰς (non Ασία) λέγεται· ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη, *& cithara* ASIAS *dicitur, quandoquidem in Lydia* (ubi nempe olim urbs *Asia* ad Tmolum) *primum reperta est.* Qua de re paullo aliter, ut observo, Plutarchus, apud quem lib. de Musica p. 1133, a quodam Terpandri discipulo cithara primum reperta, eaque inde Ασιὰς dicta traditur, quod Lesbii, Asiæ incolæ, primi sint ea usi. Immo cujus dictæ Ασιάδος *citharæ* facta pridem fuerat mentio, & de quo silent itidem ad Stephanum eruditi ejus Enarratores, a duobus antiquis, & qui inde lucem fœnerantur, Auctoribus. Quorum prior est Euripides in Cyclope vers. 442.

Λέγ', ὡς ΑΣΙΑΔΟΣ οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον
ΚΙΘΑΡΑΣ κλύοιμεν.
Dic, quia ASIATICÆ *non libentius strepitum*
CITHARÆ *audiemus.*

Alter, ut præterea observo, Aristophanes Θεσμοφ. pag. 272. κρούματα Τ'ΑΣΙΑΔΟΣ, non ut ibi perperam Interpres, *saltationes Asiaticæ terræ*, sed *pulsus Asiaticæ citharæ*, quæ Ασιὰς nempe, ut modo vidimus, dicebatur. Nota vero Instrumentorum Musicorum apud veteres distinctio, & de qua, ut alios mittam, Maximus Tyrius Dissert. XXI p. 715. εἰς τὰ κρουόμενα, *in ea, quæ pulsantur*, ut lyra vel cithara, quæque τὰ ἔγχορδα, κάθαπτα, vel τὰ ἔντατα, *quæ chordis* seu *fidibus tenduntur*, ac inde in veteri Epigrammate ἄπνοα νεῦρα ταθέντα, *sine flatu nervi tensi* dicuntur Anthol. l. 1. c. XLV: & εἰς τὰ ἐμπνευόμενα vel ἐμπνευστὰ, aut ἐμφυσόμενα, eadem etiam ἔνηκα, *in ea, quæ inflantur*, seu *flatu resonant*, ut tibia ac unde φυσατήρια vocat *tibias* Aristophanes Lysistr. p. 910. Hinc autem κρούματα, sicut etiam adducto apud eundem Comicum loco, & κροῦσις, ut apud Plutarchum de Musica p. 1140. ac alibi, de *pulsatione* fidium citharæ aliorumve ἐγχόρδων ὀργάνων, ac inde κρούματα ἄφωνα, *citharæ pulsus, qui sine voce*, seu addito iis cantu, fierent, quomodo κιθαρισταὶ ἐπὶ τῶν κρουμάτων ἀφώνων, a citharœdis proinde diversi, vocantur apud Pausaniam l. x. p. 621; sicuti in genere τοὺς κιθαριστὰς ἐπὶ τῶν κρουμάτων, non quidem *citharœdos*, ut ibi doctissimus Petavius, sed *citharistas* de citharæ *pulsibus* non esse ab aliis edocendos, dixit Themistius Orat. XXVI. p. 311. ult. edit. Unde κρουματικὴ σοφία, de *arte citharistica*, non de *Musicæ scientia* in genere, ut ibi Interpres, in eodem, de quo modo, Epigrammate dicitur; cujusque initium

tium τὸν σοφὸν ἐν κιθάρᾳ peritum citharæ &c. ac ubi de aliquot *citharæ chordis*, de quibus hic in genere Callimachus, earumque proprietatibus, agitur, & κρέειν citharam plectro pulsare, alibi dicitur Anth. lib. IV. cap. XVI. Ep. IV. Quamquam κρέμαλα etiam de eo & peculiari quidem concentus genere dicta, qui ῥυθμὸς κατὰ δάκτυλον, *rhythmus ad digitum* vocabatur, & ad quem inflabant subinde tibiam, tradunt eruditi Comici Enarratores ad Nub. p. 165. cujusque meminit etiam Plutarchus de Musica p. 1033. Unde, ut hoc addam, δακτυλικοὶ, quas Pollux memorat p. 192, dictæ videntur eædem tibiæ: κρεμαλοποιὸς autem Dorion, de tali tibicine, a Machone Comico apud Athenæum l. VIII. p. 337. qui certe αὐλητὴς paullo post ibidem vocatur, non proinde *fidicen*, juxta illustrem Grotium in Excerpt. Comic. p. 849. aut, ut de eo magnus Animadversor, *nescio quorum instrumentorum pulsator*. Hæc autem scripseram, quum ab Etymologici M. Auctore, cum eadem, quæ ab Apollonii Enarratoribus tradita paullo ante retuli, de reperta nempe in urbe Lydiæ ad Tmolum, τετραχόρδῳ cithara, cujus inventum alioquin Osiridi tribuit Diodorus l. I. p. 15. tum præterea eundem Aristophanis, sed in dicto dramate, locum indicari video in voce Ασιᾶτις, & quasi parodia esset loci Euripidis Erechteo, ubi Ασιάδος κρέμαλα similiter de *citharæ* usurpasset Tragicus. Quo referri etiam debet illud veteris itidem Poetæ, seu Euripidis, seu alterius Tragici apud Strabonem l. X. p. 471. κιθάραν Ασιᾶτιν ῥάοσιν, *citharam Asiatida pulsans*, ac id, quod paullo ante ab eodem Geographo dicitur, ἡ Μουσικὴ πᾶσα Θρᾳκία καὶ Ασιᾶτις νενόμισται, *Musica omnis Thracica & Asiatica censetur*. Quum autem ὀλιγοχορδία, sicut in illa Ασιάδι seu τετραχόρδῳ cithara, nempe *chordarum paucitas* locum primo, ut fieri solet, & quod a Plutarcho etiam traditur de Musica p. 1137. habuisset, (quibus tamen repugnat apud Athenæum Euphorion, qui antiquissimum fuisse τῶν πολυχόρδων ὀργάνων usum notat lib. XIV. p. 635.) completa demum habita est cithara, omnemque perfectæ harmoniæ modum adtigisse, ubi ἑπτάχορδος evasit. Quod pridem ab Aristotele observatum Problem. Sect. IX. c. XXV. ὅτι ἑπτάχορδοι ἦσαν αἱ ἁρμονίαι, *quod e septem chordis* sive *fidibus constarent harmoniæ*; idque juxta septem cœlestium sphærarum motus, (uti ea de re postea Macrobius, cujus locum hic adnotavit vir doctus) seu pro numero planetarum, ac ut tradit, ὅτι ἕπτα ἦσαν αἱ χορδαὶ τὸ ἀρχαῖον, *quod septem essent chordæ antiquitus*. Unde etiam Timotheus Spartæ accusatus, quod ἑπτάχορδον citharam, qualis nempe usque ad Terpandrum fuerat, in plures sonos, & quidem inductis (seu juxta Aristidem de Musica l. I. p. 35. undecima *chorda* prioribus ab eo addita) duodecim *chordis* disperserit, aut, ut a Pherecrate Comico dictum apud Plutarchum de Musica p. 1142. ἀπέλυτε κ' ἀνέλυτε χορδὰς δώδεκα, *absolvit ac resolvit duodecim chordis*; & ab Argivis, ut idem observat p. 1144. mulctatus, qui pluribus quam *septem chordis* apud eos foret usus. Quo factum est itidem, ut ἐννεάχορδον seu *novem fidium* instrumentum rejectum fuerit, teste Athenæo l. X. p. 336. Quod proinde volvit hic innuere Callimachus, dum *lyræ* seu *citharæ* (promiscue enim

enim fere hæc a Poetis, aliisque priscis Auctoribus sumpta, & qua de re nos alibi) *cum septem fidibus* seu *chordis*, perfectæ proinde, seu ἑπτάφθόγγῳ, ut ab Euripide dicitur Jon. v. 881; aut ἑπτατόνῳ ab eodem, Alcest. v. 446; aut ἑπταγλώσσῳ, apud Pindarum Nem. Od. v. p. 371, alibi ἑπταχόρδῳ Pyth. Od. II. p. 52. nempe de qua Horatius l. III. Od. x. *resonare septem callida nervis*, inventum hic Apollini tribuit. Quales proinde *septem* repertæ ab eo *citharæ chordæ*, singulæ suis nominibus distinctæ, singulisque illis septem Planetis, qua de re paullo ante, adtributæ leguntur; sicut *Hypate*, tanquam prima, Saturno aut juxta alios, Lunæ; *Nete*, ut ultima, Lunæ, ac ab aliis, Saturno: *Mese*, media quippe, Soli; quæ autem ab utraque parte *Parhypate*, τῇ hypate nempe proxima, Jovi; *Paranche*, eademque *Lichanos*, ab *indice* digito, quo eadem chorda pulsabatur, Mercurio; *Parameſe*, Marti; & *Trite*, seu *Tertia*, Veneri. Qua de re videri potest Nicomachus Harmon Enchirid. p. 33, & Aristides de Musica l. I. p. 10. Qua ratione etiam factum, ut hanc ἑπτάφθογγον *citharam* vel *lyram*, seu ejus tractationem, cui antiquos operam dedisse, tradit etiam Cicero de Senect. c. VIII, tanquam παιδευτικὴν & ἀνδρώδη *erudiendi vim habentem ac virilem*, ab Apolline repertam, eamque ἐμπνευστοῖς ὀργάνοις, ut *tibiæ* ac *ad tibiam* cantui, tanquam θηλύνοντι τὴν ἀκοὴν, qui *effeminaret auditum*, Marsyæque ut volunt, invento, longe præferendam statuerent veteres. Quod præter Aristidem de Musica lib. II. p. 108, a Platone pridem ante observatum videas de Republ. l. III. p. 399, & quod firmat etiam Cicero pro Muræna cap. XIII, *ut ajunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuere*; alibi autem citharæ antiquos, non autem tibiæ, de qua silet, operam dedisse memorat, de Senect. c. VIII, nempe, *discebant fidibus antiqui*. Quamquam, ut hoc addam, *fides* seu *chordas*, non de *cithara* semper aut *lyra*, aliisque id genus ἐγχόρδοις vel ἐντάτοις instrumentis, sed de *tibiis* etiam dici, & quidem apud Lucretium l. IV. contendat in Observationibus ad Catullum p. 167. vir doctrina & ingenio insignis. Verba nempe Lucretii, quæ merentur hic *adscribi*, ubi de nocturno agit, quem ludentes Satyri vel Fauni cient, strepitu, exstant l. IV. v. 587,

Chordarumque sonos fieri, dulcesque querelas,
Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum;

ubi tamen nihil obstat, immo quod non suadeat omnino, ut iis verbis *chordarumque sonos*, de sonitu fidium citharæ agatur, prout de iis ψόφου, κρότου, κλύπου, *strepitum* ac *sonitum* dixerunt veteres, ac unde ἑπτάτυπον *septisonam* de *cithara* septem chordarum a Pindaro vocari paullo ante vidimus; aut quomodo κρουνικὰ, πηκτίδων μέλη, *carmina, quæ ad pectidis* (instrumenti id genus ἐγχόρδου, & subinde pro *cithara* etiam usurpati) *pulsum canuntur*, a Sophocle dicta in deperdito dramate apud Athenæum l. IV. p. 175. Ut mittam ψαλμὸν quoque de *sono* seu *pulsu* citharæ dictum, sicut ψάλλειν & ἀντιψάλλειν apud Comicum Avib. p. 550. pro *citharam pulsare*, & qua de re eruditi ad eum Critici. Tibia autem eaque *canentum*, Satyrorum nempe seu Faunorum, *digitis pul-*

ſata a Lucretio dicitur, quod non oris ſolum flatu, ſed manus etiam ſeu digitorum motione ac miniſterio elicerentur tibiæ πολυτρήτου ſeu *cum multis foraminibus* ſoni. Unde de Satyro ſimiliter, abjectam a Minerva tibiam inflante, ait Ovidius Faſt. l. VI. v. 705,

Et modo dimittit DIGITOS, *modo concipit auras*;

ac, ut alios inſuper mittam, quos jam notarunt, qui de tibiis egere viri docti, Cicero de Natur. Deor. l. II. c. LX. utrumque illum tangit digitorum in tibia ſimul ac cithara uſum, *itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſculpendum, ad* NERVORUM ELICIENDOS SONOS AC TUBARUM *apta manus eſt* ADMOTIONE DIGITORUM. Immo quam in rem notabilia hæc Pollucis verba l. IV. p. 190, ἀπόδεξαι καὶ τὴν αὐλητοῦ εὐχέρειαν, ταχυχειρίαν, καὶ τὴν εὐχειρίαν, *oſtendere etiam tibicinis agilitatem, celeritatem, & facilitatem.* Adeo, ut quamquam ἄχορδος *tibia, digitis* tamen *canentum pulſata*, haud eo minus dici a Lucretio potuerit, id quod alioquin ἐγχόρδων ſeu ἐντατῶν, *fidibus* ſeu *chordis intentorum* inſtrumentorum proprium exſtitit; & quidem pro illorum rurſus inter ſe diſcrimine, quæ nempe ex iis aut plectro ſolum, aut vero digitis ſeu κατὰ χεῖρα pulſabantur. Quorum illud, ut vulgo notum, in cithara ſeu lyra paſſim obtinuit, ac unde ejus inventor Εὔλυρος hic ſeu citharœdus Apollo, plectrum dextra præferre in antiquis nummis ejuſque ſignis viſitur. Hinc etiam *ſine plectro* citharam, omnemque artem citharisticam, vanam ac inutilem, dicit Chryſoſtomus in Martyr. Roman. T. V. p. 492. ed. Savil. Quamquam antiquum & præſtantiſſimum olim citharistam, Chironem, non plectro quidem, ſed manibus citharam pulſaſſe, haud ſemel dicatur a veteri Argonauticorum Auctore, v. 380. κιθαρὶν μετὰ χερσὶν ἀράσσων, & v. 396. χερσὶ λύραν ἤρασσε, *citharam* ſeu *lyram manibus pulſavit*, quod alioquin πλήκτρῳ διώκειν, vel ἐλαύνειν, aut ut paullo ante vidimus, κρούειν, dicunt Pindarus, aliique, & quomodo etiam *magadin* ac *pectida*, ſine plectro pulſari, ex Ariſtoxeno refert Athenæus l. XIV. p. 635. Hinc illud inter κινύραν, & νάβλα, utrumque alioquin δεκάχορδον organum, diſcrimen obſervat Joſephus Αρχ. l. VII. c. XI. quod nempe illa plectro; hæc autem, (& quam per κιθάραν reddunt ſubinde LXX. Interpretes, ut Pſalm. LXXXI. 3.) δακτυλίοις κρούεται, *digitis pulſatur*; & quibus gemina omnino de utroque illo organo habet Theodoritus in III. Reg. Qu. XXXIV. Quod poſtremum, manu nempe ac digitis, potius quam plectro, organon id genus ἔγχορδον *pulſare*, majoris olim artis habitum: unde de Epigono, inſtrumenti Epigonii ab eo dicti inventore, ait Athenæus l. IV. p. 183. μουσικώτατος δὲ ὢν κατὰ χεῖρα δίχα πλήκτρου ἔψαλλεν, *quum Muſicæ ſumme eſſet peritus, manu ſine plectro pulſabat.* Neque vero minus dubito, ut evincere potuerit vir doctiſſimus, nunc ὁ μακαρίτης, *chordas* pro *tibiis* apud Platonem legi. Illud equidem ſcio, communionis cujuſdam *tibiæ* ſeu ad tibiam concentus cum *lyra* aut *cithara*, mentionem ſubinde a veteribus factam, ut apud Athenæum l. XIV. p. 617. ac inde alibi ab eodem dici p. 637. ἔναυλον κιθάρισιν, non ut ibi Dalechampius *citharæ cantum cum tibia*, (illum enim κιθαρῳδία, non κιθάρισις, ut

vel

vel docebit Plato in Jone p. 533, notat) ſed *tibiæ & citharæ concentum*, inductum ab eodem, de quo modo dictum, Epigono. Unde etiam inter varia *tibiarum* genera, *αὐλοὺς κιθαριστηρίους* referri ab eodem Naucratita videas, l. IV. p. 183, nempe, quod ille magadin tradit l. XIV. p. 634, ab Ariſtoxeno vocari *αὐλὸν κιθαριστήριον*, *tibiam citharisticam*; & quomodo etiam, juxta Pollucem l. IV. c. X, *μηνίαμβοι* & *παριαμβίδες* dicuntur *νόμοι κιθαριστήριοι*, ac poſtremi apud Heſychium *κιθαρίδεις*, ſeu *modi citharæ* aut citharistarum, quos nempe, ut addunt iidem, ad *tibiam* veteres *adaptabant*, *οἷς καὶ προσηύλουν*. Quod in nobili Hyacinthiorum apud Laconas feſto, a præcinctis pueris fieri ſolitum, ut nempe iidem citharam pulſantes, immo omnes ejus chordas plectro ſimul ferientes, ad tibiæ ſeu tibiam inflantium modos canerent, tradit idem Athenæus l. IV. p. 139. Quod obſervare etiam liquet apud Xenophontem in Convivio pag. 878, *ἐκ δὲ τούτου συνηρμοσμένῃ τῇ λύρᾳ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐκιθάρισεν ὁ παῖς, καὶ ᾖσεν*, *ſecundum hæc puer; lyra ad tibiam accommodata, & citharam pulſavit ac cecinit.* Ita *συναυλία* dicta de *citharæ* cum *tibia*, qui locum ſubinde habuit, ſeu mixto ex utroque organo, *concentu*, prout id præter adductos ea de re ab Athenæo Auctores l. XIV. p. 618, memorant veteres Critici ad illud Ariſtophanis Equit. p. 288. *ξυναυλίαν κλαύσομεν*, nempe *ξυναυλία δὲ λέγεται, ὅταν αὐλὸς καὶ κιθάρα συμφωνεῖ*, dicitur *ξυναυλία*, *quando tibia & cithara concinunt*, quamque apud Romanos quoque haud inſolitam, vel ex duobus Horatii locis, qui & inde etiam haud parum, & paullo plenius, quam hactenus factum, illuſtrantur, conſtat, ut l. IV. Od. I. *Lyræque & Berecynthiæ Delectabere tibiæ Miſtis carminibus*, & l. V. Od. IX. *ſonante miſtum Tibiis carmen Lyra.* Quamquam rurſus *ξυναυλίαν* de ſolo *tibiarum inter ſe concentu*, explicet Pollux lib. IV. cap. X; Semus autem Delius dicto apud Athenæum loco, tibiæ ac rhythmi, ſine modulato ſermone, concentum. Neque vero ideo colligas *chordas* inde ab iiſdem Auctoribus de *tibiis* dici, aut *ἐγχόρδους* vel *ἐντάτους*, *chordis* ſeu *fidibus tentas tibias* olim exſtitiſſe. Platonem certe quod adtinet, & quem præter Lucretium, ut indicem quoque ejus rei obiter ibi ad Catullum commemorat vir doctiſſimus, eum utique non ſatis accurate, ubi ille de his agit organis ab eodem expenſum, licet utique ſtatuere. Reſpexiſſe enim videtur vir *πολυμαθέστατος*, ad locum graviſſimi illius Auctoris, qui exſtat de Republ. l. III. p. 399, ubi de variis harmoniarum apud veteres agens ſpeciebus, tranſit ad eas, quæ ex Inſtrumentis Muſicis *πολυχόρδοις* & *πολυαρμονίοις* oriebantur, ut trigonis, & quæ *πηκτίδες* aliiſque nominibus dicebantur. Iis autem e civitate, quam toto illo opere ordinat, rejectis, ſubdit continuo, *τὶ δὲ αὐλοποιοὺς ἢ αὐλητὰς παραδέξῃ ἐς τὴν πόλιν; τὶ* ΟΥ ΤΟΥΤΟ ΠΟΛΥΧΟΡΔΟΤΑΤΟΝ, *καὶ αὐτὰ τὰ παναρμόνια*, ΑΥΛΟΥ *τυγχάνει ὄντα* ΜΙΜΗΜΑΤΑ; *quid vero? tibiarum opifices & tibicines ipſos, num quid admittes in civitatem? quid? annon* ILLUD INSTRUMENTUM, QUOD MULTIS CHORDIS *conſtat, & ea, quæ harmonias omnes continent*, TIBIÆ *ſunt imitamenta?* Ubi continuo rejecta etiam tibia, ſolam dein lyram ſeu ci-

tharam (ut illis nempe πολυχόρδοις & παναρμονίοις organis ſimpliciorem, & qualem κιθαρωδίαν antiquitus exſtitiſſe, tradit Plutarchus de Muſica p. 1133.) in civitate utilem, fiſtulam autem paſtoribus in agris permittendam tradit. Adeo, ut mirari utique ſubeat, non male quidem hæc Platonis verba & contrario plane ſenſu accepiſſe, quod ei ſæpenumero, ut eruditis notum, contigit, Serranum, dum inter alia imperite (venia ſit verbo) ea, in quibus cardo hujus rei verſatur, expreſſit, *nonne tibia omnium inſtrumentorum Muſicorum maxime chordis conſtat?* ſed iiſdem Platonis verbis potuiſſe induci virum Græce, ſi ullus alius hac ætate, doctiſſimum, ut chordas ibidem ſeu πολυχορδόταλον organon, de *tibiis* juxta minus fidum peritumve interpretem, dici ſtatueret. Id enim ad inſtrumentum *fidibus* revera & *pluribus quidem intentum*, referri omnino debuit, & quidem, cujus ſoni ad tibiæ modos proxime accedunt, eamque, quod ait Plato, *imitarentur*. Talis autem omnino erat veterum *magadis*, inſtrumentum quidem ἐντατὸν, *fidibus tenſum*, ſicut cithara, lyra, barbitus, ut id ab Athenæo traditur l. IV. p. 182. & proinde alibi ψαλτικὸν, ſeu quod *digitis pulſaretur*, ab eodem dictum l. XIV. p. 634. ac inde etiam cum *trigono* & *pectide*, quorum a Platone facta fuerat ibidem mentio, a Diogene Tragico conjunctum iis verſibus, qui in illis convivialibus ſermonibus referuntur p. 636. ſed tamen, quod ad tibiæ modos pulſabatur. Unde etiam *tibiæ cithariſticæ* nomen, uti paullo ante vidimus, eidem a nonnullis inditum, immo a quibuſdam dubitatum, ut ex illo Naucratita rurſus conſtat p. 634. ac alibi, an pro *cithara* vel *tibia* habendus eſſet *magadis*: nempe quod ille ſono quidem & peculiari eidem modo, ad citharam accederet. Idem vero non ἔγχορδον ſolum, uti diximus, ſed vere etiam, prout hic a Platone dicitur, πολυχορδότατον; qualem utique, ſeu *viginti chordarum magadin* habere ſe ait Anacreon in dicto modo apud Athenæum loco. Sicut proinde per illud τῦτο τὸ πολυχορδότατον, *magadin* aut ſimile ἐντατὸν organum intellexit hic Plato; ita etiam per ea, quæ ibidem addit, καὶ αὐτὰ τὰ παναρμόνια, & *ipſa quæ ex omnibus harmoniis conſtant*, quæque itidem forent *tibiæ imitamenta*, αὐλῶν μιμήματα, hydraulica organa videretur omnino deſignaſſe, ni obſtaret, quod a Cteſibio, qui Ptolemæi Euergetæ ſecundi ſeu Phyſconis, temporibus vixerit, illud inſtrumentum demum repertum traderet Athenæus l. IV. p. 174. De iis alioquin hydraulicis dubitaſſe ſimiliter ab eodem Athenæo dicitur Ariſtocles, qui de iis olim egerit, an ἐντατοῖς, an vero ἐμπνευστοῖς, ſeu quæ inflantur, ut tibia, organis eſſent eadem adſcribenda; eaque inſuper triplex illud harmoniæ apud veteres genus in ſe continere dicta, Chromaticum, Enarmonicum, & Diatonium. Quibus inſuper accedit, dum ea quoque, nempe quæ ex multis chordis aut ex omnibus harmoniis conſtarent, una cum tibiis, quas illa imitabantur, rejicit hic Plato; quod idem alibi ſimilem tibiæ cum cithara *communionem* κοινωνίαν aperte redarguat, nempe de Legib. l. III. p. 700; ubi Poetas, præ vera & genuina Muſicæ ignorantia, varia illa cantuum ad tibiam & ad citharam genera miſcuiſſe, (αὐλωδίαις

δὲ

δὲ ταῖς κιθαρωδίαις μιμούμενοι) omniaque ad unum retuliſſe memorat. Unde ſuperiora etiam Platonis verba, prout eadem ſonant, ac inſuper totius contextus ratio omnino exigit, recte quoque ante a Ficino, quem modo adii, intellecta & explicata, quo major hic Serrani incuria, videas. Quamquam forte eidem Serrano eo major venia dari hic poſſit, quod Pollucem nunc fortè animadverto, ubi de veterum tibiis agit, idem, prout hodie apud eum legitur, aperte dicentem, l. IV. c. IX. ſect. v. Πλάτων δὲ καὶ πολύχορδον εἴρηκε τὸν αὐλὸν, *Plato vero etiam tibiam multis chordis præditam dixit*; ac inde, ut ſtatuere licet, virum incomparabilem ad Solinum p. 88. ult. edit. referre ſimiliter, πολύχορδον αὐλὸν Platonem appellaſſe, h. e. ut ille ibidem addit & explicat, τὸν πολύτρητον, *multiforatam*, quod nempe foramina tibiæ reſpondeant citharæ chordis. Quamquam autem certo ſtatuere nunc non licet, an alius olim ſeu ævo Pollucis exſtiterit Platonis locus, ubi, quod ait Pollux, πολύχορδον *tibiam* dixerit, quod utique non putem legi hodie in ejus operibus; an vero ad adducta paullo ante Platonis verba, ſed properantius, quod ei haud ſemel in aliis etiam Auctoribus contigit, animadverſa, reſpexerit ibidem Pollux. Unde fieri etiam poteſt, ut Platone ipſo non conſulto, a Polluce vel a Salmaſio forte, cujus paucis ante lineis, alia de tibiis, ut perperam adnotata, perſtringit dicto ad Catullum loco vir varia & excellenti doctrina, inductus, idem quoque de πολυχόρδῳ tibia a Platone dictum adfirmaret. Ut nunc mittam, quod alibi idem Plato, de Legib. l. VII. p. 809. &c. agit de cithara & inſtitutione puerorum, a quibus citharistæ per triennium opera foret danda, *chordas* quidem *citharæ* aut *lyræ*, & κεχορδὰ φθέγματα, ſeu *ſonos ad citharæ chordas conſonos*, (& quomodo κεχορδὰ κρούειν, *chordis conſona pulſare*, dixit Plutarchus de Muſica p. 1140. & κεχορδὰ ἄσματα, *chordis conſonas cantilenas*, Pollux l. IV. c. IX. p. 187.) nullibi autem eaſdem *tibiæ* tribuit; ubi cæteroquin de iis, aut primis ac præſtantiſſimis tibicinibus, Marſya & Olympo, agit in Minoe p. 318. aut ubi *Alcibiadem*, citharam quidem pulſandi, non autem inflandi tibiam artem doceri voluiſſe, tradit in Alcibiade I. I. p. 106. Quod poſtremum nempe Athenienſium moribus ac inſtitutis erat conſonum; quos citharæ valde fuiſſe ſtudioſos, vel e Comico & Græcis ejus Interpretibus liquet, Nub. p. 178. Unde etiam peculiaris Eunidarum familia Athenis exſtitiſſe, apud Harpocrationem dicitur; quæ e citharœdis, qui in ſacris operam darent, conſtabat, ſicut aliunde conſtat Thebanos olim tibia impenſe delectatos, aut etiam Laconas; ac præterea, ut vel apud Tragicos antiquos obvium, Lydos, Myſos, Phrygas, apud quos eadem reperta credebatur: aut prout alioquin Arcadas fiſtula; Siculos πηκτίσι uſos tradit eruditiſſimus Clemens Pædag. l. II. c. IV. Immo unde id patrium Thebanis fuiſſe, ut tibiæ nempe operam darent, dicit Polyænus Stratag. l. I. c. X. Αὐλὸν quidem, ut hoc addam, non de *tibia*, ſed de quavis extenſa in longitudinem figura dictum, præter veteres Grammaticos, apud Athenæum legas l. V. p. 189. ac inde etiam de *oſtrei* quodam genere ita appellatum, eodem indice l. III. p. 99. Unde factum

videtur, ut ab Heſychio, quamquam loco, ut opinor mutilo, aut in quem alicujus imperiti librarii, ut totiens illi Gloſſographo, prout hodie illum terimus, contigit, gloſſema irrepſerit, αὐλὸς, κιθάρα, ἢ σύριγξ, *tibia*, *cithara*, vel *fiſtula*. Tria certe illa præcipua olim Muſicæ Inſtrumenta apud veteres exſtitiſſe, notat Plutarchus de Muſica p. 1136: ita tamen, quod aliunde obvium, ut toto genere, materia, figura, ſono, iis utendi ratione ac modo diverſa valde eſſent duo priora, *tibia* & *cithara*. Unde certe haud facile licet opinari, quamquam id adfirmate tradiderit vir πολυμαθέστατος, & præeunte jam, ut ſupra vidimus, magno Solini Enarratore, *chordas* pro *tibiis*, a quibus illæ omnino aberant, a veteribus dictas; aut de *tibiis* intelligenda ea Lucretii, Platonis, & aliorum id genus loca, ubi de *chordis* ſeu ἐγχόρδῳ vel πολυχόρδῳ organo fit mentio. Unus quidem patrocinari viro doctiſſimo videtur juvenalis, qui ab eo adducitur, locus; ubi nempe de invectis in urbem ab effœminatis Syris, vanæ delectationis & luxuriæ aucupiis, inter alia referri legimus, Satyr. III. v. 64. *& cum tibicine chordas obliquas*, quaſque de *plagiaulo* ibidem dici, haud abs re forte, & cui ſuffragatur etiam vetus Interpres, contendit vir eximius. Notæ enim abunde *obliquæ* illæ veterum *tibiæ*, ac præterea Phœnicum ſeu Syrorum, qui confundi a Romanis & Græcis etiam Scriptoribus ſolent, tibiæ, γίγγροι aut γίγγραι ab iis dictæ, de quibus Athenæus haud uno loco & Grammatici veteres, ac *Sarranæ* vel *Serranæ*, h. e. Tyriæ, ut ad Solinum monuit ὁ πάνυ, quæ in Præfatione ad Terentium memorat Donatus, & *jocum in Comœdia* ait *oſtendiſſe*; quibuſque actam fabulam Adelphos, in ejus Didaſcalia dicitur. Non deſunt tamen Interpretes, qui in eodem ſatyrici loco, utrumque Muſici inſtrumenti genus, tam ἔγχορδον quam ἐμπνευστὸν tangi, & quod a voluptariis Syris ſit in urbem illatum, neque forte injuria credidere. Quorum utique tueri ſententiam poſſet, quod *obliqua tibia* ſeu *plagiaulus* a Polluce quidem Libycum l. IV. p. 181, ab Athenæo vero Ægyptium ſeu Oſiridis l. IV. p. 185, vulgo autem a Græcis & Romanis, ut vel ex Plinio liquet l. VII. c. LVIII, haud aliter ac recta etiam tibia, Phrygum inventum fuerit olim habitum; ac inde tibicinæ vulgo apud Græcos Phrygiæ, ut docebit Ariſtophanes in Veſp. pag. 528. & priſci ejus Interpretes; ac Berecynthiæ etiam inde apud Horatium adducto ante loco appellatæ: quum pleraque illa ἔγχορδα vel σύριγγα veterum organa, peregrina ſeu ex illo tractu, Syriæ nempe ac Phœniciæ, profluxiſſe, a Græcis ipſis, aliiſque antiquis Auctoribus ſit olim agnitum, & barbara inde indita iis nomina. Id nominatim utique de *nabla*, *barbito*, *magadi*, obſervat Strabo l. x. p. 471. & quod præterea de *pſalterio*, *ſambuca*, ipſoque *citharæ* nomine ab Hebraico כנור *cinnar*, & Chaldaico כנרא *cinnara*, & inde a LXX. ſenioribus, κινύρα, dici itidem poteſt, ut ab eruditis jam, qui in illis litteris & linguis regnarunt, obſervatum; ac de *magadi* itidem a nobis infra adhuc dicetur. Unde etiam ab Ariſtoxeno peregrina inſtrumenta recenſeri, *phœnicias*, *pectidas*, *magadidas*, *ſambucas*, *trigona*, *ſcandapſos*, totidem intenta chordis inſtrumenta, refert Athenæus

l. IV.

l. IV. p. 182. Immo quod nominatim de *trigono*, ut a Syris reperto; & de *sambuca*, tanquam Syrophœnice, seu lyra Phœnicia, *phœnice* item & *nabla*, ut Phœnicum itidem inventis, hujusque *Sidonii* inde dicti, e Juba, Sopatro, Ephoro, aliisque, tradit idem Athenæus l. IV. p. 175. & l. XIV. p. 637. aut vero, quod de *cithara*, quæ *Asias* olim, tanquam in Asia reperta fuerit, dicta, jam ante est a nobis observatum. Adeo etiam, ut in ipsis quasi mundi incunabulis, a Jubale in eo seu Syris vicino Orientis tractu reperta legantur Gen. IV. 21. juxta LXX. seniores, *cithara* & *psalterium*, utrumque ἔγχορδον organum. Neque vero id genus instrumentorum chordis seu fidibus intentorum usus cum peregrino luxu, tibiis aut tibicinis minus, nec proinde a Satyrico, ubi ea de re agit, omittendus, in urbem Romam fuerat, & quidem ex illo Asiæ tractu, invectus. Quam in rem præclarus omnino & qui insigniter huc facit, Livii locus, qui post devictum Syriæ Regem Antiochum, vulgo Magnum, ait l. XXXIX. c. VII, *luxuria enim peregrina* ORIGO *ab exercitu* ASIATICO *invecta in urbem est*; omissaque ibi omni tibiarum aut tibicinum mentione, *tum* PSALTRIÆ SAMBUCISTRIÆQUE, *& convivialia ludorum oblectamenta*. Hinc *tibicinas*, *tibicines*, *sambucinas*, quæ Livio *sambuistriæ*, conjungit Plautus Stich. A. II. Sc. II. v. 57. & ab Horatio alioquin dictum l. II. Epist. I. v. 32.

pingimus, atque
PSALLIMUS, *& luctamur Achivis doctius unctis.*

Cicero autem saltatores, citharistas, totum denique comessationis Antonianæ chorum, memorat Philip. V. cap. VI. Immo nec obliquas *chordas*, de tali instrumento, e Syriaco luxu in urbem advecto dici a Satyrico mirabitur; qui norit *sambucum*, a quo *sambuciistriæ* vel *sambucinæ*, quæ illud pulsare, eoque Romanorum ludos & epulas ut d. l. Livius, oblectare erant doctæ, trigonale & cum inæqualibus nervis seu chordis exstitisse; aut obliqua cæteroquin vulgo fuisse, ipsa lyræ seu citharæ, aliorumque id genus ἐγχόρδων instrumentorum latera & cornua, Polluci p. 187. πηχεῖα, κέρατα prout nota & obvia eorum in monumentis antiquis; & de quibus mox, schemata id abunde ostendunt. Adeo ut illis Satyrici verbis, & *cum tibicine chordas obliquas*, utrumque innui ab eo videatur instrumenti tam ἐμπνευστοῦ, quam ἐγχόρδου genus; ut, quod ab Horatio itidem factum, ubi agit cæteroquin de utriusque adhibito subinde a Romanis, & qua de re jam ante, concentu, *sonante mistum tibiis carmen lyra*. Neque tamen, ne hoc præteream, sum nescius, de *tetrachordis*, *hexachordis* & *octachordis* mentionem a Vitruvio fieri in hydraulici organi descriptione l. X. c. XIII. quod tamen non fidium pulsu, sed aeris & aquæ per tubos & canales spiramentis animabatur: *chordas* proinde ibi de tuborum ordinibus, unde diversi oriebantur soni, intelligi. Immo factum etiam, ut vox *tetrachordon*, ad alia quoque sit translata; ut quum *anni tetrachordon*, de quatuor anni tempestatibus dixit apud Nonium Varro; aut quum per παναρμόνιον τετράχορδον, *tetrachordum per omnia concinens*, quatuor Principum Romanum imperium simul regentium, Diocletiani nempe & trium,

quos

quos participes imperii fecerat, concordiam, defignat in Cæſaribus Julianus. E quibus tamen haud ſtatui poſſe putem, *chordas* aut *chordarum ſonos*, ſicut eo, de quo agimus, apud Juvenalem loco, (ut reliqua modo ad eundem dicta ſileam) de tibiis potius, quam de vere ἐγχόρδοις organis debere intelligi; quorum tamen per me liberum ſit penes eruditum Lectorem judicium. Sed de his plus ſatis; quamquam non quæſita certe, ſed quæ commentanti ad hunc Poetæ locum, ubi de *ſeptem lyræ* ſeu *citharæ* ab Apolline *aptatis chordis* agitur, nobis forte ſub manum nata, diximus. Neque tamen manum hic adhuc de tabula tollemus, quin in Lectoris gratiam, ac majorem hujus apud Callimachum loci illuſtrationem, repertæ ſcilicet ab Apolline *lyræ* ſeu *citharæ*, & quidem primum cum *tribus*, dein cum *quatuor*, poſtea cum *ſeptem*, ut hic videmus, *chordis*, hujuſque poſtremæ pro perfecta, ut diximus, habitæ ſchemata, in præclaris Electoralis hujus Cimeliarchii, ne aliunde ea jam arceſſam, nummis obvia, hic in medium proferamus. Prior nempe nummus cum lyra τειχόρδῳ, ΛΙΛΥΒΑΙΤΩΝ ſeu *Lilybitarum* in Sicilia; alter cum lyra τετραχόρδῳ, ΛΑΠΠΙΘΩΝ *Lappitharum* in Theſſalia; tertius denique, cum ἑπταχόρδῳ, de qua hic Callimachus, & Apollinis effigie in anteriori nummi area, ΧΑΛΚΗΔΩΝ. *Chalcedoniorum* in Aſiatico ad Boſporum Thracium littore præferunt nomina; ubi præter obvium in aliis hujus urbis nummis morem, ΧΑΛΚ. pro ΚΑΛΧ. ſeu *Chalcedoniorum* pro *Chalchedoniorum* legitur.



V. 255. ὁ δ' ἔκλορεν] Solus ergo Apollo, non Diana, quamquam gemello in Delo Latonæ partu, & quidem primo Diana, dein Apollo vulgo editi ferebantur. Utriuſque certe natales Delo vulgo olim adſcripti, uti a Pindaro in Delum Hymno, cujus ſupra facta mentio ad v. 3. e Philone nempe 960. χαῖρ' ὦ θεοτίμητε, λιπαροπλοκάμῳ ΠΑΙΔΕΣ ἦ Λατοῦς ἱμερόεσσαν ἔρνῳ, *gaude a Deo honorata* Dele, *in qua ſplendidam habentis comam Latonæ* LIBERI *amabiliſſima progenies*. Quod ab alio Lyrico, & qui Pindaro antiquior exſtitit, Alcæo itidem factum iis verſibus eidem adſcriptis, quibus Latonam in Delo cum Apollinem, tum Dianam tradit peperiſſe, Ἐν Δήλῳ πότ' ἔτικτε &c. Immo quod a Perſis etiam creditum, auctamque inde apud barbaros loci religionem, conſtat ex iis, quæ de Dati Præfecto Claſſis ſub Dario Hyſtaſpis Præfecto tradit Herodotus l. VI. c. XCVII. cum profugas ex Inſula Delios, iiſque verbis revocaſſe, ut diceret ſe & ſua ſponte & Regis juſſu, nolle

lo-

locum, *in quo duo nati essent Dii*, οἱ δύο Θεοὶ ἐγένοντο, ejusque incolas ullatenus lædere, ibique continuo, seu ad aram in Delo, trecentas thuris libras adoleviſſe. Quibus gemina a Gobia in Delum a Xerxe miſſo, dicta leguntur apud Platonem seu Æſchinem Socraticum in Axiocho p. 371. T. III. ὅπως τηρήσειε τὴν Νῆσον, ἐν ᾗ ΟΙ ΔΥΟ ΘΕΟΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ, *ut Insulam tueretur, in qua* DUO DII ERANT NATI. Unde de Delo ſimiliter, tanquam Dianæ haud minus ac Apollinis patria, Catullus in ſeculari in Deam carmine,

Quam mater prope
Deliam peperit olivam.

& Seneca de utriuſque in Delo natalibus, Hercul. Fur. v. 15.

Quibusque natis, mobilis tellus ſtetit;

ac ubi pro *tellus*, forte *Delus*, de qua mobili prius & tum *ſtabili* agitur, legi ibidem poſſet, ni obſtaret veterum librorum fides. Immo quod decus ipſa vendicabat ſibi olim Delus, ut liquet etiamnum e vetuſtis ejus Inſulæ nummis, in quibus cernuntur modo Solis ſeu Apollinis radiatum caput, ac Diana ſive Luna in bigis a tauris vecta; modo & ipſe Apollo, ſicuti Diana rurſus, bigis inſiſtentes, cum appellatione in iiſdem, hinc ΔΗΛΙΟΥ, illinc ΔΗΛΙΑΣ, *Delii* & *Deliæ*: modo juncta quoque utriuſque capita, cum inſcr. ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. Quæ *Deliæ* etiam, ſicuti & *Cynthiæ* a monte Deli Cynthio appellatio, huic Deæ paſſim a Poetis tributa; & præterea celebre ejuſdem in illa Inſula fanum, Artemiſium dictum, cujus ex Herodoto & Clemente facta jam ante mentio ad v. 24, videntur itidem comprobare. Immo id vulgo quidem creditum agnoſcunt ipſi Epheſii apud Tacitum Annal. I. III. c. LXI. ita tamen, ut non in Delo, ſed apud ſe levatam eo partu Latonam, & utrumque numen Apollinem ac Dianam enixam, haud eo minus contenderent, nempe, *non ut vulgus crederet* DIANAM *atque* APOLLINEM DELO GENITOS; *eſſe apud ſe Cenchrium amnem, lucum Ortygiam*, UBI LATONAM *partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam manent, adniſam edidiſſe ea numina* &c. E quibus conſentanea de illo Latonæ apud Epheſios partu memorat, uti ad Tacitum monuit Lipſius, Strabo l. XIV. p. 639. Quamquam alii, ut Ariſto, juxta veteres Pindari Enarratores Nem. Od. I. p. 332. genitum quidem in Delo Apollinem, ſed natam in Ortygia apud Epheſum Dianam velint. Alii vero, prout nota fabularum indoles, uno quidem Latonæ in Delo partu, *Apollinem* ac *Dianam* editos tradunt; natam vero, *uti* ea de re Libanius Declam. XXXII. p. 662. Tom. II. *ante Apollinem* Dianam, atque ideo, ut eadem continuo matri Latonæ obſtetricaretur, ὡς τὸ τῇ τὸν Ἀπόλλω τεκεῖν, *ut ea quoque Apollinem pareret*, & quibus gemina, additaque etiam ejus rei ratione, leguntur apud Servium Æn. l. III. v. 73. ubi de Latona in Delo ait, *& illic Dianam primo, poſt Apollinem peperit: mox, ſane nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur præbuiſſe obſtetricis officium:* dein, ut ſcilicet ſe non amplius nugari doceat, *quod autem diximus Dianam primo natam, rationis eſt. Nam conſtat primam noctem fuiſſe, cujus inſtrumentum eſt Luna, id eſt Diana, poſt diem, quem*

Sol

Sol efficit, qui est Apollo. Quibus tamen non accedit Callimachus, sed potius memorato paullo ante Aristoni; dum unum Apollinem, non autem Dianam, uti jam ante obiter monui ad vers. 202, eo Latonæ in Delo partu editum hic memorat. Cui jam ante præluxerat Homerus Hymno (qui ei a Thucydide, uti supra monui, tribuitur) in Apollinem, ubi præterea eodem etiam verbo, quo hic Battiades eam in rem usus v. 119. ἐκ δὲ ἔθορε φοῖβος, *prosiliit autem in lucem Apollo.* Ut de aliis fileam (prout in diversa de Deorum suorum patria ac natalibus abierunt pro more veteres fabulatores) qui, ut refert Diodorus l. v. p. 44. Dianam & Apollinem in Creta natos statuebant; aut qui Dianam, non Latonæ, sed Cereris filiam, juxta Æschylum, & qui id ab Ægyptiis acceperit, tradidere, sicuti id apud Pausaniam legitur l. VII. p. 515. Immo apud Ægyptios, teste Herodoto lib. II. c. LVI, uterque, Apollo nempe ac Diana, iique e Baccho & Iside nati, Latona vero eorum nutrix tantum & Σώτειρα ferebantur.

V. 256. Νύμφαι Δηλιάδες, ποταμοῦ ῥόῳ] Nempe Inopi in Delo fluvii, ad quem constitisse parturientem Latonam ait supra v. 206, & prout antea dixerat v. 109. Νύμφαι Θεσσαλίδες, ποταμοῦ ῥόῳ, *Nymphæ Thessalicæ, fluvii genus*, seu, ut ibi vidimus, Penei. Immo sicuti nato etiam Apolline, Θεοὶ δ' ὁλόλυξαν ἅπαντες, *Dea autem jubilarunt omnes*, seu Pæana, uti mox dicetur, cecinerunt, apud Homerum Hym. in Apollinem v. 119. Idque scilicet, ne minor nascentis Dei, quam aliorum Heroum, aut beatiorum hominum ratio haberetur, quorum Natales Γενεθλιακοῖς Hymnis coli ac celebrari consueverant.

V. 258. ὀλολυγήν] Sicuti in versu modo indicato Hymni in Apollinem Homerici, eadem in re vox ὀλόλυξαν adhibita. Scholia vero ad hunc Battiadæ locum, ὀλολυγήν, τὴν μετ' εὐφημίας λέγει εὐχήν, *cum fausta acclamatione invocationem vocat*, seu lætum Pæana, ob natum nempe Apollinem. Haud aliter ac ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα, *clamorem auspicatum*, dixit Æschylus Agam. v. 25. & alibi in eodem dramate v. 604, ἱερὸν ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντες, *de faustis acclamationibus*, & quæ nempe in solemnibus Deorum sacris & festivitatibus publicis fieri consueverant, sicuti εὐφημεῖν & ὀλολύζειν conjungit quoque Aristophanes de Pace p. 630.

Εὐφημεῖν χρὴ, τὸ μὴ φλαῦρον
Μηδὲν γρύζειν, ἀλλ' ὀλολύζειν.
Favere oportet, & nihil turpe
Quidquam mutire, sed fausta acclamare.

Unde vere jam ad Theophrasti Characteres monuit ὁ πάνυ, vocem esse ὀλολύζειν, quæ ad sacrorum ceremonias pertineat, neque aliter a vetustissimis scriptoribus, quod pauci, ut addit, observarunt, usurpari. Addo, & quod ex modo dictis liquet ubicunque publicæ alicujus festivitatis ac lætitiæ ratio, sicut hoc loco a Nymphis Deliacis Apollinis nativitas, id flagitabat; & quomodo ὑπολολύζειν pro παιωνίζειν, *paana post victoriam canere*, apud Æschylum dicitur Sept. Theb., v. 831. sicut notant ibidem Critici; & Clytemnæstra ad nuntium eversæ tandem mariti auspiciis Trojæ, Agam. v. 596. Ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο.

Jam

Jam dudum quidem exclamavi præ gaudio. Id ipsum vero de his vocibus ὀλολύζειν & ὀλολυγμὸν, pro *gaudio exclamare*, & *exultatione*, olim dictum, & Æschyli indicato modo e Sept. Theb. loco v. 82, testimonio itidem confirmatum video in novissimis eruditissimi Grævii filii, τῷ μακαρίτᾳ, in hunc locum notis. Quomodo verbum etiam inde formatum *ululare*, in gaudio similiter, seu pro *exultare*, adhibuit Statius Theb. l. v. v. 729. *lætoque ululante tumultu.* Adeo, ut nollem ab eruditissimo Vulcanio intempestive monitum, recte Nymphis hisce Deliacis ὀλολυγὴν hic tribui, quod ὀλολυγὴ sit vox mulierum in templis ad lamentationem composita. Ut mittam, quod ὀλολυγὴν & κωκυτὸν, *acclamationem lætam* & *planctum* inter se opponat Euripides Med. v. 1176.

Εἶτ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μέγαν
Κωκυτὸν.
Deinde contrarium faustæ acclamationi gravem emisit
Planctum.

moriens nempe nefariis Medeæ artibus, in paterna Creontis domo, nova Jasonis conjux. Immo ad cujus rei, rituque in veterum sacris solemnis, majorem quandam lucem, insignis omnino & e maximorum quidem genere nummi iconem edere hic opportunum, valde, ac Lectori præterea longe jucundissimum fore, arbitror. Exstat ille, de quo supra obiter ad v. 108, in Thesauris Gallorum Regiis, sub Treboniano Gallo apud Colophonios, & quidem nomine totius Jonum Communis, quod nummi epigraphe arguit, cujus, in quo autem solemne eorundem sacrificium depingitur; ara nempe accensa, taurus prope seu victima; supra ædicula cum sedentis in ea Numinis simulacro; infra aram autem ac taurum, plures seu XIV. figuræ stantes, & protensis ac elatis dextris (quod aperte satis ibidem liquet, & ad nummi illius conspectum mihi observare continuo licuit) ὀλολύζοντες, cum inscr. ΕΠΙ ΣΤΡ. ΚΛ. ΚΑΛΙΣΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ, *sub Prætore Claudio Calisto Sacerdote Jonum Colophoniorum*, in medio autem ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ, *Commune Jonum.*



De

De aliis, quæ ad majorem præclari adeo nummi seu inscriptionis in eodem plenius elucidandæ locum spectant, hic non jam, sed alio in opere opportunius agimus. Quamquam de *planctu* etiam, & quidem juxta sacrorum cæremonias, ὀλολυγὴ subinde fit dicta, ut in Epopis nænia apud Comicum Avib. p. 550. Θεία μακάρων ὀλολυγή, *divinus Deorum ejulatus.*

V. 261. τροχόεσσα παναμέρος ἔρρεε λίμνη] Ejusdem *paludis Deliacæ*, quamquam præterito ejus nomine τροχοέσσης seu τροχοειδοῦς, h. e. *orbiculatæ*, non ut hic Interpres, *curvæ*, facta etiam, quod obiter ante vidimus, ab Euripide mentio Jon. v. 267. ubi ille ædis Delphicæ ædituus cygnum, qui ad eam advolarat, ad paludem Deliacam continuo ablegat, λίμνας τ' ἐπίδας τᾶς Δηλιάδος, *paludem ingredere Deliacam*; item Iphig. Taur. v. 1103.

Λίμναν θ' ἑλίσσουσαν ὕδωρ κύκνιον,
Et paludem volventem aquam cygneam.

Bene autem hic τροχόεσσα, *rotunda*, non ut ante *curva*, in nova & emendata hujus Battiadæ interpretatione, repositum, nunc e missis ad me editis tandem illis Hymnis video.

V. 262. ῥοιζήλιον ἔρνος ἐλαίης] Idem nempe quod ait de eodem Latonæ in Delo partu agens Euripides Jon. v. 1104.

Γλαυκᾶς θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας,
Sacrum ramum cæruleæ oleæ;

& ad quam in Delo *oleam*, non Apollinem quidem, sed Dianam natam dixit, uti supra vidimus, Catullus, ac ubi *Deliacam* eandem *oleam* vocat. A quibus rursus abeunt Ephesii apud Tacitum, & Strabo adductis ad v. 255. locis, ubi *oleæ*, ad quam fuerit levata doloribus partus Latona, non in Delo, sed in Ortygia ad Ephesum luco, statuitur; eademque olea adhuc ævo Tiberii ibidem superfuisse traditur. Quod de palma Deliaca, in quam inclinata fuerit parturiens Latona, similiter dictum, uti supra monitum ad v. 210; & quod alioquin de *olea* in Athenarum arce Minervæ sacra, & per tot secula superstite, cum alibi tum a Pausania traditur l. VIII. p. 490. ubi vetustissimas juxta Græcorum monumenta suo adhuc ævo superstites & virentes etiamnum arbores commemorat, ac primum *viticem* in Samiæ Junonis æde (ἱερῷ Ἡραίῳ, non ut ibi male, ἥρωι) dein *quercum* Dodonæam; tum oleam in arce Athenarum; palmam præterea in Delo; & postremo *platanum* apud Cephyatas Arcadas. Quibus addi insuper potest cum *quercus* illa in Mamre, Constantini nempe ævo, juxta Eusebium ac Sozomenum, & qua de re supra ad vers. 81, adhuc superstes credita: tum memorata a Theophrasto Hist. Pl. l. I. c. XV. & inde a Plinio, *platanus* in Creta in agro Gortynensi sub qua Juppiter scilicet cum Europa concubuisse ferebatur. Quæ *platanus* inde, ut observo, spectatur etiamnum signata in præclaro *Gortyniorum* nummo Cimeliarchii Gallorum Regii, ubi Europa sedens mœsta sub platano, a tergo aquila, illinc, seu in altera nummi area Europa tauro vecta cernitur in corona oleaginea, cum inscr. ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. Cujus etiam insignis nummi expressa hic icone,

Le-

Lectorem harum elegantiarum haud incurioſum demereri, nec inconſultum, nec ab hoc loco alienum, reor;



V. 263. πλήμμυρε βαθὺς Ἴναπος] Opportune πλημμυρεῖν hic de *Inopo* Deli fluvio ſeu fonte dictum, qui nempe ad inſtar Nili, & ex quo per occultos meatus emanare creditur, iiſdemque temporibus exundare, uti antea ad v. 206. vidimus, erat ſolitus. Quamquam πλημμυρὶς non ſolum de *æſtu maris*, aut vero *exundatione* aliorum fluviorum, præter Nilum fuerit dicta, ſicuti πλημμυρίδα Κέρκυρα, *exundationem Ciſtri* Pamphyliæ fluvii, vocat Nicander Alex. p. 106. ſed etiam de abundanti lacrymarum proluvie, ut apud Æſchylum Chœph. v. 184.

Ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι
Σταγόνες ἄῤῥηκτοι δυσχίμου πλημμυρίδος;
Ex oculis vero ſitientes deciderunt mihi
Gutta ineffabiles inundationis hybernæ;

& apud Euripidem Alceſt. v. 182. Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύετο πλημμυρίδι, *Ex oculis manante proluvie rigabatur.* Immo prout verbum πλημμυρεῖν, de lacte a fœtæ ſuis uberibus exuberanti dixit Apollonius lib. IV. verſ. 705. σὺς τέκεν, ἧς ἔτι μαζοὶ πλημμύρον λοχίης ὑπ' ὠδῖνος, *catulus ſuis*, cui *adhuc ubera ſcatebant effœto ex utero.* Πλῆσμην vero pro πλημμυρίδα ſeu *inundatione* fluviorum dixerunt etiam Græci, ut notant Apollonii Enarratores ad l. I. v. 757.

V. 264. ἀπ' ὠδῖνος εἵλεο παῖδα] Ex more veteris puerperii, juxta quem nati infantes in terram primum proſtrati, quo illam veluti parentem & altricem agnoſcerent; dein ſublati, & in parentum amplexus tradi conſueverant. De quo ritu agimus alibi.

V. 266. πολύδωμε, πολύπλοι] Rationem prioris hujus appellationis, qua πολύδωμος compellatur hic Delus, ac ſimiliter infra v. 316. Ἀστερίη πολύδωμε, *Aſteria* (quæ poſtea *Delus*) *multis aris ſacrata*, petere licet continuo ex iis, quæ ante notavimus ad v. 24, hujus Hymni, de aliis nempe præter Apollinem, quamquam præcipuum ac tutelarem loci Deum, cultis in eadem Inſula Numinibus, uti Latona, Diana, Venere, Hercule, Ara Piorum in Delo apud Laertium, Clementem, Porphyrium; immo dictis in genere apud Ariſtophanem, adducto ibidem loco, Δηλίοισι καὶ Δηλίαισι, *Deliis Diis ac Deabus*, quibus nempe

sacratæ essent in Delo aræ ac fana erecta. Πολυβωμος itaque vere appellata hic eadem Delus, ac prout ὁμοβωμοι apud Hesychium & alibi σύμβωμοι dicti *Dii eadem in ara culti*; aut sicut alioquin κοινοβωμία apud Æschylum legitur *de ara Deorum omnium communi* Suppl. v. 230. Cujusmodi scilicet ara duodecim Diis Majoribus ab Argonautis erecta in Asiatico ad Bosporum Thraciæ littore, ab Apollonio traditur l. II. v. 533. ac prout *commune Deorum templum*, κοινὸν τῶν Θεῶν ἱερὸν, non Romæ solum, sed Athenis etiam exstitisse e Pausania liquet l. I. p. 10. Immo non mirum *sacram*, qualis ea habebatur, uti vidimus ad I. vers. hujus Hymni, hanc Insulam πολύβωμον hic dici; quum domus etiam πολύβωμοι, seu *multæ Deorum aræ* darentur in eadem domo; unde moritura Alcestis dicitur ab Euripide in cognomine dramate v. 168.

Πάσας δὲ βωμοὺς, οἱ κατ' Ἀδμήτου δόμους,
Omnes autem aras, quæ in Admeti ædibus,

adiisse nempe, ut additur, ad easque preces fudisse. A quibus proinde privatis id genus *aris*, *diversa ara publica*, sicut hæ in Delo, seu βωμοὶ δήμιοι, quorum meminit Æschylus Eumen. v. 658. Sed magis forte notabile, quod πολυπόλις dicatur hic eadem Insula, exigua cæteroquin, uti a Strabone etiam vocatur l. X. p. 485. κώμη γὰρ ἡ νῆσος μικρά, *parva enim est Insula*, qui & unam in ea urbem ibidem memorat. Verum, ut subdit mox Geographus, vastata prius a Mithridatis ducibus, deserta tum ac inops agebat eadem Insula, quæ antea, uti jam vidimus ad vers. 167, & dicetur adhuc infra ad vers. 319. & 316, tum singulari loci religione ac celebritate, tum opportunitate situs, undique, & ab Athenien sibus maxime ac Phœniciis mercatoribus, frequentari ac inhabitari consueverat. Unde conditæ etiam in ea Insula, uti *dictis* notamus *locis*, Novæ Athenæ seu Athenarum Colonia; & Callimachi ævo florentissima tum, multisque insuper in ea oppidis aut vicis, quod vel hic locus abunde arguit, decorata exstitit eadem Delus. Adde hisce percussum adhuc sub Antonino Pio nummum cum inscr. ΚΟΙΝΟΝ ΔΗΛΙΑΤΩΝ, *Commune Deliorum*, qualem e scriniis Pyrrhi Ligorii jam ad Stephanum memoravit Cl. Holstenius. Etsi itidem in antiquis nummis, ut de lapidibus sileam, non regionum solum, sed unius etiam urbis κοιναὶ signari subinde haud ignorem; ut præter varia, quæ Goltzianus Thesaurus suppeditat, exempla, legitur ΚΟΙΝΟΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, aut ΚΟΙΝΟΝ ΝΕΩΚΑΙΣ. ΜΗΤΡΟ. *Commune Thessalonicensium*, & *Commune Neocæsareæ Metropoleos*, Ponti nempe Polemoniaci, in nummis Gazæ Gallorum Regiæ.

V. 268. δυσήροτος] Ideo nempe; quod arida & saxosa esset hæc Insula Delus, dicta inde κραναὰ Δῆλος seu *aspera Delus*, cum, uti supra jam vidimus ad vers. 11. ab Orpheo sive Onomacrito in Argonauticis, & præterea a Pindaro Isthm. od. 1. ubi juxta veteres ejus Enarratores, τραχεῖα καὶ πετρώδης ἡ νῆσος, *aspera & saxosa insula* eadem traditur; ac unde factum, ut Δηλίαν τε χοιρόδα, *Deliam rupem* dixerit Æschylus Eum. v. 9. & similiter Euripides Troad. v. 89. Δηλιοί τε χοιρόδες, *& rupes Delia*. Immo unde de eadem ait Homerus Hym. in Apoll. v. 54.

Οὐδὲ

Οὐδ' εὔβων σε εἴσεσθαι, *neque bobus te fore* (nempe ad arandum) *divitem*; & mox v. 60. alendam esse hanc Delum,

Χειρὸς ἀπ' ἀλλοτρίης, ἔπει οὔ τοι πῖαρ ὕπ' οὔδας,

Manu ab aliena, quoniam non est pingue tibi solum.

Quamquam non incultam omnino Delum, licet δυσήροτον seu δύσεργον, ut de ejusmodi solo ait Theophrastus H. Pl. l. v. cap. 1. remansisse, vel ex eo liqueat, quod supra ex Euripide adtuli ad vers. 11, de hujus Deli καρποφόροις γυάλοις, *fertilibus vallibus*; aut quod de Niciæ obita solemni in Delo θεωρίᾳ, de qua mox ad vers. 279. verba faciens Plutarchus, illud insuper addat, prædium ibi decem millibus drachmarum emptum ab eodem Nicia, e cujus reditibus solemnia a Deliis, ubi Apollini iidem sacrificassent, epula fierent. Obvium autem e delectu cœli & soli, quod ait Theophrastus de Caus. Pl. l. III. c. 1. *fertilitatem & sterilitatem* provenire, εὐσθένειαν καὶ εὐκαρπίαν, seu, ut ibi mallem, εὐθένειαν, quæ de *fertilitate* frugum, cum alibi, tum in antiquis etiam nummis quandoque occurrit, nempe ΕΥΘΕΝΕΙΑ, *Abundantia*, & quo sensu vocem εὐθενεῖν, de fecundo terræ proventu usurpat Æschylus Eum. v. 911. & Aristides Rhod. p. 397. Tom. II. Quamquam alibi voce εὐσθενείας usum eundem Theophrastum norim, ut de Causs. Pl. l. II. c. II. ubi *vegetum arborum statum* vocat δένδρων εὐσθένειαν. Sed de his alibi plenius.

V. 268. ἀπ' ἐμεῖο Δήλιος] Sicuti nempe in ipsis Deliorum nummis eadem, ut ante monui, ΔΗΛΙΟΥ appellatio illi tribuitur, & quomodo Δάλιον ξένον, *Delium hospitem* Apollinem Cyrenis cultum vocat Pindarus Pyth. od. IX. p. 298. Immo unde etiam ejus soror, *Delia* quoque in iisdem Deliorum nummis, sicuti a Poetis passim, dicitur. Quamquam enim hæc Dea non ab omnibus, uti ante vidimus ad v. 202. & 255. nata statueretur in Delo, haud eo minus tamen in ea colebatur, & erectum ei Artemisium, de quo nos ad eadem loca.

V. 271. Κερχνὶς] Pro qua voce Κεγχρὶς omnino hic substituendum ex Auctoribus antiquis, qui hujus Promontorii in Isthmo Corinthiaco meminere, monuit ad hunc locum vir doctus. Verum per literarum μετάθεσιν Poetis familiarem Κερχνὶς hic pro Κεγχρὶς a Battiade dici potuit; γ enim & ν promiscue ac in locorum etiam nominibus sumi, vel e nummis aliisque monumentis obvium aut aliunde etiam notius, quam ut plura ea de re hic addam. Immo id jam opportune de hoc ipso Callimachi loco monitum video a postremo Stephani Interprete & Enarratore Berkelio, in voce Κεγχρέαι; & ex solita literarum mutatione in hac ipsa voce Κεγχρὶς & Κερχνὶς, ac similiter Κερχνῶδες &c. vere adsertum. Quibus addam Galenum, qui Comment. III. in Hippocrat. de Articul. ed. Græc. Basil. p. 625. κέρχνον *milium* Ionibus pro κέγχρον dici observat; & sicuti alibi e Nicandro κεγχρίου vocem de avi, quæ κερχνὶς seu κερχνὶς ab Aristophane haud semel Avib. p. 537. & 569. dicitur, adducit idem Pergamenus Criticus haud minor quam Medicus, de locis Affectis l. II. c. V. Sic notat Hesychius in voce κερχνώμασι, ita dici περὶ τὰς ἴτυς τῶν ἀσπίδων κόσμον, *circa umbones clypeorum ornamentum*;

& pro quo ἀσπίδων κεγχρώμασιν, dixit Euripides Phœn. v. 1395. ubi occurrit eadem omnino, quæ apud Hesychium, de hac voce κέγχρωμα vel κέγχρος, veterum Tragici Enarratorum glossa. Juxta quæ proinde usitata in ejusmodi vocibus vestigia, non ut vitiosa continuo ea vox κεγχρὶς in hoc Callimachi loco redargui debuit.

V. 273. Ὡς ἐγὼ Ἀπόλλωνι] Unde etiam, uti jam ante dictum ad v. 2, Ἀπολλωνιὰς appellata eadem Delus, apud Pind. Isthm. od. 1, & a Marone Æneid. l. III. v. 79. *Veneramus Apollinis urbem*, nempe Delum.

Ibid. ἔσομαι ἔτι πλαγκτὴ] Nempe adhuc *errans*, quum Apollinem Latona edidit, Delus juxta illud Senecæ Herc. Fur. v. 453.

Quem profuga terra mater errante edidit;

sed continuo post partum *mobilis* prius ac *instabilis* a Statio, ut jam ante vidimus ad v. 11, dicta, stabilis tum demum facta sicuti versu ejusdem apud Senecam dramatis paullo ante adducto, dicitur, *quibusque natis mobilis* &c. Hinc alibi Statius Theb. l. VIII. p. 197. *partuque ligatam Delon vocat*; & Claudianus IV. Cons. Honor. v. 133.

Hæsit Apollineo Delos Latonia partu,

& in Prob. & Olybr. Consul. versu jam supra adducto,

Ad loca nutricis jam non errantia Deli.

Nec sola tamen Delus πλαγκτὴ, seu in mari *errans* olim dicta, quo nomine aliæ etiam Insulæ præter Cyaneas apud vatum Patrem, occurrunt appellatæ; immo quod omnibus Insulis antiquitus, antequam nempe radicitus in mari forent fixæ, commune scilicet exstitisse, tradentes vidimus antiquos Criticos supra ad v. 45. hujus Hymni.

V. 274. γλυκὺν ἔσπασε μαζὸν] Aliter in Hymno Apollinis Homerico, ubi nato Apolline, eoque continuo pro more abluto, additur, non lactatum eundem more aliorum infantium, sed nectar continuo & ambrosiam, Deorum potum ac cibum, ei a Themide præbita; nempe a v. 123. &c.

Οὔδ' ἄρ' Ἀπόλλωνα χρυσάορα θῆσατο μήτηρ,
Ἀλλὰ Θέμις νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν,
Ἀθανάτῃσιν χερσὶν ἐπήρξατο· χαῖρε δὲ Λητώ,
Neque utique Apollinem auricomum lactavit mater,
Verum Themis nectar & ambrosiam amabilem,
Immortalibus manibus præbuit; gavisa autem est Latona.

Quod, ut licet statuere, Sol seu Apollo, tanquam omnium in terra sator ac nutritor, alimentis non terrestribus, sed cœlestibus tantum posset sustentari. Ut de Stoicis hic fileam, qui teste Plutarcho in Iside p. 357, Solem e mari ali atque incendi statuebant. Pro melle proinde & lacte, primo infantium & nati etiam Jovis, supra Hym. in eundem cibo, aut Capra Amalthea, cujus idem sugebat ubera, σὺ δὲ ἔθησαο πίονα μαζὸν, nectar demum & ambrosia, idque Themidos manibus, Apollini, in adductis modo Hymni Homerici versibus, præbita; & quæ Themis alioquin Solis filia apud Lycophronem dicta p. 129, ac præterea Delphici etiam tripodis ante Apollinem custos, apud Æschyl. Eumen. v. 1. & ali-

alibi, qua de re jam ſupra, legitur. Apud Proclum autem in Timæum l. 1. p. 11. ἡ ἐγκόσμιος Δίκη, *ordinata Juſtitia* ſeu Themis apud ſolem collocatur. Hic vero *ubera* ſuxiſſe dicitur Apollo, non addito matris aut alterius, quæ illa ei præberet, eumque lactaret, nomine; ſed quæ ad Aſteriam Nympham ſeu Delum referri e ſequentibus liquet, ubi factum inde ait, ut Delus cum Inſularum ſanctiſſima evaderet, tum Apollinis κουροτρόφος, ſeu prout eadem jam ante dicta v. 10. hujus Hymni illius τιθήνη & a Claudiano ſimiliter, uti ibidem ac paullo ante vidimus *nutrix* fuerit nuncupata; quæque etiam v. 6. natum Apollinem abluiſſe continuo traditur & faſciis involviſſe.

V. 275. Νησάων ἁγιωτάτη] Unde etiam ἱερὴ & *ſacra*, non communi aliarum quoque *Inſularum* epitheto, ſed propria inde huic *Delo* appellatione, eadem dicta, ut notavi ad v. 1. hujus Hymni, & quæ plura ibidem eam in rem leguntur. Hinc ut θεοτίμητος etiam compellatur eadem Delus in Hymno Pindari Deliaco apud Philonem, de quo ſupra ad v. 255.

V. 277. Οὐδ' Αἴδης] Vere quidem notavit Anna præſtantiſſima, inde Αἴδην hic, qui nempe una cum Marte & Bellona e Delo exularet, commemorari; videri enim a ſe alicubi lectum, quod in Delo non ſepelirent mortuos, ſed in vicinas Inſulas eoſdem deferrent. Quod utique jam ad v. 1. hujus Hymni, e duobus graviſſimis Auctoribus, Thucydide III, 104 ac Strabone, qui revera hoc tradunt, vidimus; & quibus hic addi inſuper debent Plutarchus Apophthegm. Lacon. p. 230, ac Servius ad Æn. l. III. v. 73, ubi de Delo ait & Apolline, *nam præcepit ne illic mortuus ſepeliretur.* Immo, quod dum hæc ſcribo, a viro docto, qui primus hunc Poetam explanavit, opportune jam e Thucydide hic monitum video. Pluto inducitur, ut Bellonae et Martis comes, nullum ibi bellū, nulla caedes fit." Nec ad illū ritū referendū videtur.

V. 278. ἀμφιετεῖς δεκατηφόροι αἰὲν ἀπαρχαὶ] *Primitias* pro *decimis* in Inſulam Delum *quotannis* miſſas, idque non a vicinis ſolum Inſulis, ſed remotis etiam quaquaverſum gentibus, docet hoc & ſequentibus verſibus, inſigni utique eam in rem loco, ſicuti id jam ad titulum hujus Hymni indicavi, Callimachus. Quo nempe Apollinem, tanquam vere patrium loci Deum, rite pieque eædem gentes colerent; ac unde præterea, qui ſacra ibi in Deliaca Apollinis æde procurabant, cæterique etiam *ſacræ*, uti dictam antea vidimus, Deli incolæ alerentur. Hinc ſolemnes illæ θεωρίαι non Athenienſium ſolum, ſed aliorum etiam Populorum, de quibus nos obiter antea, ac paullo poſt agit ipſe Callimachus; quæ nempe in Delum *quotannis*, ut hic dicitur, peculiari ritu ac religione mittebantur. Adeo ut eadem ferme Deli & Apollinis in ea fani apud gentes, quæ Hieroſolymorum & ſacri ibidem templi apud Judæos ratio exſtitiſſe videatur; ad quam nempe Judæorum metropolim, *primitiæ* ac *decimæ*, non ſolum e Judææ latifundiis, ſed, ubicunque agebant in orbe Judæi, collectæ, pro *primitiis* ac *decimis* pecuniæ, in uſum templi & ſacrorum, Hieroſolymas deferri conſueverant. Quod Judæis utique ſingularis privilegii loco a Romanis conceſſum tradit Joſephus Αλωσ. l. VII. c. XIII. eamque ſacram pro *primitiis* pecuniam,

Hierosolymas, a delectis ad id Judæorum ubique extra Judæam degentium, statis temporibus, legatis delatam, quæque λύτρα a Judæis, nempe Helleniſtis, dicta, docet Philo de Monarch. p. 822. Quibus alioquin conſona in Numinum patriorum cultu, a gentilibus ubique ferme leguntur obſervata. Certe ſacratas Athenis Minervæ *decimas*, & *quinquageſimas* Diis aliis, tradit Demoſthenes adv. Timocratem p. 447. conſtitutique ſimiliter τῶν ἱερῶν χρημάτων Ταμίαι, ſeu *ſacræ pecuniæ Quæſtores*, ut ex eodem Demoſthene cum in eadem Orat. p. 477. tum adv. Macartat. p. 666, Andocide præterea de Myſter. p. 239. ed. Han. & aliunde liquet. Ita de fano Dianæ in Scilunte a ſe extructo, & conſecratis eidem fructuum agri *decimis*, adſcriptoque ejus rei (pro more nempe in his conſtitutionibus uſitato) in columna prope fanum decreto, meminit Xenophon Ἀναβ. l. v. p. 350; & cujuſmodi plura exempla ſuppeditant vetera marmora. Quam in rem audiendus etiam Harpocration in vocibus ἀπὸ Μισθωμάτων, nempe ἑκάστῳ ἦν Θεῷ πλέθρου γῆς ἀπόνεμον, ἐξ ὧν μισθωμάτων αἱ εἰς τὰς θυσίας ἐγίνοντο δαπάναι, *arvipendia enim unicuique Deo aſſignabant, ex quorum locationibus proveniebant impenſæ, quæ in ſacrificiis fiebant.* Verum peculiaris adhuc, ut vel ex antedictis, & maxime ex hoc Callimachi loco proximiſque verbis conſtat, Deli hujus ratio; in quam nempe, non e propriis adeo Inſulæ ſeu Apollini ſacris in eadem latifundiis, aliiſve proventibus, ſed undique e vicinis remotiſque etiam, uti mox iidem commemorantur, tribus mundi cardinibus, *primitiæ* ac *decimæ*, tanquam ad religioſum locum, peculiaremque Dei illius communis cultum, & incolarum, quaſi totidem ejus Sacerdotum, aut vero *hoſpitum* etiam eo undique loci religione, & qua de re mox, confluentium, alimenta deferebantur, prout nempe a Statio de eadem Inſula dictum, *atque hoſpita Delos gentibus*, Achill. l. 1. v. 206. Mitto hic memoratum ſupra e Plutarcho in Delo prædium, a Nicia Apollinis cultui, ſeu ſolemni Deliorum in ejus honorem epulo, ſacratum.

V. 279. πέμπουσαι] Verbum hic utique opportunum, ubi nempe de miſſis undique in Delum, ſtatis temporibus, ſolemnique ritu, *primitiis* agitur, ſeu, ut hic dicitur, ἀπαρχαὶ πέμπουσαι. Ita de miſſis a religioſis hominibus, non ad patria ſolum, ſed ad aliorum quoque locorum feſta, donariis dixit Theophraſtus περ. Ευσεβ. τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, *& qui Deos colunt, ac ad feſta ſolemnia dona iis mittunt.* Immo unde πέμπειν etiam Atticis ſimpliciter dictum, pro πομπεύειν, ſeu *Deum celebrare*, aut ſolemni pompa deducere, ut apud Æſchylum Eum. v. 12. de culto nempe ab Athenienſibus Apolline, eoque Delphos ſolemniter ab iis deducto,

Πέμπουσι δὲ αὐτὸν, καὶ σεβίζουσιν μέγα.

Deducunt autem illum ſolemniter, & colunt magnopere;

& quod πέμπειν πομπὴν dici alioquin vulgo ab iiſdem Atticis ſolet, ut a Thucydide l. vi. p. 451, a Demoſthene Philipp. III, & a Comico jam ante, Avib. p. 587.

Τὸν ἱερέα πέμψαντα τὴν πομπὴν
Καλῶ.

Sacer-

Sacerdotem, qui pompam adduxit,
Appello.

Ibid. πᾶσαι δὲ χορὺς ἀνάγουσι πόληες] Ad Musicos nempe agones, qui in Delo solemni ΔΗΛΙΩΝ festo, & qua de re jam ante ad lemma hujus Hymni, juxta Gymnicos, in Apollinis honorem, solemni pompa ac ritu celebrantur. Quam in rem iisdemque verbis, quibus hoc loco Callimachus, usus jam fuerat Thucydides l. III. p. 242, ubi de hisce variarum urbium ac Insularum choris, eum in finem in Delum missis, ait, χορὺς δὲ ἀνῆγον αἱ πόλεις. Quod ab Herodoto, uti vidimus ad v. 3, monitum jam ante fuerat, de missis nempe ab Jonicis *urbibus* & Insularibus statis in Delum *choris* & conventibus. De Peloponnesiis itidem Messeniis, Pausanias l. IV. p. 221. ἐπὶ δὲ Φίντα Συβότα, πρῶτον Μεσσήνιοι τότε ΤΩ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΕΣ ΔΗΛΟΝ θυσίαν, καὶ ΑΝΔΡΩΝ ΧΟΡΟΝ ἀποστέλλουσι, *Phinta autem regnante, Sybotæ filio*, APOLLINI *primum Messenii sacrum cum* VIRORUM CHORO, DELUM *miserunt*; additque cantici, quo iidem Apollinem post eorum adventum continuo celebrant, auctorem fuisse Eumelum. Id enim notare ibi apud Pausaniam προσώδιον, seu προσώδιοι ὕμνον, quos nempe Dei in Delo aram adeuntes canebant, ut id a Proclo observatum in Chrestomathia p. 342. ult. ed. Hinc Themistius, quum solemne vellet novæ Romæ in colendo Constantio studium celebrare, ait Orat. IV. p. 54. Οὐ γὰρ μόνον θεωρὺς ἐπέμψατε, ὥσπερ εἰς Δῆλον, ἀλλὰ καὶ οἰκοῖ στεφανηφορεῖτε, καὶ εὐθυμεῖτε, καὶ ἑστιᾶσθε, *nam non solum sacros legatos, tanquam ad Delum, misistis; sed etiam domi coronas gestatis, & hilaritati atque epulis indulgetis.* Solemnis vero maxime & celebrata, cujus origo etiam infra a Callimacho traditur v. 314. &c. ab Atheniensibus in Delum cum *choris*, & reliquo sacrorum apparatu, mitti solita θεωρία. Eximius vero Plutarchi eam in rem, neque hic prætereundus locus in Nicia, p. 524. &c. ΤΩΝ γὰρ ΧΟΡΩΝ, οὓς ΑΙ ΠΟΛΕΙΣ ἔπεμπον ἀσομένους τῷ Θεῷ προσπλεόντων μὲν ὡς ἔτυχεν, εὐθὺς δὲ ὄχλου πρὸς τὴν ναῦν ἀπαντῶντος ᾄδειν κελευομένων κατ' οὐδένα κόσμον, ἀλλ' ὑπὸ σπουδῆς ἀσυντάκτως ἀποβαινόντων ἅμα, καὶ στεφανουμένων, καὶ μεταμφιεννυμένων· ἐκεῖνος ὅτε τὴν θεωρίαν ἦγεν, αὐτὸς μὲν εἰς Ῥηνίαν ἀπέβη, ΤΟΝ ΧΟΡΟΝ ἔχων, καὶ τὰ ἱερεῖα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν· ζεῦγμα δὲ πεποιημένον Αθήνῃσι πρὸς τὰ μέτρα, καὶ κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς χρυσώσεσι, καὶ βαφαῖς, καὶ στεφάνοις, καὶ αὐλαίαις κομίζων· διὰ νυκτὸς ἐγεφύρωσε τὸν μεταξὺ Ῥηνίας καὶ ΔΗΛΟΥ πόρον οὐκ ὄντα μέγαν· εἶθ' ἅμα ἡμέρᾳ ΤΗΝ τε ΠΟΜΠΗΝ τῷ Θεῷ, καὶ ΤΟΝ ΧΟΡΟΝ ἄγων κεκοσμημένον πολυτελῶς, καὶ ᾄδοντα διὰ τῆς γεφύρας, ἀπεβίβαζε, *quum enim* CHORI, *quos* URBES *ad canendum in Apollinis honorem* MITTEBANT, *appellerent, prout casus tulit, & ad navim turba repente occurrente canere juberentur, nullo ordine, sed præ nimia festinatione incomposite de navi descenderent, coronas sumerent, & vestes permutarent: Nicias vero dux missæ in Delum sacræ stataeque legationis, trajecit secum in Rheniam* CHORUM, *victimasque & reliquum apparatum, ad hæc pontem Athenis constructum justæ magnitudinis, atque eximie ornatum auro, purpura, coronis, tapetibus deportans, ea nocte fretum inter Rheniam ac Delum medium, quod non latum, junxit.*

Mox ubi illuxit, DEDUXIT POMPAM *Deo*, *&* CHORUM *magnifice ornatum cantantemque traduxit per pontem.* Quem locum ideo integrum exscribere libuit, quod ex eo insigniter hic illustretur Callimachus, & simul tota id genus χορῶν, qui in Delum quotannis undique, a religiosis scilicet urbibus ac populis mittebantur, ratio, institutum, & apparatus abunde constent. Quibus accedit alius adhuc præclarus Hyperidis in Deliaca locus, qui a Sopatro in Græcis ad Hermogenem Commentariis adducitur p. 183, ubi ait ἀφικοντό τινες ΕΙΣ ΔΗΛΟΝ ἄνθρωποι Αἰωλεῖς πλούσιοι, χρυσίον ἔχοντες πολὺ, ΚΑΤΑ ΘΕΩΡΙΑΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ, *venerant divites quidam Æoles in* DELUM, *multo onusti auro*, OB SACRAM GRÆCIÆ LEGATIONEM, qui, ut addit, in Rheniam, de qua modo Plutarchus, Insulam ejecti & mortui fuerant inventi; ortam inde gravem inter Delios ac Rhenios contentionem, dum mutuo se de illorum cæde accusant: Rhenios autem ita eam a se amolitos, ut nullam subesse caussam dicerent, cur iidem ad se venissent; nullos enim esse apud se portus, non emporium, non aliud, & ne unum quidem, diversorium, ΠΑΝΤΑΣ ΤΕ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ἀφικνεῖσθαι πρὸς ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ ἔλεγον, OMNES *vero* HOMINES DELUM *dicebant adire.* Quibus postremis equidem verbis nihil dici potuit luculentius ad ea, quæ hoc loco & sequenti versu de adpulsu in Delum, e tribus mundi cardinibus, urbium seu populorum tradit Callimachus, ac, ut continuo subdit, ex ultimo etiam Septentrione, ΠΑΣΑΙ δὲ χορὺς ἀναγουσι ΠΟΛΗΕΣ, &c. *Omnes autem urbes choros* in Delo *celebrant* &c. Unde insuper satis liquet, haud solis Athenienſibus, patrias fuisse illas in insulam Delum θεωρίας, prout id de iis, quas Delphos ad Apollinem Pythium mittebant, dicit Aristides Panathen. p. 329. θεωρίαν μὲν Πυθιάδα, Αθηναίων μόνον πάτριον, *sacram quidem legationem Pythiada* seu *Delphicam*, *Athenienſibus duntaxat patriam*, h. e. *propriam*, *esse.* Adde quod ea festivitate, ac ab omnibus aliis curis remissione, illæ solemnes in Delum urbium pompæ seu transvectiones undique fierent; ut datus sit inde proverbio, cujus mentio fit apud Græcos Parœmiographos, Zenobium, Diogenianum &c. locus, Ἄδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων, nempe, ἐπὶ τῶν ἀφροντίστως καὶ φιληδόνως βιούντων, *cantas*, *tanquam in Delum navigans*; *de iis*, *qui sine cura & voluptarie vivunt.* Ut illud adhuc obiter hic tangam, eam, de qua modo a Plutarcho ac Hyperide facta mentio, Rheniam Insulam, a Polycrate Sami tyranno, Apollini Delio subjectam fuisse, juxta Thucydidem l. 1, p. 11.

V. 280. Αἴτε πρὸς Ἠοίην] Quo proinde referas id, quod de Persarum Regibus Dario & Xerxe, eorumque præfectis, de summa nempe eorum erga hanc Insulam Delum religione jam ante monitum ad vers. 1, hujus Hymni. Quibus accedunt insuper ejusdem Datis de quo ibi Persicæ classis sub Dario Xerxis parente præfecti jussa, ne naves ejus in Delum tenderent, ne huic Insulæ ullum inde accideret incommodum; sed ut illæ in Rheniam, de qua paullo ante, ad superiorem notam, appellerent. Ut hoc addam, quod hujusce Apollinis Delii apud Indos simu-

mulacrum vidisse Apollonium Tyaneum, tradat in ejus vita Philostratus l. III. c. III. unde ad ultimum quoque *Orientem* perveniisse illius Delii cultum liceret statuere.

V. 281. Κλῆρος ἐστήσατο] Quum haud una sit hujus vocis κλῆρος, præter propriam ei *sortis* significationem, apud Græcos acceptio; inde haud semel ea ab illorum Interpretibus confunditur. Modo enim κλῆρος apud veteres pro *hæredio rustico* dictus, unde κληρέχος & κληρεχικὴ, ut apud Comicum & ejusdem Enarratores, Νεφελ. p. 134. πότερα τὴν κληρεχικὴν &c. ubi Critici σύνταξιν λέγει τὴν γεωργικήν· κληρέχοι γὰρ οἱ γεωργοὶ, & Apollonium Rhodium l. III. v. 1402. κλῆρε σημαντῆρα, φυτοτρόφον, *hæredii* seu *agri rustici dominum*, *plantarum altorem*; modo in genere de uniuscujusque *facultatibus*, ut apud Pindarum Ol. od. XIII. p. 118. πατρὸς ἀρχὰν καὶ βαθὺν κλῆρον, *patris regnum & magnas opes*: modo de *agrorum sorte* ac *divisione*, seu in hostium solo, seu a novo Coloniæ duce eadem cæteroquin fieret, & a quibus etiam antiqui agri Diis consecrabantur, sicuti apud Thucydidem legitur l. III. p. 206; ac inde tandem in genere, pro *terra* seu *regione*, quam quævis gens insedit, sicuti hoc apud Callimachum loco, ubi de gentibus seu locis agitur, quæ vel ad orientem, vel ad occasum, vel ad meridiem inhabitabant. Ita Δαναῶν κλῆρον, de Argivorum regione dixit idem versu ultimo sequentis Hymni in Lavacrum Palladis, & de quo loco ibidem.

Ibid. οἱ καθύπερθε βορείης] Nempe qui similiter apud Melam l. III. c. v. *Hyperborei super aquilonem*; aut apud Plinium l. IV. c. XII. *ultraque aquilonem*; & juxta Strabonem l. I. p. 62. qui omnium sunt *maxime septentrionales* βορειότατοι, ac ut idem addit, sub mundi polo. Jure vero ille Herodotum ibi redarguit, qui nempe l. IV. c. XXXII. *Hyperboreos* nullos dari censuit, quod eos ita dici crederet, apud quos non spirat boreas. Melam vero, seu qui id cum eo statuebant, solem nempe verno æquinoctio iis oriri, autumno vero occidere, male a Plinio culpari, vere ad eundem Pomponium adnotavit vir doctissimus Is. Vossius; nec diffitetur, quamquam tacito, unde id hauserit, nomine, postremus ac eruditus Plinii Enarrator, cujus alioquin, ut opinor, plaudentes, haud facile lectores reperiet, ea quam tentat postea in secundis Notis, ejusdem Pliniani loci, quo eum nempe ab errore illo liberaret, emendatio. Hujus autem *Hyperboreorum* nominis originem, non a Græcis petendam, & a situ quasi *supra boream* fuerint iidem dicti, sed e Sueonum, apud quos nempe forent *Hyperborei*, & quidem a claritudine generis, quod antiquissimus Sueonum Rex *Boreus* seu *Boreas* fuerit appellatus, & a quo *Oferborne*, seu *Hyperborei*, quasi celsissima stirpe geniti, contendit in Atlantica, ingeniosissimo nec vulgaris acuminis ac industriæ opere, & veteris Sueonum linguæ exemplis ac testibus illustrare adgreditur Rudbeckius Atlant. I. Part. p. 366. &c. Neque vero mirum, quod in earum gentium censu, a quibus cultus fuerit Apollo Delius, & quidem ubi enixa eum fuerat Latona, referuntur hic potissimum iidem *Hyperborei*; Id enim magno veterum Auctorum consensu traditum aliunde liquet, & prædicat Plinius l. IV. c. XII. præ-

cipue nempe, *cultum ab iis Apollinem.* Hinc tertium Apollinem, Jove nempe natum & Latona, eundemque proinde, de quo hoc Hymno Callimachus, *ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse*, ait Cicero de Natura Deorum l. III. c. XXIII. Immo unde apud hosce *Hyperboreos* genitam quoque Latonam, ac inde singulari & præ Diis aliis, religione, fanis, luco, sacerdotibus, assiduis cantilenis cultum Apollinem, καὶ πόλιν μὲν ἐπάρχεσαν ἱερὰν τῷ Θεῷ, & *urbem quidem exstare* apud eos *Deo illi sacram*, tradit Diodorus l. II. p. 130. Hinc Ἀπόλλωνος θεραπόντα, *Apollinis cultorem* vocant, Ὑπερβόρειον δᾶμον, *Hyperboreorum populum* Pindarus Olymp. od. III. ac alibi, nempe Pyth. od. X. p. 313, festis, dapibus, lætis acclamationibus & asinorum præterea Hecatombis, cultum ab iisdem Apollinem docet. Quod postremum de horum *Hyperboreorum* in illius honorem ὀνοσφαγίαις, a nostro Battiade itidem traditur, iis versibus, qui ibi a priscis Pindari Enarratoribus p. 313. & a Clemente in Protrept. p. 18. recensentur, & quod præterea ab Antonio Liberali adfertur Metam. c. XX. Ita *sacram* Hyperboreorum *gentem* ab Apolline frequentatam tradit Apollonius Rhod. l. IV. v. 614. ubi a Jove fulmine ambusto filio ejus Æsculapio, inde iratus Apollo e cœlo exulare fuerat coactus,

Ἡμῶ Ὑπερβορέων ἱερὸν γένος εἰσαφίκανεν,

Quando Hyperboreorum sacram adibat gentem. &c.

quem & apud eosdem *Hyperboreos* visum jam ante dixerat l. II. v. 676. ac ideo juxta Criticos ibidem, quod in summo apud eos honore foret hic Apollo. Hinc Pythagoras, ob summam sapientiam pro Apolline Hyperboreo a Crotoniatis habitus, juxta Ælianum V. H. l. II. c. XXVI, immo ab ipso Abaride, Hyperboreo ejusdem Apollinis sacerdote, (& cujus Plato in Charmide, aliique meminerunt) ut id a Porphyrio ac Jamblicho cap. XIX. in vita Pythagoræ, quod monuerunt etiam ad Ælianum viri docti, similiter traditur. Verum Jamblichi, ubi ea de re agit, locum, quique haud uno in mendo cubat, & inde, ut tot alii in eodem libro, pessime est ab Interprete acceptus, ex optimo Regiæ Gallorum Bibliothecæ codice emendatum hic juvabit adponere, ἦλθε μὲν γὰρ Ἄβαρις ΑΠΟ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ, ἱερεὺς ΤΟΥ ΕΚΕΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, πρεσβύτης κεκμηκὼς, καὶ τὰ ἱερατικὰ σοφώτατος, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀπενεγκάμενος, εἰς τὰ ἴδια, ἵνα τὸν ἀγερθέντα χρυσὸν τῷ Θεῷ ἀποθῇται εἰς τὸ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ ἱερὸν, *siquidem Abaris ex* HYPERBOREIS *venit, sacerdos* ILLIC APOLLINIS, *ferme senex, & eorum, quæ ad sacra spectant calentissimus, e Græcia ad suos revertens, ut collectum aurum Deo* Apollini APUD HYPERBOREOS in ejus *templo* reponeret. Unde a cultu illo Apollinis apud hosce *Hyperboreos*, terra angusta a Mela l. III. c. V. de eorum regione dici statuit ad eundem in observationibus vir doctissimus; de quo tamen, quum *terra augusta* legatur in antiquis aliquot Melæ editionibus, haud satis constare existimo. Hunc vero, juxta Græcos Auctores, cultum ab *Hyperboreis* Apollinem, eundem esse cum *Baal Sephon*, Deo seu Idolo, cujus mentio Exod. XIV. 1. contendit idem, de quo paullo ante, vir ingeniosus ac industrius, Rudbeckius

Atlant.

Atlant. p. 761. quod nempe *ſephon* de *ſeptentrione* ſeu *aquilonari plaga* ab Hebræis dici ſit in confeſſo; atque ita *Baal* ſeu *Belum ſeptentrionalem* nihil eſſe aliud, quam *Apollinem Hyperboreum*; *Baal* enim a Scaldis & in Edda *omnium præſtantiſſimum* denotare. Cui & illud ſuffragari inſuper poſſet, quod a Chaldæis צפון, *ſiphon*, de *extremo ſeptentrione* ideo dici adſerant veteres magiſtri, quod ſol illic ſit veluti abſconditus: id autem de *Hyperboreis* tradiderint Mela, Plinius &c. eos per ſemiſſem ſolis luce carere. Ita *Belphegor* ſeu *Balphegor*, juxta eundem Rudbeckium p. 764, idem qui *Apollo* vel *ſol pulcher*; *fegor* enim *pulcher*, & de *ſole* a Scaldis itidem dici. Quæ interpretatio utique poſtremi hujus Moabitarum Idoli *Beelphegor*, ab eorum placitis, Hieronymi puta, qui ab Hebræorum Magiſtris id hauſerat, recedit, qui de Idolo turpitudinis ſeu Priapo illud ſunt interpretati, & quibus tamen non acceſſit doctiſſimus Seldenus, qui a loco ſeu monte Moabitarum *Peor*, ubi nempe coleretur, dictum id demum cenſuit. Sed hæc non jam hic excutimus; aut quod prius illud *Baal Sephon*, non de Idolo, quamquam ita interpretentur e recentioribus Grotius, aliique, ſed de oppido, quæ & doctiſſimi Seldeni de eodem ſententia, Moabitarum dicatur Num. XXXIII. v. 7. Quæ tamen nihil obſtarent, quin utraque eadem loca *Peor* & *Baal Sephon*, a totidem nempe locorum illorum Diis ſeu Idolis, quæ ibidem colerentur, & quorum cultum aliunde accepiſſent Moabitæ, pro more tot aliorum locorum ſimiliter apud gentes denominatorum, fuiſſent nuncupata. Sed hoc jam non operoſe, quod nec flagitat loci hujus ratio, excutimus; aut vero a Rudbeckio, ea de hiſce duobus Idolis in veteri Fœdere tradita, tanquam ab iis, de quibus hic agimus, *Hyperboreis*, ſint continuo arceſſenda, volumus ideo pro certis, immo quorum alia & propior iiſdem origo dari non poſſet, venditare.

V. 282. Οἰκία θινὸς] Per vocem θινὸς, *Oceani zonam* hic intelligi, dicitur in Græcis ad hunc locum Scholiis. Nempe juxta illud Melæ ſub finem l. I. *ultra ſurgit mons* Riphæus, ultraque *eum jacet ora, quæ ſpectat Oceanum*, quamque etiam παρωκεανιτίδα *Oceani ripam* dictam ſimiliter apud Strabonem legas l. VII. p. 295. & pone quos montes Riphæos, habitaſſe Hyperboreos ſtatuunt idem Mela, Plinius, aliique, & de quibus proinde a Catullo dictum Carm. CXIII. *Uſque ad Hyperboreos & mare ad Oceanum*, glaciale nempe dictum, & inde a Marone Georg. l. IV. v. 517. *Solus Hyperboreas glacies* &c. Adde, ab Hecatæo, ut id ex eo refert Diodorus l. II. p. 130. collocari Hyperboreos ad *Oceanum* contra Celticam, cujus late, ut notum, diffuſum apud veteres de ſeptentrionalibus juxta & occidentalibus Europæ gentibus nomen. & quod proinde de *Anglia*, dum nempe Κελτικὴν ibi apud Diodorum per *Galliam* vertit, intelligi ipſe cenſuit eruditus ejus Interpres; a Poſidonio vero eoſdem *Hyperboreos* ſtatui citra Alpes Italiæ, prout id a priſcis Apollonii Enarratoribus refertur, l. II. v. 677. qui præterea ab Hecatæo, de quo facta modo mentio, libros de *Hyperboreis* conſcriptos itidem tradunt, a quibus rurſus abeunt, qui eoſdem *Hyperboreos*, ut Mela l. III. c. v. & Ptolemæus in prima tabula, in Aſiatico littore collocant; tum

tum Strabo, qui l. XI. p. 507. ad mare Euxinum, & ad Istri fontes, seu verius ostia, Pindarus, Olymp. od. III. p. 31. aut ipse paullo post cum Strabone Callimachus, qui ad paludem Mæotida, eosdem statuit; dum quæ hic de *Hyperboreis* dicit, Arimaspis ibidem tribuit v. 291. Adeo nempe ignota & incerta apud veteres, quod nec Strabo l. VII. p. 294, nec Ptolemæus Prœm. l. II. diffitentur, quæ de septentrionalibus seu ad Oceanum septentrionalem sitis regionibus, sunt ab iis aliisve in litteras relata. Quas tamen diversas veterum de *Hyperboreorum* situ, cum modo in Asia, modo in Europa collocantium, opiniones, ita conciliari posse putat Rudbeckius Atlant. p. 374. ut *Hyperboreos* divisos dicat fuisse a reliqua Europa, mari Balthico, cohæsisse autem cum Asiæ montibus Riphæis, quos Asiæ ac Europæ limites tradant unanimi consensu veteres. Horum enim *Hyperboreorum* laudatam a veteribus regionem, haud aliam esse, quam *Sueoniam* seu *Uplandiam*; neque eam etiam sub polo aut supra polum, prout veterum nonnullis placuit, sed circa polum investigandam, & Platonis maxime ac Diodori insistens vestigiis, pluribus eodem opere nec incuriosa indagine exsequitur p. 371. ac sequentibus. Quamquam, ut obiter hoc dicam, in iis haud pauca sint forte nec levia, quæ necdum dilucide satis ac præcise veterum horum *Hyperboreorum* situm notent; aut quæ cum potissimis antiquorum de eodem narrationibus, sicut de tradita illorum cum *Arimaspis*, immo cum quibus subinde iidem & ab hoc ipso Callimacho, ut modo dictum, & paullo infra videbitur, confusi, vicinia; aut in Asiatico littore sede; aut vero semestri tantum apud eos luce, possint utique, quod præstare tamen adgreditur vir dictus, commode ac idonee conciliari. Neque minus tamen digna merita laude, singularis ejusdem in eruendis e densa temporum caligine, ac enarrandis antiquitatibus patriis, industria, attentio, & sedulitas; nec denegandum continuo ab exteris quoque, seu a Boreali Ursa remotioribus suum ingenioso labori ac instituto pretium. Cæteroquin per vocem θινὸς, qua hic usus Callimachus, non *maris* semper *littus*, ut hoc loco & apud Homerum, sed quandoque *maris fundus* denotatur. Unde apud Aristophanem Vesp. p. 480. τὸν θῖνα ταράττεις, ubi Critici, ὦ βυθέ μοι κινεῖς, ἀντὶ τοῦ τὴν καρδίαν, *e fundo me moves, pro intimo cordis.* Quas aliasque insuper hujus vocis θινὸς significationes, erudite, ut solet, congessit Hesychius in voce θίς, quem, si lubet, vide.

V. 283. Καλάμην τε καὶ ἱερὰ δόγματα πεμπόντοι] Non *præcipue* solum, quod paullo ante vidimus, cultum ab Hyperboreis Apollinem, sed *sacrorum* etiam *primitias* ab iis in Delum, Latonæ partu & Apollinis natalibus ac cultu celebratam, iisque primis, quod hic insuper dicitur, missas haud minori veterum Auctorum consensu traditum constat. Vel testis luculentus Plinius l. IV. c. XII. *nec licet dubitare de gente ea, cum* TOT AUCTORES *prodant*, FRUGUM PRIMITIAS *solitos* DELON *mittere Apollini, quem præcipue colunt.* Quamquam non *primitias* quidem *frugum*, quod tradit ibi Plinius, aut qui eum sequitur, Solinus, & hic Callimachi locus videtur continuo innuere, sed in genere *sacro-*

rum

rum primitias, ut de iis Mela, seu ἱερῶν ἀπαρχὰς, proficias nempe hostiæ partes, easque stipula triticea involutas, in Delum ab Hyperboreis demum missas, in Plinianis observat ὁ πάνυ. Præter enim Melam, qui non *frugum*, sed *sacrorum primitias*, ab Hyperboreis virginibus delatas dixerit, aperte id, ubi ea de re agit, tradere Herodotum; dum ait nempe l. IV. c. XXXIII. iisque verbis, quæ hæc Callimachi videntur interpretari, πολλῷ δ' ἔτι πλείω καὶ αὐτέων ΔΗΛΙΟΙ λέγουσι, φάμβοι, ΙΡΑ ΕΝΔΕΔΕΜΕΝΑ ΕΝ ΚΑΛΑΜΗ ΠΥΡΩΝ ἐξ Ὑπερβορέων φερόμενα, *sed multo plura de Hyperboreis* DELII *memorant; tradunt enim* SACRA ADLIGATA IN TRITICEA STIPULA *ex Hyperboreis delata* &c. ἱερὰ enim seu ἱερά, quod addit ὁ πάνυ, vulgo dici de victimis immolatis, aut eorum partibus seu ἀπαρχαῖς. Neque aliter Pausanias, qui ubi in genere de his *Hyperboreorum*, quæ ab iis in Delum mittebantur, *primitiis*, sive per quos eædem curarentur, egisset, addit similiter, τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρυφθαι μὲν ΕΝ ΚΑΛΑΜΗ ΠΥΡΩΝ, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ' ἄδηνος, *primitias autem absconditas esse in* TRITICEA STIPULA, *agnosci autem illas a nemine*; seu juxta interpretem, haud fas esse cuiquam illas intueri. Quibus accedit insuper & ab eodem viro incomparabili ad Solinum adductus Servius ad Æn. l. XI. v. 322. *Quidam dicunt Opin & Hecaergen*, PRIMAS *ex Hyperboreis* SACRA *in Insulam* DELUM *occultata* IN FASCIBUS MERGITUM *pertulisse*. *Mergites* enim de *manipulis spicarum* dici, docet alibi Virgilius Georg. II. v. 517. *Cerealis mergite culmi*; & Servius ibidem, *manipulos spicarum* mergites *dicimus*. Quod proinde iisdem hic Callimachi verbis innuitur, καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι Ἀσαχύων φορέουσι, *culmos & sacros manipulos spicarum primi* ferunt *Hyperborei*; quibus nempe involutæ & occultatæ forent illæ sacrorum ἀπαρχαὶ, immolatæ nempe, ut statuit ὁ πάνυ, victimæ. Quibus addere hic mihi liceat, duo indicta adhuc & gravissima de hisce Hyperboreorum sacris in Delum, solemni cum pompa & tripudio antiquitus missis, Plutarchi nempe & Æliani testimonia. Prius exstat in Plutarchi libro de Musica p. 1136. ᾗ τὰ ΕΞ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ ΤΑ ΙΕΡΑ μεθ' αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ κιθάρας ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΛΟΝ, φασὶ, τὸ παλαιὸν φέρεσθαι, *quin &* HYPERBOREORUM SACRA, *adhibitis tibiis, fistulis & cithara, missa antiquitus* IN DELUM *ferunt*. Æliani autem ea de re verba exstant V. H. lib. III. cap. I. ubi de nobilibus pueris, Delphis ad Tempe Thessalica Apollini sacra ibi facturis; mitti solitis agens, addit, haud minori reverentia ac honore eosdem deductos, ἥπερ ἕν ὑκεῖνοι, οἱ ΤΟΥΣ ΕΞ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ ΤΑ ΙΕΡΑ κομίζοντας τῷ αὐτῷ Θεῷ τοῦτο τιμῶσι, *quam illi eos, qui ex* HYPERBOREIS SACRA FERUNT *eidem isti Deo, prosequuntur*. Quibus accedit insuper Porphyrius περ. Ἀποχ. l. II. σεμνὰ δὲ ἦν τῶν πρὶν ὑπομνήματα ΕΝ ΔΗΛΩ ΕΞ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ ΑΜΑΛΛΟΦΟΡΩΝ, *veneranda autem erant monumenta* IN DELO HYPERBOREORUM MANIPULOS FERENTIUM. Prout nempe vox ἄμαλλαι de *manipulis frugum*, non apud Sophoclem solum eo loco, quem ex ejus deperdito dramate citant Grammatici, Hesychius &c. Sed apud Plutarchum in Publicola

p. 100.

p. 100. ἐφόρων τὰς ΑΜΑΛΛΑΣ (quas nempe δράγματα paucis ante verbis dixerat) εἰς ποταμὸν, MANIPULOS FRUGUM *in fluvium detulerunt*; ut ita ἀμαλλοφόροι ibi apud Porphyrium Hyperborei, idem omnino de iis innuant, quod hic ait Callimachus, δράγματα ἀσταχύων φορέσαι, & ſicut alioquin Ἀμαλλοφόρῳ Cereri ſacra feciſſe Athenienſes, tradit Euſtathius Iliad. Σ. p. 1162. Quas ἀμάλλας cæteroquin de *hordei* ſeparatis neque in unum adhuc faſcem colligatis, qui tum ἕλοι vel ἴελοι dicebantur, *manipulis*, appellatas; tradit apud Athenæum Semus Delius l. XIV. p. 618. Quæ firmat præterea, & qui inde lucem mutuatur Servius; qui de hiſce *primitiis* ab Hyperboreis in Delum delatis, ac prout ea ex antiquis accepit Auctoribus, agit, ἑλοφόρους eorundem latores vocat, nempe l. XI. v. 858. *Graci enim tradunt* OULOFOROS *ex Hyperboreis qui ipſi ſunt Treci* (mallem *Thraces* vel *Threjicii*) *in Inſulam Delum veniſſe* &c. Ubi proinde Ουλοφόροι iidem ſint, qui Porphyrio Ἀμαλλοφόροι, ac prout ἀμάλλαι & ἕλοι de *hordei manipulis*, ut modo vidimus, dicti, ac ἑλαὶ in veterum ſacris, ut vulgo notum, quod Romanis *mola ſacra*, ac inde ἑλοχύται de *primitiis ex hordeo* ante ſacrificium, ſeu *caniſtris* etiam, e quibus hordea ſeu κέγχροι, ut notat in hac voce Heſychius, effundebantur, fuerint dictæ; & prout Ceres etiam non ἀμαλλοφόρος ſolum, ubi de ea paullo ante, ſed Οὐλὼ etiam culta, juxta eruditos Apollonii Enarratores lib. I. v. 972. ac ἴελοι, quod ad primum Hymnum jam diximus, in eandem Hymni. Unde ſi accuratius res ſubducatur, Plinium ejuſque ſimiam Solinum, dum *primitias frugum* hic memorant, tueri poſſet, quod de proficiis ex immolata hoſtia extorumque partibus, ſeu θυμάτων, ut de iis vir maximus ad Solinum, ἀπαρχαῖς nulla hic apud Callimachum, neque apud dictos modo Auctores, Herodotum, Melam, Plutarchum, Ælianum, Pauſaniam, Porphyrium, Servium, in narratione hujus rei occurrat mentio; ſed tantum ἱερὰ ſeu ἱερὰ aut ἀπαρχὰς ſimpliciter, aut *ſacrorum primitias in triticea ſtipula*, ſeu, ut hic a Callimacho, ſtipulas tantum & *ſacros ſpicarum manipulos* καλάμων τὰ ἱερὰ δράγματα ἀσταχύων, aut vero *manipulorum e frugibus latores*, ut a Porphyrio, nihilque præterea ab iis tradi. Ἱερὰ autem ſeu ἱερὰ de aliis etiam dici, quam de hoſtiæ immolatæ partibus ſeu θυμάτων ἀπαρχαῖς, quæ una voce εἰσθύματα dicuntur ab Euripide Iphigen. Aul. v. 1311, nemo in lectione veterum Auctorum eorumque, quæ ad ſacra Gentilium adtinent, notitia plane hoſpes, ibit utique inficias. Cujuſmodi certe ἱερὰ ἄπυρα ſeu incruenta & ſine hoſtiarum mactatione ſacra, quomodo eadem ab Æſchylo dicuntur Agam. v. 701. & qualia etiam εἰσθύματα apud Comicum in Pluto p. 671. vocantur, ſeu, juxta eruditos ibidem Criticos, θυμιάματα, ἢ πλακέντια, *incenſa* vel *placentæ*, apud alios dicuntur θύματα πάγκαρπα, ἱεροὶ πέλανοι, θυμιάματα, & κόμης ἀπαρχαὶ ut ab Euripide Oreſt. v. 96. ſeu *oblationes e tritico aut hordeo*, aut *ex omni fructuum genere*; *ſacræ placentæ incenſæ*; *comæ detonſæ*, *in inferiis primitiæ* &c. quorum nempe omnium ἀπαρχαὶ, uti id in veterum monumentis obvium, ſubinde fuerunt nuncupatæ. Ut nihil hiç dicam ſe *ſacris* Hebræorum *primitiis* e ter-

e terra Israelis, quas septem tandem speciebus iisque tritico, hordeo, uva, ficu, olea, malogranato & palma illatas tradunt eorum Magistri; & quorum ea de re loca in editis haud ita pridem Cl. Jac. Capelli Observationibus in Exod. XXIII. 19. legas. Immo, quod hic adverti omnino meruit, talem in Delo exstitisse aram Apollinis ἀναίμακτον seu *incruentam*, ubi sacra *e tritico, hordeo & placentis tantum absque usu ignis fierent, nulla autem adoleretur victima*, διὰ τὸ πυρὸς, καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνη τίτεσθαι ἐπ' αὐτοῦ, ἀνεὺ πυρὸς, ἱερεῖον δὲ μηδὲν ab Aristotele olim traditum in Deliorum Republ. uti ex eo id refert Laertius in Pythagora l. VIII. p. 499. nov. ed. Batavæ, & Jamblichus in ejus vita p. 40. & 47. Quo referri etiam ab eruditis Laertii Enarratoribus debuit, quod a Clemente Stromat. l. VII. p. 717. traditur, de eadem in Delo ara, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ, ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι, seu ANTIQUISSIMAM ARAM IN DELO *sanctam* seu *puram vulgo jactarunt*, ad quam nempe, addit continuo, utpote cæde & cruore minime pollutam, accesserit Pythagoras. Hinc ara *Piorum* seu Ευσεβῶν nuncupata eadem ara Deliaca apud Porphyrium περ' Αποχ. l. II. p. 172. Ut proinde de similibus *sacris* seu sacrorum primitiis illæ, quæ ad antiquissimam Apollinis in Delo aram ab Hyperboreis, iisque, ut hic a Callimacho & ab Herodoto etiam dictum, omnium *primis* fuerunt missæ, ac unde *Piorum* nomen iis a Deliis fuerit inditum, haud immerito statui possunt ac intelligi. Ita thus & placentas in canistris eorum, qui Delphis sacra huic Deo faciebant, exstitisse tradit Ælianus V. H. l. XI. cap. V. Neque vero insolitum, quod ab Herodoto sacra illa *adligata*, ἱρὰ ἐνδεδεμένα dicuntur in hisce *triticeis stipulis*, seu forte *canistris* inde textis; adeo, ut nefas esset eadem antequam nempe in Delum pervenissent, ab Atheniensibus aliisve populis conterminis, quorum opera illa deinceps, uti ea de re infra adhuc ad v. 291. deportabantur, conspici. Id enim subinde in aliis veterum sacris contigisse haud ignotum, cujusmodi, ut de sacris Cereris Eleusiniis, vel Thesmophoriis, occultisque in iis symbolis sileam, vel *Vannus Jacchi mystica* apud Maronem Georg. l. I. v. 166. h. e. juxta Servium, *vas vimineum*, in quo congestæ essent *frugum primitiæ*, vel alia Liberi illius Patris orgia seu occulta sacra, cistæ ejusdem mysticæ, & de qua præter alios Clemens Protrept. p. 14. inclusa; aut Themidis, de quibus ibidem Clemens, τὰ ἀπόῤῥητα σύμβολα, *arcana symbola*; aut Isidis itidem τὰ κρυπτὰ apud Jamblichum de Myster. p. 143, aut occultæ denique Cabirorum τελεταὶ, quæ omnia ab aliis tangi aut conspici, quam quibus id erat lege licitum, nefas & piaculare olim habitum. Ut nunc mittam, si de immolatæ hostiæ partibus explicanda forent, juxta τὸν πάνυ ad Solinum, hæc primitiarum in Delum ab Hyperboreis missarum sacra; inde fieri potuisse, ut occulta eadem, donec Delum pervenissent, iidem vellent: quod nempe apud eos οἰνοσφαγίαι, uti paullo ante dictum ad v. 280. seu *asinorum sacrificia*, in honorem Apollinis fierent. Unde id ab iis cautum & provisum foret, ne ejusmodi sacrorum, seu ex immolatis id genus hostiis ἀπαρχαὶ, testandæ erga eundem Apollinem religioni, Delum

lum usque ab iis missæ, ludibrium aliis gentibus & Græcis maxime, ubi id de iis undecunque constitissset, deberent, apud quos uni forte turpissimo Priapo hoc animal immolari solitum, & per quorum loca & manus eadem Hyperboreorum sacra erant Delum usque deportanda. Dum autem, quod antea jam innui, meæ in hunc Hymnum & sequentes duos Observationes ad prælum paratæ, occupato in aliis operis bibliopola, inter chartas meas a multo sat tempore jacerent sepositæ, in editis interea haud ita dudum hisce Hymnis, ejusdem Salmasii de iis Hyperboreorum primitiis sententiam adferri quoque, ut hic a nobis factum, ac redargui, in erudita ad hunc Callimachi locum præstantissimi Grævii filii τῷ μακαρίτῃ, adnotatione haud illibenter video.

V. 284. Δωδώνηθε Πελασγοὶ] Ita Herodotus, quod jam vidit ad hunc locum vir doctus, primos Græcorum *Dodonæos*, seu, ut ait similiter, quamquam alia in re, Pindarus, Nem. od. IV. Δωδωνάθε ἀρχόμενοι *a Dodone incipientes*, hæc Hyperboreorum sacra in Delum deferenda dixit accepisse, lib. IV. c. XXXIII; nempe postquam ab Hyperboreis ad Scythas, a Scythis deinde ad finitimos, & ita gradatim ad Græcos eadem pervenissent. Quibus consona Pausaniæ eadem de re narratio; nisi quod omissa ab eo peculiaris horum *Dodonæorum* mentio, cujus autem notabilis & prioribus Callimachi editoribus indictus de toto hoc antiquo ritu locus, non debet hic præteriri. Exstat ille lib. I. p. 59. his verbis, Ἐν δὲ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐστι ναός. ἐνταῦθα τὰς ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ ΑΠΑΡΧΑΣ εἶναι λέγεται· παραδιδόναι δὲ αὐτὰς Ὑπερβορέους μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασπὸὺς δὲ Ἰσσηδόσι, παρὰ δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν· ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι ΔΙΑ ΕΛΛΗΝΩΝ ἐς Πρασιάς· Ἀθηναίους δὲ ἐκπέμπειν τὰς ἐς Δῆλον ἀγομένας. *In Prasiensibus autem* (Atticæ pago) *Apollinis est templum, quo* HYPERBOREORUM PRIMITIAS *mitti tradunt: eas enim Hyperborei Arimaspis committunt; Arimaspi Issidonibus; ab iis acceptas Scythæ Sinopen; inde ad Prasienses* GRÆCI *deportant; eas deinde Delon Athenienses mittunt.* Unde etiam liquet a Callimacho *primos* hic dici, uti & ab Herodoto jam ante, *Dodonæos*, qui nempe inter Græcos proprie ita dictos seu qui veteris Græciæ finibus continebantur, eadem sacra a vicinis acceperint gentibus, quæ quamquam Græcorum coloniis frequentatæ, Barbararum tamen nomine vulgo a Græcis censebantur. *Dodonæi* certe velut in extima Græciæ parte, barbaris juxta Homerum, vel Strabone teste l. VII. p. 328. &c. seu Thracibus apud Dionysium Perieget. v. 429. &c. vicini, lateque, ut ibidem ait, extensi; immo unde *Dodone* non Thesprotiæ solum aut Molossiæ, sed Thessaliæ etiam adscripta, ac inde duæ pro una *Dodone* a Mnasea non solum aut Philoxeno apud Stephanum tradita, sed præterea in Scholiis ineditis, & quorum alibi facta jam a nobis mentio, veterum Criticorum ad Iliad. Π. v. 233. nempe Δωδώνην δὲ δύο, ἡ μὲν Θεσσαλίας, ἡ δὲ Μολοσσίας, *Dodona vero duæ, hæc quidem Thessaliæ, illa Molossiæ.* Immo unde *Pelasgi Dodonæi*, qui Thessali olim, ut notum, aut ab iis orti, hic a Callimacho dicuntur, & a quibus nempe fundatum primo Dodonæum oraculum tradiderunt veteres, Herodotus l. II. cap. LII. Hesiodus & Epho-

rus

rus apud Strabonem l. VII. p. 327, Scymnus Chius in Periegesi v. 449, aliique. Hinc apud Homerum etiam, ut observat Strabo, conjuncta Jovis epitheta, dicto jam loco, Ὦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελάσγιε, *o Rex Dodonæe & Pelasgie*, ac ubi similiter veteres Poetæ Enarratores cum in editis, tum in ineditis adhuc Scholiis, conditam a Pelasgis, vicinis nempe Thessalis, *Dodonam* tradunt. Quod vero diversas adtinet hujus *Dodonæ* nominis origines, de quibus in Segneriano Stephani Fragmento agitur, aut aliunde exstant eruditorum conjecturæ, illud obiter hic dicam, minus mihi improbari eam, sed præ reliquis ingeniosam videri, quæ ob pervulgatum, & e Phœnicia, juxta Herodotum, lib. II. cap. LIV, & LVI, in Græciam deductæ columbæ Dodonæ seu mulieris eo nomine ibidem dictæ oraculum, ab eruditissimo Stephano Monachio, inter alias ab eo adductas e duabus vocibus דודה יונה *duda* seu *doda* & *jona* vel *ova*, quæ *amabilem columbam* notant, deducitur. Nisi vero quis malit, & quod nescio an alteri in mentem venerit, ab eadem prima voce דוד vel דודא *dud* vel *duda* seu *doda*, quæ per *lebetem* a Senioribus ac veteri Interprete redditur Samuel. IV. 14: quum utique haud minus sit decantata fatidici in Dodona seu Dodonæi, de quo mox vers. 286. & nos ibidem pluribus, *lebetis* mentio. Quæ eo magis aliquam veri speciem possunt obtinere, quod ex oriente, vel fatente, ut diximus, Historiæ apud Græcos patre, petenda sit origo illius Dodonæi oraculi; & ad fabulas ferme recurrant, quæ in luculento illo Stephani Fragmento traduntur illius nominis Origines, si eam mittam, quæ ex Herodiano Grammatico, eamque probante τῷ Ἐθνικογράφῳ, & præterea Eustathio ad Dionysium pag. 62, a *Dodone* fluvio eidem urbi vicino, arcessitur. Quod quidem pluribus aliis locis & urbibus Græcorum contigit, ut illæ essent fluviis cognomines, sicut *Xantho*, *Acraganti*, *Himeræ*, *Camarinæ* &c. sed ita ut incertum maneat, quæ e fluviis vel urbibus alteri nomen dederit; obscura præterea sit illius *Dodonis* fluvii apud veteres, qui locorum situs enarrarunt, aut de illo Epiri tractu & *Dodona* nominatim egerunt mentio; neque inde magis compertum maneat, unde idem fluvius esset illud nomen nactus. Nonnullas vero, initio hic a *Dodonæis* facto, subdit mox gentes Callimachus, ut *Melienses*, ac dein *Eubœos*, qui Delum usque eadem Hyperboreorum sacra continuo deferrent; haud aliter ac ab Æliano fieri videas dicto jam loco ad v. 283, ubi ille similiter viam *Pythiada* dictam memorat, ac regiones ad eandem sitas, Thessaliam, Pelagoniam, Meliensium etiam, aliasque, per quas nobiles pueri Delphis ad Tempe Thessalica peractisque ibi Apollini sacris, Delphos redire consueverant.

V. 286. Γηλεχέες] Vox nempe ἐξ ἅπαξ λεγομένων, quæ inde ab Etymologi M. Auctore in voce Γηλοῦς, simul cum hoc Callimachi versu, ubi eadem exstat, adducitur; sed ubi male, Γηλοχὴς & Γηλοχέες, pro Γηλεχέες legitur. Iidem vero γηλεχέες, ut ipsa vox etiam innuit, quod χαμαιεῦναι apud Homerum, de hisce Dodonæis Pelasgis dicti Iliad. II. v. 235. Ita χαμεύναν de *humili lecto*, seu super terram strato, dixerunt Æschylus Agam. v. 1549, Aristophanes Avib. p. 579, & Theocritus

Idyll. XIII. v. 33; & χαμευνάδας similiter Nicander Ther. p. 3, χαμευνάδας ἑυνὰς Lycophron p. 138. Immo etiam inde de *proſtibulo*, χαμευνάδος ab eodem dictum p. 58.

Ibid. ἀσιγήτοιο λέβητος] Quum vel pueris nota ſint ac trita, quæ de ingenti, & qui proverbio locum dedit, tinnitu *ærei* in Dodonæo Jovis templo *pelvis* ſeu *lebetis*, atque inde *Dodonæum χαλκεῖον*, & *Dodonæus* aut *Theſprotius lebes*, ex ære quippe, de eodem dici vulgo apud Auctores ſoleat; ita illud forte inſolitum, quod eadem ut diverſa commemorentur ab eruditiſſimo Clemente, ubi agit de variis Gentilium oraculis Protrept. p. 9. ἢ λέβητα Θεσπρωταῖον, ἢ τρίποδα Κιρραῖον, ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον, *aut lebetem Theſprotium; aut tripodem Cirrhæum; aut vas æreum Dodonæum*; & ab Euſebio, qui eadem Clementis verba ut ſolet, adducit Præp. Euang. l. II. §. II. Ita etiam, qui a Clemente id itidem hauſiſſe videtur Theodoritus Serm. X. de Oracul. p. 623. tum plenius adhuc p. 632. Tom. IV. ἐχ ὁ Θεσπρώτιος λέβης μαντεύεται· ἐχ ὁ τρίπους ὁ Κιρραῖος χρησμολογεῖ· ἐ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον ἀδολεσχεῖ, *nihil pradicit Theſprotius lebes, nihil tripus Cirrhæus, nec Dodonæum vas aheneum garrit.* In quibus utique *lebes* Theſprotius & *vas æneum* ſeu χαλκεῖον Dodonæum ſatis aperte, ac ut diverſa quidem Græcorum oracula, diſtinguuntur. Unde in notis ad dictum Euſebii a Clemente locum, ejuſdem editor ac Interpres Vigerius, *de hoc lebete, idem ne fuerit ac Dodonæum æs*, ad Obſervationes a ſe in illud Euſebii opus ſcriptas, Lectorem, ut paſſim alibi in iiſdem notis, & quarum demum in Præfatione ſpem facit, unice ablegat, quas tamen nunquam editas puto. Illud equidem conſtat, cum Dodonæum templum ſeu oraculum promiſcue Theſprotis ac Moloſſis, aut modo his, modo illis, quod monuerunt jam alii, adſcriptum; & ex antiquis Auctoribus, non Pindaro ſolum aut Tragicis, uti ea de re Strabo l. VII. p. 378, & vel ex Æſchylo etiamnum liquet Prom. v. 828. & 831, ſed Herodoto inſuper l. II. c LVI, Scymno Chio in Periegeſi p. 19. Strabone dicto jam loco, Pauſania lib. I. p. 30. ac priſcis etiam vel Homeri vel Sophoclis ad Trachin. v. 175. Enarratoribus. Quo jure vero aut titulo id ſit ab iis factum, ut nempe *Dodonem*, illiuſque æriſonum, ſeu, ut hic, *ἀσίγητον*, *non ſilentem* apud Theſprotos *lebetem* quoque collocarent; & an e male intellectis Homeri, ubi de Dodone aut Dodonæis agit, verbis, præpoſteram, loco utique non obſcuro aut extra ipſius Græciæ fines poſito ſedem adſignarent Græci modo dicti, iique nec unius ætatis aut indolis Auctores; quique ex iis in deſcribendo locorum ſitu Græciæve antiquitatibus enarrandis, ipſa locorum inſpectione ac notitia voluerunt fidem ſuam ac induſtriam adprobare, hic jam non quæritur; ac de eo ſtatuent, qui de his ſincerum poſſunt judicium ferre. Illud hic ſatis eſt ad Clementis & ejuſdem ſequacium adducta paullo ante verba, id de Dodonæo apud Theſprotos *lebete* vel oraculo fuiſſe a veteribus illis traditum; tum de uno, non de pluribus Dodonæi Jovis oraculis, ubi nempe eſſet illud *Dodonæum χαλκεῖον* ſeu *Theſprotius lebes*, (χάλκειος idem ſeu *æreus* vel *ariſonus*, & qui proverbio locum dedit) eoſdem, aut alios, qui ea de re

re agunt, Auctores meminisse. Unde etiam inter munera ænea ab Heleno, utpote vate, data, *Dodonæosque lebetas* retulit, ut notum, Maro Æn. III. v. 466. & ad quem locum Servius, *vasa ænea in Dodone, quæ uno tactu solebant sonare*, ac ubi proinde illi *Dodonæi lebetes* Servio iidem, qui χαλκεῖα, & apud Themistium itidem Orat. XXI. p. 259. ult. ed. ὑπηχεῖ δὲ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον, *resonatque vas æneum* seu *Dodonæus lebes*; a Lucano autem jam ante l. VI. v. 427. *Ære Jovis Dodonæ sonet*, sicuti ibi pro *ore Jovis* in veteri MSto. Rhemensi, ac in uno Vaticano, dum hanc operam olim huic Poetæ impenderem, legendum vidi; ac ita etiam in MSS. legi, monitum jam ab aliis novi. Neque vero plures, quæcunque *Dodonæorum lebetum* facta subinde fuerit mentio, quam unus ærisonus seu *non silens*, præter alios, de quibus supra, ab illa quoque insigni, ut vocari vulgo solent, Patrum triade, Clemente, Eusebio, Theodorito dictus; neque vero ille, ut vel hic Poetæ nostri locus, & alius ejusdem in Stephani Fragmento de Dodone (si tot alia deessent ejus rei, illiusque vulgo etiam obviæ, documenta) abunde argueret, a Dodonæo χαλκείῳ quod iisdem, eruditis quamquam, sacrorum Antistitibus inconsulto placuit, ullatenus diversus. Hinc etiam illud Philostrati de Dodona, seu eodem in illa χαλκείῳ, aut χαλκῷ etiam dicto, cum his Callimachi de ejusdem *lebete* verbis consona; indeque pridem ad oram hujus loci a me adnotata, nempe Icon. l. II. p. 830. χαλκῆ τε Ηχῷ σὺ αὐτῷ τετίμηται, mox ἐπειδὰν ΧΑΛΚΕΙΟΝ ἀνέκειτο τῷ Διὶ κατὰ Δωδώνην ἠχεῖν ἐς πολὺ τῆς ἡμέρας, καὶ μέχρι λάβοιτο τις αὐτὸ ΜΗ ΣΙΩΠΩΝ, *æneaque* (in ipso nempe fano Jovis Dodonæi) *Echo colitur; quandoquidem vas aheneum* (seu *lebes æreus*) *Jovi in Dodone dicatum erat, ad multam diem resonans, & donec id apprehenderet aliquis*, MINIME SILENS; nempe quod hic a Callimacho dicitur, ἀσίγητος λέβης. Ita, quod aliunde notum, χάλκειοι olim vulgo *lebetes*, iique etiam Athenis ab Hierophanta Proserpinam invocante, aut vero Spartæ Rege mortuo pulsari, quo tinnitum ederent, soliti; ut id *partim* ex Apollodoro notant veteres Theocriti Enarratores ad ea verba Idyll. II. v. 36. Τὸ χαλκεῖον ὡς τάχος ἄχει, *vas aheneum quamprimum pulsa*. Neque vero idem Dodonæus *lebes*, prout hic a Callimacho dicitur, ἀσίγητος seu *perstrepens* vel *sonorus* amplius ævo Strabonis, qui oraculum Dodonæum, sicuti & reliqua, defecisse tradit l. VII. p. 317. Ut proinde haud mirum sit a Theodorito, post verba ex eo paullo ante adducta, continuo addi, ἀλλὰ σιγᾷ μὲν ὁ Δωδωναῖος, *sed tacet quidem Dodonæus*, Juppiter nempe, seu *lebes* ille antea ἀσίγητος. Decepit proinde eruditissimum Clementem, & qui id ab eo, præter Eusebium, mutuatus est, eundem Theoditum, facta modo *Dodonæi* χαλκεῖα, modo ejusdem dicti *Thesprotii*, a *Dodona* nempe traditi a multis, ut antea vidimus, veterum apud *Thesprotos* situ, *lebetis* mentio, ut ista quasi de diversis oraculis, diversisque, quæ in iisdem exstarent, symbolis aut vasis, dicta iidem sint arbitrati. Unde cautius utique unius tantum hujus fatidici *lebetis* fit a Gregorio Naz. mentio in Julianum Στηλίτ. I. pag. 127, ἐκ ἔτι φθέγξεται δρῦς, ἐκ ἔτι λέβης μαντεύεται, *non amplius*

loquitur quercus, non amplius lebes vaticinatur. Ut hoc jam mittam λέβητας æreos, de *urnis* etiam, in quibus conditi mortuorum cineres, apud veteres dictos, ut ab Æschylo Chœph. v. 684. λέβητος χαλκέου πλευρώματα, *urnæ aheneæ latera*, & quam similiter una voce χαλκῷ denotat Sophocles Electr. v. 761,

Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλείας σποδοῦ,

In urna ahenea de magno corpore miserum cinerem colligentes.

Ita *æreos lebetes* juxta ac tripodas, solita in antiquis agonibus victorum præmia, ac inde ab iis, ut jam alibi diximus, in Deorum fanis consecratos, uno etiam χαλκοῦ nomine denotat subinde Pindarus ut Nem. Od. x. p. 421. ἀλλὰ χαλκὸν &c. ubi Critici, λέβητα γὰρ ἐτιμῶντο ἐν πολλοῖς τῶν ἀγώνων, *lebetem enim magni ducebant*, nempe præmii loco, *in pluribus agonibus.*

V. 287. ἱερὸν ἄστυ καὶ οὔρεα Μηλίδος] Idem nempe, quod dudum dixerat Herodotus de hisce Hyperboreorum sacris ad Dodonæi primum, inde *in sinum Meliacum*, ἐπὶ τὸν Μηλιέα κόλπον delatis, quo illinc in Eubœam, ac tandem in Delum transferrentur l. IV. c. XXXIII. Ipsam autem regionem ad sinum illum *Meliacum*, & quam Μηλίδα λίμνιαν, *Melidem paludem* vocat Sophocles Trachin. v. 646, Μηλίδα etiam dictam arguit hic Callimachi locus, uti apud Stephanum recte legitur in voce Μῆλος, sub finem, Μηλὶς, ἡ χώρα, nec opus proinde fuisse, ut cum doctissimo Holstenio, ibi Μηλὶς ἡ χροία, de *melino* nempe *colore* pro χώρα legatur. Ejusdem vero Μηλίδος incolæ appellati, Μηλιεὺς λεὼς *Meliensis populus*, in iisdem Sophoclis Trachiniis v. 197; loci vero Nymphæ Μηλιάδες in ejus Philoctete v. 741. & quas pro *Trachiniis* ita ibi dictas, notant veteres illius Tragici Interpretes. Ipsum vero sinum Μηλιᾶ κόλπον vocat Æschylus Pers. v. 486, nempe contracte pro Μηλιέα, ut in adducto ante Herodoti loco. De *montibus* autem *Melidis*, quorum hic meminit Callimachus, videndus Herodotus l. VII. c. XCVIII. περὶ δὲ τὸν χῶρον τοῦτον ΟΥΡΕΑ ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικλήει πᾶσαν τὴν ΜΗΛΙΑΔΑ γῆν; Τρηχίνεαι πέτραι καλεόμεναι, *circa autem illum locum* MONTES *editi atque inaccessi totam cingunt* MELIDEM *regionem, quæ petræ Trachiniæ nominantur. Melienses* vero similiter relatos ab Æliano jam vidimus v. 283. inter eas gentes, per quas iter Delphorum pueris ad sacra Apollinis apud Thessalica Tempe obeunda, erat faciendum.

V. 289. ἀγαθὸν πεδίον Ληλάντιον] Nempe cum ob insignes illas aquas calidas, quæ scaturiebant in hoc Eubœæ *campo*, & quas ad morborum curationem opportunas, iisque usum Syllam tradit Strabo l. x. p. 443; tum quod pinguis esset idem *campus*, ut vel e Theophrasto licet colligere Hist. Pl. l. VIII. c. VIII. Ibi enim ait, fœnogræcum nasci quidem in solo tenui, *nusquam autem in pingui; unde nec in Eubœa apud Lelantum nascitur*, οὐκ ἐν ταῖς πιείραις· ἐν τῷ Ληλάντῳ μὲν οὐ γίνεται. Cujus *Lelanti* in Eubœa meminit rursus idem Auctor c. x. ejusdem libri. Adde, quod in eodem *campo Lelanto* admirabile fuisse metallum æris & ferri commune, sed quod suo ævo non exstaret amplius, refert dicto ante loco Strabo. E quibus proinde intelligimus, cur natas

con-

continuo de eodem *campo*, inter duas principes Eubœæ urbes, Chalcida & Eretriam, contentiones, e Strabone constat l. x. p. 448. & 465. Quod vero hic addit continuo Poeta, ab Eubœis, ob exiguum inde in Insulam Delum trajectum (nulla etiam facta prius, uti nec ab Herodoto loco jam supra indicato ad v. 284, Atheniensium mentione) delatas in eandem Hyperboreorum aliunde ad se advectas pro more primitias: id utique cum Pausaniæ narratione, de qua jam ante ad v. 283, non quadrat, ubi ille ab Atheniensibus id fieri solitum memorat, adductis ejus ibidem verbis, Αθηναίους δὲ τοὺς εἰς Δῆλον ἄγοντας, *Athenienses esse*, qui accepta nempe ab aliis eadem sacra, *in Delum deferant*. Unde dicendum est, aut ab ævo Callimachi id mutatum fuisse, ut solis nempe Atheniensibus, in quorum veluti potestate remanserat eadem Delus, hoc fuerit concessum; aut vero Athenienses exstitisse, qui ex Eubœa iis olim subjecta, coloniisque in ea, ut Chalcide & Eretria, primariis ejusdem Insulæ urbibus, quod vel e Vellejo notum l. I. c. IV. frequentata, ea Hyperboreorum sacra in Delum ferrent. Athenienses certe, ubi Eubœa tempore belli Peloponnesiaci ab iis defecisset, maximo ad illum usque diem metu perculsos tradit Thucydides l. VIII. p. 622; ex qua Insula nempe, ut addit ibidem, illi plus utilitatis, quam ex ipsa Attica perciperent. Quamquam sequutis ætatibus, & ævo quidem Pausaniæ, alia longe esset Atheniensium, qui pridem Romanis parebant conditio; quoque jam tot cladibus *extinctos*, & *colluviem nationum* dicebat apud Tacitum Tiberius Annal. II. c. 55. nisi quod multa in eos beneficia contulisse referatur, cum alibi, tum ab hoc ipso Pausania in Atticis, Hadrianus; unde & *urbs Hadriani*, & *novæ Athenæ*, in antiquis Inscriptionibus appellari eadem civitas meruit. An vero id quoque sit iisdem Atheniensibus ab Hadriano, e veteri quodam ritu, seu quæsita inde singulari prærogativa, de qua tamen silent Herodotus & noster Battiades, denuo concessum, ut penes eos solos, veneranda illa Hyperboreorum sacra apud se translata in Delum deferendi, postliminio veluti jus & fas foret, id nec ab eodem Pausania, in narratione hujus rei dicitur, nec aliunde nobis constat. An Deliis redditū sit jus, ut ipsi reciperent sacra Hyperboreorū, quod interea Eubœenses vindicarant sibi. v. Dorvill. obs. misc. VII, p. 53.

V. 291. ἀπὸ ξανθῶν Αριμασπῶν] *Arimaspos* hic pro *Hyperboreis* dixit, & quos etiam *gentem Hyperboreorum* exstitisse traditur in Græcis Scholiis ad hunc locum, ac similiter a Stephano, Αρίμασποι, ἔθνος Ὑπερβόρειον. Quod ab Antimacho itidem traditum, eosdem nempe esse *Hyperboreos* cum *Arimaspis* refert idem Εθνικῶν Scriptor in voce Ὑπερβόρεοι. Unde etiam in Pherenici versibus de *Hyperboreis*, qui a Græcis Pindari Enarratoribus recensentur ad Olymp. Od. III. p. 31. *Boreæ* seu Hyperboreorum *terram* Rex *Arimaspus* inhabitasse dicitur,

Νασσάσθαι βορέαο γῆν Αριμάσπον ἄνακτα.

Quamquam ab aliis non iidem cum *Hyperboreis*, sed iis finitimi statuerentur *Arimaspi*; & inde etiam a Pausania in narratione hujus rei, seu primitiarum, quas in Delum Hyperborei mittere consueverant, traditum jam ante vidimus ad v. 284; eas nempe ab Hyperboreis fuisse *Arimaspis*, finitimis quippe, primum commissas; ab *Arimaspis* dein Isse-

donibus, & ab his rursus per conterminos populos eadem in Delum deportatas. *Arimasporum* autem sedem, non ad Oceanum quidem, Germanicum puta ac septentrionalem, ad cujus oram Hyperboreos collocant, uti antea vidimus ad v. 282. veteres ad eum locum Critici, aliique; sed ad Mœotida paludem statuunt Orpheus seu Onomacritus Argon. v. 1063.

Ὧν ἀμφαιετάει οὐ γῆ Μαιώτιδα λίμνην,
Qui circumhabitant in terra Mœotidem paludem,

& circa eadem loca de iis *Arimaspis* agens Æschylus Prom. v. 805.

Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρε,
Habitant juxta laticem Plutonis alvei.

Quibus postremis nempe vocibus, νᾶμα Πλούτωνος πόρε, non Nilus, ut existimarunt veteres aliquot Critici, & in incerto reliquerunt ibidem alii, silet autem eruditus editor ac Interpres Stanlejus, sed *Acheron* fluvius omnino debet intelligi, prout ad eundem Tragicum pridem vidi, & de quo fluvio dixit Apollonius l. II. v. 353.

Ἔνθα μὲν εἰς Αἴδαο καταβάτις ἐστι κέλευθος,
Ibi quidem prona est descendens ad Plutonem via.

ac ubi τὸν τοῦ Ἅιδου ποταμὸν, *Plutonis fluvium* vocant similiter (ut nempe νᾶμα Πλούτωνος dicto modo loco Æschylus) Apollonii Enarratores, & quomodo τὸν καταβάτην Ἀχέροντα, *declivem ad inferos Acheronta* dixit Euripides Bacch. v. 1358. & de eodem præterea Lycophron p. 21. Idem vero *Acheron* fluvius in Mariandynorum regione, ab Apollonio ibidem statuitur, ac præterea ejusdem libri v. 745. & quidem ad Heracleam Ponticam, ut ibi veteres Critici, quæ in eodem Mariandynorum solo a Xenophonte Anab. l. VI. p. 374, Strabone l. XII. p. 542. aliisque collocatur. Quo etiam factum observo, ut in præclaro ejusdem Heracleæ nummo sub Gordiano percusso, spectetur cum tricipiti, quem trahit, Cerbero, quod nempe ibi, ut ea de re jam olim Xenophon d. l. p. 375, Hercules ad Cerberum feratur descendisse, descensusque illius, nempe ad inferos, signa ibidem exstare; seu, ut ea de re vetus Nicandri Enarrator ad Alex. v. 13. Ἀχέρων δὲ ποταμὸς οὗ Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ, ἔνθα τὸν τοῦ Ἅιδου κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε, *Acheron autem fluvius Heraclea Pontica, ubi inferorum canem Hercules eduxit.* Ne hisce jam immorer, quæ de eodem *Acheronte*, ad suam de Hyperboreis confirmandam sententiam adfert eruditissimus Rudbeckius; dum ex Orpheo, Platone, Virgilio, aliisque, eundem dictum a Poetis *nigrum* seu *tenebricosum*, ac præterea *infimum* seu *inferum Acheronta* contendit, ob creditam nempe a veteribus, quamquam falso, perpetuam in ultimo illo eoque *inferiori* etiam dicto septentrione caliginem, seu semestrem juxta alios noctem, finemque terræ iis in locis ab iisdem quoque constitutum. Unde etiam missa e Græcis aut Hebræis vocibus deducta ab aliis *Acherontis* origine, eandem ille, & quod jam notaverat Ortelius, arcessit ab antiqua voce Scythica *agron*, quasi *sine fundo*; idque ab immensos maris illius septentionalis vortices. De quibus nempe agit laudatus modo Rudbeckius Atlant. l. I. p. 310. & 551, & quæ

hiç

hic obiter tantum tangimus. Hyperborei vero, qui *Arimaſporum* nomine, ſeu, ut iis finitimi, hic a Callimacho, uti ex ante dictis, & quæ mox ſubdit, liquet, cum *Arimaſpis* itidem conjunguntur a Clemente Stromat. l. I. p. 543. αἱ γὰρ Ὑπερβόρεοι καὶ Ἀριμάσπιοι πόλεις, καὶ τὰ Ἐλύσια πεδία, δικαίων πολιτεύματα, *urbes enim, quas Hyperborei & Arimaſpi incolunt, ac Elyſii campi, juſtorum habitationes.*

V. 292. Οὔπίς τε Λοξώ τε καὶ ἰναίων Ἑκαέργη] Tres haſce *Arimaſporum* ſeu *Hyperboreorum* potius, ut illæ ab aliis Auctoribus dicuntur, virgines, ſacrorum primitias in Delum, per longum terrarum ac maris etiam tractum, primas detuliſſe, tradit Callimachus. Virgines vero illæ in genere, & tacitis earum nominibus, dicuntur in narratione hujus facti apud Melam l. III. c. IV, Plinium lib. IV. c. XII, Solinum cap. XVI. Ab Herodoto autem duæ commemorantur, aliiſque nominibus, quæ primæ ſacra illa in Delum detulerint, *Hyperoche* nempe & *Laodice*, l. IV. c. XXXIII. A quo proinde id hauſiſſe videtur Clemens in Protrept. p. 29. (ut Cyrillum mittam, qui Clementis ea de re verba adducit adv. Julianum l. X. p. 343.) dum eaſdem, non vero *Opin* & *Hecaergen* memorat, nempe, τί σοι καταλέγω, τὰς ΕΞ ΥΠΕΡΒΟΡΕΩΝ γυναῖκας; ΥΠΕΡΟΧΗ καὶ ΛΑΟΔΙΚΗ κέκληνται· ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ δὲ ἐν ΔΗΛΩ κεκλῆνται· τὸ δὲ ἐν τῷ Ἀπόλλωνος τῷ Δηλίᾳ ἐστὶν ἱερῷ. *quid tibi* EX HYPERBOREIS *feminas* (non ut Interpretes, *Hyperboreorum uxores*) *commemorem?* HYPEROCHE *&* LAODICE *vocabantur, quæ in Artemiſio* DELI *ſunt ſepultæ. Illud autem eſt in æde Apollinis Delii.* Quamquam priori de hiſce duabus Hyperboreorum virginibus in Delum adpulſis narrationi, aliam mox ſubdit Herodotus cap XXXIII, & ex Deliorum quidem, ut ait, ſermonibus; duas nempe ab iis antiquiores adhuc ſtatui Hyperboreorum virgines, quæ in Delum venerint Ἄργιν, ſeu ut in veteribus libris, Ἄργην καὶ Ὦπιν, *Argen & Opin*, quarum etiam nomina exſtarent in Hymnis, non a Deliis ſolum, ſed eorum exemplo, ab Inſularibus & Ionibus cantari ſolitis. In quibus autem poſtremis Herodoti locis, pro Ἄργιν vel Ἄργην, omnino Ἑκαέργην legendum patet, prout hic apud Callimachum & alios adhuc Auctores, ſicut haud uno apud Pauſaniam loco, ut l. I. p. 81. ubi inferias ait a nupturis Megarenſium virginibus Iphineæ Alcathoi filiæ fieri ſolitas criniumque primitias detonderi, additque, καθὰ καὶ τῇ Ἑκαέργῃ καὶ Ὦπιδι (non, ut ibi legitur, & viderunt jam alii, ὅπη δὴ) αἱ συγγατίρες πότε ἀπεκείροντο αἱ Δηλίων, *ſicuti etiam Hecaergæ & Opi detonderi ſolent Deliorum virgines*, & qua de re etiam mox Callimachus. Neque aliter idem Pauſanias l. V. p. 299, ubi dicitur in eandem Ὦπιν καὶ Ἑκαέργην, *Opin & Hecaergen* decantatum apud Delios carmen, quod primæ ab Hyperboreis in Delum venerint. Sicuti adducto jam ante ad v. 283, Servii loco, niſi quod pro virgine Ἑκαέργη, *Hecaerge*, Ἑκαέργος ſeu *Hecaergus* dicatur, a quo juxta *Opin* ab Hyperboreis delatæ ſint in Delum ſacrorum primitiæ. Quod a Platone etiam factum fuerat, ſeu potius ab Æſchine Socratico in Axiocho p. 37. Tom. III, ubi nempe Xerxis in Græciam expeditionis temporibus miſſus dicitur in Delum Gobrias, ut Inſulam

(qua de re ante dictum ad v. 255.) tueretur, duorum Deorum natalibus celebrem; ibi autem ex æreis quibusdam tabulis, ὡς ἐξ Ὑπερβορέων ἀκόμισαν Ὦπίς τε καὶ Ἑκαέργῃ, *quas ab Hyperboreis Opis & Hecaergus detulissent*, de animarum nempe post mortem migrationibus in inferos, aliaque, quæ ibi commemorantur, fuisse consignata. Adde, quod alibi adhuc Servius ad Æn. lib. XI. v. 858. & ubi ἑλοφόρους, seu *sacrarum primitiarum latores*, uti jam ante etiam vidimus, vocat *Opin & Hecaergen*, qui ex Hyperboreis in Delum venerint, *Hecaergon Apollinem & Dianam educasse, uti etiam ex cognominibus Deorum, cum illa Opis, & hic Hecaergos appellantur, cognoscitur.* Verum sicuti *Opis*, ita *Ἑκαέργη* seu *Hecaerge* dicta etiam Diana, ut in eo Branchi vatis versu apud Clementem Strom. l. v. p. 570.

Μέλπετε, ὦ παῖδες, Ἑκαέργου καὶ Ἑκαέργην,
Cantate o pueri Hecaergon & Hecaergen.

Hinc solis Hyperboreorum virginibus, iisque, juxta Herodotum, Callimachum, Pausaniam veteresque Deliorum Hymnos, *Opi* & *Hecaergæ* appellatis, hoc factum delatarum primum in Delum ἀπαρχῶν tribuunt memorati jam ante Mela l. v. c. III. Plinius l. IV. c. XII. Solinus c. XVI. Quibus adde Claudianum in sec. Cons. Stilich. v. 253.

Jungunt se gemina metuenda feris HECAERGE,
Et soror, optatum numen venantibus, OPIS,
Progenies Scythiæ; Divas, nemorumque potentes,
Fecit HYPERBOREIS DELOS *prolata pruinis.*

Quarum alioquin trium, quæ hic a Callimacho commemorantur; Hyperborearum virginum, sed in genere, ut totidem Nympharum Dianæ comitum, & cum Dea, ubi eam vidit nudam infelix Actæon, lavantium, meminit in narratione hujus fabulæ Nonnus Dionysiac. l. v. p. 168. ἰαχὲ ΛΟΞΩ, σύνθροον ΟΥΠΙΝ ἴχνια &c. *clamabat* LOXO, *consonam* UPIN *habens*, quæ natantem, ut additur, inhibuit *sororem* HECAERGEN, κασιγνήτην ΕΚΑΕΡΓΑΝ. Quem locum ideo hic tango, quod cum haud infrequens occurrat, uti superiora arguunt, harumce *Opis* & *Hecaerges* apud veteres mentio, unus forte præter Callimachum exstet hodie Nonnus, qui ejusdem virginis Λοξῶ meminerit. A quo tamen Apolline qui sicut Ἑκάεργος, ita Λοξίας etiam dictus, seu a tributis huic Delio, simul ac sorori Deliæ, totidem appellationibus seu institutis; iis quoque nominibus dictas, inde a Poetis sacratas hisce Diis virgines licet continuo statuere. Immo unde videtur, Σκυθιάδος seu *Scythiadis* nomen huic Insulæ inter alia eidem quoque inditum: sicut e Nicatore refert Stephanus, & constanter præferre libros veteres monuit ad eundem vir doctus; qui tamen aliam, & quam verissimam statuit, magni Salmasii conjecturam refert, κυνθιάδα nempe ibidem legendum pro Σκυθιάδα. Idem vero de Delo ob Apollinem Hyperboreum eo *Scythiadis* nomine appellata, notasse jam video doctissimum Holstenium; ac prout, ut hoc addam, *Scythiæ progenies* dictæ a Claudiano, ut modo vidimus, Hyperboreæ illæ, quæ in Delum appulerunt cum sacris Apollini primitiis, virgines. Quamquam autem

poste-

posteris ætatibus, non intra hasce Hyperboreorum virgines remansisse illud sacrorum primitias in Delum deferendi institutum, iidem dicti paullo ante Auctores tradant; sequutis enim annis, id aliarum itidem virginum opera renovatum; dein ob violata in iis hospitii jura, ad proxima tantum loca progressas ἀλοφόρους illas virgines, depositis ibi sacris; quæ per manus dein conterminorum hinc inde accolarum, in Delum usque transferrentur: donec & illud quoque tandem abolitum. Docet id post Melam, & uberius aliquanto, Plinius l. IV. c. XII. sub finem, *Virgines ferebant eas frugum* (ut ille eas vocat) *primitias, hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles, donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox & hoc ipsum exolevit.* Neque aliter, qui id ab eo hausit, Solinus c. XVI. Quibus etiam accedit Pausanias dicto jam loco lib. I. p. 59, de delatis nempe Hyperboreorum in Delum usque per conterminos populos, primitiis; & id quod similiter de veneratione, qua eorundem sacrorum latores excipiebantur ab iis, per quas ab Hyperboreis in Delum usque iter illis erat faciendum, gentibus, tangit, adductis etiam jam antea illius ea de re verbis ad v. 283, Ælianus V. H. l. III. cap. 1.

V. 293. Θυγατέρες Βορέαο] Sicut *Boreæ* nempe filii Zethes & Calais e Poetis noti, ita hic *Boreæ filiæ* traduntur, commemoratæ modo Hyperboreorum virgines, *Opis, Loxo, & Hecaerge.* Cujus utique rei ratio e Diodoro Siculo petenda, qui ubi de hisce Hyperboreis, cultoque ab iis solemnibus ritibus Apolline; & coalita, renovataque per Abarin cum Deliis amicitia egisset, addit, βασιλεύειν τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῆ χώρας ἐπάρχειν τὰς ὀνομαζομένας ΒΟΡΕΑΔΑΣ, ἀπογόνους ὄντας ΒΟΡΕΟΥ, ἢ κατὰ γῆν ἀεὶ διαδέχεσθαι τὰς ἀρχάς, *urbis* apud Hyperboreos *imperium, & summam templi Apollinis curam, esse penes* BOREADAS, *progeniem* BOREÆ, *qui gentili successione principatum ineunt.* Unde Cl. Rudbeckius eo Diodori, tanquam luculento, & cui istud Callimachi licuisset superaddere, testimonio nixus, rem eam ita explanat Atlant. p. 565: *Boream* nempe dictum ab Hyperboreis Saturnum, Neptuni patrem, & Atlantis avum, prout id ante e Platone ac Edda a se firmiter probatum dicit, & a quo deinceps *Borea*, seu antiquissimi Hyperboreorum, h. e. Sueonum, juxta illum, Rege, dicti fuerint ejus successores *Borei*, cujusque appellationis, prout id jam ex eodem obiter adtigi ad v. 261, plurima existent in antiquis Sueonum monumentis vestigia. Quæ obiter, quod non in omnium manibus versetur illud Rudbeckii opus, nec alieno utique loco, ubi de *Boreæ progenie*, Hyperboreis nempe hisce virginibus, a Callimacho agitur, hic tango: liberum cæteroquin de iis judicium sedulis ac industriis veterum in septentrionalibus illis plagis originum indagatoribus relinquens.

Ibid. καὶ ἄρσενες, οἵ τοτ' ἄελσοι] Nempe, non qui illas sacrorum primitias ab Hyperboreis in Delum detulissent, sed qui virginibus Hyperboreorum, de quibus modo actum, ἀλοφόροις, *securitatis* tantum *ergo* ἀσφαλείας ἕνεκα, ut ea de re Herodotus d. l. l. IV. c. XXXII, iique

e popularibus, quinque viæ comites ac deductores fuerant additi. Unde etiam factum, uti mox a Callimacho dicitur, ut iidem juvenes, & juxta eundem Herodotum, περιφερέες inde appellati, in grati animi exantlatique laboris memoriam, juxta dictas virgines, ſtatis quibuſdam ritibus fuerint deinceps a Deliis culti. Plures alioquin Hyperboreorum advenas, Delphos quoque veniſſe, ibique perfeciſſe Apollinis oraculum, veteris apud Delphos fatidicæ Bœo carminibus ferri, & quorum aliquot ibi leguntur, tradit Pauſanias l. x. p. 617,

Ἐνθά τοι ἔυμνηστον χρηστήριον ἐκτελέσαντο
Παῖδες Ὑπερβορέων Πάγκτιος, καὶ δῖος Ἀγυιεὺς.
Hinc tibi decantatum oraculum perfecerunt
HYPERBOREORUM *liberi Pagaſus & divinus Aguieus.*

In quo poſtremo, ut obiter hoc addam, nomine, Ἀγυιεὺς Apollinis, qualis paſſim apud Græcos, ut aliunde notum, *in ἀγυιαῖς quippe* cultus, ac inde etiam *Aguieus Apollo* ab Horatio invocatur in ſeculari Carmine, origo forte aut veſtigium comparet.

V. 295. Ἔυμοιροι δ' ἐγένοντο] In ſcholiis ad hunc locum, ἔυμοιροι, ἔυφημοι, h. e. *celebrati*, ſeu laudem ac gloriam poſt mortem nacti. Quod utique adpoſite de hiſce Hyperboreorum juvenibus dictum, qui Delum cum memoratis ante virginibus ἑλοφόροις adpulſi, magnam inde apud Delios famam, ſtatoſque ac ſolemnes, uti mox addit Callimachus, honores ſunt conſequuti. Id quod de iis ab Herodoto etiam dictum pridem fuerat, adducto jam ante loco l. IV. c. XXXIII, τέτρες οἱ νῦν περιφερέες καλέονται, τιμὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντας, *quos nunc periphereas* (ſeu *circumferentes*) *vocant multis in Delo honoribus nactos.* Occurrit etiam eodem, quo hic ſenſu, vox ἔυμοιρος apud Æſchylum Eum. v. 893, ubi Minerva ad chorum placatarum jam Eumenidum, ait,

Ἔξεστι γάρ σοι, τῆς δέ γ' ἐυμοίρᾳ χθονὸς,
Ἔσῃ δικαίως ἐς τὸ πᾶν τετιμένη,
Licet enim tibi, ut in beata ſeu *decantata hac terra*
In æternum ſis ſolemniter culta,

non ut ibi poſtremus editor ac Interpres, qui ἐυμοίρᾳ χθονὸς, vertit *terræ participi*, quum tamen in eo loco vox ἔυμοιρος, non ad Eumenidas, ſed ad Atticam referatur. Sic apud Joſephum Αρχ. l. VIII. c. VII. de Oza Rege Judæorum, quod poſtquam juſte ac pie Regno præfuiſſet, perveniſſetque ad ſummam ſenectutem, ἐυμοίρως ἀπέθανε, *in magna celebritate* ſeu *gloria obiit*; quod hic nempe de Hyperboreis juvenibus dicitur, ἔυμοιροι δὲ ἐγένοντο. E quibus abunde liquet, haud meruiſſe, eam quæ in ſcholiis ad hunc Callimachi locum exſtat, gloſſam, ἔυμοιροι, ἔυφημοι, ut illa, inquam, perſtringeretur nota cenſoria, quaſi ἔυμοιροι *nunquam ſignificaret* ἔυφημοι, ac proinde ἔυμολποι in Callimacho, non ἔυμοιροι legerit idem Scholiaſtes. Ut hic mittam Heſychium, apud quem utique legitur, ἐυμοίρησε, ἐυτύχησεν.

V. 296. ἐυήχης Ὑμήναιος] Conjeceram aliquando pro ἐυήχης, legendum hic ἐυχαίτης, ſicuti *Hymenæus* dicitur Anthol. l. IV. c. XII. Ep. CV. ad Venerem.

Σὺ δὲ ἰυχαίταν εἰς Ὑμέναιον ἴθι.

Tu vero pulchre comatum ad Hymenæum vade.

Verum haud opus, ubi non adſunt veterum librorum veſtigia, a recepta lectione temere ac citra neceſſitatem recedere. Εὐήχης itaque dictus hic *Hymenæus*, ob ſolita in nuptiis tripudia, ad citharam cantus &c. ac ut de eo Catullus ait Carm. LXI.

Excituſque hilari die,
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula,
Pelle humum pedibus.

Et quomodo apud Anacreontem de Venere itidem dicitur Od. XVIII. ὑμέναιος κροτῆσα, *cum hymenæis perſtrepens.* Ita ὕμνους ἐυαχήτους, *hymnos bene ſonoros*, nempe ad ſonum, ut ibi etiam dicitur, citharæ, vocat Euripides Jon. v. 884.

V. 297. Ἦθεα κερῶν μορμύσσεται] Sic ante Hym. in Dian. v. 70. Αὐτίκα τὴν κόρην μορμύσσεται, *ſtatim is puellam territat.* Unde ἤθεα κερῶν, hic pro κόρας, ut bene jam animadvertit Anna eruditiſſima, dixit Callimachus. Quæ apud Græcos Poetas & Tragicos imprimis Atticos, haud inſolita, ut Ἀθηναίας δόνῳ, *Minervæ robur*, pro *Minervæ*, apud Æſchylum Eum. v. 299; Ἱππομέδοντος ὄχημα, pro *Hippomedonte*, apud eundem Sept. Theb. v. 494; aut Τηρέως μητίδος, *Terei conſilii* ſeu *prudentiæ*, Suppl. v. 62. ubi Critici, κατὰ παράφρασιν τοῦ Τηρέως, *per periphraſin, pro Tereo*, & quod proinde a Latinis Poetis, Græcorum more, ſubinde dictum, ut in eo, quod adducitur in iiſdem Annæ laudatiſſimæ Notis, *mitis ſapientia Læli* pro *Lælio*. De metu autem Virginum, ubi adeſt Hymenæus ſeu nuptiarum tempus, ſimiliter Catullus carmine nuptiali LXI. ad Hymenæum. *Te timens cupida* &c. ac Virgilius in Ceiri de Heſpero, a quo nempe rapi dicebantur novæ nuptæ,

Quem pavida alternis fugitant, agitantque puellæ.

Ibid. ἡλικα χαίτην παρθενικαὶ] Morem illum, juxta quem hæ Δηλιάδες ſeu *virgines in Delo* nupturæ, aut juvenes ibidem primitias Hyperboreis cum virginibus, tum juvenibus, περιφερέων nomine apud Delios, uti vidimus, cultis dicare eſſent ſolitæ, e Pauſania jam hic adnotavit vir doctus. Ita apud Troezenios lege cautum tradit Julianus de Dea Syria, ne adoleſcentes & virgines nuptias inirent, priuſquam Hippolyto comas totonderint: idque apud Hieropolitanos etiam Syros obtinuiſſe. Sponſarum certe detonſam olim comam, cum aliunde liquet, tum de Spartanis notat Plutarchus in Lycurgo p. 48. earum capillos aure tenus a pronuba circumtonderi ſolitos. Dianam alioquin & Parcas a nupturis virginibus placari ſolitas, tradit Pollux l. III. c. III. p. 137. Unde etiam cum juvencam Dianæ ab iis immolatam, patet ex Euripide Iphig. Aul. v. 1113, tum caniſtra frugum a maturis viro virginibus, in Dianæ honorem circumferri ſolita, juxta veteres Theocriti Enarratores Idyll. Z. v. 66. Neque omiſſus ab iiſdem Veneris, nuptiarum utpote, ſicut a veteribus Criticis eadem dicta, Ἐφόρα cultus; prout

ut id apud Hermionenſes ſedulo obſervatum monet Pauſanias l. II. p. 451, ut nupturæ nempe tam virgines, quam viduæ, rem ei divinam ante nuptias facerent. Verum de nuptiarum, quarum hic cæteroquin mentio, ritualibus jam non agimus. De detonſis vero in inferiis parentum, aut quos coli ſolemniter mos jubebat patrius, ad eorum tumulos virginum aut juvenum comis, res aliunde pervulgata. Unde ſimilem πλόκαμον πενθητήριον, *comam luctuoſam*, vocat Oreſtes apud Æſchylum, ſub initium Choeph. quam nempe ad tumulum patris Agamemnonis erat depoſiturus, & Electra ſimiliter in eodem dramate v. 178. χαίτην κεῖμην χάριν πατρὶ, ut ibi Interpres, *capillos, juvenilem graziam patri*, ſeu *comam detonſam in honorem patris*, Inachi nempe Argivorum fluvii, ſicuti Agathon Tragicus ait apud Athenæum lib. XII. p. 528.

Κήρητες εἶναι, κεῖμα χάριν τεμὼς,
Curetes dici, propter tonſilem comam.

& qui verſus ab Euſtathio, indicto ejus auctore, adducitur ad Iliad. Φ. pag. 1292, ubi etiam ſub initium ſequentis paginæ, quid illud Tragici κέρμος ἁλίξ, ſeu unde fluvios κερατοέφρες dictos poſſet quis ſtatuere, traditur. Adde prout αἱματακρείας a Bœotis dictæ id genus inferiæ, ut apud Pindarum Olymp. Od. I. & Criticos ibidem pag. 2. Immo unde κείρεσθαι παρθένου, de virgine certum in modum detonſa apud Pollucem dicitur lib. IV. cap. IX. p. 207. Quum cæteroquin κείρεσθαι pro *puellari* ſeu *virgineo* dictum veteri Orphicorum verſu, norim, quem Proclus in Timæum refert lib. II. pag. 137. ac prout legi ibidem ob metrum debet,

Αὐτὸς ἑῆς παιδὸς γὰρ ἀφείλετο κείρεσθαι ἄνθος,
Ipſe enim ſuæ filiæ puellarem florem abſtulit.

Placet autem, ut hoc poſtremo addam, H. Stephani emendatio, ut hic apud Callimachum παρθενικαῖς, de Hyperboreis nempe virginibus, quibus nupturæ Deliacæ puellæ comæ primitias detonderent, dicatur: ſicut ſequenti verſu de maſcula pube in Delo itidem legitur, quæ ἡβήσιν ſeu advenis quoque, & cultis in eadem Delo *juvenibus* Hyperboreis, primam lanuginem ſimiliter ſolita ſit conſecrare.

V. 300. νῆσοι κύκλον ἐποιήσαντο] Vide de his *Cycladum* aliarumque etiam *Inſularum* & gentium ſtatis ac ſolemnibus miſſis in Delum choris, notata jam ad v. 1. & 3. & paullo ante ad v. 279. hujus Hymni.

V. 302. Οὔτε σιωπαλὴν, οὔτ' ἄψοφον] Cum cantu nempe ad citharam & choreis, ſicuti antea Hym. in Apoll. v. 12. utrumque ſimiliter in celebrando eodem Deo notaverat,

Μήτε σιωπαλὴν κίθαριν, μηΐ' ἄψοφον ἴχνος,
Neque tacitam citharam, neque ſine ſtrepitu greſſum,

& qua de re nos ibidem. Ita *ſurda plectra* ſine Apolline, nempe, quod hic ἄψοφα, dixit Papinius Sylv. l. I. Carm. IV. v. 19.

Aſt ego nec Phœbum, (quamquam mihi SURDA *ſine illo* PLECTRA)

Addam hic ſolum, Alexandrum M. ut de eo refert Dio Chryſoſt. orat.

orat. 11. p. 24, non omnem Muſicam velle ſe diſcere profeſſum, ἀλλὰ κιθάρᾳ μόνον ἢ λύρᾳ χρῆσθαι, πρὸς Θεῶν ὕμνους καὶ θεραπείας, *ſed cithara ſolum vel lyra uti, ad Deorum hymnos & cultum.* Unde etiam *citharam matrem hymnorum*, κιθάραν τε μητέρ' ὕμνων, vocat Ariſtophanes Θεσμοφ. p. 772.

V. 303. ἕλῳ ἐθείραις Ἕσπερος] Non ut *crinita* ſtella de *Heſpero* hoc dicitur, ſed quod plena luce, ut notatur etiam in Græcis ad hunc locum Scholiis, λαμπρὸς ταῖς ἀκτῖσι, reſplendeat. Hinc λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος, *ſpendida Heſperi lux*, pro *Heſpero* dicitur ab Euripide in Jone v. 1149. ac de eodem Catullus in Carm. LXI.

veſper Olympo
Exſpectata diu vix tandem lumina tollit.

Hinc Ἕσπεροι λαμπῆρας de *ſtellis* in genere dixit Sophocles Ajac. v. 286. Hujus autem *Heſperi* ſidus in publico Locrorum Ozolarum, & qui *Heſperii* etiam dicti, ſigillo ſignatum, notat Strabo l. IX. p. 416. Quale utique conſpicuum ſidus, quum occurrat in nummis Locrorum, qui Opuntii dicti apud Goltzium Tab. Græc. XVIII, id de eodem *Heſpero* interpretatur doctiſſimus Iſ. Voſſius ad Catullum p. 157. minuſque ſidus obvium in nummis aliorum Locrorum in eadem tabula, non de Epicnemidiis Locris, a quibus tamen ſignati iidem nummi, ſed Locris Ozolis imputat, quæ alibi expendimus.

V. 304. νόμον Λυκίου γέροντος] *Lycium* nempe, uti idem ſequenti verſu vocatur, *Olena*, primum auctorem exſtitiſſe Hymnorum, qui in Delo canebantur, ex Herodoto & Pauſania jam monuit vir doctus. Hujus etiam *Olenis*, cum in Lucinam Hymnum, quem canerent Delii, tum alterum in Junonem, memorat haud uno loco Pauſanias, ut l. I. p. 31. & l. II. p. 108. &c. Immo eundem *Olena*, ut primum & antiquiſſimum Hymnorum, non in Delo ſolum, ſed in genere apud Græcos, auctorem, idem ſtatuit l. IX. p. 581. Quendam vero Melanopum poſt *Olena*, in Hyperboreorum memoratas ante virgines, Opin & Hecaergen, Hymnum quoque decantaſſe, tradit rurſus idem Auctor l. V. p. 299. Ut hic mittam, qua fide a Juliano Imperatore dicatur Epiſt. ad Athen. p. 551, pleroſque Hymnos in ſacris, ab ipſis Diis datos; paucos vero ab hominibus, iiſque divinitus afflatis, profectos. Νόμον autem pro ὕμνῳ hic dici, bene monuit Anna præſtantiſſima. Dictos enim ſubinde νόμους de *hymnis*, qui in Deorum honorem canebantur, obſervant eruditi Ariſtophanis Enarratores Equit. p. 228. Νόμοι δὲ καλοῦνται, οἱ εἰς θεοὺς Ὕμνοι, *Nomi autem vocantur in Deos Hymni.* Unde de Olympo Marſyæ diſcipulo ait Plutarchus de Muſica p. 1133. πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς Νόμους, *qui in Deos* primus *Nomos* ſeu *Hymnos fecit.* Non proinde Νόμοι dicti ſoli in Apollinem, ſicuti Dithyrambi in Bacchum, *Hymni*; prout id a viro eruditiſſimo amiciſſimoque noviſſime ad Ariſtotelis Poet. cap. I. & II. ſtatui video; quum, ut alia inſuper hic præteream, Ἄρεως νόμον, *Martis nomum* apud eundem Plutarchum legas de Muſica p. 1141, & ſimiliter τὸν τῆς Ἀθηνᾶς νόμον, *Minervæ nomum* p. 1143. Hinc ſicuti κιθαρῳδικοὶ Νόμοι, de *Nomis* ſeu modis dicti-

dicti, qui in *cantu ad citharam*, iique a Terpandro primum erant præscripti, & ad quos maxime Hymni in Apollinem, citharœdum quippe, cani consueverant (quamquam aliter de hymnis, ut ad tibiam solum cani solitis, a priscis Euripidis Enarratoribus ad Phœniss. v. 1036. traditum sit, ut obiter jam monui ad v. 1. Hym. in Jovem) ita αὐλητικοὶ etiam νόμοι, qui in *cantu ad tibiam*, auctore primum Cleone, juxta Plutarchum ibidem p. 1132, instituti, quique in sacris potissimum matris Deum, Martis, &c. adhibiti. Unde νόμοι postea de ipsis *hymnis*, qui ad modos illos seu citharœdicos; seu ad tibiam, sicuti in eandem Rheam, aut Martem, aliosque Deos, canebantur, promiscue sunt appellati. Immo unde etiam αὐλητικὸς Νόμος εἰς Ἀπόλλωνα, *ad tibiam Nomus* seu *hymnus in Apollinem*, ab eodem, de quo paullo ante, Olympo factus, a Plutarcho itidem dicitur de Music. p. 1133; idque inde, uti in sequentibus tangit p. 1135, & aliunde constat, quod in sacris & choris in honorem hujus Dei institutis, ad tibiam quoque hymnos eidem accinerent, quique παρῳδία olim dicebantur, & cujusmodi fuisse hymnum Thebani tibicinis in Delum seu Delium Deum, e Pausania & Proclo ad titulum hujus Hymni jam vidimus. Ita vere hic apud Callimachum, de Olenis in Hyperboreas, qua de re ante, virgines *hymno*, νόμος similiter dicitur. Quæ prima etiam origo fuit cur νόμοι in genere de *hymnis* seu cantilenis certis nempe legibus adstrictis, fuerint dicti; prout id innuit Plato l. VII. p. 799. nempe ut ratum sit illud ac statutum deinceps, Νόμους τὰς ᾠδὰς ἡμῖν γεγονέναι· τῇ καθάπερ οἱ παλαιοὶ τότε περὶ κιθαρῳδίαν, ἕτω πῶς, ὡς ἔοικεν, ὠνόμασαν, *cantilenas* seu *hymnos Nomis*, h. e. *certis legibus constare apud nos debere, & sicuti tunc veteres de cantu ad citharam, ita quidem, uti videtur, eos appellarunt.* De cantu nempe ad citharam, ut ea de re paullo ante, dicti primum, quod & agnoscit etiam Plutarchus, iidem νόμοι; unde quem νόμον ἄνομον, *cantum inornatum* seu *ingratum* vocat Æschylus Agam. v. 1157, explicant veteres ad eum Critici, κιθαρῳδικὸν δὲ νόμον φησὶ, *citharœdicum autem cantum* seu νόμον *dicit.* Qualem nempe ἄλυρον Μοῦσαν, *sine lyra Musam*, seu *inconcinnum canticum* appellat Euripides Phœn. v. 1035. seu quod ait rursus alibi Æschylus Agam. v. 999. ἄνευ λύρας ὑμνῳδὸν θρῆνον, *sine lyra* seu *cithara canit lessum.* De *nomis* cæteroquin veterum Musicis multa opportune ad Chronicon Oxoniense, congesserunt eruditi ejus Enarratores, quæ consulere poterit, ubi ei lubebit, Lector.

V. 306. Αἱ δὲ ποδὶ πλήσασαι χορηΐδες] Musica nempe veterum in saltatione, rhythmo, & cantu erat posita, ut notat Strabo l. x. p. 467. Hymnos quidem quandoque cum saltatione, quandoque sine eadem cani solitos, notat Athenæus, sed ita ut optimi haberentur, quod paullo ante dixerat, qui cum saltatione erant conjuncti, βέλτιστοι δὲ εἰσι τῶν τρόπων, οἵτινες καὶ ὀρχήσεται, *optimi autem sunt modi illi, qui etiam saltantur*, l. XIV. p. 63. & cujusmodi χορικὸν ᾠδὴν, de hymno in Apollinem dixit, ut jam monui ad vers. 1. Hym in Jovem, Apollonius Rh. l. II. v. 716. E quorum autem genere παρθένιοι seu *virginales* ibidem

apud

apud Athenæum vocantur; qualisque exstitit in Delum, seu Latonæ in ea partum, Lycii Olenis hymnus, ad quem dictæ paullo ante Δηλιάδες, *Deliacæ virgines*, hic autem χορητίδες, saltasse dicuntur a Callimacho, sive alterno terram pede concussisse, nempe, prout fieri decuit, κινοῦντας ἐυρύθμως τὰς πόδας, *moventes ad rhythmum pedes*, ut dicto apud Athenæum loco traditur. Eo autem motu pedum, seu choreis Deliacarum virginum, Δήλε πλάνην, Λητοῦς ὠδῖνας, *Deli errationem*, *Latonæ parturientis dolores*, quæ inter saltationum apud veteres imitamenta recenset Lucianus de Saltat. p. 930, adumbrasse easdem, & de quibus agit toto hoc hymno Callimachus, facile equidem licet statuere. Ad citharæ nempe præcinentis modos, saltationes illæ a virginum aut juvenum etiam *choris*, circa Dianæ aut Apollinis aram peragi olim ut plurimum, solitæ; sicut de simili choro & saltatione ad aram Apollinis in Delo itidem fieri solitam, ait Apollonius Rh. l. 1. v. 538.

φόρμιγγος ὑπαὶ σὲν βωμὸν ὁμαρτῇ,
Ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν.
ad citharam circa aram una
Concinne citatis pedibus solum quatiunt.

Ubi, quod obiter addo, ἐμμελέως vocem opportune adhibet Poeta; quod ἐμμέλεια diceretur de *saltatione* ἐνοπλίῳ seu quæ a militari vel armata erat diversa; prout id docet Plato de Legib. VII. p. 816, & quo respicit proinde Hesychii glossa, ubi dicitur ἐμμέλειαν esse saltationis genus, quod a Platone laudetur. Quibus adde hos incerti Poetæ versus apud Hephæstionem p. 37.

Κρῆσσαι νύπο θ' ὧδ' ἐμμελέως πόδεσσιν
Ὀρχεῖσθ' ἁπαλοῖς, ἀμφ' ἐρόεντα βωμὸν,
Creticæ nunc virgines hic concinne pedibus
Saltant teneris, circa amabilem aram.

Neque tamen a Deliacis hisce virginibus, choris solum, quod hic innuit Callimachus, sed quod a Deliis juvenibus factum modo dixerat, hymnis quoque celebratos primos illos ex Hyperboreis in Delum ex utroque sexu, ut vidimus, advenas, haud obscure traditur in hymno in Apollinem, qui Homero adscribitur. Nempe ubi dicuntur eædem κοῦραι Δηλιάδες, post laudatum primo Apollinem, ac dein Latonam ac Dianam, tum quoque v. 160.

Μνησάμεναι, ἀνδρῶν τε παλαιτῶν ἠδὲ γυναικῶν,
Ὕμνον ἀείδουσιν,
Recordatæ virorum antiquorum atque mulierum,
Hymnum canunt;

in honorem scilicet tam virginum illarum, quæ primæ ab Hyperboreis sacrorum primitias in Delum detulerant, quam eorum juvenum, qui securitatis caussa viæ comites & velut deductores, uti antea vidimus ad v. 293, iisdem puellis fuerant additi, & quos omnes coli deinceps ac celebrari hymnis & choreis, mos apud Delios, de quo hactenus noster Battiades, obtinuit.

V. 307. στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα.] Pro more nempe, quo corona-

ronata olim Deorum ſimulacra, ut id a Proclo traditur Platonis Πολιτ. p. 360. ὥσπερ καὶ ἐκεῖνα (ἀγάλματα) στέφειν ἦν νόμος, *ſicut etiam & ſimulacra coronare mos erat.* Unde ab Euripide dicitur Heraclid. v. 441. τὶς γὰρ ἄστεπτος Θεῶν, *quis enim Deorum non coronatus?* & proinde apud Æſchylum, virginum Thebanarum chorus in ſummo urbis periculo, ad Deorum ſimulacra ſupplex ait, Sept. Theb. v. 101.

πέπλων καὶ ΣΤΕΦΕΩΝ
Πότ' εἰ μὴ νῦν ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν;
peplos & CORONAS,
Quando, ſi non modo inter ſupplicandum, adprehendemus;

ubi conſuli poſſunt veteres Tragici Enarratores qui in more apud antiquos poſitum tradunt, ut Deorum peplos & coronas, quibus nempe eorum ſimulacra ornari ac redimiri erant ſolita, manibus adprehenderent, ut ita *per hæc Deos placarent*, καὶ διὰ τούτων αὐτοὺς ἐξιλεῦσθαι. Unde cum coronis etiam ac ſuffitibus, quæ nempe domo adferrent, ad Deorum templa ac ſimulacra accedere eam in rem ſoliti; ſicuti Jocaſta de Oedipi perturbatione ob Laji cædem anxia, apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 932. decretum ſibi eſſe ait,

Ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τὰ δ' ἐν χεροῖν
ΣΤΕΦΗ λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα,
Templa adire Deorum, his manibus
CORONAS *accipiens & ſuffitus.*

Immo ſicuti etiam de coronatis domi privatis Deorum ſimulacris dicitur in inedito Stratonis Epigrammate,

καὶ οἴκαδ' ἀπελθῶν,
Εστεφάνωσα Θεοὺς, κεῖνον ἐπευξάμενος.
& domum abiens,
Coronavi Deos, illum invocans.

V. 308. Κύπριδος ἀρχαίης ἀριήκοον] Eadem, quæ de advecto e Creta in Delum a Theſeo hoc *Veneris ſimulacro*, ſolemnique ibi ad ejus aram tripudio, hic & ſequentibus verſibus tradit Callimachus, eadem, inquam, tangunt, quod jam vidit ad hunc locum vir doctus, Pauſanias l. IX. p. 605, & pluribus Plutarchus in Theſeo p. 9. ubi Ἀφροδίσιον illud Veneris ſignum dicitur. Idem vero ligneum, qualia vulgo ſigna a Dædalo profecta, exſtitiſſe, ejus autem dextram præ vetuſtate exeſam, tradit ibidem Pauſanias. Ut vel inde liqueat, cur *antiquæ Veneris* ἀρχαίης Κύπριδος ſignum hic dicatur; nempe pro ἀρχαῖον Κύπριδος ἄγαλμα, quomodo ξόανον ἀρχαῖον Αφροδίτης Ἥρας, *vetuſtum Veneris Junonis ſignum* in Laconica exſtitiſſe, refert idem Pauſanias l. III. p. 185. & apud Thebanos ſigna antiqua Veneris Uraniæ idem memorat l. IX. p. 566. Ad hunc autem *Veneris* in Delo cultum ſpectare videtur, quod ab Horatio de ea dicitur l. III. Od. XXVIII, quæ *Cnidon fulgenteſque tenet Cycladas*, e quarum nempe numero Delus, *Cyclas* etiam inde, uti antea vidimus, nonnunquam appellata. Αριήκοος vero dixit ibidem Apollonius l. IV. v. 1707. de Apolline, qui nempe rite a Jaſone invocatus, venerit, *prompte exaudiens ad Melantias rupes*, ῥίμφα Μελαντίους ἀριήκοος.

V. 311.

V. 311. γναμπτὸν ἔδος σκολιῆ λαβυρίνθῳ] In cujus etiam *sinuosi labyrinthi*, & egressus ex eo, memoriam, gratique simul animi significationem, instituta a Theseo, e Creta in Delum adpulso, saltatio, eaque variis gyris implexa, & quam Γέρανον appellatam, e Dicæarcho tradit in Theseo Plutarchus p. 9. μίμημα τῶν ἐν τῷ λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένων, *imitatio in labyrintho anfractuum & egressuum, ad certum rhythmum, cum alternis gyris & circumvolutionibus peractum.* Nempe pro veteri ritu, juxta quem saltatio habita μιμητική τις ἐπιστήμη καὶ δεικτική, *imitatrix quadam scientia & demonstrativa*, apud Lucianum de Saltat. p. 929, ubi etiam percurrit pleraſque veterum fabulas & Heroicorum temporum eventus maxime memorabiles, quos a perito saltatore noſci & pro uſu exprimi debere ibidem oſtendit. Quam in rem haud prætereundus hic apud Cyrillum locus adverſus Julianum l. 1. p. 26. Ὅμηρον δὲ τῶν ποιητῶν ἄριστον, φαίη ἂν οἶμαί τις ὀλίγῳ διενεγκεῖν, ΤΩΝ ΟΥ ΣΚΗΝΑΙΣ ΟΡΧΟΥΜΕΝΩΝ· τὰς μὲν γὰρ φασὶν οἱ φιλοθεάμονες, ΣΧΗΜΑΣΙ τε καὶ ΝΕΥΜΑΣΙ, τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις ΕΙΔΟΠΟΙΕΙΝ ἰωμένους, αὐτὰ δοκεῖν τοῖς ὁρῶσι ΜΟΝΟΝΟΥΧΙ ΠΑΡΟΝΤΑ ΔΕΙΚΝΥΕΙΝ ΤΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ, *Homerum autem Poetarum præstantissimum, parum quis differre dicat ab iis*, QUI SALTANT *in scena; quos, qui spectaculis gaudent, ajunt* FIGURIS *&* NUTIBUS, *sic rerum naturas* EFFINGERE *solitos, ut* TANTUM NON IPSAS PRÆSENTES, *spectantium oculis subjicere videantur.* Neque vero omiſſa ab eodem, de quo modo Luciano p. 927, ejuſdem Γέρανος, ſeu priſcæ hujus in Delo ſaltationis, quamquam, ut ibidem addit, obſoletæ jam eo ævo aut minus tum decoræ, mentio. Meminit quoque illius Pollux, quod non fugit diligentiſſimum Meurſium in Orcheſtra, ac ſimul qualis illa ſaltatio fuerit, ibidem docet l. IV. c. XIV, & cujus verba, quæ unice totum hunc Callimachi locum haud parum illuſtrant & explanant, adſcribere non erit inconſultum, τὴν δὲ Γέρανον κατὰ πλῆθος ὠρχοῦντο, ἕκαστος ὑφ' (juxta MSS. Voſſianum, non ἐφ') ἑκάστῳ κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν τῶν ἡγεμόνων ἐχόντων τῶν περὶ ΘΗΣΕΑ, πρῶτον ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΗΛΟΥ ΒΩΜΟΝ, ἀπομιμησαμένων τὴν ἀπὸ τοῦ λαβυρίνθου ἔξοδον, *Geranum vero secundum multitudinem ſaltabant, ſinguli ſingulos ordine conſequentes, extremitates utraſque tenentibus circa* THESEA *ducibus, primum circa* DELI ARAM, *e labyrintho egreſſum imitantibus.*

V. 312. ἐγειρομένῃ κιθαρισμῷ κύκλιον ὠρχήσαντο] Unde liquet, quod paullo antea dixi ad v. 306, veterum in ſacris choreas olim ad citharam peragi ut plurimum ſolitas; unde ἄχορον κίθαριν, *de triſti cithara ſeu choro orbata* dixit Æſchylus Suppl. v. 689. Quamquam adhibita etiam fuerit in Deliorum choreis juxta citharam tibia. Docet id inſignis eam in rem, ſeu de hiſce Deliacis puerorum, quorum modo meminerat quoque Callimachus v. 309. choris, apud Lucianum locus de ſaltatione p. 918. ed. Salm. ΕΝ ΔΗΛΩ δέ γε ἐδὲ αὐ θυσίαι ΑΝΕΥ ΟΡΧΗΣΕΩΣ, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ, ἢ μᾶ Μουσικῆς ἐγίνοντο, ΠΑΙΔΩΝ ΧΟΡΟΙ συνελθόντες ΕΝ ΑΥΛΩ καὶ ΚΙΘΑΡΑ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπῳχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι περιελθόντες v. gen.

ἐξ αὐτῶν, IN DELO *autem nulla* SINE SALTATIONE *sacra peragebantur, sed cum ea adhibebatur etiam Musica.* PUERORUM CHORI CUM TIBIA AC CITHARA *ingressi choreas ducebant; quibus optimi quique ex eorum numero delecti cantilenam* (non ut ibi Interpres *saltationem*) *accommodabant*, seu *accinebant*. Apud Græcos enim, quod vel proximis verbis docet Lucianus, ὑπορχήματα *vocabantur, quæ propter choros scriptæ erant cantilenæ*, τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. Quo proinde poeseos genere usum maxime Pindarum tradit Plutarchus de Musica p. 1134, & de quibus ὑπορχήμασι, quave de caussa illa a Poetis fuerint inducta, videri potest Athenæus l. XIV. p. 628. *Aras* autem (juxta quod hic ad aram Veneris in Delo factum dicitur) ἐν κύκλῳ seu *in orbem* circumire, passim receptum, idque non in sacris solum, & qua de re jam ante ad superiorem hymnum, gentilium, sed etiam Judæorum, de quibus proinde ait Philo de Victimis p. 38. καὶ δεξάμενος τοῦ αἵματος ΕΝ ΚΥΚΛΩ περιϊὼν ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ, ἐπιῤῥαινέτω, *& accepto sanguine* IN ORBEM *circumiens*, IN ARAM *eum effudit*, mox autem pag. sequenti, τὸ δὲ αἷμα ΚΥΚΛΩ προχεῖται ΤΩ ΒΩΜΩ. διότι ΚΥΚΛΟΣ σχημάτων τελειότατον, mox addita ejus rei ratione, συμβολικῶς οὖν ἀναδιδάσκει τὴν διάνοιαν ὅλην δι' ὅλον ΕΝ ΚΥΚΛΩ ΧΟΡΕΥΟΥΣΑΝ ἐν πάσαις ἰδέαις λόγων, καὶ βουλευμάτων, καὶ ἔργων, ἐπιδείκνυσθαι τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀρέσκειαν, *sanguis autem* IN ORBEM *in* ALTARE *effunditur, quia* CIRCULUS *est figura perfectissima*; dein *figurate igitur docemur, ut integra mente* IN ORBEM CHOREAS *agitante, per omnes consiliorum, dictorum, factorum species, Deum colamus.*

V. 314. θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ] Præ Insulis nempe aliisque gentibus, a quibus, missis statis in Delum legationibus, alioque sacrorum apparatu, celebratus, uti antea vidimus ad v. 4. & 279, Apollo Delius, solemne & constans maxime exstitit Atheniensium, de quibus nunc Poetæ sermo, eam in rem studium. Cujus etiam ritus origo hic, & similiter a Platone sub initium Phædonis, ad Theseum refertur, seu complementum illius voti quo se cum aliis quatuordecim Atheniensibus obstrinxerat, si salvi e Creta Athenas reverterentur, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον, *singulis annis sacram legationem in Delum mittere*; quod & inde perpetuo ab Atheniensibus observatum, ibidem a Platone dicitur. Recenset ille præterea *sacri* hujus *navigii* seu θεωρίδος hic & alibi dictæ, apparatum; a sacerdote Apollinis puppim ejusdem navis coronatam; urbem lustratam præterea, & publico decreto insuper cautum, ne dum sacra navis in Delum it reditque, quisquam capite plecteretur. Cujus proinde Platonis in Phædone loci facta obiter in Græcis Callimachi Scholiis, ad superiora Poetæ verba σὸν περὶ βωμὸν, mentio. Θεωρὶς autem, tanquam quæ Θεωρὸν seu Αρχιθέωρον & Συνθεώρους, prout dictos eosdem videas in veteri inscriptione Deliaca, & de qua paullo post apud Gruterum p. ccccv, *sacræ* nempe *legationis ducem & comites* in Delum, cum reliquo sacrorum apparatu, veheret, ac ut rite ibi culto Apolline, eundem præterea publico Athenarum nomine consulerent.

V. Interpret. ad marmor Sandvicense; Corsin. append. ad opus de notis gr. Diss. VI, p. 122.

Qua-

Qualis Θεωρὸς seu Ἀρχιθέωρος exstitit, de quo ante actum ad v. 279, e Plutarcho in ejus vita, Nicias, & de splendida illa, præter solitum etiam, uti vidimus, pompa, qua in Delum per pontem auro, purpura, aliisque pretiosis stragulis stratum, cum solemni choro decenter itidem amicto, canticis, victimis &c. trajecit, ac unde omnis Θεωρίας illius in Delum mitti ab Athenienſibus solitæ ratio eluceſcit. Ut mittam Eryſichthona, quem in reditu ex obita illa Athenienſium in Delum Θεωρίᾳ mortuum, ac ad Praſias Atticæ vicum ſepultum, tradit Pauſanias l. 1. p. 59; aut vero miſſam in Delum pro more Athenienſium Θεωρίδα, ab Æginetis captam, victoſque ab iis, qui in ea erant, primores Athenienſium, indeque ortum inter Athenienſes & Æginetas bellum, quod refert Herodotus l. VI. c. LXXXVII. Adde, quod Δηλιαστὰι dicti fuerint Athenis, quod jam obiter ad verſ. 1. hujus hymni monitum, iidem Θεωροὶ, qui in Delum mittebantur, ut e Lycurgo obſervat Harpocration; ad diſcrimen nempe aliorum Θεωρῶν, aut etiam ἀρχιθεωρῶν, qui vel Delphos ad Apollinem, Pythium proinde non Delium; vel ad ſolemnes etiam Græciæ agones, ut e Græcis oratoribus liquet, Andocyde de Myſter. p. 239. ed. Hanov. & Demoſthene in Midiana p. 401, mittebantur. Immo de quibus Δηλιαστῶν relatæ erant leges & decreta in publicas Athenienſium tabulas, queis illis per annum in Delio Apollinis apud Athenienſes templo, *Paraſiti*, de quo nuper alibi egimus, ſeu Epulonis munere fungi incumbebat, prout id tradit Athenæus l. VI. p. 334. Haud aliter, ut obiter hoc tangam, ac *Paraſitos Jovis ad ejus convivium adhibitos*, dixerat olim Varro, quod ex eo refert & ſugillat D. Auguſtinus de Civ. Dei l. VI. c. VII: ſed ubi antiquam & de ſacris Epulonibus adhibitam hujus vocis *Paraſiti* ſignificationem videtur ignoraſſe, ut ex toto ejuſdem ea de re loco ſatis patet, graviſſimus Antiſtes. Verum, ut eo redeam, licet Θεωροὶ de iis etiam, uti modo vidimus, qui alio, quam in Delum, obibant ſacras illas Athenienſium, eaſque ferme terreſtri itinere, legationes, ab Atticis dicerentur; Θεωρὶς certe de ea navi unice apud eos appellari meruit, quæ illorum Θεωρὸς, omnemque Θεωρίας apparatum, Delum deferebat. Quamquam ad illius Θεωρίδος exemplum, Athenienſis Æſchylus Sept. Theb. v. 864. ναύστολον Θεωρίδα, de *cymba Charontis* dixerit, quamque τὰν ἀγνὰν Ἀπόλλωνι, *inviam Apollini* ibidem vocat; ad diſcrimen nempe veræ apud Athenienſes & Apollinis Delii cultui unice dicatæ ibidem Θεωρίδος. Quod pluribus etiam ibi enarrant veteres Tragici illius Interpretes. Adde hiſce, quod jam ante e Pauſania retuli l. 1. p. 39, ubi Hyperboreorum primitias, per conterminos populos in Atticam & ad Praſienſes, Atticæ populum, deportatas, in templo ibi Apollinis repoſitas, ac inde ab Athenienſibus in Delum delatas vidimus. Quo ſpectant præterea Apollinis Delii apud Athenienſes fanum, & ἐχθησαὶ apud eos dicti, qui in Θαργηλίοις, ſacro maxime Apollini feſto, e primoribus urbis pueris, ſolemnibus præterea Θεωρῶν, qui in Delum nempe mittebantur, veſtibus erant amicti, & luſtrata etiam tum urbe, choreas in Dei illius honorem agebat. Docet id Athenæus l. X. p. 429, ſed ubi

postrema ejus ea de re verba in mendo cubant, καὶ κατεδύοντο ἱματια τῶν θηραικῶν, pro qua voce, θηριακῶν legendum conjicit magnus Casaubonus, de vestibus nempe e pelle confectis, sed ubi θεωρικῶν omnino legendum pridem vidi, & adposite de vestibus *theoricis* in honorem Apollinis Delii, seu ad instar earum, quibus induti erant θεωροὶ in Delum missi. Quales utique splendidas fuisse, liquet abunde e Plutarchi adducta paullo ante narratione de Nicia θεωρῷ, reliquoque cum eo Athenienſium choro & apparatu in Delum pro more missо. Hinc Antiphon Orat. XVI. p. 143. choragum se delectum in his Thargeliis tradit, & chorum e lectissimis, nempe Athenienſium pueris, cumque omni, quo potuit, studio a se collectum ac instructum memorat. Immo quæ jam scripseram, quum hanc meam certissimam de Athenæi verbis, ἱματια τῶν θεωρικῶν, pro θηραικῶν aut θηριακῶν, conjecturam, insigni & gemino omnino eam in rem loco, firmatam eo versu video, qui extat apud Euripidem Suppl. vers. 97. Ibi enim Theseus ad conspectum atris ac vilibus indumentis amicti, supplices Argivarum mulierum, quæ filios ad Thebas cæsos lugebant, chori, continuo ait,

Κεραὶ δὲ, καὶ πεπλώματ' ἐ θεωρικά,

Cantero Interprete,

Et rasuræ, ac vestitus, non qualis est in pompis sacrorum.

Ad eas vero statas Athenienſium in Delum profectiones spectat illud quoque, quod e Semo Delio in ejus Deliade, cujus ad titulum hujus hymni facta obiter mentio, refert Athenæus l. VIII. p. 334; sacrificantibus nempe in Delo Athenienſibus, Deliorum vates, e quodam, qui ibi memoratur, casu, maris imperium continuo illis prædixisse. Neque stetit horum, de quibus hic Callimachus, *Cecropidarum* in adeunda Delo unius religionis ergo studium; sed frequentata ab iis eadem, haud minus, uti mox adhuc dicetur, ac a Phœnicibus seu Tyriis mercatoribus aliisque, opimi quæstus causſa. Quum enim partim loci celebritate ac religione, & inde gentium undique in eam adfluxu, statisque ac solemnibus θεωρίαις; partim opportunitate situs, evasisset Delus, uti antea e Strabone & Pausania monui, præcipuum totius Græciæ vicinarumque Insularum emporium; crebræ inde exstitere Athenienſium in Delum navigationes, & constituta etiam ab iis in eadem domicilia, conditaque nova Athenienſium Colonia. Id liquet utique luculenter e duabus, iisque præclaris Inscriptionibus (& de quibus supra obiter ad v. 16.) Deliacis; quarum una extat apud Gruterum p. cccv; altera in Miscell. Sponii p. 343, eaque ex Insula Delo Chium, & inde Constantinopolim ante annos haud ita multos delata. In priori enim Inscr. *Populi Athenienſium in Delo* fit mentio, ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩ, *cui* aurea etiam corona Athenis in theatro, pro more nempe erga bene meritos de se populos, fuerit decreta; tum Senatus seu Curiæ Athenienſium in Delo, & Legatorum, qui Athenas inde mittebantur. In posteriori autem, seu quæ a Cl. Sponio vulgata, itidem *Athenienſium Populus*, ΔΗΜΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, in fine ejusdem marmoris, una cum *Synodo* seu *Conventu Mercatorum Tyriorum* in Delo iti-

itidem agentium ſignatur. Quo referas præterea, quod apud Athenæum legitur l. v. p. 212. de quodam Athenis cive, τῶ τότε πλουτοῦντος ἀνθρώπῳ ταῖς ΕΚ ΔΗΛΟΥ πρόσοδοις, *hominis reditibus* E DELO *locupletis*, & in cujus proinde ædes omni ornamentorum genere ſplendidas tranſiit novus Athenienſium futurus tyrannus Athenion. Ut mittam, quod eadem Delus *commune* eſſet ærarium κοινὸν ταμεῖον, in quod ſociorum, quæ iis pendebant, tributa conferri voluerunt Athenienſes, & conventus in ejus templo celebrari, ut id præter Thucydidem l. i. p. 64, a Diodoro inſuper traditur l. xi. p. 264, & a Corn. Nepote in Ariſtide cap. iii. Immo prout Athenienſium juris, juxta alias Cycladas, evaſiſſe conſtat eandem Delum; ac unde ab Ariſtide Panathen. pag. 319. de illa dicitur, ἥδε ἐξι τῆς πόλεως, *hæc autem ad urbem Athenarum pertinet*. Hinc apud Polybium Excerpt. Legat. xcviii. p. 929. Romam miſſi Athenienſium legati, qui Delum ac Lemnum ſibi tradi poſtularent, ac ideo quidem, *quod eas Inſulas jam ante ſibi vindicaverant*, διὸ καὶ τὸ πρότερον ἀντιπεποιῆσθαι τῶν νήσων τούτων· factum quoque, ut illas iiſdem Romani concederent. Cujus etiam deditionis formulam, ſeu conditionem tangit alibi idem Polybius, nempe Exc. Legat. cxxiii. p. 956. ac unde eam etſi fruſtra, deprecari voluiſſe Delios licet inſuper colligere, τοῖς δὲ Δηλίοις, ἀφοδεύσης ἀποκρίσεως παρὰ Ρωμαίων, μετὰ τὸ συγχωρηθῆναι τὴν Δῆλον τοῖς Αθηναίοις· αὐτοῖς μὲν ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς νήσου, τὰ δὲ ὑπάρχοντα κομίζεσθαι, *dato enim Deliis a Romanis reſponſo, quo permiſſa Athenienſibus Delo, ipſi quidem excedere inſula jubebantur, ſua autem omnia exportare*. Addit, ubi inde Delii fortunas ſuas in Achajam, concilii publici participes in eadem facti, tranſtuliſſent, ac inde juxta leges fœderis inter Achæos & Athenienſes agere cum hiſce deinceps vellent; neque id illis concederent Athenienſes: re autem, miſſis utrinque legationibus, Romæ diſceptata pro Deliis & Achæis eandem a ſenatu deciſam. Ad Athenienſium vero in Delo imperium ſpectat etiam, quod iis, juxta Philoſtratum de Vita Soph. lib. i. pag. 527, pecuniarum inopia Inſulas vendere decernentibus, urbane qui huic rei repugnabat, fertur exclamaſſe Lollianus Athenienſium Prætor, λῦσον, ὦ Ποσειδον, τὴν ἐπὶ Δήλῳ χάριν, συγχώρησον αὐτῇ πωλουμένῃ φυγεῖν, *ſolve, Neptune, gratiam ſupra Delo debitam, & illi venditæ concede, ut fugiat*. Unde factum, ut poſt vaſtatam a Mithridatis præfectis Delum, eadem nihilominus ab Athenienſibus, quod Strabo etiam docet, haud ſit continuo derelicta; adeo ut ſub Hadriano, ejuſque ſumptibus, *Novas Athenas Hadrianeas*, Νέας Ἀθήνας Ἀδριανάς, condiderint in Delo Athenienſes, prout id e Phlegonte refert Stephanus, & cujus ea de re locum opportune jam in Miſcell. adtigit Cl. Sponius, & virum eruditiſſimum jure redarguit, qui in Num. Pop. &c. Illuſt. p. 414. fruſtra eſſe, qui Athenas in Inſula Delo inveſtiget, tradiderat.

V. 315. Τοπήϊα] Ita apud Laconas dici *navium armamenta*, ut *funes*, *rudentes*, traditur in Græcis ad hunc locum Scholiis. Haud mirum autem voce Laconica uſum hic & alibi, & qua de re jam ante ad v. 1. hujus hymni, Cyrenæum vatem; quum Cyrenæi eſſent Laconum poſteri,

ri, uti hujusce originis facta ab eodem Battiade mentio Hym. in Apoll. v. 74. &c. ac simul inde Καρνείου Apollinis apud Cyrenæos, sicuti & Spartæ solemnis deinceps festi. Ὅπλα autem a Græcis dicta cum in genere de omni *navium instrumento*, ut notat Pollux l. 1. c. IX. & sicuti apud Athenæum l. v. p. 284. dicitur, καὶ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος, *& navium apparatus*; tum in specie, *de funibus nauticis*. Unde Erotianus, seu quisquis Auctor Lexici Hippocr. ὅπλα Βακχεῖος φησὶ τὰ στύπτινα σχοινία, οὐκ εὖ. ἐστι γὰρ κοινῶς τὰ ἐν τῇ νηῒ διακρατοῦντα ὀρθὸν τὸν ἱστὸν σχοινία, h. e. ὅπλα *Bacchius interpretatur stupeos funes, sed non recte: sunt enim communiter funes, qui firmant rectum in navi malum.* De iis proinde aut aliis etiam funibus nauticis, ait Apollonius l. 11. v. 727. &c.

ὑπὸ πνοιῇ δὲ κάλωες
ΟΠΛΑ τε ΝΗΙΑ πάντα τινάσσετο νισσομένοισιν,
flatu autem rudentes
Ac omnes NAVIS FUNES *inter eundum quatiebantur.*

Pro varia enim *rudentium* seu funium nauticorum conditione, varia etiam iidem nomina sortiti leguntur, prout eruditi ad eundem Apollonium Critici ad l. 1. v. 566. ἰκριόφιν δὲ κάλωας, *in tabulato autem funes*, observant κάλωας in genere de *funibus* dici, ibi autem, quibus motus ab utraque parte navis firmatur, & qui πρότονοι proprie, ut ibidem notant, appellati: μεσουρίας, quibus velum erigitur: πόδας, qui circa angulos, seu, ut aliunde notum, quibus utrinque ad proram & puppim tenditur; juxta eos; πρόποδες: post quos dicti τέθριοι seu τέθροι, quibus velum intenditur & laxatur. Adde alia adhuc *funium nauticorum* apud veteres Græcos, quæ subinde occurrunt, nomina; ut τρόποι apud Homerum & Athen. l. v. p. 208. ac τροπωτῆρες *funes*, quibus *ramus scalmo* adligatur apud Suidam; ζωμεύματα, *funes in media navi*, apud Hesychium: πείσματα apud Æschylum Pers. v. 112. & alibi de *funibus* ad *proram*, juxta Apollonii Enarratores l. 1. v. 652. seu quibus navis ad terram adligatur; κάμιλοι, *crassi funes*, quibus nempe *ancoræ* ligari solitæ, & de quibus Aristophanis Enarratores Vesp. p. 505. & qui χαλινωτήρια dicuntur apud Euripidem Hecub. v. 539. & χαλινοὶ λινόδετοι ab eodem Iphig. Taur. v. 1043: θρίοι præterea, iidemque ἔκφοροι, dicti *ultimi* navis *funes*, quos ubi ventus laxatur, primos e prora demittunt, juxta eosdem Criticos, Equit. p. 313. πρυμνήσια vero haud aliter ac πείσματα, quæ vel ex Homero nota, quibus *navis in littore adligata*, & inde τὰ ἀπόγεια σχοινία, *ad terram funes*, dicta a Criticis ad Homeri Il. A. v. 476. ῥύματα denique, quibus *navis* bellica aut oneraria, quæ caret remigio, *trahitur*, apud Polybium l. 1. p. 27. & 29. ac Dionys. Halicarnass. l. III. p. 183. Ut nunc mittam ὁρμιὰν, *funiculum piscatorium*, cujus præter Theocritum, fit a Theodorito mentio Ελλ. Θεραπ. Serm. VI. p. 560. ἄλλος ἐπὶ πέτρας καθήμενος, καθίησιν ὁρμιὰν, *alius saxo insidens, funiculum demittit.*

V. 316. Τὶς δέ σε ναύτης Εμπορος] Ob dictam nempe caussam, cum loci sanctitatis; tum opportunitatis situs; tum æris etiam, quod omnium præstantissimum in Delo; uti jam ante e Plinio vidimus ad

v. 16,

v. 16, proveniebat, ab omnibus non solum in mari Ægæo, sed *e toto orbe*, ut ait ibidem Plinius, mercaturam facientibus seu ἐμπορικῇ ἐπιμελεμένοις frequentata eadem Delus. Unde de eadem ait Cicero in Verrem 1. cap. XXXI, *insula Delos, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant.* Strabo autem lib. XIV. p. 668. καὶ ΤΟ ΕΜΠΟΡΕΙΟΝ ἐκ ἄπωθεν, παντελῶς ἦν ΜΕΓΑ τῇ πολυχρήματον Η ΔΗΛΟΣ, δυναμένη μυριάδας ἀνδραπόδων ἀυθημερὸν καὶ δεξαδθαι καὶ ἀποπέμψαι, ὥστε καὶ παροιμίαν γενέσθαι Ἔμπορε, ταῦτα, Ἔμπορε, κατάπλευσον, ἐξέλκε, πάντα πέπρακται, *non procul aberat*, a Cilicia nempe, EMPORIUM *omnino* MAGNUM, *ac opulentum*, DELUS: *quod una die poterat mancipiorum myriadas accipere & amandare; ut etiam proverbium exstiterit, mercator appelle navem, expone, omnia sunt vendita.* Ut non mirum sit proinde, quod eadem Delus, commune Græcorum emporium, apud Pausaniam, quod notatum etiam ad v. 16. hujus Hymni, appellari meruerit; ac stati in ea Insula conventus mercatorum, sicuti in veteri marmore Deliaco (de quo facta ibidem, & paullo ante mentio, in Cl. Sponii Miscell. p. 344.) decretum legitur, sancitum a τῷ κοινῷ τῶν Τυρίων Εμπόρων καὶ Ναυκλήρων, *A Communi Tyriorum Mercatorum & Nauclerorum*, in Delo; ut inde iterum in fine ejusdem decreti, ἡ Σύνοδος τῶν Τυρίων Εμπόρων καὶ Ναυκλήρων, *Conventus Tyriorum Mercatorum & Nauclerorum.* Ne ea rursus hic addam, quæ de Athenienſium in eadem Delo habitationibus, colonis, mercatu, reditibus modo diximus ad v. 314. Conjungitur autem hic a Poeta ναύτης ἔμπορος, sicut Hym. in Jovem vers. 70. νηῶν ἐμπερόμους, *navium peritos* legas, ac ubi ναύτας de ἐμπόροις *mercatoribus*, mari nempe quæstum facientibus, subinde a Græcis vocari vidimus. Ut nunc de pio Æneа sileam, qui cum sociis neque quæstus tamen caussa, navigans, eandem sacram Insulam haud præteriit; immo, ut ipsemet de suo in eam adpulsu narrat Æn. l. II. v. 78.

Huc feror, hæc fessos TUTO *placidissima* PORTU
Accipit; egressi veneramur Apollinis urbem.

Quo referri insuper debet cultus ille, quo, ut e Delio Auctore seu Semo in Deliade, refert Athenæus l. VIII. p. 335, in Delo mulieres solitæ, βριζῶ, Deam somniorum interpretem, prosequi; eoque ritu, ut scaphas cibis omnibus, præter pisces, refertas offerrent; pro omnium salute eidem vota nuncupantes, & quidem, ut *naves* (nempe tam onerarias seu ἐμπορικὰς, quam sacrorum caussa in Delum vela facientes, aut inde solventes) *servaret incolumes*, ὑπὲρ τῆς τῶν πλοίων σωτηρίας. Cujus insuper βριζῶ, tanquam per somnia vaticinantis, meminit Etymologus; Hesychius autem βριζῶ, μάντις (non ut ibi una voce legitur, βριζόμαντις) ὀνυπνιόμαντις. Ad quæ haud incommode adduci possunt illa Æschyli Agam. v. 282.

Χο. Πότερα δὲ ΟΝΕΙΡΩΝ φάσμαθ' ἑυπειθῆ ΣΕΒΕΙΣ.
Κλ. Οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι ΒΡΙΖΟΥΣΗΣ φρενός.
Chor. Num SOMNIORUM *visa probabilia* COLIS?
Cly. Non amplecterer utique opinionem somno gravatæ mentis;

& quæ cæteroquin voce βρίζειν, non de meridiano quidem post cibum somno, uti eam proprie sumendam notarunt Grammatici, sed de infante, cui uber sugenti somnus obrepit, adhibuit idem Tragicus v. 807. ubi Clytemnæstra ait ad filium Orestem, Μαστὸν, ᾧθεν ὦ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἄμυα, *Mammam, ad quam sæpius dormiturus simul* &c.

V. 320. Τὰ λαίφη ὠκέες ἐστείλαντο] Euripides Hecub. v. 320.

Λινόκροκον φάρος στέλλων,

Navis e lino crocei coloris velum demittens,

ubi nempe λινόκροκον φάρος, pro λαῖφος seu *velo* dictum; quomodo nempe λινόπτερα, *vela* vocat Æschylus Prom. v. 467. aut βύσσινον ἱστίον, *velum e byssо*, Athenæus l. v. p. 206. Ut vero propria vox στέλλειν apud Græcos ea in re, seu ubi de velo navis contrahendo agitur, sic inde λόγον στέλλειν, pro *sermonem contrahere* dixit Euripides Bacch. v. 668. ἢ λόγον στειλώμεθα; *an sermonem contrahamus?*

V. 321. βωμὸν ὑπὸ πληγῆσιν ἐλίξαι] Unde proverbium, Δήλε κακὸς βωμὸς, *Deli mala ara*, apud Hesychium, & quod ibidem continuo explicat, τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν, καὶ τύπτεσθαι. Ἤρξατο τῆτε Θησεὺς, εὐχαριστήρια τῆς ἀπὸ τοῦ λαβυρίνθε φυγῆς, *circumire in Delo aram, & flagellari. Incepit hoc in Delo Theseus, in grati animi significationem, ob exitum e labyrintho.* Unde liqueret dici hoc de illa saltatione, de qua paullo ante, in Delo ad aram Apollinis a Theseo inducta, & qualem Γέρανον appellatam ibi vidimus. Verum de alio hic agi ludicro seu tripudii genere, quo advenæ in Delum mercatores ad aram Apollinis Delii, eundem colere forent soliti, abunde vel ex eo constat, quod de illo non a Theseo quidem, sed a Deliaca Nympha, reperto, mox tradit Callimachus, ἃ Δηλιὰς ἔυρετο νύμφη, *quæ Delias repperit nympha:* ac præterea, non ut ille Γέρανον ad aram Veneris in Delo, uti supra v. 314, sed Apollinis Delii eadem hæc saltatio fieret. Adde hic, quod tradit Ælianus, fanum in Leucadio promontorio exstitisse, ubi festum eidem celebratum, καθ' ἣν (ἑορτὴν) καί τι πήδημα πηδῶσι τῷ Θεῷ, *in quo festo saltationem quandam in honorem illius Dei peragunt.* Haud absimile vero huic ad aram Apollinis Delii ludicro, illud Panis festum in Arcadia, ubi Scyllis flagellatum ejus simulacrum apud Theocritum legitur Idyll. VII. v. 106. Ut de illis apud Phineatas Arcadas Cereris Cidariæ sacris fileam; ubi, teste Pausania l. VIII. p. 480, Deæ sacerdos populares virgis cædere consueverat; aut quomodo notæ Laconum μασιγώσεις, de quibus ait Libanius de vita sua pag. 9. ἀλλὰ νῦν μὲν ἐφ' ἑορτὴν Λακωνικὴν τὰς μάστιγας ἐπειγόμενος, *sed nunc quidem ad festum Lacovicum, flagrorum videlicet, properans.* Ad quæ proinde ac similia instituta respexit, qui Δ[ε]μαστιγώσεις *flagellationes* in festis Græcorum observat, Theodoritus Serm. x. de Oraculis pag. 625. T. IV. Haud opus vero hic inquirere in illud Apollinis Oraculum, quo *aram* ejus in Delo cubicam, non *flagellare* quidem, sed duplicare jussi sunt Delii; idque ut a præsenti calamitate seu morbo, quo laborabant iidem, liberarentur; prout id tradit Plutarchus in Socratis Genio p. 579, ac ante eum Eratosthenes in Epistola ad Ptolemæum Euergetem, κύβε τὸ δι-

πλα-

πλασιασμὸς, seu *cubi duplicatio* inscripta, & quæ cum aliis viri illo ævo omni scientiarum genere excellentis, opusculis Oxonii post Aratum, uti id jam ante tetigi, sunt vulgata. Neque enim id hujus loci, & præterea cum ibi ab eodem Eratosthene, tum a summis prisci ac hujus etiam ævi Mathematicis ventilatum jam sæpius ac discussum; prout de eodem aræ in Delo διπλασιασμῷ dixerat rursus alibi Plutarchus, nempe de EI apud Delphos p. 386, ὁ τῆς ἄκρας ἕξεως θεὸς γεωμετρίαν ἔργον ἐστὶν, *quod summæ est rerum geometricarum peritiæ opus.*

V. 322. Πρέμνον ὀδακτάσαι ἀγλὸν ἐλαίης] *Oleæ*, quam nempe in Delo, & juxta parientem Latonam, exstitisse supra vidimus ad v. 261. hujus Hymni. Illius autem *oleæ stipitem*, tradit hic Poeta a mercatoribus advenis in Delum, idque circa Apollinis aram, demorsum, eosque ramis ejusdem *oleæ* devinctis retro manibus, ad eandem aram rite flagellatam saltasse. Quod hic in Scholiis dicitur, ἐξηγκωνισμένους ἐκ τῆς ἐλαίας, h. e. ut prior illa vox apud Hesychium explicatur, ὀπισθεῖς, ἐκ τῶν ὀπίσω δεθεὶς, καὶ ἐξηγκωνισθεὶς, nempe ὀπισθεῖς seu rectius, quamquam obstet confusa sæpe in eo Grammatico litterarum series, ὀπισθεῖς, *tergo vinctus*, & *insertis manibus, ut cubiti promineant.* Unde ἀγκωνίσας, quod non in Thesauris Linguæ Græcæ, sed tamen apud Aristotelem reperies Rhetor. l. III. c. XIV, pro *cubitos* seu *brachia exerens*, prout solent athletæ ad decertandum accincti. Quomodo Pan vinctis seu inflexis post tergum manibus, περιῆχται τῷ χέρε, depictus traditur a Philostrato Icon. l. II. p. 798. juxta significationem vocis περιάγειν pro κάμπτειν, quam tradunt veteres Critici. Occurrit alioquin vox παραγκονίζομαι, pro *cubito repello*, non apud Lucianum solum in Timone, quod viderunt alii, sed apud eundem præterea seu ignotum potius Philopatridis Auctorem p. 1005. Tom. II. ed. Salm. Voce autem ὀδακλάζειν, juxta Callimachum, usus etiam Apollonius l. IV. v. 163. Ἀμφὶς ὀδακλάζοντι, ubi Critici, δάκνοντι, *mordenti.*

V. 324. κεκλίζοντι κοὴ Ἀπόλλωνι γελασσὺν] *Apollini ludenti* seu *oblectanti*, non *juvenescenti* cum Interprete. Sic de Diana v. 3. Hym. in eandem, παῖς ἔτι κεκλίζουσα, non *puella adhuc adolescens*, ut ibi etiam Interpres de Diana adhuc infante ac in parentis genibus posita, sed se tunc *infantium more oblectans*, sicut ibidem monui. Sacra autem veterum, non cum omni solum festivitate, quod iis solemne, sed cum risu & scommatibus peragi subinde solita; qualia non Saturnalia solum exstitere, aut Apollinis hujus Delii, sed Apollinis etiam Αἰγλήτα sacra in Insula Anaphe, quæ cum plurima dicacitate ac risu virorum juxta ac mulierum inter se celebrata, & qua occasione etiam id factum, tradit Apollonius Rhod. l. IV. v. 1723. &c.

ἐκέτ' ἔπειτα
Ἴσχειν οὐ φάθεσι γέλω ὀδόνον,
Neque enim postea
Continere intra pectus risum potuere &c.

Ita de Festo Mysiæ Cereris in Achaja apud Pausaniam l. VII. p. 454. quo durante ἀφικομένων εἰς τὸ ἱερὸν τῶν ἀνδρῶν, αἱ γυναῖκές τε ἐς αὐτὸς, καὶ ἀνὰ

μέρος ἐς τὰς γυναῖκας οἱ ἄνδρες, γέλωτί τε ἐς ἀλλήλας χρῶνται καὶ σκώμμασιν, *viris templum ingressis* (ubi nempe ambæ solæ ab iis relictæ fuerant mulieres) *eos mulieres, & per vices feminas viri, multo cum risu mutuisque excipiunt scommatibus.* Ut jam de risu ipsius Cereris nihil dicam, ob Jambes ancillæ scommata, & obscœnum adspectum in domo Hippocoontis, ac inde renovatis, præclaræ scilicet hujus rei, in sacris illis Eleusiniis, ritibus. Quibus adde eandem jocandi licentiam in Thesmophoriis ejusdem Deæ sacris, teste Apollodoro l. I. c. VI. inde quoque adhibitam, & qua de re infra ad v. 18. Hym. in Cererem. In tanto enim festorum apud Græcos numero, pauca admodum exstitisse legimus, quæ cum planctu & lamentis, risus aut hilaritatis loco, fuerint peracta; nisi forte vel *Adonia*; vel *Phrygia Dea* sacra, seu, ut de iis Arrianus loquitur Tactic. p. 75. ed. Batav. Τὸ πένθος τὸ ἀμφὶ τῷ Ἄττῃ Φρύγιον ἐν Ῥώμῃ πενθεῖται, *& luctum ob Attin Phrygium Roma lugent*; vel apud Corinthios Ἡραῖα, quæ similiter Junonis πένθιμον ἑορτὴν, seu *lugubre festum* exstitisse, tradunt veteres Euripidis Enarratores Mede. v. 1379. Adde Ariadnæ a Theseo derelictæ lugubre apud Naxios festum, teste Plutarcho in Theseo p. 9; aut Athenienſium Οἰνοφόρια, in quibus a præcone ΕΛΕΛΕΥ, quæ consternationis formula, clamari, docet ibidem Plutarchus pag. 10. Ut feralia hic mittam, & nota Osiridis apud Ægyptios sacra; aut qualem ceremoniarum inter Ægyptiacas & Græcanicas in sacris diversitatem observat Apulejus de Deo Socratis, *Ægyptiaca Numinum fana, plena* PLANGORIBUS, *Graci plerumque choreis*; Immo sicut pridem de solemnibus veterum sacris agens Orpheus seu Onomacritus Argon. v. 32. Θρήνους τ' Αἰγυπτίων, *lamentaque Ægyptiorum* commemorat. Unde etiam festa id genus cum plagis & planctu, non Diis convenire aut bonis geniis, sed malis tantum a Xenocrate tribui, docet Plutarchus de Isid. p. 361. Immo intra hilaritatem stetisse etiam Hebræorum festa, liquet abunde e veteri fœdere, & Hebræorum, qui de iis agunt, magistris; adeo etiam ut non licuisse flere die festo apud Hebræos, tradat Josephus Origin. l. XI. c. V, & ab Esdra solemni festi Tabernaculorum die, dictum, μὴ δακρύειν, εἶναι γὰρ ἑορτὴν, καὶ μὴ δεῖν ἐν αὐτῇ κλαίειν· ἐᾶν γὰρ ἐξεῖναι, *non flere, esse enim festum, nec oportere ea die lamentari, non enim id licere.* Quibus nempe consona, & alio quidem ante illud festum die, exstant Nehem. VIII. 9. & 11. Γελασὺς autem, ut hoc addam, hic dicitur, ficuti Ὀαριστὺς, seu *amatorium colloquium* proci & puellæ inscribitur Theocriti Idyllium, de quo jam ante XXVII.

V. 325. Ἰσίη, ὦ νῆτων ἐνέσιε,] Ἰσίη nempe hic *Delus* appellata Jonice pro Ἐσίη, sicut Ἰσίη etiam apud Herodotum de *Vesta* dicitur l. IV. c. LIX. *quam* Scythæ *maxime colerent*, ἱλάσκοντες Ἰσίην μὲν μάλιστα. Ita Cejorum in Delo *cella* seu *cœnaculum*, & de quo supra ad v. 3, Ἰσιατόριον pro ἑσιατόριον dicitur apud Herodotum l. IV. c. XXXV, aut vero Ἐπίσιος Juppiter, pro Ἐφέσιος apud eundem Auctorem vocatur l. I. c. XLIV. Unde etiam explicandus Anacreon apud Athenæum l. X. p. 447. Πίνωμεν ἐπίσιον, de potu nempe Jovi Ἐπισίῳ seu Ἐφεσίῳ, aut vero Vestæ supra

pra focum libari in conviviis solito. Quod proinde non debuit magno Casaubono videri obscurissimum, nihilque in libris veterum repertum, aut vero a se excogitari potuisse, quo illis Anacreontis verbis lucem aliquam adferret. In Græcis autem ad hunc Callimachi locum Scholiis, ratio redditur, cur Ἰσίη seu Ἑστίη *Delus* hic dicatur; quod nempe sicuti aræ vulgo in medio ædium essent sitæ; ita *Delus* etiam in medio Cycladum. Cui & illud, ac forte adhuc magis opportunum, addi hic potest, quod Prytanea apud Græcos τῇ Ἑστίᾳ seu *Vestæ*, ut aliunde notum, sacra, vulgo in media seu penetrali urbium parte essent erecta. *Vestæ* autem *simulacra* (*uti ea de re plenius agitur in nostra de Vesta & Prytanibus Græcorum, eaque denuo a nobis recensita & amplificata Diatriba, ac infra etiam ad v. 129. Hymn. in Cererem, τὰ τῶς πόλιος Πρυτανήια*) in iisdem Prytaneis, ac in privatis etiam ædibus, in earum penetrali seu media parte vulgo erant itidem sacrata. Hinc dicta quoque pridem *Vesta*, non solum *in penetralibus* habitare, ut apud Maronem lib. v. vers. 744. *penetralia Vestæ*; sed in Orphicis dudum ante, ἣ μέσον οἶκον ἔχεις, *quæ mediam domum obtines*, & apud Phornutum cap. de Cerere & Vesta, de hac, κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς οἴκους, *in mediis erigitur ædibus*. Unde quemadmodum ædes aut ara Apollinis Delphica, Ἑστία μεσόμφαλος, *ara* seu *sedes penetralis* apud veteres Tragicos, Æschylum Agam. vers. 1065. & alibi, haud semel appellata; quod nempe urbs Delphi *orbis* haberetur, juxta Poetam in Priapejis, *umbilicus*: ita haud minus *Delus* in medio Cycladum sita, immo *Cyclas* etiam, uti supra vidimus, & præterea Latonæ partu ac Apollinis natalibus & cultu veneranda, ἱερὴ νήσων, & ἐυέστιος, *Vesta Insularum* ac *fortunata* hic dicitur; quum ἑστίαν etiam & ἕδρων promiscue de *ara* dixerint iidem Tragici, sicut Æschylus Suppl. vers. 510. Θεῶν ἑδρας, *Deorum aras*. Unde ἑδρᾶται etiam iidem, qui ἐφέστιοι seu ἱκέται, *supplices* appellati. Etymologici M. Auctor ἑδρᾶται, οἱ ἱκέται, ἀπὸ τῦ καταφεύγειν εἰς τὴν Ἑστίαν, ubi pro ἱκέται, una dempta littera, ἱκέται legendum continuo videbatur, ni obstitisset Plutarchi locus de fano Thesei, servorum apud Athenienses Asylo, in Theseo p. 17. ἔστι δὲ φυξίον ἱκέταις, *est autem perfugium famulis*; ac prout etiam ad illud Comici Equit. p. 360.

καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις, ἢ πὶ τῶν σεμνῶν Θεῶν,
Considere mihi videor
Cum navigantibus ad Theseum, aut ad venerandarum Dearum seu *Eumenidum*,

fanum vel aram, notant Critici, ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τῶν ἱκετῶν, ἀσυλίαν εἶχον, *eo confugientes servi, asylum nanciscebantur*. Hæc autem, quam modo adtuli, vera est hujus apud Callimachum loci interpretatio, prioribus, ut tot alia, illius editoribus intacta.

V. 326. ᾗ ἣν ἐλοχεύσατο Λητὼ] Mallem, quod in medio relinquit H. Stephanus, ᾗ ἡ ἐλοχεύσατο Λητὼ, vel potius ἣν ἐλοχεύσατο Λητὼ, nempe quod præcedit, χαῖροι δ' Ἀπόλλων τε, *salveat autem & Apollo*,

&,

&, qua eum peperit, Latona. Ut proinde in fine hujus in Delum Hymni, cum Apollo, de cujus in eadem Insula partu, ara præterea & sacris modo actum erat; tum ipsa, quæ eum ibidem pepererat, Latona, & de cujus variis ante partum erroribus, ac felici tandem puerperio, quo enixa erat eundem Apollinem, toto hoc Hymno egerat Callimachus, hoc epiphonemate, pro consueto hymnorum more, compellentur. Adeo ut hunc etiam loci sensum haud male amplexus sit Vulcanius, neque proinde redargui eo nomine debuerit, dum postrema hæc verba reddit, *& tu Latona puerpera salve.* Neque enim de *Diana*, aut de *Latona*, eam in Delo, qua de re supra diximus ad vers. 285, enixa, ulla in toto hoc Poematio facta fuerat mentio, aut in superiori etiam in Dianam hymno; ut proinde haud consentaneum videatur, quod coronidis velut loco, & Dea illa ne quidem nominata, hic tamen compellari aut intelligi eadem debuerit. Adde, quod hanc Insulam Delum, *Latonæ* pro Calauria a Neptuno datam, perhiberi, adductisque etiam Ephori ea de re versibus, tradat Strabo l. VIII. p. 374, quique etiam apud Pausaniam leguntur lib. II. p. 148. Unde quoque *Latonæ* fanum seu Λητῶον in Delo exstitisse, & simulacrum vetusti valde operis, ac proinde ligneum & informe, liquet e Semi Delii de eodem apud Athenæum lib. XIV. pag. 614. narratione; quod nempe Parmenisco Metapontino, casu eam in Insulam delato, illius simulacri adspectus continuo risum excitarit; ac inde ille a morbo acriori liberatus, eandem *Latonam*, responsum illi ante ab ea editum recordatus, impense deinceps coluerit. Qui *Latonæ* etiam cultus, non intra hosce Delios stetit, sed ex eadem hujus in Delo puerperii, aut vero ejusdem parturientis fama seu fabula, cum ad *Lycios*, qua de re supra ad vers. 41, aut ad *Atticos*, tum ad *Argivos* ac *Messenios* in Achaja; ad *Mantinenses* Arcadas, ad *Phæstios* in Creta, ubi festum ejusdem Deæ Ἐκδύσια dictum, aliosque transiit; ut vel e Pausania pag. 59. 124. & 468, Antonio Liberali Fab. XVII. Stephano in Ἀμφιγύεια, ac aliunde constat. Quibus addi etiam debent *Ægyptii*, a quibus in urbe Bubi *Latonæ* Oraculum præ omnibus aliis celebratum, tradit Herodotus lib. II. cap. LXXXIII. Immo hinc veteres ac insignes *Tripolitarum ad Mæandrum* nummi, in quibus cum Latona, vel sub illius habitu Agrippina Neronis, qui se nempe pro Apolline citharœdo haberi ac in nummis quales etiamnum visuntur, signari itidem voluit, mater sedens cum sceptro & cum inscript. ΑΗΤΩ ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Latona Tripolitarum*; tum celebrata in illius honorem, ab eaque denominata, *Pythia* nempe in corona laurea, ΑΗΤΩΕΙΑ ΠΥΘΙΑ, circum ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Latona Pythia Tripolitarum.* Sed cujus præclari ac rariſſimi utriusque nummi, quamquam prior, quem versavi in Thesauris Gallorum Regiis, sit a Tristano, nobili Antiquario, in Nerone dudum vulgatus; alter in specimine eadem laude excellentis Morelli nostri jam prostet icones, ideo hic promendas duxi, quod nec eadem, utut in libris illis edita, inde in omnium oculos incurrant; nec opportuniori præterea hic non in Delum magis, quam

in

in Latonam, & in cujus nomen idem nunc etiam desinit, Hymnus, emblemate potuerit a me illustrari.





OBSER-

OBSERVATIONES
IN
HYMNUM
IN
LAVACRUM PALLADIS.

ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΑ ΤΗΣ ΠΑΛΛΑΔΟΣ] Quænam fuerint hæc *Palladis* ΛΟΥΤΡΑ seu *Lavacra*, traditur a Græco Interprete ad prima hujus Hymni verba, ὅσσαι λωτροχόοι τῆς Παλλάδος, *quotquot lotrices Palladis* &c. Unde id jam ad eadem adnotavit vir doctus; ſtata nempe quadam anni die, ab Argivis virginibus, delatum ſolemni pompa *Palladis* ſimulacrum, una cum Diomedis, de quo infra plenius verſ. 35, clypeo, quo illæ utrumque Inacho amne rite abluerent. Non ſolæ ſcilicet in ſolemnibus veterum ſacris, eorum, qui iis operabantur, lotiones & καθάρσεις uſitatæ; prout λωτρὸν τῆς προφητίδος, *lavacra vatis Pythiæ*, antequam eadem redderet oracula, commemorat Jamblichus de Myſter. Sect. III. cap. XI: ſed ipſorum etiam numinum, Dearum maxime, λωτρὰ ſubinde ſeu *lotiones* adhibitæ. Hinc in veteri urbis Kalendario, quo præcipua Romanorum feſta ac ſolemnia ad ſuos menſes ac dies referuntur; & quale vulgavit Herwartus, ac inde in Uranologium ſuum retulit doctiſſimus Petavius; tum e Bibliotheca Vindebonenſi, paucis admodum immutatis Cl. Lambecius Append. l. IV, legitur in Februario, *Ad* V. *Kal. Mart.* LOTIO; in menſe autem ſequenti, *Ad* VI. *Kal. April.* LAVATIO, nempe Rheæ ſeu Matris Deum ſimulacri Almone fluvio ablui ea die, ut ab Ammiano præterea l. XXIII. c. IV. & Vibio Sequeſtro de Fluminibus traditur, ſoliti; ac proinde quibus totidem ſtata apud Romanos, qualia hic Palladis apud Argivos, ΛΟΥΤΡΑ indicantur. Adde hiſce Atticorum ΠΑΥΝΤΗΡΙΑ, quibus, ut e Plutarcho in Alcibiade p. 210, & priſcis Grammaticis conſtat, quod jam occupavit diligentiſſimus Meurſius libro de feſtis Græcorum, non ipſum quidem, ut hic apud Argivos, hujus Minervæ ſignum, ſed detracta eidem ornamenta, ſolemni ritu ac pompa, ablui itidem apud Athenienſes conſueverant. Neque vero duntaxat dictum jam Matris Deum ſimulacrum, ac ut opportune id hic ab aliis monitum, ſed carpentum etiam, quo illud vehebatur, *Almonis undis ablui* ſolitum, refert dicto loco Ammianus; & firmant præterea D. Ambroſius ac Prudentius iis verbis, quæ poſtremis eruditiſſimi Lindebrogii curis ſunt ad eundem Marcellinum animadverſa. In ipſo autem noto Lucani, quique ibidem adducitur, de illo Rheæ λωτρῷ verſu lib. I. v. 600,

v. 600, legendum, prout in veteribus aliquot illius Poetæ ſcriptis libris, quos olim contuli,

ET LOTAM *parvo revocant Almone* CYBEBEM,

non *Cybelen* aut *Cybellen*, ac prout in Catulli carmine in Athyn, *Cybebe* & *Cybebes*; pro *Cybelle* & *Cybelles*, in accuratiſſima Grævii noſtri, viri omni doctrinæ ac humanitatis laude excellentis, editione legitur, & quidem prævio veterum apud Græcos Poetarum exemplo, ut Anacreontis Od. XIII. οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην &c. Ipſum autem Romanorum in abluenda hac Dea, ſeu ejus ſimulacro & carpento morem, e deducto a Phrygiis ritu emanaſſe, tradit, ut obſervo, Arrianus Tactic. p. 75. ed. Batav. ubi de Phrygiæ hujus Deæ apud Romanos ſacris agens, addit, καὶ ΤΟ ΛΟΥΤΡΟΝ δὲ ἡ Ῥέα, ἐφ' οὗ τὸ πένθος λέγει, τῶν Φρυγῶν νόμῳ ΛΟΥΕΤΑΙ, *Rheæ quoque* LAVACRUM, *quando luctus ille deſinit* (de quo ſupra ad v. 324. Hym. in Delum) *Phrygio more peragitur*. Romæ itidem Kalendis Aprilis, tota a mulieribus, quæ myrteis coronis redimitæ, Venus; ut id præter Plutarchum in Numa p. 72, refert Ovidius Faſt. l. IV. v. 135,

Aurea marmoreo redimicula tollite collo:
Demite divitias, TOTA LAVANDA DEA *eſt:*

immo lotæ quoque ejuſdem Deæ, ut continuo addit, comites,

Vos quoque ſub viridi myrto jubet ipſa LAVARI.

Quæ ut obvia, numinum nempe id genus, ſeu ſimulacrorum, quibus eadem effingebantur, λουτρὰ, ita haud adeo forte tritum, unde hic ritus apud veteres illas gentes emanarit: cujus tamen haud una neque obſcura tradi poteſt cauſſa. Fœdari nempe & pollui haud una ratione poterant eadem veterum numinum, erecta in templis, aut ad eorundem aras, & in privatarum quoque ædium veſtibulis, publicisve locis, ſimulacra. Unde Athenis eadem æneis lunulis tecta, ne avium nempe ſtercore conſpurcarentur; ut id nos docet Ariſtophanes Avib. p. 595. μηνίσκους φορεῖν, ὥσπερ ἀνδριάντες, *lunulas ferre, ſicuti ſtatuæ*, ubi veteres Critici notant, μηνίσκους, σκεπάσματα, διὰ τὸ μὴ ἀποπατεῖν κατ' αὐτῶν (ἀνδριάντων) τὰ ὄρνεα, *lunulas, opercula, ne inquinarentur eadem avium ſtercore*; & qua itidem de cauſſa Jon in cognomine Euripidis dramate v. 177, templi Delphici cuſtos, aves ſimiliter arcet, ne illius ædis donaria aut ipſa ædes ab iiſdem fœdarentur. Verum haud minus, tum iiſdem aliiſque ſordibus, tum aeris præterea injuriis, humidoque cœlo adfecta, quæ e cedro maxime, cupreſſu, aut olea conſtabant Deorum aut Dearum ſigna, ac inde, ob tenuem nempe, qui iis inerat, humorem, ſudare etiam eadem credita, & quod poſtea portenti loco habitum, ut id egregie obſervat Theophraſtus, cum H. Pl. l. V. c. X, tum de C. Pl. l. IV. c. IV. Immo de quibus fœdatis vulgo Deorum ſimulacris in fanis gentilium, adeo ut ſubinde ne agnoſci quidem eadem poſſent, inſignis occurrit Chryſoſtomi locus Serm. II. in S. Babylam p. 450. T. V. ed. Savil. καὶ τοσαύτην ἐπικειμένην ΤΩ ΞΟΑΝΩ τὴν κόνιν, ὡς μήτε ῥίνα, μήτε ὀφθαλμὸν, μήτε ἀλλότι τοῦ προσώπου φαίνεσθαι μέρος, *talem autem incumbentem* SIMULACRO *pulverem, ut*

neque

neque naſus, neque oculus, neque alia quævis faciei pars appareret. Immo qua de re dictum jam ante fuerat ab Arnobio lib. VII. pag. 237. ed. Batav. LAVATIO, inquit, *Deum Matris eſt hodie. Sordeſcunt enim Divi, & AD SORDES ABLUENDAS lavantibus aquis opus, atque antiqua cineris frictione.* Accedebat quod iiſdem ſimulacris varia ſubinde adpenderentur donaria, ut Deæ, de qua actum, Phrygiæ, detonſæ adſeclarum ejuſdem ſeu Gallorum comæ: prout id e veteri & inedito adhuc liquet Epigrammate, quod exſtat inter alia ἀνέκδοτα MSS. olim Palatini, nunc Vaticani.

Ἔνδυτα τῇ πλοκάμους τέτας θέτο Γάλλος ὀρείη
Μητρὶ Θεῶν, τοίης εἵνεκα συντυχίης,
Indumenta & crines hoſce dedicat Gallus montana
Matri Deum, talem ob eventum.

Mitto nunc alia aliis numinum ſignis, pro eorundem nempe cultu, arte, aut merito, adpendi itidem aut dicari, idque ex voto aut alia quacunque de cauſſa, olim ſolita, arma puta, veſtes, tabulas, tripodes, inſtrumenta, quæ nempe illis numinibus grata aut alioquin propria cenſebantur; ac unde ait apud Æſchylum Suppl. verſ. 472. Danaidum chorus, quamquam iiſdem verbis aliud quidpiam occultaret,

Νέοις πίναξι βρετέα' κοσμῆσαι τάδε,
Novis tabulis ut ſimulacra hæc ornem.

Cujuſmodi proinde donariis, e Veneris apud Romanos ſimulacro prius demptis, totam eam tum lavandam, ſeu ejuſdem Deæ ſignum, dixit adducto paullo ante Faſtorum loco Ovidius, *Demite divitias* &c. Immo unde factum, ut detracta illa numinum ſimulacris ornamenta, ſubinde etiam ſolemni ritu, uti paullo ante de πλυντηρίων, dicto inde apud Atticos feſto vidimus, lavarentur. Verum erant aliæ peculiares adhuc & religioſæ quidem hujus ritus, de quo hic a Callimacho agitur, cauſſæ. Solita nempe non ornari ſolum id genus donariis ea numinum a gentilibus ſimulacra; ſed eadem etiam ab iis, a ſupplicibus autem maxime (quæ iiſdem vulgo Aſyli loco, iiſque cæde ſubinde aut alio ſcelere pollutis) adprehendi & adtrectari, & quod βρετέων ἔχεσθαι, *ſimulacra Deorum tenere*, ab Æſchylo, uti ante vidimus ad verſ. 307. Hym. in Delum, dicitur Sept. Theb. v. 97. Unde etiam id in more olim poſitum, ut iidem ſupplices ſiniſtra manu ramos ἱκετηρίας geſtarent; dextra autem Deorum ſigna adprehenderent, ut liquet ex alio ejuſdem Tragici dramate Suppl. v. 199. ubi jubentur a patre accedentes cum ἱκετηρίαις ad Jovis aram Danaides,

Σεμνῶς ἔχεσθαι Διὸς χερῶν ἐυνύμων,
Cum reverentia eaſdem geſtare manibus ſiniſtris;

ac ubi vetus Enarrator, ὅτ' ἐξιν, ἀντέχεσθε τῇ δεξιᾷ τῶν ἀγαλμάτων. τῇ ἀριστερᾷ τὰς κλάδας κατέχεσθαι, *quod eſt, adprehendite dextra ſtatuas, ſiniſtra ramos ſupplicum tenentes.* Nihil proinde eorundem numinum ἁγνείᾳ convenientius exiſtimarunt iidem Gentiles, quam ut adtrectata impuris aut profanis alioquin manibus, ac inde veluti inquinata eorum ſimulacra, ſtato ſolemnique ritu, & quod maxime ἁγνὴν

&c

& παρθένον, qualis Minerva, Deam decuit, abluerentur. Cujus etiam rei luculentum utique exemplum ſuppeditat Euripides in Iphigenia in Tauris, ubi eadem Deæ ſacerdos, tanquam contrectatam a polluto materna cæde, ac proinde manuum piaculo devincto Oreſte, Tauricæ Dianæ ſtatuam lavari velle fingit verſ. 1041.

Κακεῖνο νίψαι σοῦ θιγόντος, ὡς ἐρᾷ,

Illud etiam dicam, cupere ſe, utpote a te contrectatam, lavari.

Unde poſtea Regi Thoanti eandem ſtatuam, tanquam ab hoſpitibus impuris, Oreſte nempe & Pylade, pollutam, a ſua ſede ſe avertiſſe, ac, ut inde ait, verſ. 1199.

ΑΓΝΙΣΤΕΟΝ μοι καὶ τὸ τῆς Θεοῦ ΒΡΕΤΑΣ,

PURIFICANDA, ſeu mari, quod ante dixerat, LAVANDA *mihi eſt Deæ* STATUA;

ſiquidem, ut ipſe Rex continuo addit, *matricidæ* Oreſtis macula eam *polluit*. Accedebat etiam ea, quæ invaluerat, opinio, & quæ propior adhuc hujus, de quo hic agitur, loti apud Argivos Palladii, ſeu horum Παλλάδος λουτρῶν cauſſa. Nempe quod *lavacris* id genus cum purificari, prout de Junone mox dicetur; tum delectari & recreari Numinum, quæ illis vulgo Gentiles adfingebant, corpora; ſicut de eadem hac Minerva cum comitibus Nymphis in Hippocrene lavante agitur hoc Hymno v. 71. &c. ac inde lætiora omnia & fauſta, quæque ſitu veluti omni & ſqualore depoſito, iis, ubi illis lavare contingeret, locis portendi vulgo crederentur. Qui ritus ſeu religio ad eorum quoque ſimulacra tranſiit, ea maxime, in quibus peculiarem Numinis vim ac præſentiam ineſſe iidem exiſtimabant, ſeu quæ θεῖα καὶ θείας μετουσίας ἀνάπλεα, *divina & divinæ communicationis plena*, ſeu de divina natura plurimum participare, ut de iis loquitur apud Photium Cod. ccxxv. Jamblichus περὶ Αγαλμάτων, cenſebantur. Quo ſpectant itidem Procli verba in Timæum lib. 11. pag. 83. circa finem, ὥσπερ τῶν ὑπὸ τῆς τελεστικῆς ἱδρομένων ἀγαλμάτων, τὰ μὲν ἐστιν ἐφανῆ, (non ut ibi legitur, ἀφανῆ) τὰ δὲ ἔνδον ἀποκέκρυπται συμβολικῆς τῶν Θεῶν παρουσίας, ἃ καὶ μόνοις ἐστὶ γνώριμα τοῖς τελέσταις, *quemadmodum, quæ a perfectrice ſacrorum religione erecta ſimulacra; quorum alia quidem ſunt inviſibilia; alia autem intus occultant ſymbolicam Deorum præſentiam, quæque ſolis nota ſunt ſacrorum myſtis.* Qualia proinde ſimulacra προσκυνούμενα, ac ut addit, καὶ θυσίαις καὶ τελεταῖς γεραιρόμενα, *adorata ac victimis ac ſacris myſticis celebrata* a Gentilibus, dicit Theodoritus Ελλην. Θεραπ. ſerm. pag. 521. Tom. IV. Cujuſmodi utique de lota, eoque ſolemni apud Romanos ritu, Almone fluvio, & qua de re paullo ante, Cybele, ſeu ejus ſimulacro, & publica, qua illud ab ea lotione excipiebatur lætitia ac feſtivitate, tanquam mitiori & magis propitia habita inde eadem Dea, e Lucano, Valerio Flacco, ac Statio norunt eruditi, & ad Claudianum de Bell. Gildon v. 120. jam vidit diligentiſſimus Barthius. Quod ipſum de Palladio, ſeu διοπετῇ Palladis, quale ab Argivis (& qua de re infra) haberi crederetur ſimulacro, apud eos ſimiliter obtinuit; ut & ſtato tempore ac die, ſolemnique ritu, & cui dicatus a

Callimacho hic Hymnus, in Inacho fluvio illud a destinatis ad id λουτροχόοις, de quibus mox, virginibus lavaretur; tum, ut idem Palladium post illud Lavacrum, in urbem denuo, cum lætis faustisque earundem Argivarum virginum gratulationibus ac votis, in quibus etiam desinit, ut ibidem videbitur, hic Hymnus, continuo reduceretur. Adeo, ut de aliis hujus Palladis λουτροῖς hic agatur, quam de iis, quæ ei cum Junone & Venere, antequam nempe eædem Paridis de forma judicium subirent, communia dicuntur, Anthol. lib. IV. cap. XIX. Epigr. XXXVII.

Ἥρη καὶ Παφίη καὶ ΠΑΛΛΑΔΙ τῦτο τὸ ΛΟΥΤΡΟΝ
Junonis & Veneris & PALLADIS hoc Lavacrum &c.

ac de quibus earundem Dearum λουτροῖς, ait apud Euripidem Helena in cognomine dramate v. 682.

Ὠι μοι ἐμῶν δεινῶν, ΛΟΥΤΡΩΝ τῆ κρηνῶν,
Ἵνα Θεαὶ μορφὰν ἐφαίδρυναν,
Ἐνθεν ἔμολε κρίσις.
Heu mea mala LAVACRA *& fontes,*
Ubi Dea formam ornarunt,
Unde evenit judicium:

ac ut similiter de iisdem Deabus dicitur in illius Tragici Andromach. v. 283. πιδύκων νίψαντο Διγλαέντα σώματ' ἐν ῥοαῖς, *fontium abluerunt Nitentia corpora in aquis.* Ut nunc mittam, quod Junonem quotannis in fonte Canatho apud Argivos itidem lotam, denuo virginem fieri, vulgo ab iis proditum, tradit Pausanias l. II. p. 157; aut quod eandem Deam, celebratis cum Jove nuptiis, in fonte inter Euphratem ac Tigrim pellucido (quibus utique aut vicinis in locis primos τῶν πρωτοπλάστων Hymenæos sacræ memorant litteræ) se abluisse, sacro apud accolas sermone ferri, refert Ælianus de Animal. l. XII. c. XIII. Haud aliter ac de Cerere Λουσίᾳ apud Arcades dicta tradit rursus Pausanias l. VIII. pag. 495. quod, post ejus scilicet cum Neptuno (Telluris nempe cum Mari) congressum, in Ladone fluvio eadem laverit. Neque enim postrema hæc Dearum illarum Λουτρὼ seu Καθάρσεις hujus loci; ubi etiam non de Deabus ipsis, sed de earum tantum simulacris, aut potius de Deæ virginis & ἀλέκτρυ seu omnis connubii expertis lota ab Argivis virginibus solemni pompa ac ritu, effigie, festoque eam in rem die, agitur. Quo proinde horum ΠΑΛΛΑΔΟΣ ΛΟΥΤΡΩΝ seu *Lavacrorum* apud Græcos symbolo, internam eos animæ puritatem ac lætitiam adumbrare voluisse, vel inde liquet; quod haberetur eadem Pallas, ut de ea Proclus in Timæum loquitur l. I. p. 51, omnium virtutum procreatrix, quæque *vitam impollutam*, ζωὴν ἀχραντον ac τὸ καθαρὸν efficere potis esset: immo de qua ait Aristides Hymn. in eandem p. 29. προφῆται δὲ καὶ ἱερεῖς ΚΑΘΑΡΣΙΟΝ αὐτὴν ἐπικαλένται καὶ Ἀλεξίκακον τῶν τελειοτάτων Ἔφορον ΚΑΘΑΡΩΝ, *Prophetæ autem & sacerdotes* EXPIATRICEM *eandem vocant, & malorum Averruncatricem, perfectissimarumque inspectricem* PURIFICATIONUM seu *Lavacrorum.* Qua in re utique vestigia Mosaicorum rituum licet facile intueri; quibus

bus lotiones externas, in ſignum internæ purificationis fuiſſe præſcriptas, conſtabat utique ex iis, ut alia mittam, quæ dicuntur Num. VIII. 7. ac Eſai LII. 11: E quibus autem abunde illuſtratur id quod de eo Gentilium ritu a Tertulliano dicitur de Baptiſmo cap. V, ac ubi inter alia ad hæc ſolemnia Palladis ΛΟΥΤΡΑ credo, eum reſpexiſſe, dum dicit, *ipſos etiam Deos ſuos* LAVATIONIBUS *efferunt.*

V. 1. λωτροχόοι τᾶς Παλλάδος] Dorica nempe Dialecto, ubi de Argivorum ſolemni agebatur, & in quorum gratiam hunc Hymnum condidit, ut jam monuit eruditiſſima Daceria, Callimachus. Accedebat, quod Cyrenæus eſſet, & e Dorum proinde genere ſeu Laco ἄνωθεν, ut ea de re actum Hymn. in Apoll. hic Battiades, & prout Cyrenæi dicuntur a Joſepho Λακωνικὸν γένος, *genere Lacones*, Λωτρὸν autem pro Λετρὸν a Laconibus, Dorice quoque, ut notum, loquutis dictum, auctor etiamnum Heſychius, Λωτρὸν, δεῖλινον ἄλειμμα, Λάκωνες, atque ita non de *lavacro* ſolum ſeu *balneo*, quomodo apud Comicum ſumitur Νεφελ. p. 182. & 183. ſed pro *pomeridiana unctione*, quæ nempe fiebat poſt balneum, & χύτλα, ut e veteribus Grammaticis liquet, & qua de re obiter egimus ad v. 17. Hymn. in Jovem, fuerunt dicta. Unde utrumque etiam conjungit agens de Sybaritis Athenæus, & ubi eadem voce λετροχόοι, qua hic Battiades uſus ait l. XII. p. 518. παρ' οἷς πρώτοις εἰσήχθησαν εἰς τὰ βαλανεῖα ΛΟΥΤΡΟΧΟΟΙ καὶ παραχύται πεπεδημένοι, *apud quos primum in balnea inducti ſunt compedibus vincti* (ne citius quam oportuit, ut ibidem additur, abirent) QUI AQUAM EFFUNDERENT *& eoſdem illinerent oleo*, ſicuti nempe vocem παραχύται pro *unctoribus*, quemadmodum ſubinde hi dicuntur in antiquis Lapidibus, accepit ibi Dalechampius. In veteribus autem Gloſſis Græcis ac Latinis, παραχύτης, *meſtrinus*, & *meſtrinus* παραχύτης legitur; quæ vox tamen *meſtrinus* vix alibi, quod ſciam, neque in amplo eruditiſſimi diligentiſſimique du Cange Gloſſario leguntur: unde *meſtrinus* ibi forte pro *mediaſtrinus* legitur, notante Priſciano, *mediaſtinos* dici ſervos lavantibus in balneis miniſtrare ſolitos, & quod *medias partes balnei tenerent, hoc eſt, in medio lavantium ſtarent*, ita appellatos. A quibus nempe diverſi erant ἀλειπλαί, aut qui τριπλαὶ ſeu τελοῦντες, aut παιδοτρίβαι in Græcorum Gymnaſiis, ut e variis ſenis Coi & Galeni locis liquet, dicebantur; qui nempe non effundebant ipſi in ungendos aut fricandos oleum, ſed eodem a παραχύταις ſeu *mediaſtinis* ad id conſtitutis effuſo, ipſi eodem athletas fricabant ſedulo. Utrumque vero illud lavandi & ungendi miniſterium ancillæ iridem Heroicis temporibus præſtare ſolitæ; ſicut de Telemacho & Piſiſtrato apud Menelaum hoſpitantibus ait Homerus Odyſſ. Δ. v. 49.

Τὼς δὲ ἐπεὶ ἓν δμωαὶ λέσαν καὶ χρίσαν ἐλαίῳ

Hos autem poſtquam ancillæ laverunt & unxerunt oleo.

Λωτροχόοι vero ſimiliter, ſed nobiliori miniſterio, *Palladis* nempe *lotrices* Argivæ, quæ nempe illud lavationis officium recepto more ac ritu, Deæ illius ſimulacro hic præſtarent. Haud aliter ac annuam Veneris apud Sicyonios ſacerdotem virginem λατροφόρον appellatam, a ſi-

mili nempe præstita huic Deæ, & prout de lota solemni ritu apud Romanos Venere paullo ante diximus, opera tradit Pausanias l. II. p. 103. Nec mirum Argivas seu *Pelasgias*, uti mox eædem a Poeta dicuntur; *Palladis lotrices* seu λωτροχόους hic dici; quum Minervam haud minus ac Junonem, Argivam alioquin cum alibi, tum in nummis etiam antiquis dictam, Argis olim cultam aliunde constet. Immo delatum eandem in urbem Trojanum ab Argivo Diomede seu sacrum illud ac διοπετὲς Palladium, ibidemque adservari ab Argivis, uti ea de re infra, credebatur. Adde, quod Argivæ etiam virgines in Minervæ Templo, Argis in arce, quæ Lariſſa dicebatur, sito, comæ primitias deponere, & nupturæ eædem Deam, utpote virginitatis Antistitem, placare consueverant: ut id e Statio discimus, ac simul subito in metu, ad illud Minervæ in eadem arce fanum adire solitos continuo Argivos, ubi nempe non minori fama ac celebritate, quam in arce Athenarum, coleretur hæc Dea. Quæ singula nempe tradit Papinius Theb. lib. II. v. 252. &c.

innuptam lumine adibant
PALLADA, *Munichiis cui non* ARGIVA *per urbes*
Posthabita est LARISSA *jugis; hic more parentum*
Fasides, thalamis ubi casta adolesceret ætas,
VIRGINEAS *libare* COMAS, *primosque solebant*
EXCVSARE TOROS

Quibus accedit, quod Argiam, sive Argolida Minervæ præ Neptuno, a delectis litis inter utrumque illud Numen arbitris adjudicatam refert Apollodorus l. IV. c. I.

Ibid. ἔξιτε, πᾶσαι, ἔξιτε] Solita nempe in jussionibus, & quidem quæ ad Deorum sacra seu solemnia, ἀναδίπλωσις. Sic supra v. 2. Hymn. in Apollinem, scelerati consueta formula abesse jussi, ἐκὰς, ἐκὰς, ὅσις ἀλιτρὸς, *procul, procul esto, quicunque es scelere pollutus.* Idem a supplicibus quoque in Deorum invocationibus subinde factum, ut ab Oreste apud Æschylum Chœph. v. 243. Ζεῦ, Ζεῦ, *Juppiter, Juppiter*; & a mulierum Thebanarum Choro, Deos urbis ab Argivis obsessæ custodes invocante Sept. Theb. v. 112. ἴτε, ἴτε, *venite, venite omnes* &c. Gemino nempe huic apud Callimachum epiphonemate, ἔξιτε, ἔξιτε & mox v. 4. σεύδτε &c. σεύδτε, *properate, properate.* Sic paullo ante idem Chorus ad Minervam dixerat in eodem Æschyli dramate, ἐπιδ', ἐπιδὲ πόλιν, *respice, respice urbem.* Quæ earundem vocum & pluries adhuc repetitorum ἀναδίπλωσις haud infrequens insuper apud eundem alioſque veteres Tragicos, maxime ubi ira vel vindicta mens veluti æstuat. Hinc illud Eumenidum Chori apud eundem Æschylum in cognomine dramate v. 130. λάζε, λάζε, λάζε, *cape, cape, cape* &c. & similiter vigilum Trojanorum Chorus audito nocturnorum speculatorum strepitu, vociferatur continuo apud Euripidem in Rheso v. 675.

Ea, ἔα, βάλλε, βάλλε, βάλλε, βάλλε, θεῖνε, θεῖνε,
Age, age, feri, feri, feri, feri, percute, percute.

Plurima hujus notæ aut similis, etiam in næniis formulæ, uperaddere hic

hic haud opus, ut ἄιλινον, ἄιλινον εἰπὲ apud Æschylum Agam v. 167. aut Pers. v. 1011. νέαι, νέαι, δύαι, δύαι, *novæ, novæ, calamitates, calamitates*; aut virginum Argivarum Chori in Agamemnonis inferiis, Chœph. v. 154. κλῦε δὲ μοὶ, κλῦε, *audi vero me, audi.*

V. 2. ἵππων ἄρτι φρυασσομένων] *Exultantibus* jam nempe *equis*, multoque hinnitu alacritatem suam ad præstandum solitum ea die Palladi, Deæ quippe ἱππείῃ (& qua de re mox ad v. 6.) ministerium contestantibus. Id enim notant voces ἵππων φρυασσομένων, sicut Æschylus pridem dixerat Sept. Theb. v. 481.

Ος οὔτι μάργων ἱππικῶν φρυαγμάτων
Βρόμον φοβηθεὶς,
Qui nempe furentium equestrium hinnituum
Fremitum metuens.

Φρύαγμα vero non de *hinnitu* equorum, sed de aprorum *grunnitu* dixit Oppianus Κυνηγ. l. II. v. 457.

Ου συὸς ἀγραύλοιο παρὰ σκοπέλοισι φρύαγμα,
Non suis sylvestris juxta scopulos grunnitum;

sicuti canibus ὕλαγμα, tauris μύκημα, leonibus βρύχημα, consuetas de eorum clamoribus voces ibidem tribuit. Dictum alioquin φρύαγμα & φρυάττεσθαι, pro *jactantia* & *gloriari*, *exultare*, ut apud Plutarchum de Educand. Liber. ferme ab initio μεγαλαυχίας ἐπίμπλαται καὶ φρυάγματος, *arrogantia repletus* & *ostentatione*; ac Anthol. l. VII. Ep. 74. de adulta jam meretrice, μίμναι καὶ τὸ φρύαγμα τὸ παιδικὸν, *manet vero arrogantia juvenilis.* Quo sensu etiam voce φρυάττεσθαι usus, de Marcionitis agens Clemens Alex. Strom. l. III. p. 425. καθάπερ ἰδίῳ δόγματι φρυάττονται, *tanquam suo dogmate gloriantur.*

V. 3. τᾶν ἱερᾶν] Sacri nempe Deæ ἱππείας *equi*, seu qui curru juncti, quo ejus simulacrum solemni pompa ab Argivis mulieribus ad fluvium Inachum deferebatur, quemadmodum sacrum etiam Matris Deum carpentum, illudque cum ejus simulacro Almone fluvio ablui solitum, vidimus ad titulum hujus Hymni. Ita *sacer* apud Ephesios Dianæ Currus, seu *Tensa*, qua solemnibus Deæ illius Festis sive Agonibus, prælatum itidem ejus signum; & cujus rei fidem etiamnum præstant veteres nummi cum sacro ejusmodi carpento vel Tensa & inscr. ΑΠΗΝΗ ΙΕΡΑ ΕΦΕCΙΩΝ *Sacra Tensa Ephesiorum*, quale hic sequitur, nummi, qui exstat in Gaza Gallorum Regia sub Commodo percussi schema.



Quam

Quamquam alioquin Απήνη de *mulari vehiculo* dicta fuerit juxta priscos Pindari Interpretes ad Olymp. Od. V. p. 40. Απήνη δὲ ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθὲν. h. e. Απήνη *currus est mulis junctus*, & cujusmodi etiam Απήνην seu *mulare vehiculum* in ludos Olympicos per decennium invectum ibidem dicitur, sublatum autem Olympiade LXXXIX. vel, ut in Scholiis ad inscriptionem Odæ sequentis dicitur p. 45, Olympia LXXXV. aut LXXXVI. Unde etiam exstant duo ejusdem Thebani vatis Επινίκια Olympica, v. nempe & VI in Psammidem & Agesilaum, Απήνη seu ejusmodi *mulari* eoque bigarum vehiculo victores. Ut proinde Απήνη ibi alia esset, quam Συνωρὶς, quæque Συνωρὶς, ut apud Pausaniam l. x. p. 621. aut Ξυνωρὶς πώλων, *pullorum bigæ* ibidem paucis ante lineis, non ut ibi perperam legitur, συνωρίδα τε πῶλον καὶ κέλητα, & quomodo ἅρματι πώλων, de *quadrigis pullorum* alibi idem ait lib. VI. p. 344. Adde, quod non ex vehiculis solum aut Tensis, seu mularibus seu equorum bigis, aut quadrigis, sed ex equitibus etiam constarent sacræ illæ veterum pompæ, sicuti de Atheniensibus in solemni Jovis festo ait Plutarchus in Phocione pag. 758. καὶ τῷ Διὶ τὴν πομπὴν πέμποντες οἱ ἱππεῖς, & *Jovi pompam celebrantes equites.* Unde etiam Midiam inter alia redarguit Demosthenes in Midiam p. 409, quod quum magister equitum esset, ne equum quidem emere fuerit ausus, ἀλλ' ἐπ, ἀλλοτρίῳ πομπὰς ἡγεῖτο, τοῦ Φιλομήλου τοῦ Πανιανιέως ἵππου, καὶ ταῦτα πάντα ἴσασιν οἱ ἱππεῖς, *sed alieno equo vehens, qui Philomeli Panniensis erat, pompas ducebat. Atque hæc norunt omnes equites.*

Ibid. ἀ Θεὸς ἔυτυκος] *Dea prompta* nempe *& expedita.* Hinc medicina a me duobus apud Æschylum locis, quod fugere non debuit postremum ac eruditum ejus Enarratorem, obiter hic fiet. Prior est Suppl. v. 981. ubi *quisquis* dicitur *inferre.*

Ψόγον ἀλλοθρόοις
Ευτυκος,
Contumeliam inferre aliorum lingua utentibus
Promptus;

alter in eodem dramate v. 1001.

Πᾶς δὲ ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν ἔυτυκον φέρει
Κακὴν,
Quisquis in inquilinum linguam promptam fert
Malam;

in quorum nempe priori loco male ἔυτυκτος, in posteriori autem pejus ἔυτυχος hactenus legitur. Hesychius, ἐυτυκῶς, ῥαδίως καὶ τὰ ὅμοια. Haud necessaria proinde immo aliena ab hoc Battiadæ loco, vox ἔυτοκος pro ἔυτυκος.

V. 4. σοῦσθέ νυν] Quem Poetæ nostri locum ante oculos habuisse videtur Hesychius, Σοῦσθε, ἴτε, ὁρμᾶτε. Priscus enim hic Callimachi Enarrator Σοῦσθε, ὁρμᾶτε. Æschylus vero de Xerxis contra Græcos copiis earumque ducibus agens, ait Pers. v. 25.

Σοῦνται στρατιᾶς πολλῆς ἔφοροι,
Proficiscerentur aciei numerosæ præfecti.

Ibid.

Ibid. Πελασγιάδες] Seu *Argivæ*, quomodo Πελασγία de *Argolide* ab Æschylo pridem fuit dicta, ubi de Danaidum profectione seu reditu in avitum Argivorum, uti iidem fuerunt deinceps appellati solum ait, Prom. v. 859. Πελασγία δὲ δέξεται, *Pelasgia* vero terra *excipiet* &c. ac inde similiter ab Euripide ὦ Πελασγία, de *Argia* seu *Argolide*, Oreste v. 961. Sic Πελασγίαν πόλιν, *Argos* vocat rursus Æschylus Suppl. v. 642. & alibi in eodem dramate v. 1030. πόλιν τῶν Πελασγῶν, ac de *Argivorum* Rege, Ἀναξ Πελασγῶν v. 383. 624. de Argivis autem δῆμος Πελασγῶν v. 638. dicitur & Πελασγὸν Ἄργος itidem ab Euripide Oreſt. v. 693. & 1298. *Pelasgus* nempe eidem Æschylo, Argivorum Rex traditur, ad quem profugere illæ, de quibus modo, Danaides, Suppl. v. 258.

Τῆ γηγυῆς γὰρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἶνις ΠΕΛΑΣΓΟΣ, τῆς δὲ γῆς ἀρχηγέτης,
Indigena enim ego sum Palichthonis filius
PELASGUS, *hujusce terræ princeps*;

quomodo ibi legendum, non Πελασγῆ, vidit jam eruditissimus Canterus, & continuo arguunt sequentia ejusdem Argivorum Regis verba, ubi ait v. 260.

Ἐμοῦ δὲ Ἀναικ]ος εὐλόγως ἐπώνυμον
Γένος ΠΕΛΑΣΓΩΝ, τὴν δὲ καρπεύσας χθόνα,
A me autem Rege optimo jure cognomen ferens
PELASGORUM *gens*, *hanc incolit terram.*

Neque enim opus, ut ibi ἐμοῦ in ἐξ cum Aurato, sicut in scriptis ejus ad hunc Tragicum, quas apud doctissimum Is. Vossium olim vidi, glossis, continuo mutetur. Idem enim Argivorum Rex *Pelasgus* vocatur alibi in eodem dramate v. 1017. a quo nempe & ab Argivorum populo in partem regionis admissæ dicuntur supplices illæ Danaides, Γῆν μὲν Πελασγὸς. *Hanc quidem terram Pelasgus*, illam vero populus, quod addit, dabit iis deinceps inhabitandam. Ab hoc *Pelasgo* proinde, qui & αὐτόχθων seu *indigena* exstitisse ab Hesiodo, teste Apollodoro l. II. c. I. dicitur, appellata primum juxta Æschylum illa *Argivorum* regio *Pelasgia*, & ejusdem incolæ, uti vidimus, *Pelasgi*, quod tradiderat etiam in Inacho Sophocles, ut id adnotatur ab eruditis Apollonii Enarratoribus ad lib. I. v. 580. ὅτι δὲ αὐτοὶ ΟΙ ΑΡΓΕΙΟΙ ἐκαλοῦντο ΠΕΛΑΣΓΟΙ, Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ φησὶ, *quod autem ipsi* ARGIVI *vocentur* PELASGI, *ait Sophocles in Inacho.* Id quod adstruit etiam Euripides (ejus enim est omnino ille, quem adduxit, versus, quamquam paullo aliter, ac incertus, an illius Tragici esset vel alterius, ὁ πάνυ de Hellen. p. 302.) ubi de *Argivis* ait in Oreste v. 934.

Πάλαι Πελασγοὶ, Δαναΐδαι δεύτερον,
Olim Pelasgi, postea Danaides dicti.

Neque vero opus, ut pro πάλαι ibi πρῶτον, cum eodem viro illustris doctrinæ legatur, quum παλαιὸν Ἄργος ab initio Electræ dixerit idem Tragicus; & supra *Pelasgus* ille apud Æschylum Argivorum (uti postea iidem appellati) Rex, & a quo *Pelasgi* iidem denominati: γηγυῆς

Παλαίχθονος, *terrigenæ Palæchthonis* filius nuncupetur, seu juxta veteres ad memoratum Euripidis locum Interpretes, Inachi αὐτόχθονος h. e. γηγενῆς. Cujus etiam Inachi filius similiter a Græcis ad Apollonium Criticis dicitur ad d. l. 1. v. 580. Πελασγῶν τῶν Θεσσαλῶν, ἀπὸ Πελασγοῦ τοῦ Ινάχου, ἢ ἀπὸ Πελασγῶν, ἔθνος βαρβαρικὸ οἰκήσαντος τὴν Θεσσαλίαν ἢ τὸ Αργος, *Pelasgorum* h. e. *Theſſalorum a Pelaſgo Inachi filio, aut a Pelaſgis gente barbarica, quæ Theſſaliam & Argos incolit.* Duo vero memorabilia, sed quorum prius, librariorum aut sciolorum errore, latuit ibi hactenus de eodem *Pelaſgo*, Inachi scilicet filio, traduntur ab Euripidis Enarratoribus adducto jam loco, nempe ὁ δὲ ΠΕΛΑΣΓΟΣ πρῶτος ἄρτον (non ut ibi Αργος) κατασκευὴν ἐξεῦρε. πάλαι γὰρ τῶν ἀνθρώπων τοῖς δρυφίμασι σιτεμβῶν, ἡ ΠΕΛΑΣΓΙΚΟΝ τὸ ΑΡΓΟΣ, ὄνομασεν, *primus autem* PELASGUS *panis confectionem reperit; antea enim manipulis ſpicarum homines veſcebantur, &* PELASGICUM ARGOS *nuncupavit*; quæ nempe prius, de qua re ibidem paullo ante, *Inachia* diceretur. Ad quod primum reperti scilicet ab hoc Inachio *Pelaſgo*, *panis* inventum, spectat forte; quod apud Pausaniam legitur l. 1. p. 25. proditum nempe, Cererem Argos profectam, ibi a *Pelaſgo* hospitio fuisse exceptam. In cujus proinde beneficii memoriam, panem e frugibus a Dea nempe frugifera, conficere fuerit is juxta fabulam illam, edoctus. Quamquam non *panis* quidem inventum; sed loco virentium adhuc frondium, herbarum, aut radicum, fagi glandibus vesci edoctos a Pelasgo Arcadas, tradat alibi idem Pausanias l. VIII. p. 456. Arcada enim eumque indigenam seu terræ filium, fuisse antiquissimum, quum pluribus illud nomen hæserit, *Pelaſgum*, tradiderunt alii; sicut ex Hesiodo id memorant Apollodorus l. II. c. 1. & Servius Æn. l. II. v. 83. *Pelaſgum* tamen Argivorum Regem, dictosque ab eo *Pelaſgos*, antiquissimos atque indigenas exstitisse Argolicæ regionis incolas, tradidit etiam Dionys. Halicarnass. l. 1. p. 14. ubi de Pelasgis agens ait, πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο τὸ καλούμενον νῦν Αχαϊκὸν ΑΡΓΟΣ ᾤκησαν ΑΥΤΟΧΘΟΝΕΣ ὄντες, ὡς οἱ πολλοὶ τοῦτ' αὐτῶν λέγουσι· τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβον ἐξ ἀρχῆς ταύτην, ἀπὸ τοῦ ΠΕΛΑΣΓΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *nam primum habitarunt Pelaſgi apud* ARGOS, *ut nunc vocant, Achaicum ejus loci, ut a multis fertur,* INDIGENÆ, *a* REGE PELASGO *ſortiti antiquitus hoc vocabulum.* Quæ consentanea omnino iis, quæ ex antiquissimo auctore Æschylo paullo ante veluti, de *Pelaſgo*, indigenæ scilicet Palæchthonis filio, dictisque ab eo *Pelaſgis* ejusdem Argolicæ regionis incolis. Hinc ille, quod ex eodem tragico itidem vidimus, *Rex Pelaſgorum* h. e. *Argivorum* dictus, & *Pelaſgia*, sicut ante vidimus, ab Euripide quoque, *Argivorum regio*, & *Pelaſgicon Argos* de urbe, & hoc denique apud Callimachum loco, Πελασγιάδες de *Argivis mulieribus* sive virginibus dictæ. Mitto vero hic, quod idem Argivorum Rex *Pelaſgus*, non indigenæ alicujus, ut apud Æschylum Palæchthonis, aut vero Inachi, juxta veteres Euripidis adducto ante loco Interpretes, sed Jovis scilicet & Niobes filius ab aliis dicatur; ut ab Apollodoro l. II. c. 1. & Dionysio Halicarn. memorato prius loco: aut quod

non

non *Pelasgia* primum, ab hoc nempe *Pelasgo* sed *Apia* jam ante, ab Api scilicet Apollinis, juxta eundem Æschylum, aut juxta alios, Phoronei filio dicta statuatur Argivorum regio, ac unde etiam Ἀπιδανῆες de *Peloponnesiis* nuncupati ab Apollonio lib. IV. v. 263: aut denique, quod idem *Pelasgiæ* & *Pelasgorum* nomen, de Thessalia etiam & Thessalis dictum olim fuerit, immo apud Homerum de Thessaliæ oppido legatur similiter Πελασγικὸν Ἄργος *Pelasgicum Argos* Iliad. B. v. 68. Unde etiam, ut alia hic mittam, Πελασγὶς Juno, non *Argiva* quidem sed *Thessalica* ab Apollonio dicitur Argon. l. I. v. 14.

Ἥρης δὲ Πελασγίδος οὐκ ἀλέγιζεν,
Junonem vero Pelasgicam non curavit;

ac ubi eruditi Critici observant Homeri exemplo *Pelasgida Junonem* dici, de ea, quæ in Thessalia colebatur: *Pelasgos* enim ab Homero appellari, qui Phthioticam incolerent. Thessalis enim imperasse eumdem *Pelasgum*, Argivorum Regem, & *Pelasgorum* itidem nomine dictos ab eo, qui ejus imperio parebant, non Argivos solum (quod nomen postea eis adhæsit) sed etiam Thessalos, declarat aperte eodem, de quo ante, Supplicum loco, seu sequentibus ibidem versibus Æschylus, & juxta eum, quod præterea observo, Dionysius Halicarn. Is enim non indigenas solum in Argivorum solo *Pelasgos*, & ita a *Pelasgo* eorum Rege dictos, adducto ante loco statuit; sed alibi, nempe p. 75. Thessaliam incolentes *Pelasgos*, & qui ea relicta, in Italiam venerint, *Argis ortos*, Ἀργεῖοι τὸ γένος ὄντες, tradit; de quibus autem opportunius ad eundem, de quo paullo ante, Æschylum, a nobis agitur. Neque enim hæc satis hactenus a viris eruditis, qui de hisce *Pelasgis*, antiquissimaque eorum origine ac sede, sicut a viro summo, qui libro de Hellenistica eam non in Argivorum aut reliquo Peloponnesi solo, sed in ipsa Thessalia collocat, ventilata fuerunt & expensa. Id autem ex antedictis, satis, ut opinor, liquet, cur Πελασγιάδων nomine *Argivæ* mulieres hic a Callimacho compellentur.

V. 5. μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις] Hinc ἐυπηχὺν dicta eadem Pallas a Riano apud Stobæum Serm. IV. περὶ Ἀφροσύνης p. 54. μνᾶται δὲ ἐυπηχυν Ἀθήνην, *precatur autem pulcros habentem lacertos Minervam.* Non *lacertos* vero adeo, quam *manus* ejusdem Deæ, sicuti Junonis oculos, Veneris mamillas, Thetidos suras, Themidos vero mentem ac prudentiam commendant Rufini versus Anthol. l. VII. Ep. CXXV. & CXXVI.

Ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
Τῆς μαζοὺς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.
Oculos habes *Junonis*, *Melite*, & *manus Minervæ*,
Mamillas Veneris, & *suras Thetidis* &c.

Hinc Statius Sylv. lib. I. Carm. I.

Aut te PALLADIÆ *talem*, *Germanice*, *nobis*
Effinxere MANUS.

Nempe unde Ἐργάνη dicta eadem Minerva & culta, ὡς τῶν δημιουργικῶν ἔργων προστάτης, *tanquam opificiorum præfecta*, ut de hac ejus appellatione loquitur Proclus in Timæum pag. 52, lanificii puta aliorumque

ejusmodi operum inventrix. Qualis nempe & quidem *cum magnis lacertis* seu ἔυπηχυς spectatur eadem Dea cum textricibus virginibus, in antiquis marmoribus, quæ & videre olim juvit Romæ, & prostant in admirandis ejusdem urbis, a viro præclaræ industriæ P. Bellorio vulgatis. Ευρύστερνος alioquin seu *cum lato pectore* appellata eadem Pallas a Theocrito Idyll. XVIII. 3. 36.

V. 6. πρὶν κόνιν ἱππείαν] Ideo nempe, quod ἱππεία seu *equestris* haberetur hæc Dea, uti a Pindaro vocatur Olymp. Od. XIII. & a Sophocle Oed. Col. v. 1124. cujusque ἱππείας Palladis aram Athenis exstitisse tradit Pausanias l. 1. p. 58, & simulacra cum in Elide, tum apud Aleatas Arcadas idem refert p. 613. & 530. Unde etiam ὁπλῖται καὶ ἱππεῖς, *peditum & equitum agmina*, Minervæ inventum tribuit Aristides Hymn. in eandem p. 22. additque in sequentibus, quod Erichthonius Minervæ alumnus, primus equos curru junxerit; Bellerophon autem equi frænum ab eadem Dea acceperit. Adde sequentes in hoc Callimachi Hymno versus, ubi vel *equorum* vel *clypeorum strepitu gaudere* eadem dicitur, ut vers. 44. aut vero per Bœotiæ vicos agrosque *equos agitare*, ἵππε ἐλαύνειν v. 61. Quo respexit proinde Statius, dum de Palladis signo seu Palladio, quale læva manu gestabat equestris Domitiani statua, ait eodem adducto paullo ante Carmine vers. 39. *ceu stimulis accendat equum*, Dea quippe, & quod uno verbo notare ibi poterant Interpretes, ἱππεία dicta; & quæ equos regere ac agitare prima scilicet, uti modo dictum, docuerit.

V. 7. λύθρῳ πεπαλαγμένα] Sic supra Hymn. in Delum v. 78. πεπάλακτο κεραυνῷ, *fœdatus* erat seu *concussus fulmine*. Immo cui geminus huic nostro exstat locus, ut obiter hinc etiam emendandus in vetustis, quæ Orphei nomen præferunt, Argonauticis vers. 1232.

τοίῳ γὲ λύθρῳ πεπαλαγμένοι ἐστέ,
tali autem cruore fœdati estis. ex Il. ζ, 268; λ, 169.

Jason nempe & Medea ob cædem Absyrthi Medeæ fratris, sed ubi pro λύθρῳ male hactenus λύγρῳ legitur in iis (quod erratis Typographicis alioquin imputassem) quas videre adhuc mihi contigit ac possideo, accuratissimis hujus Poematis editionibus, Aldina, Stephaniana in magno heroicorum Poematum opere, ut de simili Aureliana seu Genevensi quæ a Jacobo Lectio est recensita, sileam, & postrema etiam, quamquam a multis librariorum mendis viri eruditi industria ac labore haud ita pridem repurgata. Ita rursus alibi in iisdem Argonauticis legas vers. 564. Αιματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον, *sanguine & pulvere fœdatum.* Λύθρον autem de *cruore* seu *tabo*, non a Poetis solum, Homeri exemplo, sed a πεζογράφοις, subinde etiam adhibitum, ut a Juliano Imp. Orat. 1. pag. 49. τέτραπτο δὲ ἡ λίμνη πρὸς λύθρον, *lacus ipse in cruorem vertitur.*

V. 13. Μὴ μύρα] *Unguenta* nempe, quod mox additur, *mixta*, χρίματα μικτὰ v. 16, tanquam a Pallade aliena continuo hic amoventur. Id enim indicat vox μύρα, & sicut id de Apolline similiter dicitur supra Hymn. in eundem v. 39. ac ubi jam de illo discrimine actum,

quod

quod veteres notarunt, inter *simplex unguentum* seu ἔλαιον, & *e variis odoribus mixtum* seu μύρον. Unde heroas Homericos nondum μεμυρημένους exstitisse, seu mixto ejusmodi unguento perfusos; tradit Athenæus l. 1. p. 29. quod nempe non voce μύρου, sed ἐλαίου usus sit eam in rem vatum parens. Quod a Plinio jam ante adsertum fuerat de unguentis agente l. XXIII. c. 1. *Iliacis temporibus non erat.* Quamquam cæteroquin una voce שמן *oleum & unguentum* שמן המר *oleum myrrhæ*, seu unguentum, Esth. 11. 12: a qua nempe *myrrha*, μύρον seu μύῤῥον a Græcis dictum statuit ad Athenæum ὁ πάνυ. Adde quod alibi adhuc Athenæus, nempe l. XV. p. 688. μύρου voce primum usum Archilochus notet, & cujus etiam ea de re versus apud Plutarchum legitur in Pericle p. 167.

Ουκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο,
Anus quum sis, unguentis utique non madebis.

Veneri nempe, seu quæ eam addictasve eidem ἑταίρας, non vero Minervam moratasque virgines aut mulieres decerent, relicta ejusmodi μύρα seu *unguenta*. Quam in rem insignis omnino, qui e Sophoclis deperdito dramate refertur apud Athenæum locus lib. XV. pag. 687. ad quem hic & iis, quæ mox addit verbis, respexisse videtur noster Battiades, & qui meretur omnino hic adscribi: Σοφοκλῆς δὲ ὁ ποιητὴς ἐν Κρησὶ δράματι, ΤΗΝ μὲν ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ἡδόνην τινα οὖσαν, δαίμονα, καὶ ΜΥΡΩ ΑΛΕΙΦΟΜΕΝΗΝ παράγει καὶ κατοπτριζομένην, ΤΗΝ δὲ ΑΘΗΝΑΝ, φρόνησιν καὶ νοῦν ἔτι δὲ ἀρετὴν, ΕΛΑΙΩ χρωμένην καὶ γυμναζομένην, *Sophocles Poeta in Cretensibus, quodam dramate*, VENEREM *Deam, quæ voluptas innuitur*, UNGUENTO PERFUSAM *fingit, & ad speculum se contemplantem*; PALLADEM *vero, cujus nomine mentem, prudentiamque & præterea virtutem intelligimus*, OLEO PERUNGI *& exerceri.* Hinc etiam Veneri, non Palladi, proprium unguentum κάλλος dictum, & quo perfusam eam fingit, tribuit Homerus Odyss. Σ. v. 191. Immo unde eadem Pallas de Venere ad Paridem ait apud Lucianum Dial. Meretr. p. 168. ed. Salm. τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίραν τινὰ, *coloribus fucatam instar revera meretricis alicujus.* Ita Catullus de amica sua Carm. XIII.

Nam UNGUENTUM *dabo, quod meæ puellæ*
Donarunt VENERES, *Cupidinesque.*

Aliter vero idem de Berenices adhuc virginis coma Carm. LXVI. v. 77.

Quicum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus expers
Unguentis.

ac ubi opportune doctissimus ejus Enarrator Is. Vossius, cum sequentem Callimachi locum huic geminum, Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι &c. tum alterum Theocriti in Helenæ Epithal. adducit, ubi de Spartanis virginibus dicitur,

Χρισαμέναι ἀνδριστὶ παρ' Ευρώταο λοετροῖς,
Unctis virorum more ad Eurotæ fluenta.

De muliebri vero in viris μύρων usu, præter alios consuli potest Clemens Pædag. l. 11. c. VIII. cujus lemma Ει μύροις καὶ στεφάνοις χρηστέον,

an

an coronis & unguentis uti liceat? Unde etiam Josephus, (ut id luxuriæ genus, a Judæorum æque ac cordatorum inter Gentiles, aut Christianorum moribus alienum liqueat) de zelotarum impiis & profanis inter Hierosolymitanos ausis agens, ait Αλωσ. l. v. c. ix. καταλλόμενοι δὲ ΜΥΡΟΙΣ, καὶ σφᾶς ἐυπρέπειαν ὑπογράφοντες ὀφθαλμοῖς, *madentes vero* UNGUENTIS, *& ut forma eximii viderentur, oculos illiti.* Idem etiam alibi, nempe Αρχ. l. xix. p. 670. Agrippam tradit, quo se ignarum plane initorum cum Claudio de retinendo imperio consiliorum, senatui, a quo accersitus foret, exhiberet, χεισάμενον μύροις τὴν κεφαλὴν, ὡς ἀπὸ συνουσίας γινομένης ἀναλύσεως, *unguentatus capite, tanquam facto e comessatione congressu.*

Ibid. Μὴ δ' ἀλαβάστρως] Ἀλάβαστρον nempe & ἀλάβαστρον promiscue juxta Etymologici M. auctorem, dicta; unde hic ἀλαβάστρως Dorice pro ἀλαβάστρους, & apud Aristophanem cum Acharn. p. 421. ἐς τὸν ἀλάβαστρον, ubi Critici εἰς τὴν μυροθήκην, sicuti eandem vocem explicat hic Græcus Callimachi Enarrator; tum in Lysistr. p. 894. λάβε τόν δὲ τὸν ἀλάβαστρον *cape hunc alabastrum*, seu *vas unguentarium.* Immo ἀλάβας etiam apud Atticos, pro ἀλάβαστρον, juxta Thomam magistrum, & prout hodie apud Harpocrationem, Hesychium, & Suidam legitur. Haud mirum vero eosdem ἀλαβάστρους seu ἀλάβαστρα h. e. μυρεψικὰ τύχη *unguentaria vasa*, prout eadem dixit Æschylus apud Athenæum lib. i. pag. 9. cum μύροις hic conjungi, & Palladi proinde similiter abjudicari. Unde eadem ἀλάβαστρα sicuti etiam μύρα, quod superiori nota vidimus, Veneri tribuuntur Anthol. l. i. Epigr. lxx. τῇ Παφίης ἀλάβαστρα, *ubi Veneris alabastra* & qua voce pro *ampulla unguentaria* seu μυροθήκη, præter sacros Evangelistas, aut Plutarchum, quem ad eosdem adnotarunt viri docti, usus pridem, ut modo vidimus, fuerat ὁ ἀττικώτατος Aristophanes, ac similiter Theophrastus de Odorib. p. 449. ubi de unguentariis ait, καὶ εἰς ἀργεῖα μολυβδᾶ ἐγχέουσι, καὶ ΤΟΥΣ ΑΛΑΒΑΣΤΡΟΥΣ ζητοῦσι τούτῳ λίθῳ, *& in vascula plumbea effundunt unguenta, &* ALABASTROS *expetunt lapidis ita dicti.* Unde formata etiam vox ἀλαβαστροθήκη ut apud Harpocrationem hodie & Suidam sine littera ϱ legitur ἀλαβαστοθήκη h. e. ut apud Plinium l. xiii. c. i. *unguentorum serinium*, in reliquo nempe Darii apparatu quod ibidem dicitur, ab Alexandro repertum. Quomodo alioquin ἀλαβαστροφόρος vocem adhibuisse traditur antiquior adhuc inter Atticos Auctores Æschylus, teste Athenæo l. i. p. 17. Adde Theocritum Idyll. xv. v. 114,

Συρίω δὲ μύρῳ χρύσει ἀλάβαστρα
Et aurea ALABASTRA *plena Syrio unguento;*

ac unde præterea liquet, non de lapideis solum seu e lapide *alabastrite*, quod Grammaticis visum, & de quibus adducto loco Theophrastus, ἀλάβαστρα, sed in genere, de quibusvis vasis unguentariis eadem etiam dicta. Athenæus vero l. xiv. p. 686. περιενεγκόντων δὲ τῶν παίδων ΕΝ ΑΛΑΒΑΣΤΡΟΙΣ καὶ ἄλλοις χρυσοῖς σκεύεσι ΜΥΡΑ, *circumferentibus autem pueris* UNGUENTA *in* ALABASTRIS *& aliis vasis aureis.* Nempe juxta illud Plinii l. xiii. c. ii, *unguenta optime servantur in alabastris.*

Idem

Idem autem Athenæus alibi de sumptuoso Carani Macedonis convivio agens, ait l. IV. p. 129. καὶ διλήκυθον μύρε χρυσῆν καὶ ἀργυρᾶν, *& duplex lecythus, seu vas unguentarium aureum & argenteum.* Quomodo nempe pro noto illo vocis ληκύθε usu Aristophanes in Pluto p. 82. αἱ δὲ λήκυθοι μύρε γέμουσι, *lecythi autem, seu ampullæ unguenti plenæ sunt*: sicuti Cicero apud Nonium Marcellum, ALABASTER *plenus unguenti*. E quibus autem lux aliqua accedit loco H. Reg. II. XXI. 13. ubi minatur Deus, deleturum se Jerusalem, quemadmodum abstergit scutellam seu *paropsidem*, ut ibi vulgo postremam vocem תעלחת reddunt hujus & superioris seculi Interpretes; veteres autem ut LXX. (& prout hic apud Callimachum) ἀλάβαστρον, seu ut MSS. Alexandrinum τὸ ἀλάβαστρον; Paraphrasis vero Chaldaica צלוחיתא *seluchta*, in qua latet vox Græca λήκυθος, de *vase unguentario* seu ἀλαβάστρῳ, prout ibi seniores, adhibita; & sicut eadem vox Chaldaica *seluchita* usurpatur I Reg. XVII. 12. ac ubi vetus Interpres, & *paululum olei in lecytho*; LXX. autem ὀλίγον ἔλαιον ἐν τῷ καψάκῃ, & mox v. 14. καὶ ὁ καψάκης τῦ ἐλαίε & *olei lecythus*, ut bene ibi utroque loco, vox καψάκης redditur. Quamquam enim eadem in priscis Græcorum Glossariis præterita, nisi quod καψάκον, γλωσσόκομον ab Hesychio redditur, *theca* nempe recondendis *tibiarum lingulis*; retenta tamen eadem a Cypriano de Eleemosyna (e veteri nempe versione, dicta Italica) ubi postremum illum Scripturæ locum, & quod vidit jam ad eundem Nobilius, adducens, ita eum reddit, *capsace olei non minuetur*. Qui sanctissimi Martyris locus non fugit quoque in Latino Glossario eruditissimum Cangium. Quamquam vox καψάκιον, quod præterea observo, legatur hodie in editione Theophrasti Heinsiana de C. Pl. l. I. c. XII, ubi de asservatis olerum seminibus inter alia dicitur, καὶ χρειωμανεύσιν ἐν καψακίοις, pro quo in prioribus editionibus legebatur ἐν ἀξαείχοις, ac unde magnus Casaubonus eadem emendabat ad Athenæum p. 154. ἐν ἀρρίχοις, quod ἄρριχος seu ἄειχος seu *fiscina ficuum* a Cicerone dicatur. Eam autem lectionem ἐν καψακίοις, quam e libris, ut augurari licet, scriptis, in eum Theophrasti locum intulit postea vir magni nominis D. Heinsius, tueri videntur dictis Scripturæ locis, quique haud diu post Theophrastum, immo eodem ferme ævo vixere, seniores, qui nempe vocem καψάκης, ut de eo ævo jam usitatam, adhibent. Mitto nunc, quod κάλπις itidem de *vase unguentario* seu ἀλαβάστρῳ vel ληκύθῳ dicta fuerit ab Antiphane apud Athenæum lib. XII. pag. 553. ac ubi apud eundem de pompa Antiochi agitur p. 195. ἐκ χρυσῶν καλπίδων μύρου ἔρραινον ex *aureis urnis* seu *vasis unguentum aspergebant*. Haud aliter ac in luxuriosa Trimalchionis cœna Fragmenti Traguriani dicitur, *inaudito enim more pueri capillati adtulerunt unguentum in argentea pelvi*. Adde, quod ὄλπη apud Theocritum Idyll. B. v. 156. eadem, quæ ληκύθῳ, juxta priscos ejus Enarratores, & alibi argenteæ eam in rem ὀλπίδες Idyll. XVIII. v. 45.

Πρῶτα δὲ ἀργυρέας ἐξ ὀλπίδος ὑγρὸν ἔλαιον,
Et prima tibi ex argenteo vase liquidum unguentum
Accipientes stillabant &c.

Ab Achæo vero apud Athenæum l. x. p. 451. λιθάργυρῳ ὄλπη χρίσματος, *unguinis e lapide argentato ampulla.* Quomodo ἀλάβαστρον μύρε, *alabastrum unguenti* dicitur Matt. xxvi. 7, & similiter *ampulla nardi*, in dicto Petronii Fragmento Traguriano. *Alabastra* autem dixit Martialis l. xi. Ep. ix, pro utroque apud Græcos, ut supra vidimus, vocis ἀλάβαστρον & ἀλάβαστρος usu. Ut mittam quod *onyx* apud Horatium alioque dicatur de ampulla marmorea ad unguenta odorata, ut observat Acron ad l. iv. Od. xii. *Nardi parvus onyx.*

V. 14. Συρίσγων αἴσω φόρμιγγον ὑπαξονίων] Ita Æschylus Suppl. v. 189;

Σύριγες ἐ σιγῶσιν ἀξονήτατοι,
Modioli rotarum non tacent agitati;

& prout idem Tragicus dixerat ejusdem dramatis vers. 211. Σύριγες ἐκλαγξαν, *modioli clanxerunt.*

V. 16. χρίσματα μυρία] Μύρα nempe, uti paullo ante vidimus, non ἔλαια, seu *unguenta* quæ e variis odoribus *mixta*, ut de ea re Plinius l. xiii. c. 1. *juvitque luxuria ea omnia* MISCERE, *& e cunctis unum odorem facere; ita reperta sunt* UNGUENTA. Eadem autem aversata dicitur hic, uti jam adducto ad vers. 13. e Sophocle apud Athenæum loco, Minerva, cujus nempe nomine mens, prudentia, ac virtus intelligantur. Quibus adde illud Chrysostomi Serm. de statuis xix. tom. vi. p. 589. ἀλοιφὴ μύρων καταγοητεύσα τὴν διάνοιαν, *pinguedo unguentorum, mentem fascinans*, & Clementem dicto jam ante loco Ει μύροις &c. Pædag. l. ii. c. viii. ubi varia recenset a luxuriosis olim aut muliebrem in modum comptis adhibita μύρων genera, & inter alia καὶ ἀπὸ τῶν ῥόδων ἀλείμματα, & *e rosis unguentum.* Hicesius enim, ut obiter hoc addam, apud Athenæum l. xv. p. 689. μύρων alia dicit vocari χρίσματα seu *illitus*; alia ἀλείμματα, *unctiones*; quarum vocum promiscuus tamen sæpe apud veteres auctores usus: nempe ut χρίσματα e puro oleo dicantur, unde apud Homerum haud semel χρίσαν ἐλαίῳ, & mox in hoc ipso Hymno v. 26. & 30, & apud Hesiodum similiter Εργ. v. 522. de virgine pudica apud matrem educata, τὴ λίπ' ἐλαίῳ χρισαμένη, *& pingui oleo uncta*; hæc autem, seu ἀλείμματα, e μύροις itidem seu *unguentis* mixta dicerentur; ac unde noti ἀλείπλαι, qui in Gymnasiis munus illud obire erant soliti, ac ἀλειπτήρια, loca in iis ad id constituta; quorum mentio apud Theophrastum de Sudoribus p. 459. De multiplici autem & exquisito quodam in parandis unguentis ποικίλοις miscendisve odoribus industria & labore, consuli inter alios potest Chrysostomus ad Stalechum p. 152. tom. vi. ed. Savill. ubi inter alia describit cum multitudinem mulierum ad hoc opus adhibitarum; tum aromatum copiam & delectum præterea adhibitum; tum singulare in iis ponderandis miscendisve studium, φύρειν, ut ibidem ait, τὴ ἀναμιγνύναι τοῖς ἄλλοις, (quomodo nempe χρίσματα μυρία hic dicuntur) & qualia eam in rem plura ibidem legas.

V. 17. Μηδὲ κάτοπτρον] Quod nempe id Venerem rursus, uti mox etiam dicetur, voluptatis nempe & amorum Deam, non autem Minervam, sapientiæ ac virtutis numen deceret; ut id jam ante ad v. 15.

ex

ex adducto Sophoclis apud Athenæum loco l. xv. p. 687, fuit monitum, ubi Pallas solo uncta oleo, & inde nullo adhibito *speculo* γυμναζομένη, *exercens se in palæstra*, seu quod de eadem infra dicitur v. 44. ἵππων καὶ σακέων ἀδομένα πατάγῳ, *equorum & clypeorum strepitu delectata.* Alienum proinde a bellatrice Dea, quæ etiam φοβεσιστράτη apud Aristophanem dicta Equit. pag. 353; & præterea ἀειπάρθενος seu *semper virgo*, id sectari, quod in minus moratis virginibus haud primus culpat Tertullianus de virgin. veland. cap. XII. *jam & consilium formæ* A SPECULO *petunt*; aut quod de viris muliebris luxuriæ ait idem de Cultu Femin. lib. II. cap. VIII. *tum* SPECULUM *omni occasione consulere, anxie inspicere.* Quo spectat proinde illud Apulejo olim, & quod idem refert ac diluit in Apologia, a gravi censore objectum, *sequitur enim* DE SPECULO *longa & consona Oratio, de quo pro rei atrocitate pene diruptus est pudens, clamitans*, HABET SPECULUM PHILOSOPHUS, *possidet* SPECULUM *Philosophus. Ut igitur habere concedam, ac aliquid objecisse te credas, si negaro, non tamen ex eo me accipi necesse est*, EXORNARI *quoque* AD SPECULUM *solere.* Unde idem mox addit, SPECULI *non tam possessio culpatur, quam inspectio*, quamquam dein etiam, non omnem *speculi* usum, aut quodcunque in eo formam suam contemplandi studium, improbandum tradat, idque Socratis exemplo discipulos suos cohortantis, ut semet in speculo crebro contemplarentur; aut Demosthenis, semper ante *speculum*, quasi ante magistrum, *causas meditantis.* Quam in rem etiam nota illa patris ad liberos dissimili forma apud Phædrum l. III. Fab. VIII.

Quotidie (inquit) SPECULO *vos uti volo:*
Tu formam ne corrumpas, nequitiæ malis;
Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.

Improbatur alioquin a cordatioribus inter Gentiles, quod & a Callimacho haud obscure hic etiam factum, in viris aut probioribus etiam virginibus vel matronis frequens seu insanum ornandæ ad speculum comæ, & formæ identidem, ad illud explorandæ studium. Unde hæc duo etiam, quæ a Minerva abesse hic tradit Callimachus, unguentis nempe perfundi, & speculum consulere, in Phrygibus, mollibus quippe & effeminatis, suggillat Orestes in cognomine Euripidis dramate v. 1114;

Οἵους ἐνόπτρων, καὶ μύρων ἐπιστάτας.
Quales speculorum & unguentorum curatores.

Ενοπτρα nempe ibi, sicut alibi apud eundem Hecub. v. 925, aut ἔσοπτρα ut apud Anacreontem Od. XI. & Clementem Pædag. l. III. pag. 224. Κάτοπτρις autem hic apud Callimachum, quod alibi forte non legitur, pro usitato κάτοπτρον, quo usus pridem fuerat Æschylus Agam. v. 847. ὁμιλίας κάτοπτρον, *consuetudinis speculum* &c. Unde pro κάτοπτριν mallem etiam κάτοπτρον hic apud Callimachum legi, sicuti modo adlata eadem de re ἔνοπτρον, ἔσοπτρον &c. Ni forte inter voces Alexandrinas, cujusmodi plures apud hunc Poetam vix alibi obviæ, statui haud immerito possunt, reponi vox eadem debeat. Adde hisce quod de Alexio speculi usum, ut viro, ac multo adhuc magis militi, indecorum recusante,

tradit

tradit Nicephorus Bryennius lib. II. cap. VII, ὁ δὲ ἁπ. ἔθου ἔφη ἀνδράσι, καὶ ταῦτα φρατιώταις ΕΙΣ ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ ἑτοραῖν· Γυναιξὶ γὰρ τοῦτο ΜΟΝΑΙΣ ἐπιτηδεύεται, *neque enim viris in more esse, & quidem militaribus* SPECULUM *consulere: solis mulieribus id curæ esse.*

Ibid. καλὸν ὄμμα τὸ τήνας] Unde eadem Minerva non γοργῶπις solum, sed εὐῶπις etiam dicta apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 198. θύγατερ Διὸς εὐῶπι, *Jovis filia cum pulcris oculis.* Juno alioquin ab *oculis* laudari a Poetis solita. Unde illud de Melites cujusdam forma Anthol. l. VII. Ep. CXXVI. Ομματ' ἔχεις Ηρης, *oculos habes Junonis*, manus autem, quod additur, & supra jam traditum ad v. 5, Minervæ.

V. 18. Τὰν Ἰδων] Elleipsis Poetis, & quidem Atticis, familiaris, præpositionis πρὸς aut κατὰ, ac similium, sicuti apud Aristophanem Θεσμοφ. p. 792. ἐλθὼν τὴν θύραν, pro πρὸς τὴν θύραν, *veni ad januam*; & Sophoclem Electr. v. 899. ἦλθον πατρὸς τάφον, *veni ad patris sepulcrum.* Sic idem Ajac. v. 34. καιρὸν δὲ ἐφήκεις, prout idem mox ait v. 38. πρὸς καιρὸν, nempe *opportune ades*; & Euripides Hecub. v. 512. μεθῆλθες ἡμᾶς, *venisti ad nos*, & ejusdem dramatis v. 983. σημαίνειν σὲ χρὴ, quod ante dixerat v. 217. πρὸς σε σημανῶν, *tibi significans*: sed qualium magna seges.

V. 19. ἐς ὀρείχαλκον] φαεινὸν quippe seu *lucidum*, non ab Hesiodo solum dictum, uti de *ocreis* Herculis ait Ασπ. v. 122. κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινῆς, *quæ erant e lucido orichalco.* Hinc *album* a Marone etiam dicitur, Turni loricam tradente, *auro squalentem alboque orichalco*, Æn. l. XII. v. 86. & similiter ab Hesiodi Enarratoribus de eodem *orichalco* ad dictum ante ejus locum, τὸ λευκὸν χάλκωμα, *æs album.* Quamquam idem *aurichalcum*, pro *orichalcum*, quasi, ut de eo veteres Grammatici, coloris esset aurei, vel ex auro mixtum legatur haud semel in Plauto, ac in libris Digestorum. Quod neutrum tamen de *orichalco*, seu hoc *ære montano*, vere dici posse, e μεταλλευομένοις notum, ac viderunt jam alii. Auro quidem pretio proximum idem olim habitum; seu juxta Platonem in Critia pag. 114. tom. III. ubi inter alia, quæ in Atlantide Insula pretiosa eruebantur, *orichalcum* etiam refert, πλὴν χρυσοῦ τιμιώτατον οὐ τοῖς τότε ὄν, *post aurum maxime tunc temporis in pretio*, nomen vero ejus tantum, quod continuo additur, suo ævo retineri. Unde & a Plauto haud semel de re pretiosa usurpatum, *aurichalco contra*, seu ut in Pseudol. A. II. Sc. III. *aurichalco contra non carum.* Neque tamen inde ita dictum, quod quidquam *auri* haberet admixtum, sed quod promiscue veteres Romani *plostrum* & *plaustrum*, *Plotus* & *Plautus* &c. ita *aurichalcum* etiam & *orichalcum* dixerint, ut vere ad Plautum monuit ὁ πάνυ Salmasius. Unde etiam liquet haud opus esse, ut in libris Digestorum, *aurichalcum* ibi in *orichalcum* continuo commutetur; prout id contendit postremus ac eruditus Virgilii apud Batavos Enarrator. Eo autem opportunius hic pro *speculo* aut vice *speculi* dicitur, in quo se contemplari noluerit Pallas, quamquam tum esset in monte Ida, coram litis de forma arbitro; quod metallica ferme forent veterum specula, ac inde etiam mox Veneris speculum vocet Poeta

χαλκὸν

χαλκὸν λιγυγέα, *as pellucidum*, & qua de re pluribus ibidem. Hæc autem ſcripſeram, quum forte animadverti virum incomparabilem in poſthumo opere de Homonym. Hyl. Patr. ubi agit de *orichalco*, hujus etiam apud Callimachum loci meminiſſe. Illum vero interpretatur ut *orichalcum* de luculentiſſimo & quod ſpeculi vicem redderet, ære ſit dictum; ita tamen, ut non de *ære montano* dici potuiſſe, aut compoſitam inde, quod Græcum id, ut ait, morem non ſaperet, vocem ὀρειόχαλκος ſtatuat; ſed novam, quamquam præter ejus conſuetudinem, dubitanter adferat derivationem, ab ὄρημι nempe Æolico pro *video*. Quorum iſtud tamen & minus adhuc Græcum in illa vocis ὀρειόχαλκος (nempe ab ὄρημι) compoſitione morem, ut ille loquitur, ſapit; neque inſuper peculiarem hujus æris ita dicti naturam ac proprietatem notat. Prior autem illa & obvia ὀρειοχάλκου, quaſi *aris montani* compoſitio, non ſolum illis, quas adfert, vocibus ὀρειβατεῖν & ὀρειβασιάς, ſed pluribus aliis, ut ὀρειαυλος, ὀρειοδρόμος, ὀρεινόμος, ὀρειπελαργὸς &c. abunde ſe tuetur; ut jam de Feſto nihil dicam, apud quem legas, *orichalcum ſane dicitur, quod in montuoſis locis invenitur: mons enim Græce* ὄρος *appellatur*. Hinc multiplex etiam olim *orichalci*, ut jam ante e Poetis & Auctoribus antiquis vidimus, nec ad ſpecula ſolum uſus; ac unde de deducta, ut hoc addam, ſolemni pompa e Macedonia, Euſebia Conſtantii Imp. ſponſa ait in ejus Encomio Julianus Orat. III. p. 206. Καὶ ὀχευμάτων παντοδαπῶν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ΟΡΕΙΧΑΛΚΩ μὴ τῆς ἀρίστης τέχνης ἐργασθέντων, *& vehicula generis omnis auro, argento, &* ORICHALCO, *ſummo cum artificio exornata*. Quomodo etiam Libanius in Juliani Panegyrico p. 229. dicit, neque marmoream, neque æream, οὔτε ὀρειχαλκίνην, *neque ex orichalco*, immo neque ex adamante, ut addit, columnam ſtabiliorem inveniri memoria, quam adeptus ad poſteros tranſmittit conſulatus. Ne ea jam nunc tangam, quæ de illo veterum *orichalco*, quod nuſquam proprii generis, ut auri, argenti, æris metallum exſtiterit, ſed κρᾶμα demum, prout illud a Strabone etiam dicitur l. XIII p. 610, & cujus locum expreſſit, ſicut idem ibi monuit Caſaubonus, Stephanus in Αἰδέρα, ſeu compoſitum foret ex ære & cadmia terra, nullo auro admixto, idemque quod vulgo hodie *letonum* dicitur, ſeu lutei æris genus, pluribus itidem differit vir ſummus. Ea enim & jam ab aliis fuerunt haud ſemel obſervata; & cum aliis veterum, non Plinii ſolum, cujus indicat ea de re locum l. XXXIV. c. III, ſed antiquioris longe, Platonis nempe paullo ante a me adducti teſtimonio, pugnant; qui nempe de eo ut præſtantiſſimo & maxime pretioſo metallo ſeu *aris*, quodque paullatim defecerit, genere ſunt loquuti. Fruſtra autem eſſe, qui ab ulla *auri* mixtura dictum *orichalcum*, ſeu, quod idem, *aurichalcum*, crediderunt, vel abunde arguit, quod Græca voce ὀρείχαλκος, ubi nulla plane *auri* mentio, dicatur, quæque de præſtantiſſimo quopiam *ære montano*, ubi nempe effoderetur, dictum illud primitus *orichalcum* omnino evincit. Quo referri etiam poteſt, quod hic de Minerva in monte Ida, ut præcedentibus verbis ἔκκα τῶν Ἰδων &c. verſante dicatur, eam in *orichalco*, tanquam in ſpeculo,

noluisse, immo nec, quod mox addit Junonem, formam suam consulere: Venerem autem continuo Διαυγέα χαλκὸν, *æs pellucidum*, speculum nempe, de quo mox, aut speculi vice, ad quod nempe componeret eadem comam, arripuisse.

Ibid. Οὐδὲ Σιμοῦντος Ἔβλεψεν δίναν ἐς Διαφαινομένην] Neque tamen, quod hic dicitur, omissum ab hac Dea, omne in aqua limpida, tanquam in speculo consulendi formæ studium, antequam scilicet subiret eadem Paridis judicium, in antiquo legitur Epigrammate, cujus priorem versum adduxi ad titulum hujus Hymni. Exstat illud Anthol. lib. IV. cap. XIX. Epigr. XXXVII. & quod proinde integrum debet hic adscribi,

Ἥρῃ καὶ Παφίῃ καὶ ΠΑΛΛΑΔΙ τοῦτο τὸ λουτρὸν,
Ὡς πότε τὸ χρυσοῦν ἤρεσε μῆλον ἔχειν·
Καὶ τάχα ΤΗΝ ΜΟΡΦΗΣ κρίσις ἔσσεται, οὐ Πάρις αὐταῖς,
ΕΙΚΩΝ δὲ ΑΡΓΥΡΕΟΙΣ ΝΑΜΑΣΙ δεικνυμένη,

Junoni, & Paphiæ Veneri, & PALLADI *hoc lavacrum;*
Dum iis quondam aureum placuit pomum habere;
Et continuo formæ judicium non erit ipsis Paris,
Sed IMAGO ARGENTEIS IN AQUIS *ostensa.*

A quibus proinde abit hic Callimachus, dum accedentem ad Paridis judicium Minervam, *neque speculum* seu vice speculi, *orichalcum, neque limpidissimam Simoentis fluvii aquam* explorandæ formæ, seu componendæ comæ studio, consuluisse hic dicit. Quam tamen non explorandæ solum, sed ornandæ etiam ante illud judicium, limpidis aquis & lavacris formæ curam, in Minerva haud minus, ac in duabus aliis deabus agnoscit Euripides, in adductis ea de re, ad hujus Hymni lemma ex Andromache & Helena versibus. Adeo ut meliorem morum magistrum se illo scenico Philosopho hic prodat noster Battiades; dum omnem illum operosum ac adtentum formæ cultum, in mascula & pudica Pallade, seu temperantiæ haud minus ac prudentiæ apud veteres Symbolo, amovet; eumque totum, ut statim innuit, Veneri, Ἑταίρᾳ quippe, addicit, haud aliter ac id genus *lotiones* inter *meretricis* notas refert divinus vates Ezechiel cap. XXIII. vers. 40. Mitto quod alioquin de eadem Minerva tibias inflante proditum, eam id sibi esse dedecori perspexisse; ubi *se in aquis speculi vice fuisset intuita*, ἀντ' ἐσόπτρου χρησαμένη τῷ ὕδατι, uti hac de re loquitur Gregorius Nazianzenus secunda in Julianum Philippica pag. 121.

V. 21. Οὐδ' Ἥρη] Sicut Pallas, ita etiam Juno in judicio Paridis, *consilium formæ*, ut Tertullianus adducto paullo ante loco loquitur, a *speculo* haud petiisse hic dicitur. Non eadem proinde, quæ Venus Juno, seu cujus signum apud Spartanos exstabat, teste Pausania l. III. p. 185. ad quod pro nupturis filiabus sacra matronæ faciebant. Ut mittam Junonem & Venerem a Theologis gentilium pro eodem numine, & *stellam Veneris* in cœlo; qua de re, ni fallor jam ante ad superiorem Hymnum egimus, stellam *Junonis* dictam, juxta id tradentem præter alios Plotinum Ennead. P. III. l. V. p. 198. Eadem vero hæc *Juno*, quæ *ma-*

matrona Juno apud Horatium dicta l. III. Od. IV, & proinde ab illo insano formæ ac illecebrarum, quæ Venerem decebant, ad speculum cultu, haud minus ac Pallas aliena hic dicitur. Quamquam non ipsa quidem Juno aut Minerva speculum consulere, sed earum tamen simulacra ad speculum compta olim a superstitiosis mulieribus legantur; & quod a vero numinum id genus cultu abhorrens redarguit continuo Seneca Epist. XCV. *Vetemus lintea & strigiles Jovi ferre*, SPECULUM TENERE JUNONI: idemque alibi, nempe de superstitione apud Augustinum de Civitate Dei l. VI. c. X. *sunt quæ* JUNONI AC MINERVÆ *capillos disponant, longe a templo, non tantum a simulacro stantes, digitos movent ornantium modo*; SUNT QUÆ SPECULUM TENEANT &c. Accedit, ut præterea observo, Apulejus de templo Junonis Samiæ agens Florid. cap. XV. *Ibi donarium Deæ perquam opulentum; plurima & argenti ratio in lancibus*, SPECULIS, *poculis, & hujusmodi utensilibus.* Ad quem proinde morem respexit illustri eam in rem loco, & qui etiam e modo dictis illustratur, Tertullianus de jejuniis cap. XVI, *unde & qui* IN IDOLIS COMENDIS, *& in aris ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur.* Quo spectant itidem ea, quæ inter alia pompæ Isiacæ solemnia describit Apulejus Milet. l. XI. *alia* (mulieres) *quæ nitentibus* SPECULIS *pone tergum reversis* VENIENTI DEÆ *obvium commonstrarent obsequium, & quæ pectines eburneos ferentes, gestu brachiorum flexuque digitorum, ornatum atque opexum crinium regalium fingerent.* Hinc etiam earundem Dearum *ornatrices* dictæ, quæ illud munus obirent; quomodo apud Hesychium legitur Σαραχήρω παρὰ Βηρωσσῷ, ἡ κοσμήτρια τῆς Ἥρας, *Sarachero apud Berosum, Junonis ornatrix*, haud aliter ac *ornatrices*, ut subinde in Inscriptionibus antiquis, & similiter l. 69. l. III. D. de Legat. & Fideic. a Romanis appellatæ, quæ, ut dicitur l. 49. ejusdem libri, *mulieres exornant*; aut vero ficuti *cosmetæ* ab iis dicti, qui curabant mundum muliebrem, quorum obvia mentio apud Juvenalem Satyr. l. VI. v. 477. & quos ibidem ab *ornatricibus* distinguit vetus Scholiastes. Ut de *ornatoribus* fileam, quorum facta itidem mentio in Lapidibus antiquis, ut in Syntagm. Cl. Reinesii p. 375. Immo cujusmodi *cosmetæ*, κοσμοπλόκοι apud Græcos etiam dicti, prout id me docuit vetus Inscriptio, quam olim alia occasione vulgavi ad Juliani Cæsares, nempe

ΗΡΑΚΛΗ ΒΑΣΙΛΕ
ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΠΕΛΕΥ
ΣΕΒΑ. ΚΟΣΜΟΠΛΟΚΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Herculi Regi Antonius Libertus Augustæ Ornator Posuit.

Ibid. Κυπρὶς δὲ Ἀφρογένεια &c.] Haud mirum Veneri, non vero Palladi, uti jam supra vidimus ad v. 17. speculum hic a Poeta tribui, & ob exquisitam quidem, quæ continuo additur sequenti versu & qua de re ibidem, componendæ comæ curam. Unde de eadem dixerat Sophocles apud Athenæum adducto jam ante loco lib. XV. p. 687. Venerem ad discrimen nempe, ut ibi dicitur, Palladis, μύρῳ ἀλειφομένην καὶ ΚΑ-

ΤΟΠΤΡΙΖΟΜΕΝΗΝ, *unguento illitam & AD SPECULUM se contemplantem.* In Veneris quippe mundo ceſtus, lecythus cum unguento, ſpeculum, & quæcunque dictam πόρνην, ἑταίραν, aut πάνδημον Deam decebant talia illecebrarum aucupia. Ita ſolemnem ejuſdem Deæ in mari vectæ pompam, & comites ſeu miniſtros Tritones deſcribens Apulejus Mileſ. l. IV. ait, *alius ſub oculis Dominæ* (Veneris) SPECULUM *prægerit.* Quamquam ejuſdem Veneris ornatum, & componendæ alioquin comæ ſtudium tradens Claudianus Nupt. Honor. & Mariæ, de eadem dixerit v. 106. SPECULI *nec vultus egebat judicio.* Ut mittam, quod refert Plutarchus de Fortun. Roman. p. 317. Venerem, ut de ea Spartani, ubi illa Eurotam tranſierit, ſpeculis, ornatu, ceſtoque depoſitis, in Lycurgi gratiam, haſta & ſcuto ſe ornare. Sed de illo ſpeculi ad ordinandam Veneris comam uſu mox adhuc ad verſ. proximum.

Ibid. Ἔσοπτρα χαλκοῦ] Metallica fuiſſe, eaque vulgo ex argento & ære veterum *ſpecula* notarunt jam eruditi, ut magnus Salmaſius obiter ad Tertullianum de Pallio, & bene hic etiam monet Anna præſtantiſſima. Adde inſuper ex auro, in Aſiatico nempe luxu, quum & χρύσεα ἔνοπτρα, *aurea ſpecula*, Trojanarum virginum vel mulierum, commemorentur ab earundem choro, cum in Hecuba Euripidis v. 925, tum in ejuſdem Troadibus v. 1107, ubi dicitur Helena ſecum ex Ilio in Græciam abſtuliſſe,

χρύσεα δὲ ἔνοπτρα, παρθένων
Χάριτας.
aurea vero ſpecula, virginum
Delicias.

Neque *ignota* eadem poſtea apud Græcos, ac jam ante Callimachum, eaque a Græcis etiam confecta, ut ex Æliani narratione liquet V. H. l. XII. c. LVIII. ubi in Olympiis, præſente tum ibi Diogene, *aureum*, inquit, *ſpeculum operis Corinthii vendebatur*, χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς ἐπιτροχάσκετο. Ut minus proinde mirum ſit aut inſolitum, ſi eorum mentio etiam fiat, aut hoc addam, apud Apulejum in Florid. *Plurima auri & argenti ratio in lancibus*, SPECULIS, *poculis & ejuſmodi utenſilibus.* Eadem vero *ſpecula* ex argento olim uſitata non inde ſolum, aut vero e Plauti in Moſtellaria loco, quem jam huc adtulit Anna eruditiſſima, ſed ex Plinio inſuper abunde conſtat, qui & primum Praxitelem feciſſe *ſpecula* argentea Pompeji M. ætate obſervat l. XXXIII. c. IX. & alibi; præterea eadem, ita creſcente luxu, Romæ poſtea viluiſſe, quum *argenteis uti cepere & ancillæ*, l. XXXIV. c. XVIII. Quibus adde rurſus illud Apuleji in Apologia, ob conſultum a ſe ſpeculum, uti paullo ante vidimus, a cenſore perſtricti, *an exiſtimes imaginem ſuam cuique viſendam potius in lapide, quam in* ARGENTO; *magis in tabula, quam in* SPECULO. Hinc inter muliebrem ſui ævi luxum refert Chryſoſtomus Serm. XVII. p. 224. T. VI. ΤΟΙΣ ΑΡΓΥΡΟΚΟΠΟΙΣ συνεχῶς ἐρωτῶντες, εἰ ΤΟ ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ κατεσκεύασθαι τῆς κυρίας, ARGENTI FABROS *continuo interrogantes, an confectum ſit Dominæ* SPECULUM. Immo *ſtannea* etiam *ſpecula*, & quidem ex mixto ære, quæ

Brun-

Brunduſii laudatiſſima parabantur, in uſu antea obtinuiſſe, iiſdem locis memorat Plinius. Ærea vero ex præſtantiſſimo nempe & lucidiſſimo ære, ſpecula olim apud Græcos maxime uſitata exſtitiſſe; argenteis nempe, quod vel ex ſuperiori Plinii loco liquet, ſerius repertis liquet. Hinc, ut hoc loco χαλκὸς ἀφροδίτης, *ſpeculum* Veneris *ex ære* denotat, ſic luculentus & opportunus valde hujus rei index antiquioris Poetæ, Æſchyli nempe apud Stobæum Sermon. Ethic. XVIII. p. 164. locus, qui hunc egregie ipterpretatur ac illuſtrat,

ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ εἰδὼς ΧΑΛΚΟΣ ἐσ', οἶνον δὲ νοῦ,

SPECULUM *formæ eſt* ÆS, *vinum autem mentis*,

nempe index. Immo quomodo χαλκὸν ἀφροδίτης, Battiadæ noſtri exemplo, de *nitente ſpeculo* dixit ſimiliter, neque uno in loco, Nonnus, ut Dionyſ. l. v. p. 175. ubi de Proſerpina ait,

Καὶ ποτὲ ΧΑΛΚΟΝ ἔχουσα ΔΙΑΥΓΕΑ τέρπετο κούρη,

Et interdum (ex ære nempe) SPECULUM *habens* PELLUCIDUM, *delectabatur puella*,

formæ ſuæ ut addit, ex eo repercutientis judice; ac de nativa itidem Heroes pulcritudine lib. XLII. p. 108.

Οὐ χροὸς ἀντιτύποιο ΔΙΑΥΓΕΙ μάρτυρες ΧΑΛΚΩ.

Non corporis oppoſiti PELLUCIDO *teſte* SPECULO.

Quibus in locis cur χαλκὸν, quod ibi de *ſpeculo ex ære*, & κάτοπτρον etiam priori loco mox ab eodem Poeta dicitur, tamen per *ferrum*, nempe *pellucido teſte ferro* &c. reddiderit Interpres, haud facile licet ſtatuere, niſi quod nulla ibi de *ſpeculo*, ut fieri omnino debuit, aborta ſit ei cogitatio. Hinc vero ſpongiæ & pumicis etiam in detergendis metallicis id genus ſpeculis uſus; cujus prioris mentio apud Platonem in Timæo pag. 72. T. III. ed. H. Steph. poſterioris apud Tertullianum de Pallio; quamquam aliter de eodem Platonis loco ſenſerit ibi ὁ πάνυ, ſed quem eo nomine jure redarguit ad Catullum vir præcellenti ingenio & doctrina Iſ. Voſſius, ubi & illa Platonis recte interpretatur, οἷον κατόπτρου παρέσκευασμένον σκιαγεῖον, *tanquam ſpongia parata & prompta detergendo, cui appoſita eſt, ſpeculo*. Quamquam etiam vulgo apud Platonem & Platonicos vocis σκιαγεῖα, non de *ſpongia* quidem, ſed de *expreſſa imagine* ſeu *ſimulacro* ſignificationem, uti obiter dictum ad v. 14. Hym. in Delum, occurrere haud ignorem; ſed qua de re alibi. Ut nunc mittam, quod e *carbunculis* & quidem apud Orchomenum Arcadiæ natis, quandoque eadem *ſpecula fierent*, juxta Theophraſtum de Lapid. p. 396. & qui ex eo id tradit, Plinium l. XXXVII. c. VII. Adde *gemmata* ſubinde veterum *ſpecula*, unde illud Papinii Sylv. lib. III. Carm. IV. v. 94.

Nobile gemmato ſpeculum portaverat auro.

Immo eadem *vitrea* etiam olim fuiſſe (quod negabat tamen ad dictum Catulli locum vir doctiſſimus, ac ubi obiter metallica ferme veterum ſpecula exſtitiſſe recte alioquin monuerat) & quidem Sidone reperta, docet alibi idem Plinius l. XXXVI. Sect. LXVI. ubi de vitrorum variis agens ſpeciebus, ait: *Et aliud flatu figuratur, & aliud torno teritur, aliud*

aliud argenti modo cælatur ; Sidone quondam iis officinis nobili, siquidem etiam SPECULA *excogitaverat*, quæ omnia proinde, de quibus hactenus, seu metallica, ex *auro* nempe, *argento*, *ære*, *stanno*; seu vero e *carbunculis*, seu etiam *vitrea*, eaque sive plana, sive gibbosa, sive concava etiam fierent, complexus est Artemidorus l. II. c. VII. ubi ait, ΓΗΙΝΟΝ γάρ ἐςι ΤΟ ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ ἐξ' οἵας ἂν εἴη πεποιημένον ὕλης, TERRENUM *enim* SPECULUM, *ex quacunque tandem materia fiat*. Quo referri itidem potest, quod alibi apud eundem dicitur l. III. c. XXX, λεκάνῃ ἐγκατοπτρίζεσθαι, *pelvi uti pro speculo*, nitente nempe ac pellucido ; & cujusmodi pelves centum argenteæ, ἑκατὸν ἀργυραῖ λεκάναι in pompa Antiochi Dionysiaca prælatæ apud Athenæum dicuntur l. V. p 191. sicuti aureas alibi, æreas etiam quandoque, aut stanneas, prout hodie, ita exstitisse olim liquet. Quibus adde denique de pretiosis id genus veterum *speculis*, ut in hac re veterum quoque luxum a moribus hujus ævi haud alienum intelligamus, id quod in superfluo mulierum cultu redarguit inter alia Clemens Pædag. l. III. p. 220. κατόπτρων τε πολυτιμήτων κατασκευαὶ, *speculorum etiam magni pretii structuræ*.

V. 22. Τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν] Quæ caussa etiam speculi a Venere consulti hic redditur; haud aliter ac de nova Jasonis nupta dicitur ab Euripide in Medea v. 1161.

Λαμπρῷ κατόπτρῳ σχηματίζεται κόμην,
Nitidum ad speculum componit comam;

aut ab eodem Tragico in Electra v. 1071.

Ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης,
Ad speculum flavos comæ concinnos componebas.

Quibus adde, quæ a choro Trojanarum mulierum dicuntur similiter in Hecuba v. 925. &c. de religatis nempe earum *comis ad aureorum speculorum* (de quo versu jam ante) *infinitos splendores*, ἐγὼ δὲ πλόκαμον &c. Hinc Ovidius de eodem muliebri neque uno comæ ad speculum cultu, Art. Am. l. III. v. 135.

Nec genus ornatus unum est, quod quamque docebit,
Eligat, & SPECULUM *consulat ante suum.*

Immo id quod in viro, sed muliebris luxuriæ, inter alia redarguit Clemens Pædag. l. III. p. 224. ἄνδρα δὲ ὄντα κτενίζεσθαι &c. καὶ πρὸς τὸ ἔσοπτρον διατιθέμενον τρίχας, *eum autem, qui vir est, pecti &c. ad speculum crines componentem.* Unde haud mirum id de Venere, seu exquisito ejus ac multiplici in componenda etiam bis coma studio, a Poeta hic dici. Qua de re seu singulari in comenda Venere opera a Nymphis præstita, ac proinde insigni de toto illo veterum ritu loco Claudianus ait Nupt. Honor. & Mariæ a v. 49. &c.

Cæsariem tunc forte Venus subnixa corusco
Tingebat solio; dextra lævaque sorores
Stabant Idaliæ; largos hæc nectaris imbres
Irrigat; hæc morsu numerosi dentis eburno,
Multifidum discrimen arat, sed tertia retro
Dat varios nexus, & justo dividit orbes

Ordi-

Ordine, neglectam partem studiosa relinquens;
Plus error decuit.

Quibus addi possunt, quæ de simili hujus Deæ in disponenda crinibus cura ab Apollonio itidem fuerint dicta l. III. v. 45.

Λευκοῖσι δ' ἑκάτερθε κόμας ἐπιειμένη ὤμοις
Κόσμει χρυσείῃ διὰ κεκρίδι, μέλλε δὲ μακρὺς
Πλέξασθαι πλοκάμους.
E candidis utrinque immissas humeris comas
Aureo discernebat pectine, mox longos
Plicatura cirros.

Quales etiam Venus capillos capitis disponens cernitur subinde in antiquis monumentis, sicuti in veteri ac insigni nummo M. Aurelii a Laodicensibus cuso, qui exstat in Gaza Medicea. Psecadum autem vulgo illud apud Romanos officium, earumque proinde in tutela Veneris, seu quarum Dea illa esset ac Patrona. Unde vetus Inscriptio in Reinesii Syntagm. pag. 124. VENERI SACRUM CASSIA L. L. PSECAS; & quam in rem, quique ibidem adducitur, Juvenalis Satyr. VI. v. 189.

Componit crinem, laceratis ipsa capillis,
Nuda humeros Psecas infelix.

Ut denique hoc addam, μετέθηκε κόμην hic dici de *transposita* bis *coma*, prout κόμην vel τρίχας διατίτεσθαι vel συντίθεσθαι dixerunt, pro *comam* seu *crines componere* vel *ordinare*, ut Anacreon Od. XXIX. πλοκάμων ἄτακτα συνθεὶς, *cincinnos inordinatos*, seu *sine* arte *componens*, & Chrysost. adv. Theodor. p. 74. Tom. VI. καὶ βαφαῖς καὶ χρώμασι καὶ συνθέσι τριχῶν, *& coloribus, & tincturis, & dispositione crinium* Unde etiam Græcorum more dicto jam loco, Juvenalis, *componit crinem*, & jam ante Ovidius I. de Arte amandi El. VII.

Ponere compositas in statione comas.

ac similiter apud Tertullianum de cultu Femin. l. II. c. VIII. *capillum disponere*. Ut nunc mittam προθέσει τριχῶν apud Clementem Pædag. l. III. p. 218. aut apud Philostratum Epist. p. 899. κομῶν προθέσεις, de *fictitiis capillis* dici. Eadem alioquin Venus incompta in luctu Adonidis seu νήπλεκτος a Bione dicitur Idyll. I. vers. 21. & apud Apollonium adducto jam ante loco v. 50. de eadem.

Ἀψήκτους δὲ χεροῖν ἀνεδήσατο χαίτας.
Impexas autem manibus comas circumligat.

Quod nempe fiebat crinibus fibula circa collum nexis, ut id observat Clemens Pædag. l. III. p. 248. ubi mulieres decere ait, ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην ἐντελῶς περόνῃ τινὶ λιτῇ παρὰ τὸν αὐχένα ἀφελεῖ θεραπείᾳ, *circumligare tenuiter comam, ubi aliqua fibula circa collum simplici cultu.* Unde diversa longe erant in cultu capillorum muliebri, eosdem nempe neglectos, ut hic a Clemente & ab Apollonio ἀναδεῖσθαι, seu *bona simplicitate*, sicut ea in re Tertullianus loquitur de cultu Femin. l. II. p. 157. circumligare, vel in nodum veluti cogere; aut vero illos operose συντιθέναι vel διακρίνειν, *componere* ac *discriminare*, ac unde ornatam ejusmodi comam, κόμην διακεκριμένην dicit Plutarchus in Lycurgo p. 53.

& κόμης διάκρισιν Appianus de Medico, ut eam vocat agens de exquisito comæ cultu Surenæ, Mithrid. pag. 143. Quod proinde dicit etiam Claudianus in adductis ante de compta Veneris coma versibus, *multifidum discrimen arat*. Adde illud Ovidianum Art. Am. l. III. v. 137.

Longa probat facies, capitis DISCRIMINA *puri:*
Sic erat ornatis Laodomia comis.

Acus vero ad illa comæ discrimina, seu, quod hic dicitur, δὶς μετέθηκε κόμην, *bis comam disposuit*; *hastæ* nomine alibi ab eodem Nasone dicta, Fast. lib. III. v. 350.

Comat virgineas HASTA *recurva comas*,

quæ, ut ibidem jam adnotarunt viri docti, *celibaris hasta* apud Festum, δοράτιον autem apud Plutarchum in Quæst. Rom. dicitur.

V. 23. δὶς ἐξήκοντα διαθρέξασα διαύλως] Unde γυμναζομένη, seu *agonibus gymnicis dedita* a Sophocle, dicto aliquoties apud Athenæum loco l. XV. p. 687, appellata eadem Pallas. Luctæ etiam inventrix habita, & a qua Theseus sit eam edoctus; ut ex Istro referunt veteres Pindari Enarratores Nem. Od. v. p. 374. Hic autem ab alterius agonis laude, seu *diauli* cursus inusitata quadam, & quæ Deam solum decuit celeritate commendatur; qua nempe centum & viginti διαύλως seu ducenta & quadraginta stadia peregisse dicitur Pallas. Quod de Ἱππείᾳ seu *equestri* Minerva, de qua jam ante intelligendum satis liquet. Δίαυλοι enim tum de equestri in veterum in agonibus cursu, quam de pedestri appellati; ut prius patet ex Euripide in Electra v. 824,

ἢ δρομεὺς
Διοσοὺς ΔΙΑΥΛΟΥΣ ΙΠΠΕΙΟΥΣ διήνυσε,
quam cursor bis
Bina stadia equestria conficeret.

Hinc apud Pausaniam l. VI. p. 373. δρόμοι δὲ εἰσὶ τοῦ ἱππίου, μῆκος μὲν, δίαυλοι δύο, *cursus autem sunt equestris agonis, cujus spatium sunt duo diauli*, seu *reciproca curricula*, quatuor nempe stadia. Quibus addo etiam Hippocratem de Vict. Rat. l. II. c. XII. οἱ δὲ δίαυλοι καὶ ἄπειροι ἵππιοι, *cursus autem reciproci & indefiniti equestres*, carnem nempe, ut ibidem ait, minus diffundunt, sed magis extenuant. Haud aliter nempe ac de δολιχοδρόμοις dicit Xenophon Sympos. pag. 877. ὥσπερ οἱ δολιχοδρόμοι τὰ σκέλη μὲν παχύνονται, τοὺς δὲ ὤμους λεπτύνονται, *quemadmodum in agone dulicho dicto, currentibus crura compactiora fiunt, humeri tenuiores*. Neque vero ἵππειος solum, sed ὁπλίτης etiam subinde seu *armatus* cum clypeo *diauli* cursus, & qui Minervam proinde, cujus passim in antiquis monumentis insigne, & qua de re adhuc infra, clypeus, decuit. Constat id ex Pausania l. X. p. 678. ubi Mnesibulus inter alias Olympiacas palmas, eas quoque retulisse dicitur, σταδίου καὶ ΤΟΥ ΣΥΝ ΑΣΠΙΔΙ ΔΙΑΥΛΟΥ, *stadii &* RECIPROCI *cum* CLYPEO CURRICULI seu *diauli*. Adde, quod non clypeis solum armati, sed cristati etiam fuerint *diauli cursores* seu οἱ διαυλοδρομοῦντες, quod egregie rursus Minervæ galeatæ vulgo, & præterea cum haud uno, quod e pri-

scis

ſcis etiam ſignorum aut nummorum monumentis liquet, criſtæ genere, convenit. Ritus vero illius index Ariſtophanes Avib. p. 554.

Ἀλλὰ μέν τοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἔσθ' ἡ 'πὶ τῶν ὀρνέων,
Ἢ πὶ ΤΟΝ ΔΙΑΥΛΟΝ ἦλθον,
Sed tamen, quæ unquam criſtatio eſt in avibus?
An ad diauli curſum (non *duellum*, ut abſurde ibi, ſicut paſſim toto illo dramate & alibi Interpres) *venerint?*

& ad quæ poſtrema verba ἐπὶ τὸν δίαυλον ἦλθον, notant eruditi Interpretes, ἐπεὶ ΟΙ ΔΙΑΥΛΟΔΡΟΜΟΥΝΤΕΣ ΜΕΤ ΟΠΛΩΝ τρέχουσιν, ἔχοντες ΛΟΦΟΝ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, *quandoquidem* DIAULI CURSORES CUM ARMIS *decurrunt*, CRISTAM *ferentes*. Adduntque ibidem, quod ſit δίαυλος, nempe ὁ διττὸν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον, καὶ ὑποστρέψαι, *qui duplicem habet in greſſu curſum, complere ſtadium, & regredi.* Unde etiam de Græcorum ad Trojam itu ac reditu, dixit Æſchylus, Agam. v. 351.

Δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας,
Κάμψαι ΔΙΑΥΛΟΥ θάτερον κῶλον πάλιν.
Opus enim eſt, quo ſalvi domum redeant,
Flectere alterum rurſus DIAULI *actum.*

ſeu reditum continuo parare; ſed quæ e Latini horum verſuum Interpretis verbis haud facile licet adſequi. Quomodo etiam Anaxandrides apud Stobæum Serm. LXXII. pag. 437. de uxore, quæ e paterna domo in mariti ædes, ac inde in domum paternam regredi rurſus cogitat,

Ὁ γὰρ δίαυλός ἐστιν αἰσχύνην ἔχων,
Reciprocum iter hoc nunquam vacat infamia.

interprete illuſtri Grotio, & apud Euripidem Hercul. Fur. v. 1102.

Εὐρυσθέως διαύλον, εἰς ἅδου πάλιν,
Euryſthei reciprocam viam, ad inferos profectus.

Hinc factum etiam obſervo ut δίαυλος, *de freto jactato æſtu fluctuum reciproco*, dicatur apud eundem Tragicum, Troad. v. 435.

Οὐδὴ στενὸν δίαυλον ὤκισται πέτρας,
Ubi anguſtum rupis fretum æſtu reciproco jactatum incolit;

ac unde continuo lux Heſychio, & qui ad eum Euripidis locum procul dubio reſpexit, Διαύλους στενοὺς τόπους, *diaulos anguſta loca*; & inde apud Suidam διαυλωνίζειν explicat Athenæus l. v. p. 189. de loco, qui ex utraque parte ventum admittit. Ad quem præterea dictum modo διαύλου vocis uſum, ſpectat ejuſdem Tragici locus Hecub. v. 29. de Polydori corpore marino æſtu hinc inde jactato,

Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.
Multis reciprocis undarum fluctibus agitatus.

Immo prout eleganter Chryſoſtomus de iis, qui eadem ſubinde repetunt, ait Serm. VI. in 1. Corinth. pag. 274. T. III. μακροὺς ἐλιττόντες ΔΙΑΥΛΟΥΣ λόγων, *magnos circumvolventes reciprocos*, ſeu *iteratos ſermones.* Hinc autem διστάδιος, ſeu *duplicis ſtadii*, in itu nempe & reditu, dictus δίαυλος a Comici Enarratoribus adducto ante loco Avib. p. 555; ac præterea, ſicuti etiam apud Suidam, menſuræ ſeu longitu-

dinis ducentorum cubitorum. Apud Hesychium vero legitur tantum hodie *δίαυλος, μέτρον πηχῶν, diaulus, mensura cubitorum*, omissa nempe nota numerali, pro qua non σ, juxta Suidam, seu *ducentos* sed ω seu *octingentos cubitos* legi debere contendit eruditissimus Palmerius. Idque inde, quod ipse Suidas alibi definiat stadium, pedum sexcentorum: cubitus autem mensura sit unius pedis & semis: atque ita diaulos, seu duplicatum stadium, efficiat cubitos octingentos. In eodem tamen luto cum Suida hærent, ut jam innui, Comici Enarratores, dicto ante loco Avib. p. 558. ubi *δίαυλος* itidem *μέτρον πήχεων σ, mensura cubitorum ducentorum*, traditur. Ut mittam Phavorinum, qui mutilum hic Hesychii locum supplet, & ne in numerali littera mendum latere apud eum putes, scribit. *Δίαυλος, μέτρον πήχεων διακοσίων. Diaulos, mensura ducentorum cubitorum.* Quibus tamen in numeris, quin error equidem lateat, dubitare utique non licet; unde alibi apud eundem Phavorinum legas, *στάδιον, πήχεων τριακοσίων διάστημα, stadium cubitorum trecentorum intervallum*; atque ita *diaulos*, seu duplicatum *stadium*, foret cubitorum sexcentorum; & in Hesychio proinde supplendum, *δίαυλος, μέτρων πήχεων χ, diaulos, mensura cubitorum sexcentorum.* Nec obstaret quod *cubitus* tradatur vulgo mensura pedis & semis; quum & duorum pedum, pro vario nempe gentium ea in re, aut vero majoris minorisve cubiti discrimine, fuerit dictus, uti apud eundem Suidam, *πῆχος ἔχει πόδας β, cubitus habet duos pedes.* Illud vero obiter hic notandum, stadia apud Græcos, & inter cætera illud, quod erat in Olympia, habita vulgo sexcentorum pedum, ita tamen ut stadium Olympiacum sicut aperte id tradit Gellius l. 1. c. 1. reliquis fuerit longius; quod nempe Hercules pedibus suis, qui aliorum excedebant mensuram, foret illud metatus. Unde sequitur ut *diaulos* Olympiacus, seu duplicatum illud stadium fuerit mille & ducentorum pedum Herculaneorum; & qui proinde mille & ducentos pedes ordinarios seu Atticos, & magis adhuc Romanos, quorum pes semuncia erat minor, excederent. Alia autem erat ratio *diauli* Pythici, ubi stadium juxta Censorinum cap. XIII. erat pedum mille, & *diaulus* proinde pedum duorum millium, ni ibi Censorinus mendo etiam laboret in numero per CIↃ seu *mille*, obvio forte & facili lapsu pro DC signato. Præter Olympicum enim, *cætera quoque stadia in Græcia pedum fuisse numero sexcentorum, sed tamen aliquantulum breviora*, aperte tradit dicto ante loco Gellius. Adeo, ut quum *centum & viginti diaulos confecisse* dicitur hic Minerva, intelligantur *stadia ducenta & quadragena*; passuum autem, juxta communem Græcorum calculum, viginti octo millia & octingenta. Cur autem illum tot cursuum numerum, *centum* nempe & *viginti diaulos*, *δὶς ἑξήκοντα διαύλως*, confecisse Minervam hic dicat Callimachus, inde videtur posse illustrari, quod Plato de Legib. l. VIII. p. 833. agens de diversis illis agonisticis cursorum generibus, dicat, *πρῶτος δὲ εἴσεισιν τὸ στάδιον ἀμιλλησόμενος σὺν τοῖς ὅπλοις· δεύτερος δὲ, ὁ τὸν δίαυλον· καὶ τρίτος, ὁ τὸν ἐφίππιον· καὶ δὴ καὶ τέταρτος, ὁ τὸν δόλιχον· καὶ πεμπτὸς δὲ, ὃν ἀφήσομεν πρῶτον ὁπλισμένον*, ΕΞΗΚΟΝΤΑ *μὲν* ΣΤΑΔΙΩΝ

ΜΗ-

ΜΗΚΟΣ, πρὸς ἱερὸν Ἄρεός τι, *primus itaque in stadium prodeat cum armis decertaturus* (seu *armatus cursor*) *secundus vero, qui diaulon* seu *stadium cursu iterat; tertius, qui equestrem cursum conficit; quartus etiam, qui dolichum*, seu *longius curriculum decurrit; quintus autem, quem primo armatum dimittemus* IN SEXAGINTA STADIORUM *longitudinem, ad aliquod Martis fanum.* Ut proinde haud mirum videri debeat, si ab equestri ac bellatrice Dea longe adhuc majorem stadiorum numerum, seu δὶς ἑξήκοντα διαύλως, *bis sexaginta diaulos* confectos hic dicat Callimachus. Ex iisdem vero, de quibus paullo ante, Comici Enarratoribus Avib. p. 555. desumpta sunt, quæ de octo agonum apud Græcos generibus adtulit in Notis ad hunc locum Anna laudatissima. Ubi tamen illud constat, στάδιον, δίαυλον, δόλιχον, & ὁπλίτην, de uno, sed illius, uti e Platone modo etiam vidimus, multiplicis cursus agone dicta; ac præterea δίαυλον subinde etiam ὁπλίτην seu *armatum*, uti paullo ante vidimus, exstitisse, ut eum quoque ibidem vocant eruditi illi Critici. Distincta alioquin eadem cursuum genera, δίαυλον nempe & ὁπλίτην, præter alia docent Pindari Enarratores Olymp. Od. XIII. Δίαυλον, καὶ ὁπλιτικὸν δρόμον, καὶ στάδιον, *diaulon, & armatum cursum, & stadium*; ac Pindari etiam diversa inscripta ἐπινίκια, ut Hippocleæ διαυλοδρόμῳ, *diaulo cursori* Od. Pyth. X. Quæ præcesserat autem, Telesicrati ὁπλιτοδρόμῳ, *armato cursori.* Unde eadem quatuor aut quinque etiam cursuum genera distinxit adductis paullo ante verbis Plato, δολιχοῦ quidem cursus, de quo ibidem, & cujus ut alia nunc mittam, facta obiter a nostro Battiade mentio in Epigrammate, quod jam in prioribus hujus Poetæ editionibus comparet n. XVI. Ab Eustathio vero Iliados V. v. 1320. commemorantur cursus in agonibus veterum *genera, diaulos, dolichus, quadrigæ, bigæ,* & *celes*, seu, ut ille, εἴδη δὲ δρόμου δίαυλος, δόλιχος, τέθριππος, ἀπήνη, κέλης, ubi stadii rursus omissam mentionem videas (qui nempe cursus *diaulo*, dimidio, & *dolicho* longe adhuc erat brevior) ac præterea ὁπλίτου seu ὁπλιτικοῦ δρόμου, *armati cursus*, quem a prioribus subinde diversum etiam fuisse, jam paullo ante e Platone ac Pindaro vidimus, & aliunde constat. *Diaulon* autem seu stadii cursum & recursum, de quo hic Poeta, Olympiade decima quinta primum in Olympiacos agones inductum, eoque victorem exstitisse Hypenum Pisæum tradit Pausanias l. v. p. 301. Verum plura hujus generis, quæ intacta nobis reliquerunt, aut non satis accurate expenderunt eruditi alioquin rei gymnasticæ seu agonisticæ scriptores hic mitto; & de quibus alibi forte opportunior adhuc agendi erit locus. Vox autem, ut id obiter addam, quam adhibet hic Callimachus, de eo *diauli* cursu διαθρέξατα, occurrit quoque Anthol. lib. VII. Ep. LVIII. τῆλε διαθράξομεν, ὅποι σθένος, *procul accurremus, ubi facultas erit.*

V. 24. παρ' Εὐρώτα τοὶ Λακεδαιμόνιοι Ἀστέρες] Quos nempe Λακεδαιμονίους δὺ ἀδελφοὺς, *Lacedæmoniorum geminos fratres vocat* Theocritus Idyll. XXII. v. 56. quique etiam *pileati fratres*, uti eos indigitat Catullus Carm. XXXVIII. occurrunt, cum alibi sæpius, tum in antiquis Hadriani & M. Aure-

Aurelii nummis Cimeliarchii Gallorum Regii, cum inscr. ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙ. Quamquam de horum Dioscurorum natalibus disceptasse cum Lacedæmoniis Messenios, tradat Pausanias lib. III. p. 213. & IV. p. 276. Laconibus tamen accenseri, ut vulgo notum, soliti iidem Castores; immo Σιοὶ, h. e. Θεοὶ ab iis κατ' ἐξοχὴν, Spartana dialecto, nuncupati; ac unde Laconicum juramentum, Ναὶ τὼ Σιώ, seu *per Dioscuros*, haud semel apud Aristophanem legitur, sicut de Pace p. 637. & idem a Lacæna muliere prolatum, Lysistr. p. 842. Unde & pileos, tanquam Spartanæ nobilitatis insigne, iisdem tributos ad Catullum observat vir rara eruditione Is. Vossius; & præterea ex iisdem pileis, instar dimidiati ovi putaminis, confictam videri fabulam, natalium nempe Castoris & Pollucis ex ovo dissecto. Quamquam, ut obiter hoc dicam, pileata id genus apud Eleuhtero-Laconas simulacra, incertum an Dioscurorum, an Corybantum dici debeant, moneat Pausanias l. III. p. 210; & præterea non pileati solum, sed galeati subinde occurrant Castores in nummis antiquis, ac unde Castor χαλκεομίτρας apud Pindarum dicatur Nem. Od. X. ultimo versu. Accedit, quod vulgo pileatos in bello Laconas exstitisse, e Thucydide liquet l. IV. p. 276: quod ab aliis de loricæ tegmine pectori appositio; ab aliis de operculo capitis dictum, monent ibidem veteres Critici. Ut mittam denique, quod nec alia sit horum pileorum, qui Dioscuris vulgo, in antiquis monumentis tribuuntur, quam pileati Vulcani, aut similium in aliis veteribus nummis effigies, ut vel e sequenti eorundem schemate fiet continuo liquidum; quorum prius pileatum *Vulcanum* in veteri *Lemniorum* nummo, alterum *Locrorum Ozolarum*, Dioscuros cum pileis & supra impositas stellas, seu *Lacedæmonia*, de quibus hic Callimachus, sidera exhibet.



Cum duabus utique stellis iidem Castores præter pileos, in nummis aliisve monumentis antiquis vulgo, ut notum, conspicui; nempe, ut eos vocat Valer. Flaccus Argon. lib. V. vers. 361. ASTROQUE *comantes Tyndaridæ*. Lycophron autem eosdem innuens p. 89.

Αδη τοὺς ΑΣΤΡΩΝ κλίμακας φάσει δέμων,
Τοῖς ἡμιθνήτοις διπλόχοις Λαπερσίοις,

Id

Id quod AD ASTRORUM *gradus muniet viam*
Semideis geminis Laperſiis.

Unde Dioſcuros Ἀνακας, διὰ τὴν ΑΣΤΕΡΩΝ ἐπιφάνειαν, *propter* STELLARUM *ortum*, ab Athenienſibus dictos tradit Plutarchus in Theſeo; quamquam eos Athenienſium Ἀνακας, ad alios Dioſcuros, quam Tyndaridas a Cicerone aliiſque trahi haud ignorem. De hiſce autem gemellis *Lacedæmoniis ſideribus*, ut trita alia hic mittam, audiendus eſt S. Empiricus qui adv. Mathem. p. 315. iiſdem duo hæmiſphæria, quod ſuper terram, & quod ſub terra, priſcos ſapientes denotaſſe contendit, ſeu ut ibidem addit, πίλας τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, ἢ ἐπὶ τέτοις ΑΣΤΕΡΑΣ, οἰνιοστόμους τὴν τῶν Ημισφαιρίων κατασκευὴν, *pileoſque iis imponunt & ſuper eos* STELLAS; *tacite innuentes conſtitutiones Hemiſphæriorum.* Apud Galenum vero, ſeu verius Plutarchum, Hiſtor. Philoſ. cap. XIII. & ſimiliter de placitis Philoſ. lib. II. cap. XVIII. Hiſtor. Philoſ. περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων Διοσκόρων, *de ſtellis dictis Dioſcuris* occurrit lemma, & de quibus continuo dicitur a Xenophane tradi τὰς ἐπὶ τῶν πλοίων φαινομένας, εἶτα ΑΣΤΕΡΑΣ, *quæ veluti* STELLÆ *ſupra navigia* (quæ poſtrema vox omiſſa in poſtrema Hippocratis & Galeni editione Pariſienſi) *apparent*, nubem eſſe ut additur, *quæ certo quodam motu agitata reſplendeat* &c. Salutares nempe, ut vulgo notum, habitæ eædem navigantibus ſtellæ, ſeu de quibus gemellis Horatius l. I. Od. XII. *quorum ſimul alba Nautis ſtella refulſit*; nempe *ſtella* ibi pro *ſtellæ*, ſeu δίδυμοι, ut viderunt Interpretes, ac unde Helena, juxta illos fratres Tyndaridas, in cœlo itidem ναυτίλοις σωτήριος, *nautis ſalutaris*, evaſiſſe dicitur apud Euripidem in Oreſte v. 1640. Immo quæ adducta Sexti & Galeni ea de re loca, aperte ante oculos ponunt & egregie illuſtrant veteres nummi, ſicuti ſequens a Phocæenſibus cuſus, in quibus non duo pilei ſolum, uti paullo ante in Locrorum nummo, pro conſuetis Caſtorum ſymbolis ſed iidem inſuper pilei cum duabus ſuperimpoſitis ſtellis ſupra navigium ſeu ejus proram conſpiciuntur, cum inſcr. ΦΩΚΑΙΕΩΝ, *Phocæenſium*, in anteriori autem parte caput turritum cum inſcr. ΦΩΚΕΑ, prout nempe eundem nummum protulit Cl. Sponius Itin. P. III.



De nummi inſcriptione ΦΩΚΕΑ, in prima nummi area, (non ΦΩΚΑΙΑ, uti vulgo urbs illa Ioniæ dicta & incolæ ΦΩΚΑΕΙΣ, aut ut in hoc

hoc nummo ΦΩΚΑΙΕΙΣ *Phocæenſes* non *Phocenſes*) & qualem præferunt ſimiliter alii ejuſdem urbis nummi jam hic agendi non eſt locus; & poterit alibi opportunius, aut in addendis ad haſce Obſervationes ſeorſim moneri. Dioſcuros vero ſeu *Lacedæmonia*, de quibus hic agit Callimachus, & quæ in hoc *Phocæenſium* nummo ſatis aperte comparent *ſidera*, mirum non in eodem agnoviſſe doctiſſimum Hollſtenium; qui ſimilem plane nummum a ſe apud Fr. Gottifredi viſum, ad Stephanum in voce Φώκεα memorat, & cujus averſæ partis typum, de *navi* ſupra quam *duo monticelli* (qui duo nempe noti Caſtorum pilei) *in quorum vertice duæ ſtellæ*, nulla gemellorum Caſtorum, quos illæ tamen omnino innuunt, mentione facta, demum explicat. Idem tamen paullo ante Caſtorem & Pollucem ſub aliis ſymbolis, ut equorum nempe domitores in alio eorundem *Phocæenſium* nummo ſub Philippo Jun. cuſo ſignari meminerat. Quibus addi poteſt alius adhuc & antiquus horum *Phocæenſium* nummus, in quo iidem Caſtores cum haſtis & clypeis ſtantes depinguntur, & cum inſcr. ΦΩ. CTPA. ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΑCΚΑΗ. Β. *Phocæenſium Prætore Heraclide Aſclepiade Bis.* Quod vero hic a Callimacho dicitur inſtar horum *ſiderum Lacedæmoniorum* ſeu Dioſcurorum *ad Eurotam* πὰρ Εὐρώτα Spartæ, ut notum fluvium, confeciſſe Minervam memoratos illos ſuperiori nota centum & viginti diauli curſus, inde facile ex illo Propertii loco lucem fœnerantur, quem opportune huc adtulit Friſchlinus. Adde id quod de iis ait chorus Laconum apud Ariſtophanem Lyſiſtr. p. 913.

Τυνδαρίδας τ' ἀγαστὰς, τοὶ δὴ ΠΑΡ ΕΥΡΩΤΑΝ ΨΙΑΔΟΝΤΙ
Tyndaridaſque bonos, qui PROPTER EUROTAM VACANT LUDIS;

& Statius Achill. l. 1. v. 180.

EUROTÆ *qualis vada* CASTOR *anhelo*
Intrat equo feſſumque SUI *jubar excitat* ASTRI.

Quibus accedit inſuper illud Pindari de iiſdem athleticorum agonum antiſtitibus Dioſcuris Nem. Od. x. p. 422.

ἐ θαῦμα σφίσιν
Ἐγχυὲς ἔμμεν ἀεθλη-
ταῖς ἀγαθοῖσιν, ἐπεὶ
Εὐρύχωρος ΤΑΜΙΑΙ ΣΠΑΡΤΑΣ ΑΓΩΝΩΝ.
Non mirum, ſi inſitum
A natura habeant, ut ſint ATHLETÆ *boni, quoniam*
PRÆSIDES AGONUM *ſpatioſæ* SPARTÆ.

Sortem eorum, quod addit continuo Lyricus, cum Mercurio & Hercule regunt. Ἀγώνιοι nempe vel Ἐναγώνιοι, Ἔφοροι, ſeu agonum apud Græcos Præſides & Curatores veluti, vulgo habiti iidem Dii, Mercurius, Hercules, Dioſcuri; quibus etiam aræ, ſimulacra, fana in ſtadii Olympiaci ingreſſu, aut alibi in Græcorum Gymnaſiis erigi ſolita; & quibus additur ſubinde Apollo, aut vero teſte Athenæo l. x. p. 561, Cupido. Unde a Pindari, ad dictum modo locum, Enarratoribus dicuntur

tur iidem Caſtores Ἐπόπται γάρ εἰσι τῶν Ἀγώνων ἤτοι, *certaminum ſunt enim illi inſpectores.* Immo hic juxta Pauſaniam l. III. p. 187. Ἀφετήριοι Spartæ culti iidem Dioſcuri, a loco nempe, e quo emittebantur curſores in Græcorum agonibus, vulgo ἄφεσις, ut aliunde notum, dicto. E quibus vero haud exigua lux, ut opinor, accedit iis, quæ hic a Callimacho, de pluribus illis a Minerva *diaulis* ſeu reciprocis curſibus, ad inſtar Caſtorum, ad Eurotam peractis dicitur. Quibus addere inſuper liceat Διοσκόεια apud Cyrenæos, Lacedæmoniorum nempe, *quorum iidem traduces, (& qua de re ſupra ad Hym. in Apoll. ac obiter ad I. v. hujus Hymni actum) exemplo, magno ſtudio celebrata;* ut id docent veteres ad Pindarum Critici Pyth. Od. V. p. 269. ὅτι ἐπιφανῶς ἄγουσι Κυρηναῖοι ΤΑ ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑ, Βάττε πρώτε καταδείξαντος τὴν εὐχὴν, *quod Cyrenei eximie* DIOSCURIA *celebrarent, Batto primo ſolemnes eam in rem preces iis tradente.* Cujuſmodi nempe Διοσκόεια a *Lacedæmoniis* itidem peracta, liquet abunde ex narratione quæ apud Pauſaniam legitur lib. IV. pag. 166. & quam jam notavit eruditiſſimus Meurſius in Græcia Feriata. Adde hinc inſuper veterem neque obvium, ut ad alios quoque emanaſſe ſimilis feſti ritum conſtet, Domitiæ nummum, in quo Juppiter Φιλαλήθης, Laodicenſium, ut aliunde, conſtat, Deus, ſtans cum aquila conſpicitur & inſcript. ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, *Dioſcuria Laodicenſium.*



V. 25. ἐτρίψατο] Propria nempe palæſtræ olim vocabula, τρίβειν, & inde τρῖψις, ἀνάτριψις, de *frictione* athletarum *cum oleo*, ſeu τὸ μετ' ἐλαίου τρίβειν, uti apud Galenum ſæpius, & quod a Minerva itidem factum dicitur; peractis nempe tot diauli, quos memoraverat Poeta, curſibus. Unde παιδοτρίβαι etiam dicti, quibus hoc in Gymnaſiis munus, fricare nempe adoleſcentes oleo, incumbebat, idque cum ante, tum poſt exercitia athletica, ſicut id monet Galenus Simpl. Medicam. Facult. lib. II. c. IV. & quidem faſciis, dum fricabantur athletæ, ſeu ἄμματα circa lumbos aut ventrem adhibitis; prout id ab eodem Auctore traditur de Sanit. Tuend. l. II. c. XI. & l. III. c. II. Quod vero ille capite ſequenti & cap. XI. ejuſdem libri, ac alibi rurſus, ſicut ad Thraſybul. & ad Hippocrat. de Articul. p. 588. ed. Fœſii tangit, ἀνάτριψιν apud veteres, τρῖψιν vero apud recentiores, de ejuſmodi *frictione* dictam, *caute utique* debet intelligi: quum ea τρῖψις voce eandem in

rem

rem usus sit haud semel Hippocrates, sicut, ut observo, de Insomn. c. IV. τρίψις δὲ μὴ ἔστω, μηδὲ πάλη, *frictio vero ne adsit, neque lucta*, & de Vict. Rat. Sanit. l. II. c. XI. πάλη δὲ καὶ τρίψις, *lucta autem & frictio*; mox τρίψις ἐλαίου ἐν ὕδατι, *frictio aquæ cum oleo*, nempe ὑδρελαίου, quod subinde etiam in athleticis illis *frictionibus*, seu oleum cum lavacro aquæ dulcis mixtum, adhibebatur, & quod lassitudinibus magis conducere, quam solam aquam, testatur Galenus Simpl. Medic. Facult. l. II. c. IV. & X. idemque ab antiquis χυτλῶσαι dictum adserit c. XXV. ejusdem libri, quod obiter jam ante monui ad verbum χυτλώσαιτο v. 17. Hym. in Jovem.

Ibid. λιτὰ λαβοῖσα χρίματα] Idque etiam juxta palæstræ leges ac ritus quibus vulgo receptum, ut quovis obvio, eoque *simplici oleo*, non mixto, ungerentur athletæ. Id docet itidem Galenus dicto libro II. Simpl. Medic. Facult. c. VI. ὥσθ' ὅτε μὲν ἐλαίῳ συνήθως τρίβεταί τις, ὥσπερ οἱ γυμναστικοὶ πάντες, ΕΝ ΕΛΑΙΩ ΜΟΝΩ ΤΡΙΒΕΤΑΙ, πάσης ἄνωθεν τῆς ποιότητος ἔξωθεν, *quapropter quum quis ex more oleo fricatur, sicut omnes athletæ*, IN SOLO FRICATUR OLEO; *quod nimirum absque omni sit aliena qualitate*; & rursus circa finem ejusdem capitis, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τοὺς παῖδας οἱ παιδοτρίβαι ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΙΤΥΧΟΝ ΕΛΑΙΟΝ ΑΝΑΤΡΙΒΟΥΣΙΝ, οὔτε προθερμήναντες ἐπὶ πυρὸς, οὔτε προψύξαντες ἐπὶ χίονος, *sicuti puto, & pædotribæ pueros* QUOLIBET OBVIO OLEO FRICANT, *ne utique aut igne excalefacto, aut in nive refrigerato.* Quod proinde alienum ab illius veteris scriptoris verbis, quæ ab Eustathio adducuntur Odyss. Z. p. 1560, ut probet magni pretii oleo usos subinde etiam veteres, nempe ἀλειφόμενοι δὲ ἐλαίῳ πολυτελεῖ καὶ μύροις, *uncti autem oleo pretioso & unguentis*, non proinde *simplici* & impermixto, ut hic Minerva, *oleo*.

V. 26. τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς] Prout etiam de iisdem oleis, ut *proprio*, quod hic legitur, Minervæ *seminario* seu *plantatione*, a Marone dictum Georg. l. II. v. 181.

PALLADIA *gaudent* SILVA *vivacis* OLIVÆ.

ac inde *arbor Palladia*, ac *Palladis ramus* de olea a Silio Italico dicitur lib. I. & III. Φυταλία nempe idem, quod vulgo Gallis *plantage* aut *pepiniere*, ac inde pro *vinea*, quam ipse plantaverat, a Juliano Imp. adhibita Epist. XLVI. ΦΥΤΑΛΙΑ βραχεῖα φέρουσα οἶνον εὐώδη καὶ ἡδὺν, *parva quædam* VINEA, *quæ vinum odoriferum fert ac suave*; immo similiter de *plantatione vitis* ab eodem Orat. III. pag. 232. ubi haud gratum dicit esse agricolam, ὃς καταφυτεύειν μὲν ΤΗΝ ΦΥΤΑΛΙΑΝ ἀρχόμενος, κλήματα ἤτει παρὰ τῶν γειτόνων, εἶτα ἐκτρέφων τὰς ἀμπέλους, *qui seminarium quidem plantare adgressus, vitigeros surculos a vicinis petit; hinc ubi vineas excitare cœpit* &c. Quomodo etiam eandem vocem φυταλιᾶς apud Homerum de *solo vitibus consito*, ἀμπελοφύτου γῆς, explicant veteres Critici Iliad. M. v. 314. ubi καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, *amœnum vitibus & arvis* frugiferis solum, ac alibi dicitur; & quam alioquin φυταλιῆς vocem, de κήποις seu *viridariis* & *arboretis* vulgo reddunt Grammaci ac Latini Poetæ Interpretes. Unde hic de *olea* seu *satione oleæ*, φυ-

ταλιᾶς seu φυταλιῆς dixit Callimachus; quæ nempe in Palladis arce apud Athenienses primum nata, eaque nunquam marcescens, apud Euripidem dicitur in Jone v. 1434.

Ἥν πρῶτ' Ἀθήνας σκόπελος εἰσηνέγκατο,

Quam primum edidit Minervæ arx seu *scopulus*;

ac ubi de corona ex eadem olea nato Joni a Creusa matre imposita traditur, *eam, si adhuc supersit, nondum amisisse folia virentia*,

Θάλλει δὲ ἐλαίας ἐξ' ἀκηράτου γεγώς,

Sed viret, cum ex non marcescente olea sit facta.

Alibi vero apud eundem Tragicum nempe Troad. v. 799. dicitur virentis oleæ ramum, in Salamine Insula, Minervæ primo ostensum, e quo cœlestis ejus corona, Athenarum mox decus evaserit. Præter enim Minervæ in arce *oleam*, dictæ etiam Athenis μορίαι, de *sacris oleis* prope Academiam, unde oleum in Panathenæis, celeberrimo maximeque solemni hujus Deæ festo, desumptum, juxta veteres Criticos ad Aristoph. Nub. p. 181. De *oleo* vero, seu fructu virentis semper oleæ, dixerat jam ante Æschylus Pers. v. 618.

Τῆς τ' αἰὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης βίον

Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα.

Et in foliis semper germinantis vitam

Flavæ oleæ fructus fragrans adest.

Quamquam ἔλαιον seu *oleum* proprie quidem, ut hoc loco, de eo quod ex *olea*; per metaphoram tamen de alterius generis *oleo* etiam dictum, observet Galenus de Simpl. Medicam. Facult. l. II. c. VII.

V. 27. Τὸ δὲ ἔρευθος ἀνέδραμε πρῴϊον] Bene hic elegantissimum Politianum redarguit Anna præstantissima, qui τὸ πρῴϊον ad ῥόδον, quod proxime sequitur, retulerat, aliumque inde huic loco sensum præter claram Poetæ mentem, indiderat. Et cui non dictus *rubor* Auroræ *matutinus?*

V. 28. σίβδης κόκκος] Σίβδης nempe Æolice, seu Dorum etiam more, pro σίδης haud aliter ac μέμβλετο dixit Apollonius l. IV. v. 470. & Oppianus ἐμέμβλετο Κυνηγ. l. IV. v. 282. pro ἐμέλετο. Sic ἔβα pro ἔα, ἐμβραμένη apud Hesychium pro εἰμαρμένη, & quod apud Pamphylios usitatum notant Grammatici, ut ἀέλιος, βαβέλιος· φάος, φάβος &c. Σίδην autem a Bœotis dictam, quæ Atticis ῥοά, & inde iis adjudicatum oppidum Σίδας dictum, in quo magnus erat hujus mali punici proventus, ex Agatharchide notat Athenæus l. XIV. p. 650. Σίδην vero, non de *malo* solum *punico*, sed de *planta* etiam dictam in lacu Orchomenio apud Bœotos proveniente, notat Theophrastus H. Pl. l. IV. c. XI. & quidem de qua ait ibidem, ΤΟΥΣ ΚΟΚΚΟΥΣ ΕΡΥΘΡΟΥΣ μὲν ΕΧΕΙ, *grana quidem rubra habet.* Quod inde itidem a veteri ac erudito Nicandri Enarratore traditur ad Theriac. p. 63. ΕΧΕΙ δὲ ΚΟΚΚΟΥΣ ΕΡΥΘΡΟΥΣ ὁμοίους ΡΟΙΑΣ, στρογγυλοτέρους δὲ, *grana autem habet rubra instar mali punici, sed rotundiora.* Unde quod hic a Callimacho, tale ἔρευθος πρῴϊον, seu *rubor matutinus* dicitur, qualis σίβδης seu σίδης κόκκος, non adeo de *mali punici* cum elegantissimo Politiano, quam de

plantæ hujus σίδης κόκκοις ἐρυθροῖς *rubris* itidem *granis* dici similiter videtur; ac inde etiam eadem hic cum alterius plantæ seu floris genere, rosa nempe conjuncta, ἢ Ρόδον ἢ ΣΙΒΔΗΣ ΚΟΚΚΟΣ ΕΧΕΙ χρόϊαν. Quamquam & mali punici, σίδης itidem, seu τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους dici liqueat; quorumque ejus, ut observat Clemens in Protrept. pag. 12. in Thesmophoriis fuerit prohibitus, sicuti etiam in sacris Eleusiniis, juxta Porphyrium περ' Αποχ. l. IV. p. 402. Non item in Junonis, cui Deæ hanc plantam provenire tradit Philostratus v. Apoll. l. IV. c. IX, aut in Mercurii sacris, cui *mala punica* consecrata & addita ejus rei ratione, tradit idem Clemens Strom. l. VI. p. 679.

V. 29. ἄρσεν T. K. μοῦνον ἔλαιον] *Solum* nempe *oleum*, seu simplex, non mixtum, uti ea de re jam ante, & quo Castor, ut continuo addit, ac Hercules, Αγώνιοι nempe, quod supra vidimus, seu Αθλητῆρες Dii, ungebantur. Ideo etiam ἄρσεν seu *masculum* hic appellatur, non ideo solum, (uti hoc unum huc adtulit vir doctus, & ab hoc loco alienum) quod arbores darentur utriusque sexus, atque eo sensu *mares oleas* dixerit Ovidius Fast. IV. v. 545. Verum ibi *maris rores* legi in veteribus libris, & de thuris foliis id a Nasone dici, notarunt jam ad eundem viri docti. Immo prout jam ante, quod ab eodem viro erudito aliisve, qui hunc Battiadem illustrarunt, adverti merebatur, a moribundo Hercule apud Sophoclem dictum Trachin. v. 1213.

πολλὸν δὲ ΑΡΣΕΝ' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ
Ἄγριον ΕΛΑΙΟΝ, σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν,
multas autem MARES *secantem*
Silvestres OLEAS, in eas *corpus meum injicere*;

ac ubi præterea ἔλαιον pro ἔλαια, *oleum* pro *olea* dicitur. *Masculum* vero *oleum* similiter hic dictum, & quidem quod ejus solemnis esset in virilibus seu athleticis veterum exercitationibus usus; ac unde eodem oleo lassitudinem athletis auferri, emolliri artus, atque ita novum robur iisdem conciliari crederetur: prout id pluribus nec uno loco tangit Galenus, ut de Sanit. Tuend. l. II. c. XII, & Simpl. Medicam. Facult. l. II. c. IV. VI. XVIII. Sic κτύπος ἄρσην a Sophocle dictus Philoct. vers. 1489, h. e. juxta Criticos ibidem, ἰσχυρὸς, nempe *fragor validus*: & a Nicandro Alexiph. p. 161. πολίοιο ἄρσενος, *de polio masculo*, quod montano nempe alterius generis polio, magis quidem fruticoso, sed debiliori, ut de eo ait Dioscorides l. III. c CXXIV, validius; uti in genere de *masculis* arboribus præ femineis id observat Theophrastus H. Pl. lib. V. c. V, quique alibi *polium* in genere ad omnem rem utile, ab Hesiodo & Musæo jam olim traditum memorat, H. Pl. l. IX. c. XXI. Ita ἄρσεν ἔλαιον seu *masculum oleum* hic appellatum, quo fricantur & simul validiores redduntur athletæ; ac unde etiam ejusmodi frictio cum oleo, cum ante exercitia athletica, quod ante innui, adhibita, eaque τρίψις seu ἀνάτριψις παρασκευαστικὴ, *frictio præparatoria* dicta; tum vero alia ἀποθεραπεία appellata, seu τὸ μετὰ τῆς γυμνασίας μέρος τῆς τρίψεως, *apotherapeja, quæ post exercitia pars frictionis* dicebatur, eodem Galeno teste de Sanit. Tuend. l. II. c. IV. & VII. Unde alibi idem Archidamum refellit,

lit, a quo prælata fuerat frictio sine oleo, quod durescere scilicet & uri cutem oleo unctam crediderit: ac præterea, ut ex eodem refert cap. IX. dicti modo libri, & simul redarguit, quod inæqualis foret ex oleo frictio, ὀλισθαινεσῶν τῶν χειρῶν, *manibus lubricis labentibus*. Quamquam & idem Galenus alibi observet, nempe ejusdem libri II. Simpl. Medicam. Facult. cap. III, frictionum athleticarum haud unam olim exstitisse speciem; aliam cum copioso oleo, quæ *ficca* nempe *frictio* seu ξηρὰ, ut ab eodem alio loco dicitur, idque vel manibus tantum, vel etiam cum pulvere, vel per linteum. Ab Essenis quidem Judæis turpe olim habitum, oleo ungi, prout id cum a Josepho traditur, Αλωσ. lib. II. c. VII, tum a Porphyrio περ. Αποχ. l. IV. p. 383.

V. 31. ὅσσετε καὶ κλένα οἱ παγχρύσεον] Quod alioquin de Veneris in ornanda coma studio dixerat Apollonius lib. III. v. 46. κόσμει χρυσείῃ ἀμφὶ κεφαλῇ, AUREO *comam digerebat* PECTINE, prout nempe *aureâ* omnia dicta vulgo Dearum apud Poetas indumenta, arma, ornatus, insignia vel instrumenta; immo Deæ ipsæ sicut Latona supra Hymn. in Apoll. v. 39. & hæc Minerva aurata apud Valerium Flaccum appellatur l. VIII. v. 203.

Hæserat aurata genibus Medæa Minervâ.

Quamquam *eburneo* etiam *pectine* depexam Veneris comam (ac unde, & ex adducto ante ad vers. 21. Apuleji loco, ex *ebore* olim, ut adhuc hodie, *pectines* in mundo muliebri exstitisse liquet) tradat Claudianus de Nupt. Honor. &c. v. 102.

hæc morsu numerosi dentis EBURNO,
Multifidum discrimen arat:

ac similiter de Isidis comitibus seu ornatricibus, Apulejus Metam. l. XI, *& quæ* PECTINES EBURNEOS *ferentes gestu brachiorum flexuque digitorum ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent*. Hinc de compto muliebriter Paride Horatius l. I. od. XV.

Nequicquam VENERIS *præsidio ferox*,
PECTES CÆSARIEM.

Unde etiam suam, pro feminarum nempe more ac indole, pexam cæsariem, fratris Orestis, palæstræ exercitiis dediti, duris & impexis capillis seu ἀψήκτοις (quales vocat Apollonius lib. III. v. 579.) opponens apud Euripidem Electra in cognomine dramate v. 329. ὁ δ' (nempe quod ante dixerat, χαίτης πλόκος) κτενισμοῖς θῆλυς, *hic autem comæ meæ cirrus, crebro eam pectendo femineus* seu *mollis evasit*. Haud aliter ac Achillem antea virilibus & gymnicis itidem studiis distentum, ad molliorem vitam traducere volens mater Thetis, inter alia dicitur apud Statium Achill. l. I. v. 128. *& implexos certo domat ordine crines*; prout de Hadriano ait Spartianus cap. XXVI. *forma comptus, flexo ad pectinem capillo*. Quam proinde ut feminarum propriam ac viris indignam pectendæ nempe & componendæ ad speculum comæ curam, in viris continuo redarguit eruditissimus Clemens Alex. iisque verbis, quæ ut idem sæpe alibi, adductum Euripidis ea de re locum videntur ante oculos habuisse, & quomodo eadem legi debent Pædag. lib. III. cap. III. Καὶ ΤΟΥΣ

ΔΙΑΚΤΗΝΙΣΜΟΥΣ αὐτῶν τοὺς ΘΗΛΥΔΡΙΩΔΕΙΣ μεταθέον, *& quorum* PEXUS FEMINEI *sunt prætermittendi.* Quibus gemina idem addit, ἄνδρα δὲ ὄντα ΚΤΕΝΙΖΕΣΘΑΙ καὶ ἀποκείρεσθαι ξυρῷ πρὸς εὐπρέπειαν, καὶ πρὸς τὸ ἔσοπτρον διατιθέμενον τὰς τρίχας &c. ΠΩΣ ΟΥ ΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝ, *virum autem* PECTI *& tonderi ad formæ cultum & crines componentem ad speculum &c.* NONNE EST *plane* MULIEBRE? Unde ut alienum hoc in masculo & neglecto Palladis, de quo modo egerat Poeta, quique Venerem magis deceret, cultu, illud pectendæ comæ studium abesse etiam debuisse, posset quis haud vane contendere. Verum ad receptum illum in solemnibus veterum festis ac pompis morem hic respicit Callimachus, juxta quem, sicuti id ante e duobus Senecæ locis vidimus ad v. 21. hujus Hymni vulgo receptum, ut Dearum, & quidem Minervæ nominatim simulacra, a superstitiosis mulieribus ad speculum quoque comerentur ac ornarentur, essentque ex iis, quæ earundem Dearum *capillos* ut ea de re Seneca Epist. xcv, disponant. Unde factum etiam quod hic Argivas mulieres seu virgines compellet Callimachus, ut aureum adferant pectinem; quo nempe, non molli quidem & operoso ad speculum, sicut ante de Venere, sed decoro tamen comæ ornatu, Minervæ simulacrum, in solemni illa hujus Deæ apud Argivos pompa, ad Inachum amnem continuo pro more deferretur. Quomodo etiam in Junonis apud Samios festo *incessisse* eosdem COMA DEPEXA, *eaque rejecta in humeros ac dorsum*, ἐβάδιζον ΚΑΤΕΚΤΗΝΙΣΜΕΝΟΙ ΤΑΣ ΚΟΜΑΣ ἐπὶ τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς ὤμους, tradit Duris apud Athenæum l. xii. p. 525. Ut mittam strenuos olim Laconas rite depexos in aciem prodiisse; unde eosdem, qui Leonidam eo capitis cultu in bello comitarentur, a Persis contemptui habitos tradit Strabo l. x. p. 467. καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν ΚΤΕΝΙΖΟΜΕΝΟΥΣ, ὅτε ἐξίασιν εἰς τὴν μάχην, καταφρονηθῆναι ὑπὸ τῶν Περσῶν, *& Leonidam cum suis, quia in pugnam exeuntes* SE PECTERENT, *contemptos fuisse a Persis*: sed, quod continuo addit, *admirationi autem habitos in prælio.* Adde Plutarchum in Lycurgo, & de quo loco mox ad sequentem versum.

V. 32. Λιπαρὸν σμασαμένη πλόκαμον] Proprio eam in rem verbo usus hic Callimachus, de *detersis* seu *purgatis* Palladis *crinibus*, nempe σμασαμένη πλόκαμον. Quomodo nempe apud Herodotum legitur l. ix. c. ix. ac unde apud Athenæum l. iv. p. 146. de Persarum Rege, quo semel in anno τότε τὴν κεφαλὴν σμῆται, *caput tum defricat*; non ut ibi Herodoti ac Athenæi, quod ad postremum jam observavit ὁ πάνυ, Interpretes, *caput Regio more adornat.* Quam in rem etiam opportune Diodori locum advocat idem Casaubonus, qui exstat lib. v. p. 305. ubi de Gallis ait, solere illos τιτάνου ἀποπλύσμασι ΣΜΩΝΤΕΣ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ συνεχῶς, *calcis lixivia frequenter capillos detergere*, potius, quam ut ibi eruditissimus Rhodomannus, *lavare.* Neque tamen opus ut cum eodem viro magno ad Athenæum, quod vel hic Callimachi locus satis redarguit, ea voce σμᾶται operosior & cum adhibito smegmate *detersio* continuo intelligatur. Neque vero hic felicius eandem vocem σμησαμένη

πλο-

πλόκαμον, *caſariem dirimat*, pro *detergat*, aut mundam reddat, vertit cultiſſimus Politianus; aut vero idem λιπαρὸν πλόκαμον, *pinguem caſariem*, vel πεζογράφως Interpres *tenerum concinnum* explicant, qui rectius *nitentem* aut *inſignem comam* reddidiſſent; prout de frequenti apud Græcos auctores hujus vocis λιπαρῆ uſu jam ante ad v. 39. Hymn. in Apollinem monuimus. Quomodo etiam una voce λιπαροπλόκαμον *inſignem coma* Latonam dixit Pindarus eo loco, quem e Philone ad ſuperiorem Hymnum adduximus; & λιπαρὸν ἴδεσθαι, *ſplendidam* ſeu *inſignem caſariem* noſter Battiades in Epigrammate, quod in editione Pariſienſi a Fabri eruditiſſima filia adornata jam legitur, haud aliter ac Theocritus Idyll. E. v. 91.

λιπαρῷ δὲ παρ' αὐχένι πείρατ' ἴδεσθαι,
ſplendida ei circa collum quatitur coma.

Quibus adde Plutarchum in Lycurgo pag. 53. ubi Laconas ait in bello & periculis *aluiſſe* τὴν κόμην λιπαρόν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην, *comam qua appareret cum ſplendida, tum ordinata*, non proinde cum Callimachi Interpretibus, *tenera* vel *pinguis caſaries* aut *cincinnus*. Ita λιπαρόμματε ſeu cum *nitentibus oculis* ſanitas, eaque ut Apollinis mater, compellatur a Lycimnio apud S. Empiricum adv. Mathem. p. 447. & Mnemoſynam λιπαρόμπυκα, cum *ſplendidis* ſeu *inſignibus vittis* dixit Pindarus Nem. Od. VII. p. 387. De ſimili vero vocis λιπαρῆ vel λιπαρῆς uſu, urbibus nempe aut regionibus ſubinde pro *felici*, juxta veteres Grammaticos, ſeu *ſplendido* etiam apud antiquos Poetas, agitur ad v. 164. ſuperioris Hymni, ubi nempe Cos Inſula λιπαρὴ τε καὶ εὐδότῳ dicitur, & ante ibidem ad v. 155. de *inſigni* Echinadum *portu*, λιπαρὸν νήεσσιν ὅρμον &c. Verum dum meæ ad hos Hymnos Obſervationes pridem hic in ſcriniis meis jacent, in recenſita emendataque, quæ interea e prœlo exiit, hujus Callimachi ab eruditiſſimo τῇ πατρὸς τῷ παιδίῳ verſione, λιπαρὸν πλόκαμον, non juxta priores Interpretes, per *pinguem* aut *tenerum concinnum*, ſed per *nitidum capillum* opportune jam redditum video.

V. 33. Ἔξιθ' Ἀθαναία] E ſacri nempe huic Deæ apud Argivos fani σηκῷ aut penetrali, ubi erigi apud gentiles ſolita Deorum Dearumve, quibus conſecratæ erant eædem ædes, ſimulacra. Unde anniverſaria die, educi inde eadem, & ſtato eam in rem ritu, ſplendida ut plurimum pompa, omnique publicæ lætitiæ apparatu, cantu, hymnis, tripudiis, equitum tranſvectione, ac per frequentiſſima quidem urbis loca, plauſtris ſeu carpentis vecta, circumferri eadem conſueverant. Etſi non omnia id genus ſimulacra ex eorum σηκοῖς ſeu ἕδραις (unde μάκαρες ἐυέδροι, *Dii in bona ſede collocati*, dicti apud Æſchylum Sept. Theb. v. 96.) ad publica id genus ſpectacula educebantur: quum nonnulla ſubinde pro myſticis habita, eaque inſuper velata, & qua de re infra ad verſ. 52, οὐ ἀποῤῥήτω manerent recondita. Adde quod ea cæteroquin foret civium, circa illa Numinum apud ſe πολιέχων ſimulacra, religio; ut nihil magis deprecarentur, quam ne ſedibus ſuis exirent eadem, ac ad hoſtes ſuos demigrarent. Sed qua de re mox ad verſ. 39. dicendi ad-

huc erit locus. Alioquin ut hic Argivarum ἔξω Ἀθηναίᾳ, *prodi Minerva*; ita apud Æschylum Thebanarum virginum chorus, ad hujus Palladis aliorumque custodum urbis Deorum simulacra supplex, eosdem obsecrat, Sept. Theb. v. ἴτε, ἴτε πάντες, *venite, venite* omnes; non quidem, quo eadem solemni pompa, ut hic Palladis signum Inacho, Dirce aut Ismeno fluvio abluerentur, sed ut obsessæ ab Argivis urbi continuo suppetias ferrent.

Ibid. Καταθύμιον ἴλαι] Postrema vox ἴλαι seu ἴλη, non hic pro recepto deinceps ejusdem usu, de *ala* seu turma equitum, & quo sensu ἴλη etiam occurrit pro ἴλη apud Byzantinos Scriptores, ut id non fugit eruditissimum Du Cange, & ἰλάρχης de *primo centurione* apud Mauritium Stratag. l. 1. c. 111, quod viderat jam ante in Glossario Rigaltius; sed de virginum Argivarum cœtu Minervæ sacris operantium adhibita. Ita quod de Græcorum ad Trojam exercitu per turmas aut manipulos congregato dixerat Homerus Iliad. B. v. 93. ἐστιχόωντο ἴλαδόν, de avium agmine, quæ *gregatim* conveniunt, adhibuit Apollonius l. IV. v. 240. οἰωνῶν ἴλαδὸν ἔθνεα &c. Prioris autem vocis καταθύμιον pro eo, non quod tantum, ut rursus apud vatum patrem, *animo obversatur*, μήδε τοι θάνατον καταθύμιον ἔσω Iliad. K. 383; sed pro eo, inquam, ut hoc loco, *quod animo adlubescit*, seu *gratum est & acceptum*, meminit tanquam e veteri Athenienſium lege Hermogenis Enarrator Sopatri p. 325. ὡς Λεκτεῖ ΤΑ ΚΑΤΑΘΥΜΙΑ δωρεῖσθαι κελεύων, quæ nempe *victori exercitus duci, præmia ei grata & accepta dari jubet*, seu, ut alibi ab eodem ac Syriano, illius legis haud semel fit mentio, ut p. 46. & 300, licitum nempe victori, αἰτεῖν ὁ βέλεται γέρας, aut λαμβάνειν ἡνίαν βέλοιτο δωρεάν, *petere* aut *accipere, quodcunque voluerit, præmium* seu *donum*. Adde, quod obvius occurrat ejusdem vocis, καταθύμιοι & καταθύμιον pro eo, quod *gratum* est & *acceptum*, usus apud veteres Ecclesiæ Doctores, Athanasium Apolog. de Fuga pag. 829, & eodem sensu καταθυμίως, in Epistola Constantii ad eundem Antistitem e Latino versa pag. 824. & Apolog. pag. 846. & καταθύμιον ac καταθύμια, apud Gregorium Nyssenum pag. 1088. T. I, ac in Natalem Christi p. 785. T. II.

V. 34. παρθενικαὶ] Minervæ prodeunti, ad statam nempe pompam, præsto hic adesse dicit Argivas *virgines*, quæ debita Deæ solemnia obirent. Quales scilicet decuit castæ & semper virginis Deæ comites, & cujusmodi vulgo etiam exstitisse leguntur, non ejus solum, vel Dianæ aut apud Romanos Vestæ, sed aliarum ferme Dearum apud Gentiles, Cybeles, Junonis etiam subinde, ac Cereris, immo ipsius Veneris sacerdotes, sicuti apud Sicyonios, teste Pausania l. II. p. 103, ac ministræ. Hinc Tertullianus Exhort. Castitat. cap. XI. *Novimus* VIRGINES *Vestæ, & Junonis apud Achajæ oppidum, Apollinis apud Ephesios, &* MINERVÆ *quibusdam locis*, & rursus de Monogamia cap. XVII, sunt & quæ de tota *continentia judicent nos* VIRGINES *Vestæ, & Junonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythii*. Immo quod apud Athenienses lege cautum, ab eodem, de quo paullo ante, Sopatro refertur

ad

ad Hermogenem p. 65. τὴν ἱέρειαν νόμῳ παρθένον εἶναι, *lex, ut sacerdos sit virgo:* addito eam in rem exemplo sacerdotis, quæ ob medicamen hauſtum, concipiendi vim adimens, ſtupri fuit continuo damnata. Hinc Μελίσσας non Cereris ſolum, ſed in genere *omnes* dictas *ſacerdotes*, ab *apis* nempe ſeu μελίσσης *puritatem*, tradunt veteres Pindari Interpretes ad Pyth. Od. IV. p. 139. Μελίσσης &c. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ΤΑΣ ΠΑΣΑΣ ἀφ' τὸ τὴν ζωὴν ΚΑΘΑΡΟΝ. Quin ipſos quoque hujus Minervæ ac Dianæ ſacerdotes mares, in caſto vivere ſemper debuiſſe, obſervat inſigni hanc in rem loco Galenus ad lib. III. Epid. Tex. IV. de Telluris ſacerdote ait, ἐκ ἦν ἀναγκαῖον αὐτῷ ἀφ' παντὸς ἀπέχεσθαι τῶν ἀφροδισίων, ὥσπερ Η ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, Η ΑΘΗΝΑΣ ΗΝ ΙΕΡΕΥΣ, *non erat ei neceſſe, ut perpetuo a Venereis abſtineret, ac ſi* DIANÆ *aut* MINERVÆ SACERDOS *eſſet.* Hinc proviſum etiam ſubinde, ut tam diu utriuſque hujus Deæ ſacerdotio fungerentur virgines, donec eædem pubeſcerent: ſicut de Minervæ Aleæ apud Tegeatas, & Dianæ in Ægira, Achajæ oppido, Sacerdotibus feminis id notat Pauſanias l. VII. p. 451. & l. VIII. p. 530. Neque enim ſponte, ſed coactas ſubinde Gentilium Sacerdotes, virginitatem profeſſas tradit, dicto ad ſuperiorem Hymnum loco, Philo de Vit. Contempl. p. 899. Unde etiam factum, ut mulieribus quidem, ſeu quæ ſemel nupſerant, Sacerdotia apud Græcos quandoque ſint conceſſa; ſed aut viduis ferme, aut adactis cœlibem in poſterum vitam agere; periculo quoque ejus rei ſubinde facto, ut taurini ſanguinis hauſtu, adeo, ut ſi adhuc forent matrimonio junctæ, caſtimoniam deinceps religioſe, procul ab omni viri congreſſu & ſancte colere tenerentur: ſicuti de Cereris Sacerdotibus obſervat dictis paullo ante locis Tertullianus, ut de Monogam. cap. XVII. *Cereris Sacerdotes viventibus etiam viris & conſentientibus amica ſeparatione viduantur*; & quod ſimiliter de Dianæ Ἰφινόης apud Mantinenſes, & Telluris in Achaja Sacerdotibus feminis tradit Pauſanias l. VII. p. 450. & l. VIII. p. 476. Ita quum *virgo* prius foret vates Pythias, inde, quod una ex iis, a quodam Ethecrate vitium fuiſſet paſſa, cautum poſtea, ne ulla ejuſmodi Pythias ſeu Delphica προφῆτις conſtitueretur, niſi foret quinquagenaria, & quæ *virginis* inſuper cultu oracula proferre teneretur: prout id notant Comici Enarratores ad Plutum pag. 2. Haud aliter nempe ac Minervæ apud Pallenenſes Sacerdos virgo, feſto illius Deæ ejuſdem πανοπλίαν indui erat ſolita, juxta id tradentem Polyænum lib. VIII. cap. LIX: ut mittam id quod in genere obſervari vult Plato de Legib. lib. VI. p. 759, ne viri aut feminæ, niſi ſexageſimum annum adtigiſſent, Sacerdotio fungerentur.

Ibid. Μεγάλων παῖδες Ἀκεσσομιδῶν] Inſignem tribum Argis exſtitiſſe eo nomine, obſervat hic Græcus Callimachi Interpres; e qua nempe oriundæ forent Argivæ illæ virgines, quæ in hoc annuo Palladis Lavacro, ut ſtatæ ejus comites ac miniſtræ ſolemnia ejuſdem ſacra obirent. Quod alibi etiam obtinuiſſe apud Græcos legimus; ut nempe penes certas tribus vel familias ſacra patriorum numinum rite ac pie procurandi munus remaneret. Ita apud Athenienſes Eumolpidæ & κήρυκες,

qui, ut e Scriptoribus Atticis & priſcis Grammaticis notum, ſacrorum erant, maxime in myſteriis Eleuſiniis, adminiſtri: item Ευπατρίδαι, ſeu *Patritii*, quibus a Theſeo conceſſum tradit Plutarchus in ejus vita, ut ſacrorum profanorumque rituum iidem eſſent Interpretes. Quod & apud Romanos diu obtinuiſſe, ut penes patritios eſſet itidem ſacrarum cæremoniarum procuratio, aliunde ſatis conſtat. Adde Ετεοβουτάδας, ita juxta Harpocrationem dictos, tanquam e *vera Buta* apud Athenienſes *progenie*, & e quorum genere deligebantur Sacerdotes, qui umbellam in Σκίρῳ, hujus Minervæ feſto geſtarent; ut id cum idem Harpocration in voce Σκίρῳ, tum veteres Ariſtophanis Enarratores obſervant Concion. p. 728. immo e qua familia ſacerdos Minervæ πολιάδος ſumebatur. Docet iſtud Æſchines de Falſ. Legat. pag. 266. εἶναι δὲ ὃν φατρίας τὸ γένος ἢ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ετεοβουτάδαις μετέχει, ΟΘΕΝ Η ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ τῆς πολιάδος ἐστὶν ΙΕΡΕΙΑ, *ejus porro genus eſt ea ex curia, quæ aras cum Eteobutadis communes habet*; UNDE MINERVÆ *urbanæ* SACRIFICULA *deligitur*. Cujuſmodi etiam Sacerdotis occurrit vetus Inſcriptio apud Gruterum cv. 9. Επὶ ἱερείας Αθηνᾶς πολιάδος μεγίστης Ασκληπιάδης Αλκιέως Θύγατρος, *ſub Sacerdote Minervæ urbicæ maximæ Aſclepiadas Alcuenſes* (e pago nempe Attico Αλκιεῦς dicto) *filia*. Haud aliter rurſus ac e Σαυλωνιδῶν, veteri & bene nata apud eoſdem Athenienſes familia, deſumpti demum βάτυποι ſeu *victimarii* in Διπολίων feſto; ut id conſtare poteſt ex Heſychio in βάτυποι & Σαυλωνίδαι, & Suida præterea, in voce Σαύλων. Unde quod μεγάλων παῖδες Ακεσορίδων vocantur hic eædem Argivæ virgines, ſolemne illud Minervæ ſacrum obeuntes, inde etiam factum, quod nobiliſſima apud Græcos ſicuti & alibi quoque, Sacerdotia, tum a primoribus civitatis & genere maxime conſpicuis, aut loci etiam dominis, ſuſcipi vulgo ſolerent: ſicut ille apud Virgilium Deli Inſulæ Rex ſimul & Sacerdos Æn. l. III. v. 80,

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos;

& apud Romanos Cæſarum filii aut ſucceſſores declarati, in Sacerdotes continuo, ut id vel e priſcis nummis & lapidibus perſpicuum, cooptati: tum quod eadem Sacerdotia tranſirent ſubinde ad eorum poſteros; atque ita gentilitia, recepto apud Hebræos more, evaderent, ſeu intra certas manerent familias. Hinc lege cautum, cujus meminit Hermogenes Partit. cap. VI, & Marcellinus ad eundem pag. 71. Νόμος, τὰς ἱερωσύνας τὰς παίδας τῶν πατέρων Δαμβάνεσθαι, *lex, ut parentum Sacerdotia liberi conſequantur*. Quod præterea, tum e plurimis veterum auctorum locis, tum ex antiquis inſuper Lapidibus abunde conſtat; in quibus ut in veteri Pariorum marmore in Cl. Sponii Miſcell. pag. 335. τὸν πρῶτα τῆς πόλεως Αρχιερέως M. Αυρ. Φαύστα. Εκ προγόνων, *primi civitatis M. Aurelii Fauſti Pontificis a majoribus*: aut alterius in iiſdem Miſcell. p. 353. Ιερατεύοντος Διὰ βίου, *Sacerdotio fungentis gentilitio*, ſeu a majoribus ei tradito fit mentio. Haud aliter ac de Scopeliano Aſiæ Pontifice ait Philoſtratus de Soph. l. I. p. 515. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ μὲν ἦν ἐξ ὑπάτων τῆς Ασίας ΑΥΤΟΣ τε καὶ ΟΙ ΠΡΟΓΟΝΟΙ αὐτῷ, παῖς ὢν πατρὸς πάντες,

τες, PONTIFEX *quidem Asiæ factus est*, IPSE *nempe &* MAIORES *ejus filius a patre omnes.* Sed ea de re obiter. Ut vero hic *Acestoridarum filiæ* dicuntur Minervæ apud Argivos Sacerdotes seu miniſtræ; ſic ab Adamanta Euryſthei, qui inter Argivorum Reges apud Syncellum, & quod eodem redit in Græcis Scaligeri Euſebianis pag. 24. recenſetur, filia, & Argis Sacerdote, quæ Sacerdotium tenuerunt, φαλίδες dicuntur nuncupatæ; prout id apud eundem Syncellum legitur Chronogr. ed. Reg. p. 172. *Acestoridarum* alioquin apud Argivos, aut Argivi *Acestoris*, a quo iidem fuerint dicti, alibi, quod ſciam, haud occurrit hodie mentio. *Acestoris* quidem Ephippi filii, ſed Tanagræi, Boœtii proinde non Argivi, ejuſque ab Hercule cæſi meminit Plutarchus Quæſt. Græc. pag. 299. *Acestoridæ* autem Corinthii & Syracuſanorum Prætoris, a quo expulſus primum fuerit Agathocles, Diodorus lib. XIX. p. 654. Quibus addere licet duos Athenienſium Archontas, eodem *Acestoridis* nomine appellatos: unum, qui eo magiſtratu functus eſt Olympiade LXIX, a Dionyſio lib. V. pag. 305, alterum, Olympiade LXXV, a Diodoro memoratum l. XI. p. 39. P. 11.

V. 35. ἐ Διομήδος Ασπὶς] Adtigit quidem, ſed non ſatis plene ac feliciter explicavit vir doctus, ritus hujus, de quo præterea ſilent, qui poſt eum exſtiterunt Callimachi editores, originem ac inſtitutum; quo apud Argivos, una cum Palladis ſimulacro, *Diomedis Clypeus* ad Lavacrum ſeu Inachum fluvium, ibi quoque abluendus deferri ſtata ac ſolemni die fuerit ſolitus. *Diomedes* nempe Argivus, & Argivorum apud Homerum ad Trojam dux; unde Virgilius Æn. lib. XI. verſ. 240.

Vidimus, o cives, Diomedem, Argivaque caſtra.

Tanto autem cive vel heroe efferre ſe vulgo ſoliti Argivi; unde *Diomedis* ſtatua ab iiſdem Delphos cum aliis donariis miſſa legitur apud Pauſaniam lib. X. p. 627. Immo qui *Diomedes* a Minerva Diis immortalibus adſcriptus ferebatur; prout id apud Pindarum legitur Nem. Od. X,

Διομήδεα δὲ ἄμβροτον
Ξανθὰ ποτε γλαυκῶπις ἔθηκε θεὸν,
Diomedem autem immortalibus
Quondam Dea cæſiis oculis fecit Deum;

ac prout a Thoriis & Metapontinis, in magna proinde Græcia, eundem pro Deo cultum notant ibidem veteres Lyrici Enarratores. Ab eodem vero *Diomede*, teſte rurſus Pauſania l. III. p. 128, Minervæ *Perſpicaci*, ſeu Ὀξυδερκεῖ, fanum Argis erectum, quod ea ab illius pugnantis ad Ilium oculis caliginem avertiſſet. In eodem proinde Minervæ fano, cum Deæ pro more ſimulacrum erectum; tam appenſus etiam, prout id alias obtinuit, & Minervæ ſacratus ibi *Diomedis*, Argivi herois, Deæque illius præterea tutela ac præſidio in bello Trojano defenſi aut adjuti, dicatæque eidem ædes conditoris, *clypeus.* Haud aliter nempe, ac Danai Argivorum Regis, conſecratus in æde Junonis Argivæ *clypeus*, apud Hyginum traditur Fab. CLXX: aut vero Pyrrhi Regis

clypeus æreus Argis itidem in templo Cereris adfixus dicitur apud Pausaniam l. II. p. 123: aut Aristomenis a Messeniis pro heroe culti, in Lebadia, teste eodem Pausania l. IV. p. 247. & 278. Inde vero eo magis hic honos *Diomedis clypeo* ab Argivis habitus; quod insignis foret idem *clypeus*, ut ex Homeri de eodem verbis liquet. Iliad. E. vers. 4. haud aliter ac de ipso quoque parentis Tydei *clypeo* videri possunt Æschylus Sept. Theb. v. 343. & Euripides Phœn. v. 1127. Accedit, quod ἀσπὶς a duobus Argivis Regibus Proclo & Acrisio crederetur inventa, juxta Apollodorum lib. II. cap. II. & Plinium lib. VII. cap. LVI; & præterea quod *Argolici clypei* præcipua foret apud veteres Græcos celebritas; ut vel ex notis, & alibi jam ad superiorem Hymnum a me adductis Maronis verbis liquet, *Argolici clypei*. Hinc etiam Ασπιδηφόρος λεὼς, *clypeatus populus*, de *Argivis* dictus apud Æschylum Agam. v. 834; aut λεύκασπις Αργοθεν, *clypeatus ex Argo* seu *Argivus*. Unde de coacto Argivorum exercitu ait Euripides Phœn. v. 77.

Πολλὴν ἀθροίσας ΑΣΠΙΔ' ΑΡΓΕΙΩΝ, &c.

Multum colligens CLYPEUM ARGIVORUM h. e. *multos clypeatos Argivos*,

seu, ut modo de iis dictum, Ασπιδηφόρους. Immo unde etiam ἀσπὶς, & quomodo hic explicandus Euripides, de *lecta juvenum Argivorum manu dicta*, uti apud Suidam in Ως τὴν Ασπίδα &c. nempe οἱ δὲ λόχον φασὶν εἶναι ΕΝ ΑΡΓΕΙ τῶν πάνυ ἀκμαζόντων νεανίσκων, ὃν ΑΣΠΙΔΑ καλεῖσθαι, *illi vero dicunt cohortem esse* ARGIS *Juvenum viribus maxime florentium*, *quam* ΑΣΠΙΔΑ seu CLYPEUM *vocant*. Quin Argis locus Ασπὶς etiam dictus, ut id e Plutarcho liquet in Pyrrho p. 404, ubi dicuntur Argivi a Pyrrho obsessi, & in ultimo capitis periculo ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΣΠΙΔΑ καὶ τοὺς ὀχυροὺς τόπους ἀνέθεον, *ad* ASPIDEM seu CLYPEUM, *& partes urbis munitiores recurrunt*; ac paullo post Ητε ΑΣΠΙΣ ὅπλων περιπλεως πολεμίων ὀφθεῖσα, τὸν πυῤῥὸν διετάραξε, ASPIS *autem visa armorum plena*, *hostilium*, *Pyrrhum perculit*, & clarius adhuc in Ægide & Cleomene pag. 812. sed cujus ea de re loca jam occupasse video Cl. Meursium in Græcia feriata pag. 136. Adde, quod ut ibidem jam observavit vir eruditissimus, alterius generis solemne seu agon Argis foret, isque quinquennalis, juxta quem in Ηραίοις seu Junonis Argivæ festo, de *clypeo* decertabatur, non *Diomedis* quidem, de quo hic agebatur in solemni Palladis Lavacro, sed vel Danai, juxta Hyginum Fab. CLXX. & CCLXXIII, vel Euhippi Argivorum itidem Regis, juxta Lactantium ad illud Statii Thebaid. l. II. v. 258.

Arcadis Euhippi spolium cadit ÆREUS ORBIS,

seu *clypeus*; de quo nempe Argis in loco illo Ασπὶς inde apud eos dicto, eoque aditu difficili, clavis præterea valide adfixo certamen erat, quem quis inde avelleret, ut re bene gesta, victor per urbem splendida pompa deducebatur. Unde idem agon, quod utique non inficiari debuit eruditissimus Meursius, nec eo nomine Hyginum, qui id tradit Fab. CLXX. redarguere, dictus ΑΣΠΙΣ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ, *clypeus ex argis*.

Quod

Quod præterea liquidum e marmoribus antiquis, non apud Gruterum ſolum, & viderat Meurſius p. cccxvi. 2, ubi de victore in variis agonibus fit mentio, & inter alios ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ ΤΡΙΣ, qui *ex Argis clypeum ter* avulſit; ſed præterea ex Oxonienſibus p. 70. P. 1. ubi inter plures itidem variarum gentium ludos ſeu agones, *Olympia*, *Ætia*, *Nemea* &c. ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ, *ex Argis clypeum* relatum quoque videas. Quibus adde alium Megarenſium lapidem in Sponii Miſcell. p. 364. quo ſimiliter reportatæ e variis Græcorum, aut Romæ etiam & in magna Græcia agonibus, ab illuſtri aliquo athleta victoriæ recenſentur, ac memoratam quoque legas ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ. E quibus proinde vetuſtis, ac indubiæ fidei monumentis, liquida jam & plana veteris illius apud Argivos agonis nomenclatio. Unde factus etiam veteri proverbio locus, de viris generoſis & laude dignis, cujus meminerunt Paræmiographi antiqui, quamquam genuinum ejus, quem modo adtigimus ſenſum, quod viderunt jam alii, non ſint adſequuti; ut Zenobius Centur. II. 3. & inde Apoſtolius Centur. II. 70. Ἀξιος δὲ ΤΗΣ ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΑΣΠΙΔΟΣ, *Argivo dignus es clypeo*; ac rurſus Zenobius Cent. VI. 42. quod apud Suidam itidem legitur, ὡς ΤΗΣ ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΑΣΠΙΔΑ καθελὼν σεμνύνεται, *gloriatur, tanquam* ARGIVUM CLYPEUM *abſtulerit*. Quo reſpexit etiam Callimachus, prout id ex eo refert ad dictum paullo ante Statii locum, vetus ejus Enarrator, *proverbium apud illos* (Argivos nempe) *cum alicujus ignaviam irriderent, ut Callimachus ait*, ὡς ἐν. ΑCπΙΟΑλΤΟΝeλΘΟΝ; ſeu, prout e modo dictis Zenobii & apud Suidam locis legendum liquet, & opportune jam ad Hyginum, apud quem Fab. CLXX. Latinis litteris hodie legitur *aſpis en argo*, vidit vir præclare de eo meritus Th. Munckerus, ὡς ΤΗΣ ΑΣΠΙΔΑ ΚΑΘΕΛΩΝ. Neque enim opus, ut cum eodem viro docto, præter litterarum ductus, inſeratur ΕΝ ΑΡΓΕΙ, quum de proverbio ibi Argis pervulgato ſit ſermo. A qua lectione proinde recedit ea, quam ad illa Lactantii ad Statium verba adfert, & qui alioquin nihil eximium ad illuſtrationem hujus loci aut ritus contulit, quamquam vir diligentiæ & lectionis immenſæ, Barthius, ὡς τὶς οὐ ΑΣΠΙΔΙ ΑΡΓΟΘΟΝ ΕΛΘΩΝ, *& qui* CUM CLYPEO ARGIS VENIT. Quo præterea referri debet illud Pindari Olymp. Od. VII. de hoc ipſo nempe agone dictum, ubi plura ſimiliter Græcorum certamina enarrantur, quibus victor exſtitit Diagoras Rhodius, ac inter alia

Ο, Τ ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΧΑΛΚΟΣ ἔγνω μὶν,

Et IN ARGIS ÆS, ſeu *clypeus æreus novit eum*;

idem nempe ac ſi dixiſſet ἡ ἐξ Ἄργεος ἀσπὶς, *ex Argis clypeus*, vulgo apud Græcos, ut notum, *ex ære*, ſeu ut de eodem aut ſimili dicto ante loco Statius, *æreus orbis*, & de quo avellendo agon erat Argis conſtitutus; non vero juxta Meurſium, & quos hic ſequutus eſt. Pindari Interpretes, de agonis tantum præmio, ſeu *clypeo* victori, peracto certamine dari demum ſolito. Quod utrumque tamen vere obſervat ac diſtinguit dicto ante loco Hyginus, ubi de hiſcemet Argivorum ludis,

ut

ut eos vocat, ait, qui APPELLANTUR ASPIS EN ARGO (seu ut paullo ante dictum Ἀσπὶς ἐξ Ἄργεος vel ἐν Ἄργει) *e quibus ludis, cursoribus corona non datur sed* CLYPEUS: quamquam & præter *Clypeum*, quod vidit jam ibi vir doctus & ante eum Meursius in Ἡραῖα, corona quoque pro præmio in iis ludis data dicatur in Scholiis Pindari p. 70. Immo id quod de agone illo, ita ut modo vidimus, appellato, adstruit alius Pindari locus, quem ibidem ut incerti Poetæ memorat obiter Cl. Meursius, & qui extat integer in Ἐπινικίῳ Theji cujusdam Argivi, Nem. Od. X. p. 418.

ΑΓΩΝ τοι ΧΑΛΚΕΙΑΣ
Δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ θυσίαν Η-
ΡΑΣ, ΑΕΘΛΩΝ τε κρίσιν,
AGON ÆREUS (*seu ærei ex Argis Clypei*)
Hortatur Argivorum populum ad SACRA JUNONIS *& ad* PROEMIORUM (*seu Clypei* dari quoque eam in rem soliti) *judicium.*

Unde etiam, quod de eo Argis certaretur in Ἡραίοις seu Junonis Argivæ festo, ΗΡΑΣ ΑΣΠΙΣ, JUNONIS CLYPEUS, idem agon vocatur in Inscriptione Farnesiana apud Gruterum CCCXIV. 1. ac præterea apud Zenobium Cent. I. 64. & apud Στρωματεῖς seu Proverbia Metrica v. 1192. ὥσπερ Ἥρας ἐν Ἀσπίδι &c. *tanquam cum Junonis Clypeo*, non ut ibi hactenus nullo sensu ἥρως ἐν ἀσπίδι, quod Barthium ad dictum Statii & prisci ejus Enarratoris locum fugit; non vero, ne quem sua laude sciens hic defraudem, Th. Reinesium, qui Var. Lect. p. 104. id in Apostolio in eodem luto hærente, bene jam animadvertit. A quo autem Junonis seu *ex Argis Clypeo* ita appellato, diversa hæc *Diomedis*, cujus meminit hic Callimachus, apud eosdem Argivos Ἀσπὶς, quæ non Junoni sacrata, aut de qua avellenda agon esset virorum apud eos constitutus; sed quæ in Minervæ æde adpensa, inde una cum Deæ simulacro ab Argivis virginibus solemni pompa ad commune in fluvio Inacho lavacrum deferri consueverat. Idque eandem ob caussam, de qua supra monui ad titulum hujus Hymni; ad pulverem nempe detergendum, seu sordes abluendas, quibus juxta Minervæ simulacrum, hæc Διομήδεος ἀσπὶς foret itidem obsita.

V. 37. Ευμήδης ἐδίδαξε] Minervæ quippe apud Argivos, ut continuo addit Callimachus, Sacerdos: idem ut videtur, qui inter Melanis filios, & Oeneo, *Diomedis*, de quo modo, avo insidiantes, apud Apollodorum recensentur l. I. c. VIII. Idem enim Melas Argi frater exstitisse traditur, cap. proximo ejusdem libri. Alius proinde ab eo *Eumedes*, unus ex Hippocoontis filiis, cujus monumentum Spartæ prope Agidos sepulcrum exstare dicitur apud Pausaniam l. III. p. 187. quique Hippocoon una cum filiis cæsus ab Hercule, ab eodem Auctore dicitur l. II. p. 117. Adeo ut idem hic *Eumedes* statui non possit, qui nempe a Græco Callimachi Enarratore dicitur in suspicionem apud Argivos incurrisse, quasi Heraclidis, Herculis nempe posteris & contra Orestiadas Argos tendentibus, Minervæ simulacrum prodere voluerit. De ea autem Hera-

cli-

clidarum contra Oreſtis poſteros Argis imperantes, expeditione videri poteſt Pauſanias l. II. p. 117.

Ibid. Τεὴν κεχαρισμένῳ] Non citra exemplum hæc vertit Politianus *meditans tibi grata*, nempe tibi *gratificatus* ſeu *gratum præſtans* ſacerdos, dum Argis ſolemne illud Palladis lavacrum primus, quod hic a Poeta dicitur, invexit. Neque enim ſemper κεχαρισμένος, pro eo, qui *gratus* eſt & *acceptus* dicitur; ſed quandoque etiam pro eo, qui *gratum* quid alteri *præſtat* ſeu *gratificatur*. Hinc etiam κεχαρισμένῳ *gratiam habens* ſeu *delectatus*, ſicut Orphicorum Hymno in Matrem Deum, quod obiter jam adtigi ad verſ. 68. ſuperioris Hymni, invocatur hæc Dea.

Ἔρχεο γηθόσυνος, κεχαρισμένη εὐσεβίῃσιν,
Adſis læta, gratiam habens pietati illorum,

qui ejus ſacris operabantur.

V. 39. Τὸν ἱρὸν ἄγαλμα] De eximio Minervæ, cujus hæc *ſacra* dicitur *effigies*, apud Argivos cultu dixi jam ad titulum hujus Hymni. Fatale autem illud in multis quondam urbibus habitum, ut nonniſi capta ſemel ab hoſtibus hujus aut alterius tutelaris loci numinis effigie, eadem loca everſa iri aut expugnata crederentur. Unde Tyro ab Alexandro obſeſſa, Apollinis ſimulacrum catenis aureis, ne ex orbe migraret, ab oppidanis revinctum tradit Diodorus lib. XVII. pag. 520. Ita factum etiam, ut religioſe occultata ſubinde fuerint id genus ſimulacra; quomodo de fatali illo Trojanorum ac dein Romanorum *Palladio* obſervat ad Maronem Æn. l. II. v. 166. Servius; illud nempe ferri a Trojanis primum fuiſſe intra exſtructum parietem abſconditum, eoque tamen a Fimbria quodam bello Mithridatico, reperto ac Romam advecto, adhibito ibi Mamurio Fabro, *multa ſimilia*, quod addit Servius, ad *illud ſcilicet occultandum*, *facta ſunt*. Quod e Lampridio etiam liquet in Elagabalo cap. VI, ubi de impuro illo principe, qui hoc Palladium, ſeu *ſacrum*, ut ibi dicitur *penetrale eſt auferre conatus*; ſed, ut mox addit, *nec tamen quidquam religioni dempſit, quia* PLURES SIMILES *facta dicuntur eſſe, neque veram unquam poſſit auferre*. Quomodo etiam, quoad hoc Argivorum Palladium, ab Eumede ejuſdem Deæ Sacerdote, proviſum hic videtur; ut dum populi inſidias & hoſtium adventum vitat, eo continuo, ut hic dicitur, adſumpto, illud in tuto & arcano Argiæ loco, præruptis nempe, ut mox addit Callimachus, ſcopulis reponeret, & occultaret. Ἱερὸν ἄγαλμα autem vocat hic Callimachus, haud aliter ac Maro de Trojano Palladio Æn. lib. II. verſ. 167. *ſacram effigiem*, & Athenarum Palladium, Παλλάδος σεμνὸν βρέτας, *Palladis venerandum ſimulacrum*, Euripides Electr. verſ. 1254. idque inde, quod utrumque διοπετὲς ſeu *cœlo delapſum* crederetur; prout de Athenienſi Palladio obſervat Pauſanias l. I. v. 48. de eo autem ſimul & Trojano ad Maronem Servius Æn. l. II. v. 166. *dicunt alii unum ſimulacrum cœlo lapſum, quod nubibus advectum & in ponte depoſitum, apud Athenas tantum dicunt fuiſſe. Unde* & Γεφυριστὴς dicta *eſt* mox. *Sed hoc Athenienſe Palladium a veteribus Trojanis Ilium tranſlatum.*

Alii

Alii duo volunt, hoc de quo diximus, & Athenienſe. Alii cum ab Ilo Ilium crederetur, hoc Trojanum cœlo lapſum dicunt &c. Ne vero idem hoc Argivorum *Palladium* ſeu Minervæ ἱρὸν ἄγαλμα, cum illo Trojano ab Argivo Diomede, ut ferunt, rapto & ſecum avecto ſtatuatur, obſtat haud una eaque diverſa de eodem narratio. Id quidem jactaſſe vulgo Argivos eſſe illud ipſum ſimulacrum, poſt Ilii everſionem ad ſe tranſlatum, refert ac redarguit ſimul Pauſanias *lib. II. pag. 127. qui* illud ab Ænea in Italiam deportatum, certum eſſe contendit ac manifeſtum. Idem vero alibi lib. I. pag. 53. narrat, capto Ilio, Diomedem Argos revertentem, viæ errore ad Phalerum Atticæ portum appuliſſe; ibique ignaris locorum populantibus Argivis, Demophoontem Theſei filium accurriſſe, & ab eo ereptum Argivis Palladium Athenas delatum. Quod rurſus paullo aliter tradit Harpocration, & ex eo Suidas; dum non Diomede, ſed Agamemnone cum Argivis & Palladio Athenas appellente, raptum a Demophoonte illud *Palladium* memorant; ac inde, Agamemnone puniri raptorum poſtulante, conſtitutum ex Argivis quinquaginta & totidem Athenienſibus tribunal, quibus cauſſæ illius diſceptatio fuerit credita. De quo *Palladio* alia rurſus e Varrone memorat Servius dicto ante loco; nempe a Diomede, qui rapto illo apud Ilium cum Ulyſſe *Palladio*, eoque ſecum abducto, inde autem ſibi pericula, quibus nunquam cariturum Deorum reſponſis cognoverat, metueret, *niſi Trojanis Palladium reddidiſſet*, tranſeunti per Calabriam Æneæ oblatum illud fuiſſe; eoque a nauta quodam ita dicto accepto, inde factum, quod Romæ deinceps, ut addit, *Minervæ ſacra non Julia gens habuerit*, ſed *Nautiorum*. Cujus tamen, ut obiter hoc addam apud Romanos gentis, quæ ſacra Minervæ apud eos procuraret, obſcura in priſcis annalibus & monumentis mentio. Ne id poſtremo hic tangam, quod de *aliis* Italiæ locis, Lavinio, Luceria, Siri ſeu Heraclea, quæ Trojanum illud *Palladium*, & quaſi Ilio apud ſe adlatum, ſibi vindicabant, memorat Strabo l. VI. p. 264.

V. 40. κρεῖον εἰς ὄρος] Qui *Argus* ſeu *Argiæ mons* dicitur in Scholiis ad hunc locum, idemque haud male a viro docto ſtatui videbatur, cum eo Argolidos monte, qui κρειοπτόλος a Strabone nuncupatur lib. VIII. p. 376. Alibi certe hujus in Argia montis κρειᾶ, quem bis hic Callimachus memorat, non occurrit mentio; niſi quod loci in Argolide τῶν κρειῶν, nempe de Thyeſtæ monumento dicti, meminerit Pauſanias l. II. p. 116. & ideo, uti paullo ante de eo tradidit, quod eidem ſepulcro κριὸς ſeu *aries* e marmore, ob ſubductum ab eo fratri Atreo vellus aureum, fuerit impoſitus. Inde vero forte huic monti nomen illud κριός, & inde κρεῖον hic ob metrum fuit inditum.

V. 42. Παλλάτιδες] A recondito nempe ibi Minervæ ſimulacro ſeu *Palladio* id nomen in poſterum hic Argolidos ſcopulus nactus. Haud aliter ac *Palladium* Athenis de foro, ubi jus dicebatur de involuntaria cæde & inſidiis appellatum; ob litem ſcilicet ibi de Palladio ex Ilio rapto inter Argivos & Athenienſes, ea occaſione, quam paullo ante adtigi, diſceptata. Immo dictus deinceps a Pallade mons ille Argiæ,

πό-

πέτρᾳ Παλλάτιδες, prout Sunium Atticæ promontorium, Αθάνας πέτρα, *Minervæ rupes* vocatur apud Euripidem Cyclop. v. 293; aut quomodo a Diomede Argos reverſo, mons Argiæ in quo erectum ab eo Minervæ ſacrarium Αθηναῖον ab eodem dictum legitur, in libello de fluviis, qui Plutarchi nomen præfert, cap. de Inacho.

V. 43. περσέπολι, χρυσεοπήληξ] Prius epitheton Minervæ itidem tribuit Ariſtophanes Nubib. p. 178. ἡ Παλλάδα περσέπολιν δεινὰν, *vel Minervam urbium vaſtatricem gravem*; idque, ut tradunt ibi veteres ac eruditi ejus Enarratores, e Lamproclei cujuſdam Athenienſis carmine, quod inciperet, Παλλάδα περσέπολιν κλήϊζω &c. *Minervam urbium vaſtatricem invoco.* Hinc de eo cantorum genere ait Dio Chryſ. Orat. XIII. pag. 224. οἷς ἂν ἱκανῶς κιθαρίσωσιν ἡ Παλλάδα πτολίπορθον Αθηνᾶν, *quibus ſufficit ſi cithara ſciant canere Palladem urbium populatricem Minervam.* Nempe quibus urbibus ob impia earundem facinora, aut alioquin, ſicut Ilio, infenſa erat bellatrix Dea; & quam inde πολεμοκλόνον τ' Αθήνην, *bella moventem Minervam* vocat Anacreon Od. LIII. Eadem vero contrario epitheto, ut ῥυσίπολις Παλλὰς ſeu *urbis Liberatrix* a choro Thebanarum mulierum invocatur apud Æſchylum Sept. Theb. 131. & ſimiliter apud Homerum dicta eadem in Iliade, tum in utroque in hanc Deam Hymno, ἐρυσίπολις, h. e. juxta veteres Grammaticos, *urbis Cuſtos* ſeu *Servatrix* σωσίπολις, ſicuti nempe formata vox ἐρυσίσκηπτρον, quam præter Dioſcoridem ab eruditiſſimo Harduino ad Plinium adductum l. XII. ſect. LII, apud Theophraſtum legas de Odoribus p. 482, de *aſpalatho*, ſeu juxta τὸν πάνυ libro poſthumo de Homonymis Hyl. Jatr. pag. 115. quod e *ſpina aſpalathi* ſervarentur, ac in pretio haberentur baculi. Quamquam ἐρυσίπολις, contrario etiam ſenſu, ſeu pro eo quod hic περσέπολις, *urbis* ſive *urbium vaſtatrix*, prout (nec primus id noto) intelligi poſſet eadem Pallas; non ſolum, quod ἐρύειν, ut ex iiſdem Grammaticis liquet, ἕλκειν haud minus quam φυλάσσειν notet; ſed maxime, ſi habeatur ratio brevis illius Hymni Homerici aut alicujus Homeridæ, ubi quum hanc Deam Παλλὰς Ἀθηναίην ἐρυσίπολιν dixiſſet, addit continuo,

Δεινὴν, ἣ σὺν Ἄρηϊ μέλει πολεμήϊα ἔργα,
ΠΕΡΘΟΜΕΝΑΙ τε ΠΟΛΕΣ, αὐτήτε, πόλεμοί τε,
Gravem, cui cum Marte, quæ ſunt bellica opera,
DIRUTÆQUE URBES, *clamorque & bella*;

haud aliter nempe ac Comicus dicto paullo ante loco ibidem hæc Palladis epitheta conjunxerat, Παλλάδα περσέπολιν δεινὰν, *Minervam urbium vaſtatricem gravem*, & ſimul περσέπολις στρατὸς, *urbium vaſtator exercitus* dicitur ab Æſchylo Perſ. v. 65. Eadem alioquin πολιὰς & πολιοῦχον ſicuti mox v. 53. hujus Hymni, & qua de re itidem, ſeu *urbium Cuſtos* dicta & culta. χρυσεοπήληξ vero ſeu *auream habens galeam* vocata hic Minerva; ſicuti Mars apud dictum modo Tragicum Sept. Theb. verſ. 108. Ω χρυσοπήληξ δαῖμον. O *Numen cum aurea caſſide*, & quomodo alioquin Thebanos Spartigenas χρυσοπήληκα σάχυν σπαρτῶν, *cum aureo galeatam ſpicam ſatorum* dixit Euripides Phœn. v. 946. Ita

χρυ-

χρυσόλογχος, seu *cum aurea hasta*, qua itidem vulgo armatur Minerva ab Euripide Ion. v. 9, & ab eodem alibi, qua de re mox, χρυσασπις, *cum aureo clypeo*. Ευπληκα vero, seu *insignem galea* Minervam, uti eam vocat Leonidas Anth. l. VI. c. XVI. Ep. 111, exhibent passim obvia veterum signorum & nummorum monumenta.

V. 44. ἵππων καὶ σακέων ἀδμῆνα &c.] De ἱππείᾳ Minerva dictum jam ante ad v. 6. hujus Hymni. Non *galeata* vero solum, seu, de qua modo, χρυσεοπήληξ, sed χρύσασπις etiam seu *cum aureo clypeo* apud Euripidem dicitur Phœn. v. 1381. Παλλάδος χρυσασπίδος, & sicuti *clypeo* armata passim hæc Dea, in priscis monumentis, quem vel manu gestat, aut qui ad pedes ejus adpensus *ibi* visitur; & cum ægide præterea seu Medusæ obvio, in eodem capite. Hinc Athenienses bello Persico in Piræum descendentibus, desiderata in Minervæ simulacro ægis seu Γοργόνειον, illudque a Themistocle diu quæsitum, a Plutarcho dicitur in Themistocle pag. 117. Unde Minerva Γοργῶ πάνοπλον, *Gorgo omni ex parte armata* vocatur apud Euripidem Helen. v. 1332. & hasta alioquin ac clypeus, Minervæ propria dicuntur, sicuti pomum Veneri, Anth. l. I. c. XXXVIII. Ep. VIII. ubi nempe Venus ad Minervam ait,

Σὸν δόρυ καὶ ΣΑΚΟΣ ἐσσὶν, ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπάρχει,

Tuum est hasta & CLYPEUS, meum vero hoc pomum est,

quod queritur ibi a Minerva sibi præreptum; & quale alioquin Venus passim manu præfert in priscis nummis & signis. Adde quod in pompa Panathenaica cum hasta & clypeo Athenis incederent viri ætate florentes, ut id monet Thucydides l. VI. p. 452. μετὰ γὰρ ΑΣΠΙΔΟΣ καὶ δόρατος ἐώθεσαν τὰς πομπὰς ποιεῖν, *nam cum* CLYPEO *& hasta pompas prosequi consueverant*. Quod non fugit Cl. Meursium Panathen p. 35. Immo unde de Proserpina ait Claudianus de ejusdem Raptu l. II. v. 38. *potuitque videri* PALLAS, *si* CLYPEUM, nempe quod addit, *ferret*, tanquam præcipuum, quo eadem Pallas agnosceretur, symbolum & insigne.

V. 45. ὑδροφόροι] Ita nempe dictæ hoc loco mulieres Argivæ seu ancillæ, quibus aquam ex Inacho fluvio in privatos ædium usus gestandi onus incumbebat. Veteres glossæ, ὑδροφόρος, *aquarius*, *aqua portator*; & cujusmodi servi *aquarii domui tantum inservientes*, dicuntur l. 12. §. 42. D. de Instruct. vel Instrum. A quibus proinde diversi debent statui, neque cum iis confundi, *aquarii*, vel *aquarum custodes*, quos ὑδροφύλακας *nominant*, quorum mentio fit l. 10. c. de Aquæductu, & apud Frontinum. Qualis existitisse censendus est, qui in veteri Inscriptione apud Gruterum XCIII. 6. dicitur AQUARIUS AUG. & ab eo NYMPH. SACR. seu *Nymphis* fons quispiam *sacer*. Mitto *aquariolos* seu ὑδροχόους, in turpi ministerio, quod e Tertulliano in Apologetico, Apulejo in Apologia, & aliunde, ab eruditis jam observatum, adhibitos. De quo proinde fœdo ac vili hominum genere, dixit in Commodo Lampridius, AQUAM GESSIT, *ut lenonum minister*, h. e. juxta veteres glossas πορνοβόσκους, & quomodo de Eutropio, ut vili & ancillari id genus mancipio, dixit Claudianus l. I. in Eutropium v. 105.

&

& ſæpe LAVANTI

Nudus in argento LYMPHAM GESTABAT *alumna.*

Quales cæteroquin βαλλίδες etiam appellati in adductis modo gloſſis, ac præterea βαλλιώνες, & de quibus videri poteſt ad Lampridii locum ὁ πάνυ Salmaſius. ὑδροφόροι vero dicti etiam *aquilegi*, ſicut Danaum, a quo putei primum ac fontes, qua de re mox, dicuntur in Argolide reperti, vocat Nonnus Dionyſ. l. IV. p. 126. ὑδροφόρε Δανάοιο, *aquilegi Danai*; & quomodo de ejuſdem, quas aquatum miſerat, filiabus, dixit itidem Lucianus Dial. Marin. p. 191. ed. Salm. ὥςε ἀναγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν, *& aquatum venire ſemper ſit neceſſe*; & mox ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορίας, *jam enim tempus eſt, quo aquatum iri ſolet.* Quomodo a Dione Chryſ. dictum Orat. VII. pag. 128, πενήτων βασιλέων, ὅτιας ΥΔΡΟΦΟΡΕΙΝ τε καὶ παίζειν παρὰ τοῖς ποταμοῖς, *pauperum Regum* filiabus, *quales* AQUAM GESTANT *luduntque apud flumina.* Alterius vero generis ὑδροφόροι Virgines apud Athenienſes appellatæ, quæ nempe, ut docet Porphyrius περ. Ἀποχ. l. II. p. 176, in Jovis feſto Διιπόλια apud eos dicto, *aquam, unde acuerentur*, a victimariis nempe ad id conſtitutis, *ſecuris & gladius geſtare erant ſolitæ*, ὑδροφόρες παρθένες κατέλεξαν· αἱ δ' ὕδωρ κομιζουσιν, ὅπως τὸν πελέκυν καὶ τὴν μάχαιραν ἀκονήσωσιν. Ne jam tangam ὑδροφόρια, de alio apud Athenienſes lugubri feſto dicta, in memoriam ſcilicet eorum, qui diluvio perierant, & de quo veteres Grammatici; ac altero eodem nomine Æginetarum feſto in honorem Apollinis, quæ poſtrema jam occupavit eruditiſſimus Meurſius in Græcia feriata. Ne jam tangam ſtatuam virginis illius ὑδροφόρε æream, quam a ſe olim Athenis erectam, ſordibus in magnæ Matris æde reperiſſe dicitur Themiſtocles apud Plutarchum in ejus vita p. 127.

Ibid. Μὴ βάπτετε] Non, ut hic περιγραφος Interpres, *ne lavate*, aut ut Politianus, *ne tingite*, ſed *ne aquam* hodie e fluvio Inacho *haurite*, quod ſolebant nempe Argivæ ὑδροφόροι, quas hic adloquitur, uti modo vidimus Callimachus, ſeu *aquariæ*; uti manifeſte etiam arguunt ſequentia, ubi Argos ſeu Argivi compellantur, *ut hodie bibant e fontibus*, non vero e *fluviis* ſeu Inacho. Quo ſenſu etiam voce βάπτειν uſus coævus ferme & e Pleiade itidem Poeta Alexiph. p. 164, ἢ αὐτὴν ἅλα βάπτε, *aut ipſam aquam marinam*, ſeu *falſam hauri*, quæ ſole, ut addit concreſcat; & ad quem locum notat antiquus ejus Interpres, βάπτε γὰρ, ἀντὶ τῦ ἄντλει, γέμιζε, h. e. pro *hauri*, *imple*. Quem Nicandri & Scholiaſtæ eam in rem locum a me dudum in ora mei Callimachi adnotatum, video jam forte ab H. Stephano præreptum, qui & alium ex Euripide adducit, nempe Hecub. v. 610. ubi infelix illa regina, famulam jubet urnam adferre, e qua *hauriat marinam aquam*, βάψασα &c. ποντίας ἁλὸς, ac ubi vetus Interpres, λαβοῦσα τὸ ἀγγεῖον, βάψασα, ἤγουν γεμίσασα, juxta adductam modo e priſcis in Nicandrum Scholiis eandem hujus vocis βάπτειν expoſitionem.

V. 46. πίνει' ὀπὸ κρηνῶν] Cujuſmodi nempe *fontes* Argis non deerant, ac aliæ præter Inachum fluvium, a quo nunc iis erat abſtinendum, aquæ, unde continuo *biberent* Argivi: idque quamquam πολυδίψιον

Ἄργος, seu *valde sitibundum Argos* jam olim dixerit Vatum Parens Iliad. Δ. v. 171. aut vero ἄνυδρον seu *aquis carens* Argos, veteri verbo fuerit appellatum. Qua de re audiendus est Strabo l. VIII. p. 370. πλάσμα δὲ καὶ ΤΟ ΑΡΓΟΣ ΑΝΥΔΡΟΝ,

Θεοὶ δ' αὖ θέσαν Ἄργος ἄνυδρον,

Τῆς τε χώρας κοίλης οὔσης καὶ ποταμοῖς διαῤῥειμένης, καὶ ἕλη, καὶ λίμνας παρερχομένης, καὶ τῆς πόλεως ΕΥΠΟΡΟΥΜΕΝΗΣ ΥΔΑΣΙ φρεάτων πολλῶν καὶ ἐπιπολαίων, *figmentum est hoc etiam*, ARGOS AQUIS CARERE,

Dii autem aquarum expertes Argos statuerunt:

Nam & regio cava est situ, & fluminibus irrigatur, & lacus habet ac paludes, & URBS AQUIS ABUNDAT, *puteis in ea frequentibus, ac in summo aquam habentibus.* Cujus erroris ἀνύδρου nempe illius urbis creditæ, caussam adscribit continuo Geographus, Homerico de eadem dicto πολυδίψιον; quod tamen non de *siticuloso*, sed vel pro τριποθήτῳ seu *maxime desiderato*, propter longi temporis absentiam, explicandum apud Poetam putat; aut legendum sine δ nempe πολυΐψιον, *multis damnis adfectum.* Quam duplicem hujus vocis πολυδίψιον significationem, pro πολυπόθητον, aut pro πολυδιάφθυρον, tangunt etiam brevia ad Homerum Scholia, & Eustathius p. 461. ubi Strabonis ea de re locum adducit; priorem autem, seu pro πολυπόθητον, Athenæus quoque l. x. p. 433. Cui tamen Strabonis, de ea significatione, qua πολυδίψιον Argos ab Homero fuerit dictum, sententiæ, haud accedit Eustathius; & repugnat cum vetus illud alterius Poetæ dictum, quo ἄνυδρον Argos vocabatur, tum quod διψίαν χθόνα, *siticulosam terram*, de Argivorum solo ad Homeri exemplum, dixerit itidem Euripides Alcest. v. 561. Quomodo nempe ἐν γῇ διψώσῃ, de *terra arida* dictum a senioribus jam ante vidimus ad v. 19. Hym. in Jovem. Quo referri etiam potest de eodem Argivorum solo apud Æschylum locus, ubi a Danaidibus recens in eam regionem adpulsis dicitur, Suppl. v. 33. χέρσω τῇ δ' ἐν ἀσώδει, quod veteres Grammatici ibidem explicant, πηλιώδει, ψαμμώδει· τὴν γὰρ ψάμμον οὕτως φασὶν, *lutoso, arenoso, arenam enim ita vocant*, & quam postremam significationem, *arenosi* nempe arripuit continuo ibi Latinus Interpres; de quo tamen haud dubito, quin prior pro *lutoso* potior omnino sit habenda; quum antiquis temporibus palustrem fuisse Argiam, uti mox adhuc dicetur, tradiderit Aristoteles. Immo quum ab ipso Æschylo eodemque Danaidum apud eum choro paullo post de hoc Argiæ, ad quod modo illæ adpulerant, solo, dicatur v. 51. ejusdem dramatis,

Νῦν ἐν ΠΙΟΝΟΜΟΙΣ,
Ματρὸς ἀρχαίας ΤΟΠΟΙΣ,
Nunc in fertilibus, seu *quæ* PASCUIS ABUNDANT,
Matris antiquæ (Jus nempe Argivæ) LOCIS.

Neque tamen inde de vera mente loci Homerici, quo nempe Argos πολυδίψιον, *valde siticulosum*, seu ἄνυδρον, *aquarum expers* dixerit, dubitandi locus, & quomodo idem similiter a Luciano intelligitur, loco ex parte jam ante adducto Dial. Marin. p. 197. edit. Salm. πολυδίψιον δὲ

τὸ

τὸ Ἄργος, ὡς οἶδα, ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν, *siticulosum autem est Argos, quare illi semper aquatum venire necesse est.* Quamquam post Danai eam in oram adventum, & ante Troica proinde tempora, ab eo aut ab ejus filiabus aquatum ab eo missis, ac post Neptuni cum una ex iis congressum, fontes, quorum hic apud Callimachum mentio, ac puteos in eo Argivorum solo scaturiisse, veteri ferretur fama, ut mox agnoscit idem Strabo, Apollodorus præterea, aliique, & qua de re mox veteres auctores & Grammatici. Quum vero Troicis temporibus, palustrem fuisse eandem Argivorum regionem, tradat, ut modo dicebamus, Aristoteles Meteorol. l. 1. c. XIV. quærit inde ejus Enarrator Olympiodorus, ab Aldo editus pag. 25. cur πολυδίψιον dici tum ab Homero potuerit Argos; idque ut existimat, factum, ὡ κατὰ τὴν ἄχρηστον ὑγρότητα, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρηστὴν, *non juxta inutilem, sed juxta utilem humorem*; seu intuitu non aquæ inutilis aut insalubris, qualis palustris, sed utilis & ad potum idoneæ, seu quæ ἔυποτος foret, uti de quodam Argiæ fonte dixit alicubi Æschylus, & de quo loco paullo post. Ejusmodi autem in locis mutationes sæpenumero oriri, neque una de causa eadem latere, observat ibidem Olympiodorus; seu quod illæ multo tempore contingant, & quas per vitæ nostræ angustiam non possimus dignoscere; seu per frequentes gentium, fame, bello aut frugum sterilitate, jacturas, seu per eas, quæ singulis accidunt, locorum mutationes ac migrationes; unde talium sequitur ignorantia, dum haud in uno semper loco quis consistet. Discrimen vero illud ab aliis, quoad ἄνυδρον vel ἔνυδρον Argos traditum, observat præterea Strabo p. 371; nempe quod regionem quidem Argivorum seu Argiam ἐνυδρεῖν, seu *aquis abundare* dicant; ipsam vero urbem, seu Argos, ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ, *in loco aquæ experte* situm. Ut jam fabellam mittam, qua exsiccatum a Neptuno dicatur juxta Apollodorum l. 1. c. 11. idem Argiæ solum, ut ille Inachum plecteret, a quo istud fuerit Minervæ adjudicatum. Verum alia subest, neque aliunde anxie adeo quærenda ratio hujus rei, seu *valde siticulosæ Argus* vel *Argiæ* a Poeta dictæ, quam subministrat Pausanias l. 11. p. 112. ubi tradit, quod neque Inachus, neque ullus aliorum Argiæ amnium, aquam accolis suppeditent, nisi imbribus adjuti, ac inde, ut addit, Θέρος δὲ ΑΥΑ σφίσιν ἐστὶ τὰ ΡΕΥΜΑΤΑ, πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ, *æstate autem* SICCA *illis*, seu Argivis, FLUENTA, *excepta Lerna, quæ sola aquam habet.* Hinc etiam Danai filia, Argis ad Lernam usque, XL. circiter milliaribus, uti e Pausania infra dicetur, dissitam, aquatum missa dicitur apud Lucianum, eo, de quo paullo ante, dialogo. Unde juxta illud Papinii Theb. l. v. v. 737, *& sitis interitu fluviorum*, ac proinde vere tum πολυδίψιον Ἄργος, seu *valde siticulosum Argos.* Ita obvium utique & manifestum, cur eo nomine *Argos* a Poeta dici meruerit; nec opus proinde fuisse, ut nativa vocis illius significatione omissa, alienum ei loco sensum adfingerent graves alioquin & πολυμαθέστατοι Auctores, quales, uti vidimus, Strabo, Athenæus, & veteres aliquot Critici; aut vero, ut horum auctoritate, Strabonis maxime moti viri eruditissimi, aliquod pondus illis de loco illo

Homerico interpretationibus ineſſe exiſtimarent. Ut facile omittere liceat illud μυθῶδες, quod tradit dicto modo loco Pauſanias; eam ſcilicet Argolidos amnium æſtivis temporibus ſiccitatem & aquæ penuriam, ortam e Neptuni, de qua paullo ante, in Inachum ira; a quo nempe, & duobus aliis arbitris, regio illa, de qua ei lis cum Junone, huic Deæ (non vero Minervæ, ut modo Apollodorus, & qua de re etiam ſupra ad verſ. 1.) fuerat adjudicata. Fontes vero, ad quos hic Argivos ablegat Callimachus, ut ſitim inde, non ex Inacho amne, ea ſolemni Palladis die levent, & cujuſmodi duos mox commemorat, tres a Plinio recenſentur l. IV. c. V. *Fontes*, *Niobe*, *Amymone*, *Pſamathe*. Plures tamen occurrunt apud veteres Auctores & Grammaticos. Talis *Lerna* celebratiſſimus Argiæ fons, & e qua laudatiſſimam juxta & Pirenes in Acrocorintho fontis aquam a Græcis habitam docebit Athenæus l. IV. p. 156. ubi quæſitum ait inter eruditos convivas, ποῖον δὲ ὑδάτων ἥδιόν ἐστιν, καὶ τῶν μὲν ἐγκωμιαζόντων ΤΟ ΑΠΟ ΤΗΣ ΛΕΡΝΗΣ, ἄλλων δὲ ἀπὸ τῆς Πειρήνης, *quænam inter aquas foret ſuaviſſima, laudantibus vero aliis hauſtam* E LERNA, *aliis e Pirene*. Niſi id de alio Corinthi *fonte*, *Lerna* itidem juxta Pauſaniam l. II. V. 92, dicto, intelligere quis malit. Obſcura tamen eadem aqua præ Argolidos *Lerna*; a qua, uti etiam a fluvio Inacho, regio ipſa & Argivi apud Poetas ſubinde, uti Græcorum, de quibus mox, exemplo apud Papinium, haud infrequenter denominantur, ut *Lernamque vegas* Theb. l. II. v. 376. & *Lernæ ductor* l. III. v. 348, & *Lernæi coloni* l. III. v. 461. pro *Argolide Argivorum Rege*, aut *Argivis*. Eadem vero, quamquam a priſcis Auctoribus, modo *palus*, ab aliis *fluvius*, immo juxta Strabonem p. 368, *palus* ſimul & *fluvius* paludi cognominis, eo *Lernæ* apud Argivos nomine diceretur (ac unde explicandus eſt obiter Æſchylus, a quo Prom. v. 653. Λέρνης βαθὺς λειμὼν dicatur, *Lernæ* nempe *profundus campus* ſeu πεδίον, fluvio nempe illi ac paludi adjacens, & quomodo *prata Cayſtri* ſeu λειμῶνας, de ejuſmodi πεδίῳ dixit, ut id antea vidimus ad ſuperiorem Hymn. in Dianam v. 257, Maro Georg. l. I. v. 384. haud eo minus tamen *Lerna*, *fons* etiam Argiæ aliquoties ab antiquis Auctoribus & Grammaticis dicitur. Ita ibi apud Æſchylum Λέρνης vocem reddunt veteres ejus Enarratores πηγὴ Ἄργους, *fons Argiæ*, prout nempe Ἄργος apud Poetas veteres tam de urbe, quam de regione dici notum, & ab eruditis ad Apollonium Criticis adnotatur ad l. III. v. 992. Sic quum ab eodem Apollonio l. III. v. 1240. Λέρνης ὕδωρ dicatur, ibi quoque iidem Critici, ΛΕΡΝΗ δὲ ΚΡΗΝΗ ΤΟΥ ΑΡΓΟΥΣ ἱερὰ Ποσειδῶνος, LERNA *autem fons Argiæ Neptuno ſacer*. Unde ſimiliter ab Euripide Phœn. verſ. 140. Λέρνης ὕδωρ de hoc *fonte* dicitur, tum ejuſdem dramatis verſ. 127. Λερναῖα ναύματα, ubi veteres itidem Interpretes, ΛΕΡΝΗ πόλις καὶ ΠΗΓΗ τῆς Ἄργους, LERNA *urbs & FONS Argiæ*. Occurrit vero alius de eadem *Lerna* apud Æſchylum locus, ſed qui hactenus in mendo cubat, & ubi præterea alterius fontis in Argia meminit; ubi nempe Jo Argiva, eaque œſtro ſtimulata, dicitur occurriſſe Prom. verſ. 677.

εὐπα-

ἐύποτόν τε ΚΕΡΧΝΕΙΑΣ ῥέος
ΛΕΡΝΗΣ ἄκρην τε,

h. e. juxta Interpretem,

ad potus salubrem CENCHREÆ *laticem*,
Altumque Lernæ fontem,

quasi nempe subaudienda ibi esset, & quo eum induxit Græci ad hunc locum Enarratoris glossa, vox κρήνη aut πηγη, aut vero quasi de Argivorum *Arce* ageretur, quæ non ad Lernam, sed Argis erat sita, ac ubi scilicet Jo œstro accensa refrigerationem, ut cum Plinio loquar, quæreret. Unde aliena plane vox ibi ἄκρην, & pro qua obvia unius litteræ mutatione ἀκτὴν legendum pridem vidi. Ad mare enim seu sinum Argolicum, eumque XL. stadiis juxta Pausaniam l. II. p. 154. Argis dissitum, sita erat urbs & fons & cognominis *Lerna*, inde Neptuno sacra. Immo quam meam loci illius apud Æschylum emendationem omnino, & in quem opportune postea incidi, evicit similis apud Pindarum locus Olymp. Od. VII. p. 64. Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς, *Lernæo a littore*. Ad eum autem adductum Æschyli locum notant veteres ejus Interpretes, τὸν ῥοῦν ΤΗΣ ΚΕΓΧΡΗΣ ΚΡΗΝΗ ἐστὶν ΑΡΓΟΥΣ, καὶ πρὸς ΛΕΡΝΗΝ ΤΗΝ ΠΗΓΗΝ, *ad* CENCHREÆ *laticem*, *quæ* FONS *est* ARGIS, *& ad* LERNAM FONTEM. Nempe κερχνείας ῥέος, ad quod accurrebat lymphata Jo, sicut alibi ab eodem Tragico dicitur Agam. v. 910.

Ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος,
Sitienti viatori fontanum laticem.

Κεγχρεῶν vero, ut haud ignobilis Argolidos loci, meminit Strabo lib. VIII. p. 376. ejusque situs, qua Tegea nempe Argos ducit; neque eundem omisit, ubi de Argivis & Argolide agit Pausanias lib. II. pag. 129. quamquam uterque citra ullam peculiarem *fontis* ibidem *mentionem*, quod liquidum tamen ex adlatis Æschyli verbis Criticorum ad eadem Scholiis. Adde insuper ΛΑΓΝΕΙΗΝ apud Nicandrum Alex. p. 156. νύμφη λαγνείη &c. ubi vetus ac eruditus ejus Enarrator, Λαγνεία, ΚΡΗΝΗ τοῦ Αργοῦς, *Lagnea fons Argis* vel *Argiæ*, a Nympha nempe cognomine. Λαγκείας alioquin ut ibi hodie legitur, fontis, sed ubi agit de Pellana Laconicæ oppido, meminit Pausanias l. III. p. 203. sicuti *Lernæ* etiam, qua de re paullo ante, fontis, non in Argia quidem, sed Corinthi, l. II. p. 92. Neque vero, ubi de hisce Argorum seu Argiæ siticulosæ alioquin dictæ, fontibus agitur, e quibus bibere jubentur hodie Argivi, prætereundus Juliani locus Orat. III. p. 222. ἥκιστα δέ ἐστι ΤΩΝ ΠΗΓΩΝ ἕκητι τὸ ΑΡΓΟΣ πολυδίψιον· ΠΟΛΛΑΙ μὲν γὰρ αὐτῷ ΤΩ ΑΣΤΕΙ, ΠΟΛΛΑΙ καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως περὶ τὸν παλαιὸν Μάσητα, *neque* ARGUS *quod ad ejusmodi* FONTES *pertinet*, *siticulosum est*. MULTI *enim* IN URBE, MULTI *ante urbem ad priscum illum Maseten fontes sunt*. Etsi eo in loco non adeo *Maseta*, prout censuit ad Stephanum in hac voce Cl. Holstenius, tanquam collem ante Argos, fontibus revera irriguum describit Julianus; quam ad sapientiæ & doctrinarum fontes, quibus tum irrigarentur adhuc Argos, & vicina eidem loca, respicit: ut e toto loci contextu, & de quo nos ad ipsum Julianum, abunde col-

 ligitur,

ligitur. Qua occasione tamen, ac unde hic Callimachi de Argiæ fontibus locus præterea illustratur, adducenda sunt Hesychii verba, quibus fontem Argis, seu in Argiæ convalle, exstitisse observat, e quo biberent servi in libertatem adserti: & quidem quod eadem via aufugisset vinculis elapsus Cerberus: Ελεύθερον ὕδωρ ἐν Ἄργει, ἀπὸ ΤΗΣ ΣΥΝΑΓΕΙΑΣ ΠΙΝΟΥΣΙ ΚΡΗΝΗΣ ἐλευθερούμενοι τῶν οἰκετῶν, διὰ τὸ καὶ τὸν Κέρβερον κύνα ταύτῃ διαδρᾶναι καὶ ἐλευθερωθῆναι. In quo autem loco, pro ἀπὸ τῆς συναγείας, obvio librariorum lapsu, legendum ἀ. τ. συναγκείας, satis, ut opinor, liquet: prout apud Theophrastum de *C. Pl. lib.* 11. cap. VI. συνάγκειάν τινα, *convallem aliquam*, non ut in editione Basileensi, συνάγγειαν, & sicut a Callimacho in sequenti Hymno dicitur vers. 83. Πίνδον seu Πίνδου ἀν' ἐυάγκειαν, *Pindi in amœno colle.* Illud autem ne quid ad illustrationem hujus apud Callimachum loci præteream, mirabitur forte quispiam, Argivos seu nobilissimæ illius urbis incolas, & solemni quidem ac festo die, quo Liberi Patris potui liberalius indulgere soliti fuerunt veteres, tanquam meros tamen ὑδροπότας invitari, ut ea die *biberent e fontibus*, *non vero e fluviis.* Quod alioquin ut egenorum ac miserorum proprium notat Comicus Equit. pag. 307. ὕδωρ τε πίνειν, ac ubi Critici, τουτέστι ταλαιπωρῶν, *quod est miserorum.* Quum tamen præbarbaris moderatos fuisse in vini potu Græcos observet Athenæus l. x. p. 461, & vinum etiam aqua vulgo temperasse, idem ante dixerat p. 426. Unde illud apud Aristophanem Equit. p. 355.

Πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο,

h. e.

Bibere temperatum potum e tribus aquæ ac duabus vini partibus, & quam optimam fuisse vini cum aqua mixturam, notant ibidem eruditi Critici: quamquam ab aliis, ut Hesiodo, Anaxila, & Jone apud Athenæum d. l. tres partes aquæ, quarta autem vini, ab Alexide vero quatuor aquæ partes, una demum vini; ab aliis autem quinque & duo, seu quinque aquæ, duæ vini partes pro optimo potu commendentur, ac unde nata sit ea de re loquendi formula, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Adeo etiam, ut meracior seu liberalior potio sit apud Athenienses habita, ubi æqualis vini cum aqua mixtura, seu, ut de ea Aristophanes Plut. p. 108. ἴσον ἴσῳ κεκραμένης, & qua de re Critici ibidem. Ut proinde id a Callimacho ad Argivos dici hoc loco haud incommode potuerit, de aqua nempe, quam ea die non ex fluviis, sed ex fontibus bibere iis incumberet; pro more nempe illo, quo aqua, & majori etiam mensura, vino miscebatur; tum eorum præterea, mulierum puta, adolescentum & promiscuæ præterea servorum, ancillarum, aut egenorum multitudinis; aut cæteroquin abstemiorum, quibus τὸ ὑδροποτεῖν, vel moribus receptum, vel egestate aut temperantiæ etiam lege, aut ætatis vel valetudinis respectu erat præscriptum. Apud Milesios certe, uti etiam Massilienses Græcorum colonos, & Romanos itidem, id obtinuisse tradit Athenæus l. x. p. 429, ut cum mulieres ingenuæ, tum adolescentes, usque ad annum ætatis tricesimum, ac famuli præterea vinum non biberent. Quomodo alioquin, ut hoc addam, quod hic dici-

dicitur πίνειν ἀπὸ κρουνῶν seu κρηνῶν, in proverbium apud Græcos abiit, de eo, qui rem obviam ac in medio petitam adgreditur; & quo sensu in Epigrammate hujus Callimachi, quod in MSS. Epigrammaton Græcorum olim Palatino, nunc Vaticano legitur, primum autem inter Huetiana exstat vulgata in nupera editione Parisiensi,

ἢ ΑΠΟ ΚΡΗΝΗΣ
ΠΙΝΩ· τυγχάνω πάντα τὰ δημόσια,
neque E FONTE
BIBO· *odi omnia popularia,*

V. 47. δῶλα τὰς καλπίδας] Nempe quæ ὑδριαφόροι dictæ, & quales Athenis e μετοίκων seu *inquilinarum* mulierum sorte, *hydrias ferentes*, Panathenaicam pompam comitabantur. Docet id Pollux l. III. c. VI, nec omisit eruditissimus Meursius Panath. c. XXI.

Ibid. Φυσάδειαν] Quam nempe, & de qua mox, *Amymonem*, Danai Filias exstitisse, & a quibus nomen illi duo fontes fuerint nacti, traditur in Græcis ad hunc locum Scholiis. Nulla tamen eo Φυσαδείας nomine, inter quinquaginta Danai filias, ab Apollodoro l. II. c. I, aut ab Hygino Fab. CLXX. recensetur, nec alibi, quod equidem sciam, legitur. Immo sola *Amymone* proximo versu, uti Danai filia dicitur. Danaidibus quidem in genere, aut earundem patri Danao repertam apud Argos aquarum copiam, tribuisse veteres, & a quibus factum, ut effossis in Argolide frequentibus puteis, ex ἀνύδρῳ ἔνυδρον eadem regio evaserit, vel ex Strabone liquet; & cujus ea de re locum opportune jam adtulit vir doctus. Quod adstruit quoque Apollodorus l. II. c. I. ubi exsiccata a Neptuno ob caussam paullo ante dictam Argia, a Danao filias aquatum missas memorat. Idque a Luciano similiter traditur Dial. Marin. de quo jam ante p. 197. edit. Salm. ubi Triton ad Neptunum ait, Danaum duriter filias educare, & inter alia *aquatum ab eo mitti*, ἢ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσαμένας. Quibus accedunt in brevibus ad Homerum Scholiis, & in iis, quæ nondum prostant, veteres Critici, qui tamen non Argiæ duntaxat, sed toti Peloponneso, hoc Danai & filiarum beneficium imputant; nempe ad Homericum illud, de quo ante, πολυδίψιον Ἄργος, ubi legitur hæc eorum glossa, ΑΝΥΔΡΟΝ ἦν ὅταν τὴν Πελοπόννησον ΕΝΥΔΡΟΝ ἐποίησεν ΔΑΝΑΟΣ, ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ οἰκήσας αὐτήν, *quum enim prius* AQUARUM PENURIA *laboraret Peloponnesus, eam* AQUIS ABUNDARE *fecit, egressus ex Ægypto* DANAUS, *eamque inhabitans.* Adduntque iidem, factum Minervæ monitis, ut puteis a Danai filiabus effossis, ἔνυδρον Ἄργος deinceps evaderet. Quod inventum patri Danao tribuit quoque Plinius lib. VII. cap. LVI. *Puteos* DANAUS *ex Ægypto advectus in Græciam, quæ vocabatur Argos Dipsion*, nempe, quod præcesserat, *invenit*, & ad quæ verba nuperus ac eruditus Plinii Enarrator, unum Strabonis traditum paullo ante ea de re locum, quo non ipsi Danao, sed ejus filiabus hoc inventum tribuitur, adducit. Idem vero de effossis ab eodem Danao in Argia fontibus ac puteis, atque ita liberatum ab aquarum penuria δίψιον *Argos*, tradit Nonnus Dionys. l. IV. p. 127.

Scribunt Callim. vbi sequuntur nomen ipsius Φυσάδειας, nec ullam filiam Danai. Frgm. Euphorionis apud Steph. Byz. v. Ἄργος, quam vitiose Φύγαδειαν, ubi Ruhnk. leg. Φυσάδειαν.

Δίψιον Ἄργος ἔπαυσε, κοινομένοις δὲ πολίταις,
Ὑγρὰ ποδῶν ἐπίβαθρα πόρεν ξεινήϊον ὕδωρ,
Siticulosas Argos liberavit, pulvere vero obsitis civibus;
Humidos pedum gressus præbuit, novam pro hospitio (quod ibi nempe nactus Danaus) *aquam*,

seu quas alibi vocat Plinius, *hospitales aquas* l. II. c. CIII. Quæ egregie illustrat, & qui unicus censeri debet hujus rei fundus, quod Danaus nempe primus Argivis, ut id jam ad Apollodorum vidit eruditissimus mihique amicus Th. Gale, aquatica instrumenta indicasse dicatur apud Strabonem l. I. p. 23. καθάπερ Δαναὸν μὲν τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδείξαντα, *quemadmodum Danaus, quod Argis aquatica instrumenta demonstrasset*. &c.

V. 48. Αμυμώνην ὄισετε τὰν Δαναῶ] Quo nomine etiam una inter Danaidas apud Apollodorum & Hyginum, dictis ante locis; tum apud Pausaniam l. II p. 155, Lucianum præterea, de quo mox, præter locum, quem opportune hic indicavit vir doctus, Anthol. l. V. Epigr. IX. Εἰς Αμυμώνην τοῦ Δανάου θυγατέρα, *in Amymonem Danai filiam* legitur; ac unde Αμυμώνη Δαναΐς, *Amymone Danais*, ut hoc addam, ab Apollonio dicitur l. I. v. 137. Immo cujus mater e qua nempe eam genuerit Danaus, *Elephantis* vocatur apud Tzetzem Chiliad. VII. p. 127. & a qua *Amymone* huic Argiæ fonti nomen inditum, quique prope Lernam, de qua paullo ante, exstitisse a Strabone traditur l. VIII. p. 371. Occasionem vero hujus rei seu fabellam narrat Apollodorus; nempe a Danao missis aquatum, ut ante vidimus, filiabus: unam ex iis *Amymonem* aquam quærentem, a Neptuno compressam, cui mox ille Lernæ fontes indicaverit. Quod similiter a Luciano refertur dialogo ante indicato, nempe a Danao missam Argis ad Lernam usque aquatum *Amymonem* filiam, eaque a Neptuno rapta, tridente terram ab illo percussam, e qua nempe emanarit fons Nymphæ cognominis. Quæ ad Euripidem, unde ea videntur hausta, respiciunt, eumque eadem opera illustrant, ubi ab Argivis excidium Thebis portendi innuens ait Phœniss. v. 195.

Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ,
Ποσειδανείοις ΑΜΥΜΩΝΕΙΟΙΣ ὕδασι,
Daturum Lernæo tridenti,
Neptunis aquis Amymoniis.

Ad quem locum notat vetus ejus Interpres, quod e congressu scilicet Neptuni cum Danai filia *Amymone*, aquis abundans Argia evaserit; ac deinde utroque fonte *Lerna* & *Amymone*, ut diversis nempe, addit, ὅ (ὕδωρ) καὶ τὴν ἐπίκλησιν ἔσχεν ἐκ ΑΜΥΜΟΝΗΣ. Ἦν δὲ καὶ ἑτέρα ΚΡΗΝΗ Λέρνη, ΑΜΦΟΤΕΡΑΙ δὲ ΤΟΥ ΑΡΓΟΥΣ εἰσὶν, *quæ aqua nomen ab* AMYMONE *nacta est*. *Erat autem alius* FONS *Lerna*, UTERQUE *vero* ARGIÆ. Quod ideo etiam monendum fuit, quia Ortelius, cui indictus hic Euripidis & Criticorum ad eum locum, unum eundemque Argiæ fontem, *Amymonem* & *Lernam* credidit; quamquam discrimen inter utrumque, vel docere eum potuerat Strabo l. VIII. p. 371, Αμυμώ-

νη κρήνη τὶς κατὰ Λέρνην, *Amymone fons prope Lernam.* Apud Pausaniam vero l. II. p 155. non fons Argiæ, sed fluvius vocatur *Amymone*, sicuti a Lactantio ad Papinium Theb. l. II. v. 433. ubi quum eadem, quæ ex Apollodoro vidimus, de Neptuni cum *Amymone* congressu adtulisset, addit cuspide terram eo in loco a Neptuno percussam, *unde quum aqua flueret, Lernæus fons dictus est & fluvius* AMYMONIUS. Inter fontes tamen Argiæ eandem *Amymonem* recenset dicto ad v. 46. loco Plinius, *Fontes, Niobe, Amymone, Psamathus*, & pro quo postremo mallem *Psamathe*, a cognomine nempe *Psamathe*, Crotopi Argivorum itidem Regis filia, de qua videri potest Pausanias pag. 81. & 119. Mitto Ovidium, a quo idem fons *Amymone* præ aliis Argiæ commendatur eo loco, quem hic viderunt jam alii, Metam. lib. II. v. 239.

quærit Bœotia Dircen,
Argos AMYMONEN.

Apud Philostratum autem, ut hoc addam, Icon. l. I. p. 742. ejusdem, de qua paullo ante, *Amymones*, non Lernam quidem sed Inachum fluvium cum urna frequentantis, eaque occasione a Neptuno adamatæ, puellæ autem illius metu trepidæ inde ac perculsæ descriptio seu fabella legitur: ac prout a Papinio de eadem dictum Theb. l. VI. v. 288, *& in amne reperto* TRISTIS AMYMONE.

V. 50. Φορβαίων Ἴναχος ἐξ ὀρέων] De quibus, unde decurrat *Inachus, montibus*, non conveniunt veteres Auctores; dum in monte Arcadiæ Artemisio ejus fontes statuit haud uno loco Pausanias p. 130. & 464; in Lyrcio autem ac ut Arcadiæ itidem monte, Strabo l. VIII. p. 370. ac unde per convalles, quod addit, defluat; & similiter eruditi Apollonii Enarratores ad illud Poetæ l. I. v. 125. ubi Λυγκήϊον Ἄργος, aut juxta alios Λυρκήϊον legi notant, idque ἀπὸ ὄρους Ἀργείου, ab *Argiæ monte* cognomine, a quo fluit, ut addunt, Inachus. Qui etiam Λύρκειον, non Arcadiæ, sed Argolidos mons a Stephano dicitur. Ab eodem vero Stephano, quod notavit hic vir doctus, e Lacmone Pindi cacumine oriri dicitur *Inachus*; & quod ille non de Pindo Thessalico, sed altero Arcadiæ, eoque in confinio Argiæ, intelligendum putat. Cujus tamen Pindi in Arcadia unus meminit Græcus Theocriti Interpres ad Idyll. I. v. 67, sed manifesto Grammatici illius, ut bene censuit Ortelius, vel librarii errore; quum ibi eodem versu Pindus ille cum Peneo, notissimo Thessaliæ fluvio, conjungatur. Adde, quod ex Hecatæo id tradiderat Stephanus; quum illud de *Inacho Amphilochico*, non *Argivo*, bene statuisse, male autem Sophoclem qui de *Inacho Argivo* sit interpretatus aperte dicat Strabo p. 271. & quod postremum ut fabulosum ac ἀδύνατον cum ibi redarguit, tum adhuc alibi p. 376. Stephano vero additur hic a Viro docto Aristoteles, qui nempe a Pindo Thessalico oriri *Inachum Argivum*, sed qua in re, ut ille ait, lapsum eundem esse constet, tradiderit. Verum haud difficulter se ab illa lapsus nota immunem Stagirita vindicat. Exstat Philosophi ea de re locus Meteorol. l. I. c. XIII. ubi percurrens fluvios e montibus ortos, inter alia addit, ὁ μὲν Ἀχελώος

ἐκ Πίνδε, καὶ ὁ Ἴναχος ἐντεῦθεν, *Achelous quidem ex Pindo fluit, & inde quoque Inachus.* Quo factum etiam ut *Inachus* a nonnullis, non Argivus solum fluvius, sed eodem nomine Thessalus, sicut a Vibio Sequestro dicatur. Unde id ab Hecatæo, non de *Inacho* Argivo, sed de altero Amphilochico, eoque e Laemo profluente, quique eodem *Inachi* nomine ab Amphilocho, aut ut alibi ait, ab Alcmæone fuerit appellatus, vocatum probat, uti modo dicebamus, Strabo l. VIII. p. 376. Idem tamen, dum ea in re sibi, ut haud semel illi contigit, non constat Geographus, de *Inacho, qui versus Argos* fluit, id Hecatæum statuisse innuit l. VII. p. 316. De *Epirotico* autem non *Argivo Inacho* debet quoque adductus ante Aristotelis locus intelligi, quique inde ibi cum Acheloo ejusdem tractus fluvio conjungitur; quem utrumque etiam in Ionium mare, procul proinde a sinu Argolico, exire, & quidem *Inacho* prius in Acheloum exonerato, tradit Strabo l. VII. p. 387. Ut proinde ad eum Philosophi de Pindo, e quo fluerent *Inachus* & Achelous locum vana sit Olympiodori in Meteorol. l. I. p. 24. glossa, Πίνδος ὄρος ἐστι Πελοποννήσε, *Pindus mons est Peloponnesi.* Mitto quod Argivus *Inachus* Ἀλιάκμων primum dictus statuatur in libro de fluviis, qui Plutarcho tribuitur; quo ad dictum paullo ante *Laemum*, e quo Argivi Inachi fontes, eruebat, uti e Strabone vidimus, Sophocles; Amphilochici autem Inachi, Hecatæus, adludi continuo videtur. Verum idem *Haliacmon* obvius Macedoniæ apud Auctores & Geographos antiquos, *non vero* Epiri aut Peloponnesi seu Argolidos fluvius. Φορβαίας vero vocat hic Callimachus eosdem *montes* seu *pascuos* vel *pascuis feraces*, e quibus Argos usque defluerat Inachus. Adde, quod fluviis & fontibus irrigua esset, qua de re ante, regio, ac inde pascuis dives. Quo nomine etiam Danaides, ut paullo ante vidimus ad v. 46. πιονόμους τόπους, seu *loca pascuis abundantia* vocant Argiæ, in quam recenter adpulerant, solum. Hinc Argos ἱππόβοτος, seu *equis alendis apta* ab Homero jam olim dicta; Φορβάδα vero de *pascente* equa dixit Euripides Bacch. vers. 167. sicut φορβάδος αἰγὸς de *pascente capra* Nicander Ther. p. 67.

V. 52. ἐκ ἐθείλων τῶν βασίλειαν ἰδοῖς] Sicut a Tiresia factum paullo post dicitur v. 73. ἐκ ἐθείλων δὲ εἶδε &c. Quæ ad peculiares sacrarum apud veteres ceremoniarum ritus, occultasque subinde earum rationes spectant. Ea nempe fuit pervulgata, & quæ Homerum videtur Auctorem habuisse, Græcorum de Diis suis, ut ea de re infra v. 101. opinio, citra piaculum magnamque noxam, conspici eos ab hominibus, nisi ubi id iisdem Diis esset lubitum, non posse. Quæ religio ad simulacra etiam eorum, maxime quæ διοπετῆ seu cœlo delapsa censebantur, cujusmodi de quo paullo ante ad vers. 39. Palladium, transiit; in quibus scilicet symbolica Dei præsentia ac virtus quædam mirifica occultari credebatur. Immo unde scriptus a Jamblicho περὶ Ἀγαλμάτων, seu *de simulacris Deorum* liber, cujus a Jo. Philopono refutati meminit Photius Bibl. Cod. CCXXV, & quo ille, ut ibidem dicitur, ac prout ea de re jam obiter actum ad titulum hujus Hymni, intendebat ostendere, *divina esse* simulacra, & juxta Interpretem, *præsentia Numinis referta*, seu *de divina*

vina natura plurimum participare, θεῖα καὶ θείας μετουσίας ἀνάπλεα, eaque, ut ibidem addit, non solum quæ ideo quod ab ignoto artifice fabrefacta διοπετῆ credebantur, sed quæ etiam vulgari fundendi sculpendi aut fabrili arte erant conformata. Quæ tamen ἀγάλματα ita distinguit Proclus in Timæum l. II. p. 83. τὰ μέν ἐστιν ἐμφανῆ (non, ut ibi legitur, ἀφανῆ, & quod totus loci contextus abunde redarguit) τὰ δὲ ἔνδον ἀποκέκρυπται συμβολικῆς τῶν Θεῶν παρουσίας, ἃ καὶ μόνοις ἐστι γνώριμα τοῖς τελεσταῖς, *e quibus simulacris quædam sunt conspicua; alia autem intus symbolicam Dei præsentiam occultant, & quæ solis nota sunt mystis.* Cujusmodi proinde posterioris generis simulacra & pro mysticis habita, recondi in occultis templorum sacrariis ac intimis penetralibus, ἀδύτοις nempe seu ἀνακτόροις, consueverant; solis etiam, quibus id lege licitum Sacerdotibus, & subinde semel tantum in anno, ut de Minerva Poliade apud Tegeatas tradit Pausanias l. VIII. p. 531, conspicua. Quæ, ut obiter hic tangam, sicuti tot alia Græcorum θεολογούμενα, e sacris Hebræorum ritibus, de ingressu nempe solius Pontificis, idque semel in anno, in sanctuarium, reconditaque ibidem Arca & Cherubinis, totidem Dei præsentiæ traditis in veteri Fœdere symbolis ac simulacris, & quorum Cherubinorum speciem, juxta Josephum Αρχ. l. VIII. c. II. nemo conjicere potuerit vel eloqui, continuo hausta, haud immerito licet statuere. Unde rursus apud Pausaniam legas l. II. p. 98. varia Deorum signa habere Sicyonios in *occulto loco*, seu ἐν ἀπορρήτῳ, sicuti paullo ante p. 93. de Parcarum, Cereris & Proserpinæ signis in earum æde, qua itur ad Acrocorinthum, eadem non esse conspicua tradiderat; idemque alibi de Thetidis apud Spartanos simulacro observat, l. II. p. 186. Immo unde etiam haud infrequens apud eundem Auctorem mentio ejusmodi signorum, quorum, ut hic Argis hujusce Palladii, solis mulieribus patebat adspectus. Id enim de simulacro quodam occulto apud Hermionenses, & de quo quale esset nulli viro indigenæ aut extero, solis aliquot mulieribus, arcani nempe illius consciis & custodibus, constare; sicut apud eosdem Deæ Lucinæ, & alibi de Junonis apud Ægienses in Achaja, aut Bacchi etiam prope Taygetum simulacris memorat, ut alia adhuc mittam, idem Pausanias p. 153. 200. & 444. Cujusmodi quoque perantiquum Cereris signum, & in sacrario illius ædis intimo apud Catinenses reconditum, memorat Tullius IV. in Verrem c. XLV. *quod viri*, ut ait *non modo cujusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant:* aditum enim in id sacrarium, quod addit, viris non fuisse, sacra per virgines & mulieres tantum procurata. Hæc vero, iisque similia de Trojano, ut vulgo creditum, ac Romano dein Palladio apud Auctores obvio, ac unde illud Lucani l. I. v. 598. de Vestalium nempe maxima, & Palladio in intimo Vestæ ædis recessu recondito,

vittata Sacerdos
Trojanam SOLI *cui* FAS VIDISSE *Minervam*,

alibi l. IX. v. 994.

NULLIQUE *adspecta* VIRORUM
PALLAS, *in abstruso pignus memorabile templo:*

ita

ita de hoc Argivo Palladis simulacro, & quale pro Trojano ab ipsis Argivis, ut supra vidimus, habitum, Argis etiam obtinuisse ostendit hic Callimachi locus. Illud nempe, quod a solis Argivis virginibus, quæ sacra Minervæ procurabant, non vero a viris fas erat conspici: adeo, ut non impune etiam id ab iis, quamquam invitis, ut hic dicitur, fieret. Quam in rem quoque, ne talia nempe contingerent, maxime ubi foras sicut hoc loco illud Palladium erat educendum, prospiciebatur, ut peplis involuta essent id genus simulacra, quæ nefas erat detegere. Quomodo id de alio Palladio, seu Minervæ Saitidos in Ægypto signo, cujus peplum nemo mortalium adhuc detexerat, tradit Plutarchus de Isid. p. 354. Neque vero insolens videbitur, quod de hoc Argivorum Palladio, tanquam de Dea ipsa fiat hoc & sequenti versu a Poeta sermo; quum notum sit, & præterea ex adducto paullo ante Jamblichi loco liqueat, simulacra, maxime, quæ διοπετῆ censebantur, quale vulgo Palladium, pro Diis fere ipsis aut Deorum instar habita. Unde id apud Græcos usu receptum, ut Numinum simulacris ipsa Deorum Dearumve nomina continuo inderent, memorat ac simul redarguit Plutarchus de Isid. & Osir. p. 379. additis hujusce rei exemplis, & quidem a quo initium facit, Minervam nempe fuisse a Lachare exutam; Apollinis cincinnos aureos abstulisse Dionysium, Jovem Capitolinum sub bellum civile incendio periisse. Adde his insuper, haud mirum βασιλείας nomine *Minervam* intelligi, haud insolito nempe apud Poetas more, Deos Deasve cœlestes seu majorum Gentium, *Regum* & *Reginarum* nomine compellandi; quamquam utrumque de Jove & Junone frequentius, quod obvium, & alibi jam vidimus fuerit dictum. Ut hic mittam sex *Deorum Reges*, Θεῶν βασιλέας, juxta Orphei Theologiam, traditos, nempe *Phaneta*, *Noctem*, *Cœlum*, *Saturnum*, *Jovem*, *Bacchum*, de quibus videri potest, e Pythagoreorum ea de re scitis differens, Proclus in Timæum l. v. p. 291.

V. 53. Ἴδη γυμνὰν τὰν Παλλάδα] Quod utique παρθένον αἰδοίην, *virginem verecundam*, qualis dicta in Hymno Homerico hæc Dea, eamque ἀλεκτρυόν, ut in Panathenæis, teste Athenæo lib. III. p. 98. ab Athenienſibus cultam, minime decebat; ac omnino ab illo ejusdem Deæ intemerato pudore & verecundia videbatur alienum. Unde sicuti DIANA SANCTA, aut pudicitiæ apud Romanos antistes ac symbolum, & Palladii custos, VESTA SANCTA, eademque *Palladis* insuper nomine a Propertio dicta l. IV. El. IV.

PALLADIS *exstinctos si quis mirabitur ignes*,

h. e. *Vestæ*; ita MINERVA SANCTA in Romanis nummis signari itidem meruit: prout etiam *Vestales sanctæ* apud Horatium lib. I. Od. II. Romano nempe more, pro *pudicæ* & *castæ* appellantur. Unde earum uni, quod e Lucano ante vidimus, patebat *Palladii*, neque illius, quod veteres nummi abunde etiam arguunt, nudi adspectus; ac prout de alio Palladis simulacro, quod ne quidem ab alma ejus Sacerdote fas erat *nudum* conspici, ait apud Statium Tydeus Theb. lib. II. v. 739.

Pervi-

Pervigilemque focis ignem longæva sacerdos
Nutriet, ARCANUM NUNQUAM VISURA PUDOREM.

Peplis proinde, uti paullo ante diximus, involuta vulgo in ejusdem festis Minervæ simulacra, & stolata semper eadem Dea in signis ejus ac nummis antiquis etiamnum visitur, cum ποδήρει quoque seu *talari* ut plurimum tunica; quale Minervæ apud Athenienses simulacrum a Pausania traditur p. 43. quum tamen non solum Venus passim, sed Diana etiam subinde *nuda*, in similibus prisci ævi monumentis occurrat. Immo quod eo magis *Minervam*, seu pudicitiæ ac temperantiæ apud veteres antistitem aut symbolum decuit, ne nuda scilicet pateret virorum conspectui; quum id a Venere, quamquam Πανδήμῳ Dea & Ἀναδυομένῃ, ac Πόρνης etiam & Ἑταίρας nominibus culta, vitatum legatur apud Ovidium Fast. l. IV. v. 141.

Littore siccabat rorantes NUDA *capillos:*
VIDERUNT *Satyri, turba proterva*, DEAM.
Sensit, & apposita texit sua corpora myrto:
Tuta fuit facto, vosque referre jubet.

Quo equidem *myrti* velamine, ut id obiter addam, & eo, qui inde in hujus Deæ sacris obtinuit, ritu, ad primæ parentis factum, ficus frondibus una cum viro verecundiæ consulentis adludi, haud vane forte posset quis opinari. Quum alioquin discrimen illud inter utramque hanc Deam, Venerem nempe & Minervam, quarum illa *nuda* posset impune conspici, hæc non item, tangat vetus, de quo paullo post, Epigramma, Δέρκεο νηχομένην μὴ δείδιθι, *respice natantem Venerem, ne metue* &c. Immo quod in genere antiquissimis temporibus, aureo nempe seculo, citra cujusquam noxam aut periculum contigisse, tradit alicubi Romanus Callimachus l. III. El. XIII.

Nec fuerat NUDAS *pœna videre* DEAS.

Quamquam illud, quod de Paride, cui ea scilicet felicitas contigerit, fabulantur, infra Tiresiæ, de quo mox Poetæ sermo, ætatem, referatur; & ubi juxta Venerem & Junonem Minerva aquis fontanis primum lota, se cum duabus illis Deabus *nudam* Phrygio pastori conspiciendam scilicet præbuit; uti jam ex Euripide & aliunde vidimus ad titulum & v. 19. hujus Hymni. Adde, quod ad Paridem ait seu scribit Oenone apud Ovidium,

Qua Venus & Juno, sumptisque decentior armis,
Venit in arbitrium NUDA MINERVA *tuum.*

Etsi non desint etiamnum (& qua de re jam obiter ad superiorem Hymn.) antiqua monumenta, in quibus eædem tres Deæ non *nudæ*, sed amictæ seu stolatæ stant coram eodem formæ illarum arbitro. Ut nunc mittam, quod de Jove, ob visam lavantem in fontanis aquis nudam Proserpinam, libidine accenso,

Λυομένης ὅλον εἶδος ἐδέρκετο Περσεφονείης,
Lavantis totam formam vidit Proserpinæ,

indeque clandestino ejus cum ea concubitu, narrat ad veteris ea de re fabulæ fidem Nonnus Dionys. l. v. p. 177. & l. VI. p. 187. Quæ autem

quam

quam cum nota Davidis & Bathſabæ 11. Sam. xi. hiſtoria communionem habeant, hic non pluribus tangam.

Ibid. Τὰν πολιοῦχον] Quomodo itidem πολιοῦχος Αθάνα, alibi ὦ πολιοῦχε Παλλὰς, *o urbis Athenarum cuſtos* ſive *patrona Minerva* ab Ariſtophane dicitur Nub. p. 162. & Equit. p. 323, & cujus Deæ πολιοῦχε ædes etiam Spartæ in colle exſtitiſſe traditur a Pauſania l. III. p. 193. Eadem quoque quæ ΠΟΛΙΑΣ Athenis olim culta, ut vel ex eodem Comico liquet Avib. p. 580. & ejus Enarratoribus, ac præterea ex veteri Athenienſium nummo, qualem in ſchedis meis aliunde deſcriptum reperio, ΑΘΗΝΑΣ ΗΛΙΑΔΟΣ ΜΕΝΕΦΡΟΝΟΣ ΤΟΥ ΜΕΝΕΦΡΟΝΟΣ, ſed ubi pro ΗΛΙΑΔΟΣ omnino ΠΟΛΙΑΔΟΣ legendum liquet, h. e. *Minerva Urbana Menephronis, Menephronis Filii.* Culta ſimiliter eadem Minerva Πολιὰς apud Cretenſes; prout iſtud liquet e priſcis fœderis inter Hierapytnenſes & Prianſios, Cretæ populos, tabulis, quæ exſtant cum in J. Pricæi in Apologiam Apuleji notis, tum in Marmor. Oxon. p. 116. P. I. ubi ſub finem at dialecto quidem Dorica dicitur in eadem tabula ſeu columna, ἐν τῷ ἱερῷ, τᾶς Αθαναίας τᾶς Πολιάδος, *in æde Minervæ Poliados* ſeu *Urbanæ* collocanda; immo cujus *Minervæ Poliados*, ſicut Apollinis Delii, de qua ad ſuperiorem Hymnum ſimulacra apud Indos exſtare dicit Philoſtratus V. Apoll. l. III. c. III. Πολιοῦχοι vero, ſicuti Minerva hoc loco, in genere apud veteres *Dii urbici* ſeu *urbium cuſtodes* ac *defenſores*; ſub quorum nempe præſidio ac tutela ſecuræ eædem agerent, aut agere credebantur: ſicuti πεδιονόμοι *Dii pagani* aut *agrorum præſides*, quomodo apud Æſchylum iidem ſimul adducuntur Sept. Theb. v. 272.

Ἐγὼ δὲ χώρας τοῖς ΠΟΛΙΣΣΟΥΧΟΙΣ ΘΕΟΙΣ,
Πεδιονόμοις τε,
Ego vero regionis hujus & urbis CUSTODIBUS DIIS,
Et Paganis &c.

& paullo poſt a choro Thebanarum Virginum v. 318. ὦ πολιοῦχοι, *o Dii urbis* ſeu Thebarum *cuſtodes* invocantur, ut Thebas nempe ab Argivorum, qui ei excidium minabantur, armis & oppugnatione liberent. Haud aliter ac apud Comicum ante adductum paullo ante ex Avibus locum, legitur

τὶς δὰ ΘΕΟΣ
ΠΟΛΙΟΥΧΟΣ ἔσται;
quis autem DEUS
URBIS CUSTOS *erit?*

Idque Atticorum more, apud quos πόλιν, γῆν, aut χώραν ἔχειν dicebantur Dii, ſub quorum præſidio ac tutela *urbs*, *terra* aut *regio* agere cenſebatur, ut alibi apud eundem Æſchylum Suppl. verſ. 712. Θεοὶ δὲ οἱ γᾶν ἔχουσι, *Deos vero, qui hanc terram obtinent* ac tutantur. Sic Thucydides l. IV. p. 148. Θεοὶ, ὅσοι γῆν τὴν Πλαταϊδα ἔχετε, *Dii, quicunque terram Platæenſium obtinetis*; & de Apolline Delio Ariſtophanes loco jam adducto ad Hymnum in Delum Θεσμοφ. p. 784. Δῆλον ὡς ἔχεις, *qui Delum obtines*: immo quæ formula apud Demoſthenem haud infrequens,

quens, ut de Coron. p. 333. τὺς ΘΕΟΥΣ ἅπαντας καὶ πάσας, ὅσοι ΤΗΝ ΧΩΡΑΝ ΕΧΟΥΣΙ τὴν Ἀττικὴν, *Deos Deasque omnes, qui terram Atticam obtinent* seu *protegunt*. Unde ut πολιοῦχοι, ita γαιάοχοι etiam iidem dicti, sicut præter Neptunum alio etiam sensu appellatur Diana γαιάοχος, *terræ præses* apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 166. ac ubi γαιάοχον pro πολιοῦχον eandem dici notant veteres Grammatici. Πολιοῦχος autem Minerva, quæ alioquin περσέπτολις paullo ante appellata v. 43, eo opportunius hic dicitur, quod ΠΟΛΕΩΝ ΠΑΣΕΩΝ τὰς κορυφὰς ΕΧΕΙ; *vertices* OMNIUM URBIUM HABERE seu *tenere* eadem dicitur ab Aristide Hym. in Minerv. p. 19; ac præterea, quod prima urbes struxerit, easque & ædes inhabitandas dederit, ac in arcibus fuerit culta; ut idem Rhetor ait p. 21. ac prius illud ab Oppiano itidem de Minerva traditur Αλιευτ. l. II. v. 25.

Δοῦρα τεκτήνασθαι, ἀναστῆσαί τε μέλαθρα,
Ligna fabricare, excitareque ædificia.

Cultum autem ejus Deæ in arcibus abunde arguit, quod Ἀκραία eadem haud minus ac Juppiter Ἄκραιος, quæ nempe arces urbibus impositas suo patrocinio protegeret, legitur appellata. Adde insuper, cujus ut veræ *urbium custodis*, simulacra in earundem portis, sicut Martis in suburbiis, vulgo statuebantur, & quæ Dea πυλαίη & πυλαῖτις etiam inde dicta; prout postremo hoc nomine a Lycophrone vocatur p. 64, & de qua pridem dixerat Æschylus Sept. Theb. v. 507.

Ὄγκα ΠΑΛΛΑΣ, ἥτ' ἀγχίπτολις,
ΠΥΛΑΙΣΙ γείτων,
Onca PALLAS, *quæ & prope urbica*,
PORTIS *vicina*.

Ὄγκα autem eadem, uti Ὁμωλοῖς Minerva Thebis culta, a totidem nempe Thebarum portis ita appellatis; ut istud e Lycophrone rursus p. 91, illud ex eodem Tragici dramate v. 171. & priscis ad utrumque Grammaticis constat. Immo unde Apollini προπυλαίῳ prælata dicitur Minerva apud Aristidem in Hym. in hanc Deam p. 28. & Παλλὰς πυλαίμαχος a Cleone dicitur apud Aristophanem Equit. pag. 354: gemina nempe ut Auctor ad Herennium loquitur, adnominatione, quam non observarunt ibi Interpretes, ad hujus nempe πυλαίας vel πυλαῖτιδος, de qua diximus, seu a simulacris ejus ad urbium portas erectis tributum ei nomen; *tum a pugna ad Pylum*, qua se identidem jactabat Cleo. Et quo præterea opportune referas, quod Κληδοῦχος eadem Dea fuerit dicta; sicut de ea Aristophanes ait Θεσμοφ. pag. 829. Κλῆδοῦχός τε καλεῖται, *clavigera etiam vocatur*, quasi nempe urbium claves gestaret, & ad quam ejus appellationem respexit Æschylus Eumen. v. 830, ut de semet ait Minerva,

Καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη Θεῶν,
Et claves ædium sola novi,

ubi nempe Jovis fulmen foret reconditum. Quibus utique symbolis, consilio non minus ac arte, quam armis & viribus, defendi urbes ac protegi, adumbrasse nobis veteres, liquidum abunde, ut opinor, ac manifestum.

V. 54.

V. 54. τ'ὦργω] Uti infra v. 138. & quomodo τ'ὠργείω, *Argivi*, Dorice itidem pro τ'Αργείω exstat apud Pindarum Isthm. Od. 11. pag. 445. uti supra ὦνα pro ὦ ἄνα, vers. 33. Hymn. in Jovem, & τ'ὠνδιον pro τὸ ἔνδιον v. 39. Hym. sequentis in Cererem, ac similiter τ'ὠνδρὸς pro τοῦ ἀνδρὸς, aut ὦνερ pro ὦ ἄνερ in duobus hisce Battiadæ qui jam prostant in editione Parisiensi, Epigrammatis. Sic, ut obiter hoc addam, in venustissimo illo Sapphus Odario, quod apud Dionys. Longinum hodie, sed valde depravatum legitur, e veteri autem & optimo codice emendatum olim vidi apud virum ingenio ac doctrina insignem Is. Vossium, ac inter alia secundo quidem versu, ἐμμεν' ὠνηρ, pro quo in editis ἐμμεν' ἀνηρ, prout nempe χ'ὠνὴς itidem exstat in Theocriti Epigrammate in Epicharmum; ac in alio apud eundem τ'ὤγαλμα. Sed hæc levia fateor ac minutula.

Ibid. ἐσοψεῖται τῦτο παυσφάτιον] Haud aliter nempe ac infelix Oedipus de se, oculos mox sibimet evulsurus, ait apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 1209.

Ω φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν,
O *lux, te jam extremum nunc adspicio.*

Id vero hoc loco juxta Græcorum, de qua paullo ante, Theologiam, ac mysticas eorum cæremonias, quibus, ac traditis Deorum iisdem ἐπιφανείαις, haud impune, ignaris quamquam (ut modo ac dein v. 48. a Poeta dictum) ac invitis, sed quibus id alioquin vetitum, interesse easque coram intueri haud licuit. Hinc vel furore, vel cœcitate, ut id hoc loco & in sequentibus Tiresiæ exemplo adseritur, vel aliis calamitatibus, ut mutatæ subinde formæ, aut vero morte continuo multati dicuntur ii, quibus id quocunque tandem casu & modo contigerat: cujusque rei obvia apud Poetas antiquos aliosque Auctores exempla. Ita scilicet, ut fabellas ejus notæ minus obvias & ab hoc loco haud alienas obiter hic tangam, Cretensis Siprœtas e mari in feminam, sicuti de Tiresia etiam ab aliis dictum, versus, quod lavantem similiter vidisset Minervam, apud Anton. Liberal. cap. XVI; & Erymanthus Apollinis filius excœcatus, quod lavantem itidem intuitus esset Venerem, post ejus cum Adonide congressum, juxta Ptolemæum Hephæst. l. 1. apud Photium Cod. CXC. Ut similes ac infelices Calydonis, vel Haliacmonis, & de quibus postea ad v. 78. traditos ab aliis casus hic non memorem. Quod alioquin aureo seculo nec dum obtinuisse, ut nempe cœcitate vel alio calamitatis genere, nudas vidisse Deas luerent mortales, paullo ante tradentem vidimus Propertium; alibi autem de Diana dicit Papinius l. 1. Sylv. v.

Hic velox Hecate velit & deprensa lavari.

Quibus alioquin pœnis subinde etiam traduntur adfecti, qui vel solum Jovis fascias in Dictæo antro conspexerant, in cognominem scilicet inde avem mutati, apud Anton. Liberal. cap. XIX: aut cæteroquin qui ædes Deorum sacras, aut abdita eorum simulacra, ubi lege seu more patrio id iis erat vetitum, ingredi vel coram adspicere fuerant ausi. Sic excœcatus Ægyptus, quod ingressus foret templum Neptuni Mantineæ,

ad

ad quod nemini patebat aditus, teste Pausania l. VIII. p. 462, ac similiter, qui Lyceum Jovis in Arcadia fanum hominibus inaccessum adierat, intra annum mortuus, eodem Auctore p. 517. Quod postremum paullo aliter tangit Plutarchus Quæst. Gr. p. 298. sponte nempe Lyceum illud ingressos, lapidibus ab Arcadibus obrutos. Quæ omnia, & cujusmodi plura etiamnum adferri eam in rem possent, cum e Mose hausta haud immerito licet statuere, apud quem Exod. XIX. 20. & XX. 21. Deus Mosi præcipere dicitur, ne Sacerdotes & Populus adscendant ad Dominum, ad ejus nempe conspectum, ne ille continuo eos interficiat; tum præterea ex cladibus, quibus vel Philistæi 1. Sam. v. 6. vel Bethsemetes incolæ, 1. Sam. VI. 19; vel Huzza, II. Sam. VI. 6. ob inspectam intus ab iis aut adtrectatam arcam, qua nempe (ut ea de re obiter ante ad v. 12.) gloriosa Dei præsentia adumbrari, ac inde etiam de Deo ipso dicta legitur, Num. XXXV. 10. & alibi in veteri fœdere. Quibus tamen, nempe quæ ortas ex invito etiam cœlestium Deorum conspectu, aut temerario ad eos accessu, pœnas spectant, haud continuo suffragari videntur ea, quæ de iisdem Diis, ut omnia quidem videntibus, ipsis interea ἀορήτοις, ac præterea ἀμορφώτοις, ἀτυπώτοις, ἀμιτυώλητοις, *sine forma, sine effigie, immutabilibus*, sunt a priscis inter Græcos Sapientibus, & e Poetarum etiam gente, haud semel tradita. Sed qua de re opportunior infra ad v. 101. dicendi erit locus.

V. 58. πεπλού τι καὶ πέρι] *Plurimum & eximie præ cæteris*; πέρι nempe ibi pro ὑπὲρ seu περισσῶς, & quo sensu formata inde composita περιάριστος, *eximie*, *præ aliis*; περίαλλος, *qui cæteris præstat*; περιφὴ, pro *insigniter* itidem seu διαφερόντως, apud Apollonium l. 1. v. 869. & ejus Enarratores; ac apud eundem non solum aut Homerum, quos adducunt Hellenismi Thesauri, sed apud Pindarum etiam Isthm. Od. v. p. 462, Sophoclem in Phædra apud Stobæum Ecl. Phys. c. LX. p. 11, & Theognidem, περίωσιον & περιώσια, *pro magnopere, aut reliquis eminentiora, præstantiora*. Unde hic legendum apud Callimachum putem & explicandum illud καὶ περὶ δὴ φίλατο τῶν ἑτερῶν, nempe καὶ δὴ φίλατο περὶ τῶν ἑταρῶν, h. e. Attice vel Dorice pro τῶν ἑταίρων (sicuti mox v. 119. ὦ ἑτάρω, & supra Hym. in Jovem v. 46. ἕταροι pro ἑταῖροι) ac ut mox v. 166. νυμφῶν pro νυμφῶν & v. 104. Μοιρᾶν pro Μοιρῶν. Nempe quod totius hujus loci conspectus manifestius ante oculos ponet,

Ἀθαναίη νύμφην μίαν ἔν ποκα Θήβῃσι
Πεπλού τι καὶ πέρι φίλατο τῶν ἑταρῶν,

Minerva Nympham quandam (Chariclo, uti vocatur infra v. 67.) *olim Thebis*
Plurimum & præ aliis dilexit comitibus Nymphis.

Quamquam posset etiam illud πέρι per solitam Poetis in ejusmodi verbis compositis ἀπὸ κοπὴν, a proximo verbo φίλατο divulsum censeri, & explicanda proinde hæc Callimachi verba, περιφίλατο τῶν ἑτάρων, *eximie dilexit comitem* seu *sociam*: formato scilicet, quamquam alibi forte non occurrat, verbo περιφιλεῖν ad instar aliorum eodem sensu compositorum, περιεῖναι, περιίστασθαι, περιέπλεσθαι, περιφρονεῖν, *superare*,

vincere, *honorare eximie*, *valde ac attente circumspicere*, quæ apud Scriptores Atticos, Demosthenem, Thucydidem, Aristophanem; aliosque occurrunt. Atticis autem, ut obiter hoc addam, propriam illam in hac voce ἑτάρων pro ἑταίρων, litteræ ι ἀφαίρεσιν tribuit Corinthus, quamquam eam Doribus etiam ac Æolibus familiarem ibidem agnoscat: nempe libro de dialectis primum a Varino Camerte in Thesauro seu hortis Adonidis Græce apud Aldum edito.

V. 59. Ὄυποκα χωρὶς ἔγνυτο] *Nunquam seorsim* seu *separatim*, ut bene hic Interpres, *vixerunt*; quomodo χωρὶς apud Atticos, pro eo, qui *solus* remanet, sine alio adjuncto subinde dicitur, ut apud Aristophanem non semel videas. Sic χωρὶς pro *seorsim* dixit Lysias Orat. XXI. ἐπὶ δὲ τῇ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς σιτοφύλακας ἀποκληροῦσι, *ob hanc autem solam artem frumentarios seorsim constituunt*; & apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 616, μὴ μὲ χωρὶς αἰτιῷ, *ne me seorsim accuses*. Sed hæc levia rursus, neque tanti forte, quæ vel obiter indicasse fuerit hic necesse.

V. 60. ἀρχαίων εὖτ' ἐπὶ Θεσπιέων] Pro εὖτ' conjeceram legendum σεύτ' pro σεύετο, neque enim, quod sequenti versu legitur ibi versum ἐλαύνοι, ad hæcce ἐπὶ Θεσπιέων aut proxima verba ἢ 'πὶ Κορωνείας commode referatur; sed ad ea, quæ ibi adduntur, & juxta consuetam verbi illius constructionem, ἐις (non ἐπὶ) Ἁλιάρτον ἐλαύνοι. Ita σεύατο dixit Callimachus v. 34. Hymni sequentis, pro *proruit*; σοῦσθε vero v. 4. hujus Hymni. De quo tamen liberum sit Lectori judicium, quod recepta ibidem vox εὖτ' pro *quando* sit alioquin opportuna. Minervæ autem ad *Thespienses* profectionis ideo hic fit sermo, quod eadem ibi sub ἐργάνης seu *opificis* nomine coleretur, teste Pausania lib. IX. p. 581. Adde quod *Thespiæ*, eodem Auctore, a *Thespio* Erechtei Atheniensis filio conditæ a multis crederentur: unde ἀρχαῖοι etiam seu *antiqui* dici potuerunt, ut hoc loco iidem *Thespienses*; ac præterea, qui tanquam Atheniensium coloni, pro consueto coloniarum more, Minervæ cultum & sacra a Metropoli seu matrice urbe hauserint. Meminit quidem ΘΕΣΠΙΕΩΝ nummi e Cimeliarchio regio vir eruditissimus de Num. Urb. Ill. p. 202, sed non additis, quæ idem præferebat, symbolis aut typis. Exstabat vero ille in Museo illustrissimi Harlæi, ac unde cum pluribus aliis selectis in regium, si bene memini, illatus, & in quo nummo hinc caput muliebre velatum ac præterea cum prominente cornu visitur, illinc lyra globo imposita; & qualem etiamnum nummum, nisi quod omissa ab eo *cornu* illius mentio, apud F. Gottifredi a se visum tradit ad Stephanum doctissimus Holstenius, præter plures, quos in P. Lygorii Collectaneis exstare ibidem memorat. *Thespienses* alioquin, non Minervæ quidem, quamquam sæpe ad eos commeasse hic a Callimacho dicatur eadem Dea, sed Cupidinis cultu præ aliis Diis, juxta Pausaniam lib. IX. pag. 580. aut ei etiam soli, juxta veterem Poetam Anth. lib. IV. cap. XII. Epigram. LV. dediti; unde nobile apud eos Cupidinis signum, *propter quod unum*, ut de eo Tullius in Verrem IV. c. *visuntur Thespiæ*; quodque Romam Neronis jussu delatum, sub eodem conflagrasse, tradit Pausanias p. 581.

frustra necessario requiritur particula, quæ significet, quãdo, cũ, quoties."

V. 61.

V. 61. Κορωνείας, ἢ εἰς Αλίαρτον] Inde hæc duo Bœotiæ oppida a Poeta, ſicuti apud Homerum Iliad. B. v. 503. conjunguntur, nempe, quod vicina eadem eſſent, & quæ etiam duos fratres, *Coronum* & *Haliartum* conditores habuiſſent, juxta Pauſaniam l. IX. p. 593. Minervæ etiam cultu commendata præ aliis Bœotiæ oppidis eadem loca, quibus cum vicinus Triton amnis, ad quem non ad Tritonida Africæ paludem, educata ſcilicet Minerva ferebatur, & ubi *Coronea* adjacebat celebre illud *Itoniæ* aut *Itoniadis*, ſicuti infra Hym. in Cer. v. 75. eadem dicitur, Minervæ fanum, & de quo eruditi Apollonii Enarratores ad l. I. v. 551. Ἰτωνίας δὲ ΑΘΗΝΑΣ ἱερὸν οὐ ΚΟΡΩΝΕΙΑ τῆς Βοιωτίας, *Itoniæ autem* MINERVÆ *fanum in* CORONEA *Bœotiæ*. Immo in quo, auctore itidem Strabone l. IX. p. 411, παμβοιώτια, ſeu commune Bœotorum feſtum, celebrabantur, ita nempe dicta ſicut πανελλήνια, πανιώνια, πανα-θήναια. Quæ inſuper ΠΑΜΒΟΙΩΤΙΑ occurrunt in veteri Labadenſium, Bœotiæ incolarum, marmore, quod vulgarunt viri de hiſce antiquitatibus præclare meriti, Sponius Itin. P. III. p. 12. & Wehlerus Itin. Angl. ed. p. 330. Unde etiam in Amator. Narrat. apud Plutarchum pag. 774. virgo Bœotia, vitatis procerum, qui patrem ejus interfecerant, inſidiis præſtolata dicitur παμβοιώτια, ἡνίκα τότε εἰς ΚΟΡΩΝΕΙΑΝ ἐλθοῦσα, ἱκέτις καθίζεται ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς ΙΤΩΝΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ, & *tunc* CORONEAM *profecta, ſupplex conſedit in* ITONIÆ MINERVÆ *templo*.

Ibid. τεθυωμένον ἄλσος] *Lucus odoriferus*, juxta Interpretes ſeu *conſecratus*, juxta Heſychium, apud quem τεθυωμένον, ἡγιασμένον, & quomodo πολύθυτον ἄλσος Ἀρτέμιδος, *multis ſacrificiis conſecratus Dianæ lucus*, apud Euripidem dicitur Iphigen. in Aul. ad verſ. 185. *Sacri* nempe vulgo prope aras, ut hoc etiam loco, & ſupra Hymn. in Dianam verſ. 37. & qua de re ibidem, *luci*; ac unde τεμένη apud Græcos tam de *fanis* ſeu *ſacellis*, quam de *lucis* etiam dicta, juxta veteres Pindari Enarratores ad Iſthm. Od. I. pag. 44. Unde conjungit Sophocles Trachin. v. 767.

Βωμούς ὀρίζει, τεμενίαν τε φυλλάδα,
Aras definit, & lucum umbroſum,

ubi Critici τέμενος πολύφυλλον h. e. *lucum*. Neque adeo *odoriferis* arboribus vulgo conſiti leguntur iidem *luci*; ſed vel pinu, platano, abiete, cupreſſu, (ut prope Antiochenſem Daphnem) aut vero lauro, olea, vitibus etiam, ut ille prope Athenas lucus, de quo Sophocles Oed. Col. 16, βρύων

Δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου,
Confertur lauro, olea, vitibus;

& quomodo vites circa Delum Apollinis Templum, ſeu intra ejus ambitum, ab Athenienſibus exciſas memorat Thucydides IV. pag. 312. Ita non pinu ſolum, aut ulmo, ſed prunis etiam & pomiferis arboribus conſitus Cereris lucus dicitur Hymn. ſequenti v. 28. & 29. *Lucum* autem hic intelligit Callimachus, qui prope Itoniæ Minervæ ad Coroneam fanum, ubi communes Bœotorum conventus & feſta gentis ſolemnia celebrari ſolita diximus; & qualem proinde *lucum* pro more flagitabat

ſolemnis illa Panegyris. Sic Achæorum commune ſolitum cogi in *luco* Jovis apud Ægium, teſte Strabone lib. VIII. p. 387. Sic Panionia primum celebrata in *ſacro luco* prope Mycalen, juxta Herodotum l. I. c. CXLVIII. ſeu *deſerto* apud Diodorum l. XV. p. 364, h. e. *luco*, haud alias nempe, niſi ubi ſacra illa foret Panegyris, adiri aut frequentari ſolito.

V. 64. *βωμοὶ πωταμῷ κεῖνται*] Ut Dii nempe ποτάμιοι Ακλαῖοι, Επάκλιοι, ſicut apud Orpheum Argon. v. 342. & inde *littoralibus Deis* apud Catullum Carm. IV. 22; ita etiam *aræ* ad *fluvios*, & in littoribus frequenter olim poſitæ. Unde ſicuti *βωμὸν ἐπάκλιον*, *aram littoralem* vocat Apollonius lib. II. verſ. 691, ita Sophocles Oedip. Tyr. verſ. 193. *ἀκλὴν παραβώμιον*, *littus aris plenum*, ſeu *aras in littore poſitas* dicit.

V. 66. *Ὄαροι Νυμφῶν*] Non adſequuti mihi videntur elegantiam hujus loci Interpretes. *Ὄαροι* non ſolum pro *confabulationibus* in genere ſeu *ὁμιλίαις*, ſed pro *cantilenis* etiam, ut obſervo, ſeu Hymnis in alterius laudem cani ſolitis ſubinde dicti, ac inde cum cithara, ad quam iidem fierent, conjuncti. Docebit id Pindarus ſub finem Pyth. Od. I. ubi de Phalaride dicitur,

ἐδὲ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
μαλθακᾶν ΠΑΙΔΩΝ ΟΑΡΟΙΣΙ *ἔχοντα*,
neque ipſum citharæ do-
meſticæ in conſortium
ſuave, cum PUERORUM CANTILENIS *admittunt:*

quomodo nempe vox *ὄαροι* reddi ibidem debuit, h. e. juxta veteres ejus Enarratores, *ἐδέποτε τὸν Φάλαριν ἐν συμποσίοις παῖδες ὑμνῶσι*, *nunquam Phalarin in conviviis* PUERI HYMNIS *ad citharam celebrant.* Sic idem Lyricus Nem. Od. III. p. 347, quum Muſam ab initio invocaſſet, ut adeſſet ſuavi adoleſcentum, qui Hymnos paraverant accinere, choro, ac ut illa Hymnum continuo vellet exordiri,

ἐγὼ δὲ σκείναν
τέ μιν ΟΑΡΟΙΣ ΛΥΡΑ *τε κοινώσομαι*,
ego autem cum illorum
adoleſcentum CANTILENIS *lyra communicabo*,

h. e. juxta eoſdem Enarratores, *ἐκ τῶν νεανίσκων φησὶ τῶν μβρόντων παρ' ἐμοί*, ΤΟΝ ΥΜΝΟΝ *κοινῶσ ἄσομαι*: *μετ'* ΩΔΗΣ *γὰρ καὶ* ΛΥΡΑΣ *ἀπηγγέλοντο οἱ Επινίκιοι*, ex *adoleſcentibus*, *inquit*, *qui apud me habitant*, HYMNUM *communiter* CANAM: *cum* CANTU *enim & LYRA Hymni, victoriæ præcones, adnuntiabantur.* Eodem proinde ſenſu, quo apud Pindarum priori loco, *παίδων ὄαροι*, hic apud Callimachum *ὄαροι Νυμφῶν* dicuntur, ſeu *hymni*, quibus *Nymphæ*, Minervæ comites eam celebrare erant ſolitæ, & qui *ὄαροι* opportune etiam cum *choreis* hic conjuncti,

Οὐδ' ὄαροι Νυμφῶν, ἐδὲ χοροσασίαι,
Neque cantilenæ, ſeu Hymni Nympharum, neque choreæ;

ſine Nympha Chariclo, ut mox ſequitur, huic Deæ gratæ erant & ac-

acceptæ,

ceptæ. A quibus autem diverſi in vetuſti Poetæ Argonauticis νυμφίδιοι ὄαροι, non puellares utique ſermones aut cantilenæ, ubi nempe de Medeæ cum Jaſonis connubio dicitur v. 1324.

Εἰ δὲ κῇ νυμφιδίοις ὀάροις λέκτρῳ τε κλιθεῖσα,
Quod ſi vero maritalibus blanditiis, & lecto ſociata,

virginitatem, ut additur, imminuit, prout nempe in alterius Poetæ Argonauticis, ſeu apud Apollonium lib. III. v. 1101. de eodem Jaſone Medeam blandis & amatoriis verbis demulcere adgreſſo,

μειλιχίοις καταψήχων ὀάροισι,
ſuavibus eam demulcens ſermonibus,

ſicut omnino legendus ille locus, non, ut hactenus, contrario ſenſu & facili librarii lapſu, καταψύχων *refrigerans*, aut *exſiccans*; ac unde emerſit moroſa illa & aliena Interpretis verſio, *hac amatoria eam adlocutiuncula ſeu* AQUULA ADSPERSIT: Critici vero ibidem, καταψήχων (non ut ibi quoque καταψύχων) καταμαλάττων; & Heſychius, καταψήχων, κολακεύων, ἡσυχῇ τρίβων. Unde apud Euripidem e venatione redux Hippolytus v. 110. inter alia comites jubet, καταψήχειν χρεὼν ἵππους, *convenit recreare equos*, venatione nempe & curſu defeſſos. Mitto quod apud Nicandrum pro ἡσυχῇ τρίβειν, *leniter manibus conterere*, quæ & altera eſt hujus vocis apud Heſychium interpretatio, verbum καταψήχειν adhibitum legitur Ther. p. 64. & Alex. p. 147. E quibus præterea modo dictis, de amatorio ſenſu vocis ὄαροι, abunde, ut opinor, liquet, cur ὀαρίζοις inſcribatur feſtivum illud Theocriti Idyllium, quo amatorii mutuique proci & puellæ ſermones, blanditiæ, ac συνουσία tandem deſcribitur; & qua voce ſimiliter uſus de ſacra Veneri urbe ſeu Corintho agens Ariſtides Hymn. in Neptun. p. 42. ἔχειν δὲ αὐ ἑαυτῇ φιλότητας, ἱμέρους, ΟΑΡΙΣΤΥΝ, *qua habeat in ſe amores, illecebras, blanditias*, ac, ut addit, omnia Veneris pharmaca. Immo prout ἐυναίας ὀαρισμὸς *connubiales* ſeu *tori blanditias* dixit alibi noſter Battiades, iis nempe verſibus, qui inter ejus Fragmenta comparent. Quibus accedat adhuc veterum Apollonii Rhod. Interpretum gloſſa, ad lib. I. verſ. 46, ubi in explicatione verbi ὄπυιεν, pro ἐγγαμήκει, dicitur illud deductum ab ὀπὴ, h. e. τῆς φωνῆς, idque ἀφ' ὧν τὰς τῶν ἀνδρῶν πρὸς τὰς γυναῖκας ὁμιλίας, ἀφ' ἃ καὶ ΟΑΡΟΙ ΑΙ ΓΥΝΑΙΚΕΣ, *propter virorum cum mulieribus confabulationes, unde etiam vox* ὄαροι *de* MULIERIBUS *dicitur.*

Ibid. χοροσασίαι] Occurrit quoque eadem vox, quod moneo quia a Theſauris aliiſque Helleniſmi promptuariis eadem hactenus, quamquam immerito, exulat, apud Ariſtidem in eo verſu, cujus ſe adducit Auctorem Serm. Sacr. v. p. 588.

Σοὶ τὸ δ' ἔθηκαν, ἄναξ, μνῆμα χοροσασίας,
Hæc tibi, Rex, ſtantis ſigna chori poſuit,

Cantero Interprete. Adde eodem Ariſtide vetuſtiorem Poetam, Dionyſium Periegetem v. 842. Διωνύσοιο χοροσασίας, *Bacchi choreas*, & quomodo alius Battiadæ noſtri locus ab eruditis Comici Enarratoribus traditur Ran. p. 212. ubi ille de iiſdem Bacchi choreis dixerit,

Λιμναίῳ δὲ χοροσάδας ἦγον ἑορτὰς,

Baccho autem Limnæo choreis frequentata celebrarunt festa.

Quibus accedant Gregorius Nazianzenus Orat. XLIV. pag. 692, ἐπὶ τὸ ἄνω ἁγιασθὲν μετὰ τῆς ἄνω χοροστασίας, *in superno altari, cum cœlestibus choreis*: item Chrysostomus Serm. XXI. pag. 128. T. V. edit. Savill. εὐχαριστία ἐν ἀγαλλιάμα, μία εὐφροσύνη χοροστασία, *eucharistia, una exultatio, una latitiam adferens chorea.* Obvium autem, unde aut quo sensu formata sit vox utraque χοροστατίαι, & χοροσάδες: adde & χοροστάτης *præsultor* apud Julianum Imp. Epist. XLI. ac unde etiam στάσιμον μέλος appellatum, ὁ ἄδουσιν ἑστάμενοι οἱ χορευταὶ, *quod canunt stantes saltatores*, juxta Comici Enarratores ad Ranas p. 232.

V. 67. ἐχ ἀγεῖτο Χαρικλὼ] Quomodo nempe χορῆ Ηγεμὼν *chori dux*, primus χορευτὴς, qui cæteris præsultaret, ab Atticis dictus, vulgo κορυφαῖος, ac prout de Aristide quodam ea conjungit Demosthenes in Midiana pag. 395. καὶ ἴσως ἦν τῶν χορευτὴς, ἂν δὲ ποτ' ΗΓΕΜΩΝ, τῆς φυλῆς κορυφαῖος· ἵνα δήπου τότ' ἔτι ΗΓΕΜΟΝΑ ἂν ἀφέλη τις, ὅιχεται ὁ λοιπὸς χόρος, *& forte minus præstans saltator, sed fuit aliquando* DUX CHORI, *tribus suæ princeps. Scitis autem, si quis* CHORI DUCEM *sustulerit, reliquum chorum perire*, prout verti locus ille debuit. Ita Philo Legat. ad Cajum p. 1002. οἷα χορῆ τινὸς Ηγεμὼν, sicut *chori alicujus dux*, & qualem χορῆ ἄρχοντα vocat Plato lib. VI. de Legib. pag. 766. ac ubi de modo in eligendo illo *chori duce* ab eodem agitur. Quomodo nempe una voce Αρχέχορον ab Euripide dici videas Troad. vers. 151.

Ποδὸς ΑΡΧΕΧΟΡΟΥ πληγαῖς Φρυγίαις
Εὐκόμποις ἐξῆρχον Θεὰς,

h. e.

Pede præsultore, Phrygiis ad citharam pulsibus
Probe concinnis, Deos primus celebrans;

sed ubi minus commode ac nullo ferme sensu, πληγαῖς Φρυγίαις Εὐκόμποις, vertit Canterus, *ictu Phrygio glorioso*, quum πληγαὶ ibi, & unde πλῆκτρον, *sint citharæ pulsus*, dicti etiam subinde κλῦποι & κρέμματα, eæque Φρυγίαι seu ad *Phrygios modos*, ad quos *chori dux* olim Hecuba, concinno pedis motu, Deorum laudes celebrare fuerit solita. Iidem vero Αρχέχοροι seu χορῆ Ηγέμονες antiquitus & primæva vocis significatione χορηγοὶ etiam dicti, quum postea, & apud Scriptores Atticos ii demum ita vocari soleant, qui pecunia sua chorum seu χορευτὰς adducebant ac instruebant. Docet id e Demetrio Byzantio Athenæus lib. XIV. p. 633. Ἐκάλουν δὲ ΧΟΡΗΓΟΥΣ ὡς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιήματος, οὐχ' ὥσπερ νῦν, τοὺς μισθαρθροῦντας τοὺς χορεύτας, ἀλλὰ ΤΟΥΣ ΚΑΘΗΓΗΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΧΟΡΟΥ, καθάπερ αὐτὸ τ' ὄνομα σημαίνει, CHORAGOS *autem vocarunt, ut ait Demetrius Byzantius, libro quarto de Poemate, non ut hodie, qui choros conducunt, sed* CHORI DUCES, *ut vocabulum ipsum indicat.* Chariclo autem, quæ hic Minervæ *choros ducere* dicitur, Tiresiæ mater etiam traditur apud Apollodorum l. II. c. I.

V. 70.

V. 70. πέπλων λυσαμένα περόνας] Quod ſolitum nempe Dearum indumentum, unde Ceres ἔυπεπλος a Theocrito dicta Idyll. Z. verſ. 32. & quo amicta vulgo Dearum ſimulacra, ut id cum e Scriptoribus antiquis, Æſchylo aliiſque, tum e ſignis & nummis vetuſtis etiamnum obvium; & qua de re, eoque indumenti genere, jam olim egi ad Juliani Cæſares, & ſupra ad v. 32. Hymn. in Apoll. Hinc Minervæ hujus peculiaris & inſignis *peplus* in Panathenæis, quod notum, ſolemni pompa circumferri ſolitus, ſeu, ut de eo Virgilius in Ceiri,

Inde Deæ votum ſolemni in tempore portant.

Immo unde Minerva *peplo*, quem ipſa manibus ſuis fecerat, eoque pro more variegato ſeu ποικίλῳ, induta apud Homerum, & quem exuere itidem, non tamen ut nuda ſe in fonte, ut hoc loco, aut fluvio ablueret, dicitur, ſed quo lorica & ægide, ſe ad belligerandum contra Trojanos, muniret; nempe Iliad. E. v. 734.

Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ᾽ ἔδεϊ,

Peplum quidem effudit amplum in patris pavimentum.

Soluti vero ſimiliter, ut hic a Pallade, a lavantibus Gratiis *pepli*, iique a Cupidine furto ſubrepti dicuntur Anthol. l. IV. c. XIX. Ep. XXIV.

Ἐνθάδε λεσαμένων Χαρίτων ποτὲ θέσκελα πέπλα,

Hic lavantibus Gratiis quondam divinos peplos &c.

Amor, ut ſequitur, furatus eſt. Πέπλα enim etiam dicta, unde θήλεα πέπλα, *fœminei pepli* apud Nonnum Dionyſ. lib. XIV. pag. 334. Cujuſmodi alioquin *peplos* (quos & ἀνδρείους ſeu *viriles* etiam fuiſſe, & ita a Theocrito dictos Idyll. XXVII. v. 10, contra Pollucem alibi docuimus) in luctu & ſubitis calamitatibus, non tam exuere, quam e corpore avulſos dirumpere *ſoliti* ſubinde veteres; ut præter ſimilia exempla in veteri fœdere obvia de Xerxe, profligata a Græcis claſſe, apud Æſchylum dicitur Perſ. v. 199. & 1035, & de Tigrane apud Xenophontem Inſtit. Cyr. l. III. p. 64. Obvium itidem, quod de *ſolutis* hic a Minerva *pepli fibulis* additur, quibus ut plurimum, ſupra humerum dextrum, quandoque & ſiniſtrum, quod abunde arguunt antiqua etiam ſigna & nummi, iidem pepli ſicut & chlamydes adnectebantur; ac unde ἐπώμιοι περόναι, *humerales fibulæ* apud Lucianum in Amorib. dictæ, & περονατεῖς de ejuſmodi *peplo*, ſeu alio id genus indumento *fibulis nexo* a Theocrito vocatur Id. XV. v. 21. De diſcrimine autem, quod ſtatuit Pollux inter περόνας & πόρπην, ut illæ nempe circa humeros, hæ circa pectus adaptarentur, quid ſtatuendum ſit jam ante monui ad v. 3. Hymn. in Apollinem. Sed hoc obiter adhuc addendum, quod etſi λυσαμένα, in duali utique, locum habere hic poſſit, nec mihi quoque diſpliceat lectio λεσαμέναι, quam Politiani codex præferre ad hunc locum dicitur: quamque videntur adſtruere ſequentia plurium nempe numero, λῶντο & λώοντο, *lavabant*.

V. 72. μεσαμβρινὰ δ᾽ εἶχ᾽ ὄρος ἀσυχίη] Quamquam apud Theocritum haud fas dicatur a Paſtore, metu quieſcentis tum Panis, *meridiano tempore* fiſtula canere, ut opportune hic monuit Anna eruditiſſima, *meridiani* tamen *cantus* & cantoris in *montibus* ac prope fontem (qua-

lis hic erat Minervæ lavantis in Hippocrene, Heliconis fonte; ſtatio) paſtoris mentionem fieri videas Anth. l. IV. c. XII. Epigr. LXXVIII.

Χὠποιμὴν ἘΝ ΟΡΕΣΣΙ ΜΕΣΑΜΒΡΙΝΟΝ ἑῴγυθι πηγᾶς
Συρίσσων,

Et paſtor IN MONTIBUS MERIDIE *prope fontem*
Fiſtula canens,

ac ut alibi ſimiliter cap. XV. Ep. I. ejuſd. libri,

Πρὸς γὰρ ἐμὴν μελέταν ΜΕΣΑΜΒΡΙΝΟΣ ΟΥΡΕΣΙΝ ᾠδὸς,
Ad meam enim meditatam cantionem, MERIDIANUS *cantor*
IN MONTIBUS,

Paſtoralem, quod addit, *ſonum ſuum adaptavit*. Μεσαμβρινὸν nempe Dorice ibi pro μεσαμβρεινὸν vel μεσαμβρέιον, quo poſtremo uſus alibi idem Syracuſanus vates Idyll. VII. verſ. 21. & ſicut ἔθασον pro ἔασον cum inſerto β a Syracuſanis dici obſervat Heſychius, & ſimiliter ἔθα a Cretenſibus pro ἔα uſurpatum, alii veteres Grammatici, uti ſimilia jam ante vidimus ad verſ. 28. in voce σίδης, pro σίδης. Ita βραδινὰν pro ῥαδινὰν dixit Æolis Muſa eo verſu, qui apud Hephæſtionem legitur pag. 34, nempe βραδινὰν δ' Ἀφροδίταν, non *per acrem Venerem*, ut ibi Interpres in Stephaniana novem Lyricorum editione, ſed per *agilem Venerem*, aut vero per *delicatam* ſeu *teneram*, quomodo de Junone dixit Apollonius lib. III. v. 106. ῥαδινῆς ἐπεμάσσατο χειρὸς, h. e. juxta eruditos ejus Enarratores, τρυφερῆς, *delicatæ*, nempe, *delicata ſtrinxit* ſeu *adprehendit manu*. Ut hic cæteroquin mittam verbum βεῖξεν de iis, qui capiunt ſomnum meridianum juxta Grammaticos, prout alibi jam dictum, cujuſque vocis aliunde iidem arceſſunt originem.

V. 74. ἀσυχίᾳ τῆνο κατεῖχεν ὄρος] Muſis, quippe tranquillis Deabus, & quæ *ſeceſſum & otia quærunt*, mons ille Helicon conſecratus, ac proinde ab omni ſtrepitu & commeantium ultro citroque turba remotus. Accedebat mons ipſe denſis arboribus, juxta Pauſaniam lib. IX. p. 582. opacus, & eodem teſte, haud procul ab Hippocrene, in qua lavabat tum Minerva, Muſarum lucus, ac proinde *religione patrum late ſacer*. Neque enim tum bellatrix hæc Dea, aut ad prœlium, ut apud Homerum, de quo loco paullo ante, accincta; aut Minerva Athenienſium Νίκη, ſeu in Romanorum nummis, VICTRIX; ſed quæ PACIFERA in iiſdem dicta, ſicuti etiam in veteri marmore, cujus ut in ruinis fori Romani ſuperiori ſeculo reperti meminit in collectionibus ineditis, & quas Romæ olim in Bibliotheca CHRISTINÆ Suedorum Reginæ evolvere mihi licuit, Pyrrhus Ligorius,

MINERVÆ PACIFERÆ
L. TITINUS L. L. AMAZON
GRAMMATICUS V. S. L. M.

Quæ proinde quieti & tranquillitati intenta tum Dea, una cum dilecta eidem Nympha, Tireſiæ nempe matre, in hoc Helicone monte ſe oblectare dicitur. Quomodo in Orphicorum Hymno in hanc Deam traditur eadem,

Η δ' ΟΡΕΑ σκιόεντα, νάπαισί τε σὴν φρένα ΤΕΡΠΕΙΣ,

Quæ autem MONTES *umbrosos incolis, & te in saltibus* seu *animum tuum* RECREAS.

Miror autem, quod pace Annæ eruditissimæ dixerim, cur ingeniosissimo ejus parenti in mentem venerit, ut pro τῆνο κατεῖχεν ὄρος, legendum hic putarit τετάκις εἶχεν ὄρος, & quidem, ac probante præstantissima filia, quod nauci omnino sit ibi illud τῆνο, cum de eo monte alibi scilicet non sit loquutus Callimachus. Verum penultimo ante hunc versu, & de quo modo egimus, omnino ejus montis Poeta meminerat v. 72.

μεσαμβρινὰ δὲ εἶχ' ΟΡΟΣ ἀσυχίαν,

meridiana tenebat MONTEM *quies*,

& quem etiam *Helicona* dictum ibidem tradidit. Ut proinde non opportune solum, sed omnino illud τῆνο a cultissimo Poeta fuerit hic dicendum, ubi ejusdem montis, & *quem alta quies occupabat*, denuo meminit: idque, quod repetere illi visum, dum in eodem monte, seu in fonte illius montis Hippocrene, ambæ lavant Minerva & dilecta præ aliis Nympha Chariclo. Mitto proinde, quod illud τετάκις a recepta veterum librorum lectione recedat; ac insuper minus venuste ac opportune loco illius τῆνο inserendum hic putetur.

V. 77. Διψάσας δὲ ἀφατόν τι] Haud dissimile, quod de Hercule narrat Propertius l. IV. El. X. qui nempe Alcides post abactos ab Hispania boves, dum ejus *sicco torret sitis ora palato*, seu, quod hic de venante Tiresia dicitur, διψήσας δὲ ἀφατόν τι, ad lucum & sacros in Velabro Bonæ Deæ fontes, sitim inde levaturus forte accessit, seu, ut hic additur, ποτὶ ῥόον ἤλυθε κρήνας, nempe

Fœmineæ loca clausa Deæ, FONTESQUE *piandos*
Impune, & nullis sacra retecta viris:

ac ubi Hercules ad puellas tum in luci recessu ludentes ait, *fontis egens erro* &c. sed quem procul inde alma Deæ Sacerdos, quamquam frustra, jubet abscedere. Quamquam enim *Demia*, ut notat Festus, seu *publica* dicerentur hujus Deæ, quod nempe pro populo fierent sacra, ut bene jam ad Grammaticum illum monuit illustris Scaliger; & prout ἱερῶν δημίων, seu *publicorum sacrorum* meminit, ut alia id genus nunc mittam, Æschylus Sept. Theb. v. 183. ac inde *Damias* dicta vel *Damiatrix*, ut postremum præfert ὁ πάνυ, illius Deæ Sacerdos, haud eo minus tamen maribus eadem, ut vel e noto Clodii in Cæsaris ædibus facinore, erant inaccessa, sive ut de iisdem Tibullus lib. I. Eleg. VII,

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Adde vero fatales fuisse huic Tiresiæ *sitim* ac *fontes*, quum de eo prodat Pausanias lib. IX. pag. 592. illum, dum capta Thebarum urbe, ab Argivis ad Delphicum Apollinem cum reliqua præda protrahitur, sitientem forte in via hausta de Thilphussa fonte aqua, mortuum, & sepulcrum ejus exstare ad eum montem: hic vero, dum urgente itidem siti ad fontem accurrit, visaque ibi forte, ut in sequentibus traditur, nuda in eo lavante Minerva, oculis continuo privatus.

V. 78. ἐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμιδες] Contra quam de Cnidia Praxitelis Venere dicitur in veteri Carmine Anth. lib. IV. cap. XII. Ep. VII.

Πραξιτέλης ἐκ ΕΙΔΕΝ Α ΜΗ ΘΕΜΙΣ,
Praxiteles non vidit, quæ nefas eſt videre.

Conjiciebam vero, quod inſolens ſit illud μὴ θέμιδες, pro μὴ θέμις, an legendum hic forte, μὴ θέμις ἦν, aut μὴ θεμιτὸν, nempe ſubaudiendo, & quod vox θέμιδες itidem poſtulat, ἰδεῖν h. e. εἶδε τὰ μὴ θεμις ἦν ἰδεῖν, aut μὴ θεμιτὸν ἰδεῖν, *quæ nefas erat videre* (& quomodo ὃ θεμιτὸν ἦν dixit Plato in Phædone p. 67. ed. H. Stephani) nudam nempe lavantem in Hippocrene Minervam, ac unde ſequuta continuo, ut mox dicitur, Tireſiæ cæcitas. Quod tanquam ex una Callimachi apud Græcos narratione, hauſiſſe unum inter Latinos Propertium in nuperis Pariſienſibus ad hunc Battiadis æmulum vatem Notis, & quidem e compilatis Paſſeratii, qui id improvide tradiderat, in eundem locum gloſſis, dicitur; & qua de re mox ad v. 82. Neque vero & quod jam ante monuerat Callimachus v. 52, Tireſiam hic a pœna immunem præſtat, quod ignarus ac *nolens* etiam, ἐκ ἐθέλων, eo nudæ Minervæ adſpectu, caſu nempe non conſilio eo delatus, oculos paviſſet. Quamquam ea in re, præ Hercule minus utique nocens, quem ab arcanis Bonæ Deæ lucis ac fontibus, & adducto quidem hoc Tireſiæ exemplo, ſed irrito tamen molimine, abſtrahere conatur vetula Deæ illius Sacerdos, dicto jam apud Propertium loco, & cujus duos priores verſus opportune jam huc adtulerat vir doctus,

Magno TIRESIAS *adſpexit* PALLADA *vates*,
Fortia dum poſita Gorgone membra LAVAT.
Di tibi dent alios fontes, hac lympha puellis
Avia ſecreti liminis una fuit.
Sic anus: ille humeris poſtes concuſſit opacos;

& quo poſtremo ejuſdem facto, ſe alium ſcilicet Samſonem præſtitit hic Alcides. Immo ad quem Callimachi noſtri locum, quo, quamquam *nolens*, ἐκ ἐθέλων, ſeu ignarus Tireſias, ob conſpectam, *quod videre fas ei non erat*, nudam nempe lavantem Minervam, piaculo obſtrictus hic innuitur, eximie facit illud Macedonii de veteri Lavacro carmen Anthol. lib. IV. cap. XIX. Epigr. XXXIII.

Μή τινα Νηϊάδων τις ἐμοῖς ἐπὶ χεύμασι ΓΥΜΝΗΝ,
Η μετὰ καλλικόμων Κύπριν ΙΔΗ Χαρίτων,
ΟΥΚ ΕΘΕΛΩΝ: χαλεποὶ δὲ Θεοὶ φανέεσθαι ἐναργεῖς
Τίς γὰρ Ομηρειοις ἀντιφέροιτο λόγοις;
Ne quam Naiadum quis meis in aquis NUDAM,
Vel cum pulcricomis Venerem Gratiis VIDEAT
NON VOLENS: *Graves autem Dii* (ſeu Deæ) *ſi conſpiciuntur manifeſti* vel *nudi.*
Quis enim Homericis contradicat ſermonibus?

De verſu Homerico, qui exſtat Iliad. Υ. v. 131. infra adhuc videbitur ad verſ. 101. Quam in rem nota etiam illa Naſonis Triſt. l. II. v. 105.

IN-

INSCIUS *Actæon vidit ſine veſte Dianam,*
Præda fuit canibus NON MINUS *ille ſuis.*
Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt;
NEC *ventam læſo numine* CASUS *habet.*

Cujus equidem Theologiæ, juxta quam pœnæ obnoxii cenſebantur, qui *nolentes* etiam ἂκ ἐθέλοντες, prout in utroque hoc Callimachi & Macedonii loco dicitur, ſeu ut modo apud Ovidium *inſcius*, ac proinde quorum ea in re merum eſſet ἀτύχημα, non ἀδίκημα, Deos Deaſve, aut arcana earundem & ἀπόῤῥητα introſpexerant, ea erat & obvia quidem ratio; quod profanis oculis ſeu illicito ac impio adſpectu haud minus læſa ac temerata crederetur Divina eorundem Numinum puritas & ſanctitas. Unde etiam nonniſi prævviis, quod aliunde notum, variis καθαρμοῖς, non corporis ſolum, ſed animæ, ut ea de re Libanius Declam. XIX. pag. 495, & indicta prius a variis cibis omnique Venere abſtinentia ſacriſque aliis ritibus ac cæremoniis, & quidem ad conſtitutum etiam tempus, peragendis, Numinum in arcanis illis eorum τελεταῖς, præſentiæ ἐπόψιας fieri demum contingeret. Adde, quod ingens haberetur piaculum, eadem ἀπόῤῥητα cuiquam non initiato propalare; ac proinde id continuo exigi ab initiantibus, conſtituta, quæ delinquentes maneret pœna, ſoleret. Haud aliter ac de pudica itidem, immo pudicitiæ apud Romanos Symbolo, Veſta, apud Ovidium dicitur Faſtorum VI. 254:

Non equidem vidi (*valeant mendacia vatum*)
Te, Dea, NEC *fueras* ADSPICIENDA *viro.*

Ut ideo id longe magis ad incautos, qualis hic Tireſias, nec rite prius καθαρθέντας nudæ virginis Deæ, & caſtitatis itidem ac temperantiæ antiſtitis ſpectatores dici poſſit, quod de cavendo ἀφροδισίων adſpectu ait Tibullus lib. I. El. II.

Parite luminibus, ſeu vir, ſeu fœmina ſias;
Obvia celari vult ſua furta Venus.

& ſicuti ſimili in re de iis, qui nocturna Priapi ſacra, quamquam ignari nec ultro introſpexerant, apud Petronium dicitur, *neque enim impune quiſquam,* QUOD NON LICUIT, ADSPEXIT, nempe quod hic dicitur, εἰδὲ τὰ μὴ θέμιδες, vel θεμιτόν. Unde etiam eadem haud aliis profuit *ignorantia*, quin ſimili cum Tireſia in cauſſa, in idem aut magis adhuc calamitoſum fatum incidiſſe fuerint dicti. Sic Calydon Martis & Aſtynomes ſcilicet filius, licet κατ' ἄγνοιαν lavantem vidiſſet Dianam, in lapidem continuo mutatus fertur; & Haliacmon Tirinthius, quod quamquam κατ' ἄγνοιαν ſimiliter Jovem cum Rhea congreſſum erat conſpicatus, furore ſubito correptus, ſe in Inachum fluvium præcipitem dederit: prout utramque fabellam refert Plutarchus, ſeu quiſquis auctor libri de Fluminibus, in Acheloo & in Inacho.

V. 81. Ω Ευηρείδα] Quomodo de eodem Tireſia Theocritus Idyll. XXIV. v. 70. Μάντι Ευηρείδα, *vates Eueride*, & præter Græca ad hunc Callimachi locum Scholia, ab Apollodoro inſuper lib. III. cap. VI. Ευήρης *Eueri* filius idem traditur; ac inde, ut in Hygino Fab. LXIX. & LXXV.

LXXV. Phlegonte Tralliano Θαυμ. cap. IV. Lactantio ad Statii Theb. lib. II. v. 95. legendum primus monuit ad Phlegontem eruditissimus Meursius, pro corruptis *Eurii*, vel *Eurimi*, aut Ευμάρυς, & *Pericli* etiam apud veterem Papinii Scholiasten, de eodem *Euero* vocabulis; ut proinde non debuerit Barthius, qui Phlegontis a Meursio editi ea de re verba ad Statii d. l. adducit id sibi vindicare.

V. 82. παιδὸς δὲ ὄμματα νὺξ ἔβαλεν] Nihil novum utique, ut adolescens & adhuc cum prima lanugine supra dictus v. 75. Tiresias, hoc παιδὸς nomine designetur; cujus vocabuli, ut & apud Latinos *pueri*, de provectioribus etiam sæpe adhibiti, obvia apud Græcos & Romanos auctores exempla; *nox* autem *obruisse* ejus oculos hic dicitur, haud aliter ac de cæcitate sua Oedipus apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 1336. σκότυ νέφος ἐμὸν *tenebrarum mea caligo* seu *tenebris obsita mea lumina*. Neque vero hanc de Tiresiæ cæcitate, e nudæ scilicet Palladis adspectu orta, fabellam unus inter Græcos tradidit Callimachus; & proinde quem unus inter Romanos sequutus sit, qui eam quoque tangit Propertius; ut visum postremo ejus editori Gallo, & cui præiverat, ut paullo ante dixi, sed inconsulto Passeratius. Id enim Pherecydes, qui nempe θεογονίαν scripserat, & Crœso coævus fertur, ac proinde Callimacho tot seculis antiquior, pridem tradiderat; ut id ex eo refert Apollodorus lib. III. cap. VI. ubi quum diversa de ea Tiresiæ cæcitate narrari dixisset, ab aliis enim tradi Deorum ira, qui mortalibus, quæ latere voluissent, detegeret, excæcatum fuisse Tiresiam, post ea, inquam, addit, Φερεκύδης δὲ ὑπὸ ΑΘΗΝΑΣ αὐτὸν ΤΥΦΛΩΘΗΝΑΙ· ὦσαν γὰρ τὴν Χαρικλὼ προσφιλῆ τῇ Αθηνᾷ ΓΥΜΝΗΝ ἐπὶ πάντα ΙΔΕΙΝ τὴν δὲ, ταῖς χερσὶ ΤΟΥΣ ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ αὐτῦ καταλαβομένην, ΠΗΡΟΝ ποιῆσαι, ubi pro ὀφθαλμὺς καταλαβομένην, legendum omnino putem, καταβαλλομένην, sicuti hoc loco ὄμματα νὺξ ἔβαλεν & infra vers. 100. ὄμματα ἁρπάζειν *oculos rapere* seu *eruere* dicitur. Firmat Hesychius: καταβαλεῖ, ἀποκτενεῖ, καταλύσει, νικήσει, ῥίψει, & sicuti voce παίειν, de semet manibus suis excæcato agens, ait Oedipus apud Sophoclem v. 1294 & 1335. Apollodori vero verba sonant, *Pherecydes autem* A PALLADE LUMINIBUS ORBATUM *refert. Siquidem cum Chariclo Minervæ charissima esset, illum* NUDAM *per omnia Deam vidisse contigit; eamque manibus suis* ERUTIS *illi* OCULIS, *eundem obcæcasse.* A Pherecyde, qui primus de Diis scripsisse a Laertio fertur, hanc fabellam hauserat Callimachus, quam tangit etiam vetus Poeta Anthol. lib. IV. cap. XVIII. Ep. XIV. ubi ad Martem, qui lavantem in fonte Venerem respicere vellet, dicitur,

Δέρκεο νηχομένην, μὴ δείδιθι· ὐ γὰρ ΑΘΗΝΗΝ
Παρθένον ΕΙΣΟΡΑΑΣ, οἷά τε ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ,
Vide natantem Venerem, *ne timeas; non enim* MINERVAM
Virginem INTUERIS, *& prout* TIRESIAS,

nempe inde est excæcatus. Adde Nonnum Dionys. sub finem l. XX.

ΓΥΜΝΗΝ Τειρεσίας θηήσατο μῦνον ΑΘΗΝΑΝ,
NUDAM *Tiresias vidit solum* MINERVAM;

dein

dein

Εμπης μεῖνον ὥποπε, καὶ ἄλεσε φέσγος ὁποπῆς,
Semel solum vidit, & perdidit lucem visus.

Quin a Sophocle drama editum, quo lavantem Minervam a Tiresia visam tradidit; ac inde non luminibus quidem orbatum, sed in mulierem eundem continuo mutatum, refert Jo. Malala in Chronographia Oxonii nuper admodum edita p. 47. An vero nihil usquam de illa fabella quamquam ab aliis passim memoretur, a Sophocle sit prolatum, quod statuit in Epistola Malalæ addita vir eruditissimus, & a quo magnum præclaris doctrinarum studiis incrementum licet augurari, nolo jam hic cum eo contendere: neque an ideo id continuo evincatur, quod omnes fere Sophocleorum Dramatum titulos, beneficio Grammaticorum veterum habeamus, ubi nullus Tiresiæ aut fabellæ huic locus esse possit, præterquam in utroque ejus Oedipo & Antigone, quæ tria Sophoclis dramata (neque enim eadem esse una ejus Tetralogia, vere in Addendis agnovit vir insigni doctrina) adhuc supersunt, & ubi eandem fabellam exstare non meminerit. Ut hoc mittam, quod non ob visam lavantem Palladem, mutatus in fœminam apud Poetas aut Mythologos antiquos passim memoretur hic Tiresias, sed ob visos scilicet in Cyllene monte, aut juxta alios in Cythæreone, coeuntes duos dracones, & fœminam ex iis ab eo occisam; prout id ab Hesiodo traditum refert Apollodorus lib. III. cap. VI, ab Hesiodo similiter Phlegon Trallianus Θαυμ. cap. IV; ac memorant insuper Antonius Liberal. c. XVI, Hyginus Fab. LXXV, Ovidius Metam. l. III. v. 326, & Lactantius ad Theb. l. II. v. 95. Excæcati vero Tiresiæ, non ut hic a Pallade, sed a Junone fabellam, idque ob litem jocosam pro Jove contra Junonem decisam, iidem Apollodorus, Hyginus, Ovidius, Lactantius ad Statium referunt, traditis etiam apud Apollodorum versibus, tanquam ea de re a Tiresia prolatis, & quos jam ob rei, de qua ibi agitur, turpitudinem hic non expendimus. Hoc autem ad Mosen, qui & idem Tiresias, judicem ab Israelitis constitutum; & occæcatum eundem Tiresiam, ut hic a Pallade, aut juxta alios a Junone, ad velamen, quo Moses de monte descendens caput obnupserit, referre libuit viro summo in præclaro opere Demonstr. Evang. Plura vero de variis hujus *Eueridæ* casibus multiplicique μεταμορφώσει, e Sostrati Elegiaco de Tiresia carmine, & aliunde memorat Eustathius Odyss. K. p. 1665. Illud vero ibi μνημονικὸν ejusdem Eustathii ἁμάρτημα, quod nempe tradiderit Callimachus, ob visam lavantem alicubi in Bœotia Dianam, (Αρτεμιν) Tiresias fuerit oculis orbatus; nisi Αρτεμιν ibi pro Αθήνην librariorum lapsu irrepsisse statui potius debeat. Eadem vero cæcitatis pœna, ob visam non ipsam quidem, ut hic lavantem Minervam, sed conspectum ejus simulacrum seu Palladium, cum Ilum Trojanum, tum Romanum Metellum, oculis continuo captos; bene jam e Plutarchi Parallelis ad vers. 53. hujus Hymni monuit vir doctus; quorum uterque præterea placato nomine & expiata ira, Tiresia proinde ea in re felicior, visum recuperarit. Neque dissimilem Ægypti Arcadis casum

ſum, quod ingreſſus eſſet Templum Neptuni Mantineæ hominibus inacceſſum, adtigi ſupra e Pauſania. Adde legem, cujus meminit Sulpitius Victor ſub finem Inſtitutionum Oratoriarum, qua mas obcæcari jubetur, qui Cereris fanum foret ingreſſus; *nempe quidam cum mater ejus in Templo Cereris vapularet, ingreſſus eſt Templum, opitulatus eſt matri, petitur ad pœnam lege, quæ jubet*, EXCÆCARI *eum, qui Templum Cereris intraverit.* Plura vide, quæ de pœna eorum, qui Deos, Deaſve, aut eorum etiam ſimulacra coram vidiſſe cenſebantur, notavi ſupra ad v. 54; & quibus adde illud, quod ad Herculem, ad ſacrum Bonæ Deæ ac inde viris inacceſſum lucum accedentem, ait Deæ illius Sacerdos apud Propertium dicto ante loco lib. IV. El. X,

PARCE OCULIS *hoſpes, lucoque abſcede verendo;*
Cede agedum, & TUTA LUMINA *linque fuga.*

Ne hic tangam quod de excæcato a Muſis Thamyri, ob ſpretam earum artem, tradit poſt Homerum Euripides in Rheſo v. 921. &c. aut vero, quod miſſis hiſce fabellis de juvene Gentili refert Athanaſius Apolog. de Fuga p. 848; qui nempe juvenis Alexandrinam Eccleſiam cum frondibus ingreſſus, eaſque Gentilium more in eadem agitans, mox fuerit oculis orbatus. Immo cujuſmodi cæcitatis, qua Deos nempe impios ſubinde percuſſit, nota ſunt in ſacro codice, ut Sodomæorum Gen. XIX. I, aut Syriæ Regis militum II. Reg. XVIII, ac Elymæ Act. XIII. II, exempla.

V. 83. ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι Γώνατα] In Scholiis manuſcriptis ad Homeri Iliada, quorum facta a me haud ſemel mentio, adducitur hic Poetæ noſtri locus, nempe ad Il. X. v. 464. καὶ Καλλίμαχος, ἐκόλλασαν γὰρ μοι ἀνίαι γούνατα.

V. 85. τί μοι τὸν κῶρον ἔρεξας] Haud inſolita in Poetarum libris eorum, qui præter fas ſe aut ſibi chariſſimos plecti exiſtimabant, cum Diis expoſtulatio; qualis eſt Promethei Caucaſo adfixi apud Æſchylum, & qui, ut de eodem dicitur verſ. 320, οὐδ' εἴκεις κακοῖς, *malis non cedis*, ſed contra ſtimulos, ut continuo additur, calcitras. Quamquam neque apud eoſdem Poetas, alioſque e gentilibus Scriptores, deſint graviſſima ſubinde monita, quibus eas, quæ a Diis immittuntur etiam immerentibus calamitates, patienter ferri debere; neque proinde Diis ſuccenſendum traditur. Sicuti cum in eodem Promethei apud Æſchylum dramate, ab Oceanidum choro admonetur ſubinde idem Japetides; & a Sophocle Philoctet. verſ. 1348.

ἀνθρώποισι τὰς μὲν Θεῶν
Τύχας δοθείσας ἐς' ἀναγκαῖον φέρειν,
hominibus enim, quæ a Diis
Immiſſæ ſunt calamitates, eas neceſſe eſt ferre.

Similiter apud Euripidem Phœn. v. 385. δεῖ φέρειν τὰ τῶν Θεῶν, *quæ a Diis veniunt, oportet ferre*; ac idem præterea Tragicus in Æolo apud Stobæum Serm. CVI. p. 568.

τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφὸς,

illu-

illustri Grotio Interprete,

at quod immittunt Dii,
Bene ferre quisquis didicit, is vero sapit.

Adde illud, quod ibidem apud Stobæum, & similiter in Grotii e Stobæo excerptis pag. 454. tanquam Euripidis; apud Plutarchum autem in *Consolat. ad Apollon.* pag. 116. ut Æschyli refertur,

Ανδρῶν γὰρ ἐσιν σὺν δίκων τε καὶ σοφῶν,
Εν τοῖς κακοῖσι μὴτε θυμοῦσθαι θεοὺς,
Justorum est virorum & sapientum,
In rebus adversis Diis non succensere.

De quibus plura qui volet, adeat eundem Stobæum dicto Serm. CVI. & in excerptis τῷ πάνυ Grotii, CVIII. ὅτι δεῖ ῥᾳθυμίως φέρειν τὰ συμπίπτοντα ὄντας ἀνθρώπους, *quod eventus rerum fortiter ferendi sint hominibus.*

V. 86. τοιαῦται δαίμονες ἐσὲ φίλαι] Juxta nempe non illam saniorem, de qua modo actum, sed vulgarem gentilium Theologiam, quæ Deorum in homines benevolentiam aut odium, ex immissis prosperis ac adversis, solita fuit æstimare; indeque eos laudandi, aut pro re nata insectandi, ansam continuo arripere. Hinc eorundem gentilium in terræ motibus abjectos continuo præ Christianis animos, qui tunc fiduciam in Deo collocarent, in iisdem redarguit M. Aurelius Imp. in ea epistola ad commune Asiæ scripta, quæ apud Eusebium legitur Hist. Eccl. l. IV. c. XIII. & Nicephorum l. III. c. XXVIII. Unde etiam Dii apud eos culti, ut ea de re Porphyrius περὶ Ἀποχ. l. II. p. 161, aut ut mala avertant, aut ut bona largiantur; ac inde duæ Deorum classes constitutæ ac tradita nomina: eorum nempe, quos ad res prosperas ab iis eliciendas: aliorum vero, quod ad averruncandum adversas, invocandos sibi statuebant. Quod ab Hippocrate de Insomniis cap. IV. sub finem monitum pridem fuit, ac Minerva quidem cum Jove, Mercurio, & Apolline, in priorum censum ibidem relatæ, quibus nempe ἐπὶ τοῖσιν ἀγαθοῖσιν, *super res prosperas*, esset supplicandum. Hic vero non inter ἀγαθοδαίμονας eadem Dea, sed κακοδαίμονας potius, ab irata & indignante matre, ob cæcitatem scilicet filii, a Minerva profectam, collocatur.

V. 87. Ὤμωσατό μοι τῷ παιδὸς ἀφείλεο] Quæ nempe propriis manibus eruerit Minerva, ut ea de re ex Pherecyde tradentem Apollodorum paullo ante vidimus ad v. 82; & quomodo de oculis sibimet erutis ait, loco ibidem indicato, Oedipus apud Sophoclem v. 1355.

Ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν ἔτις, ἀλλ' ἐγώ,
Nemo alius oculos manu sua mihi avulsit, sed ego;

& prout paullo ante de eodem dictum fuerat v. 1294.

Ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτῷ κύκλων,
Percussit aut *eruit compagem orbium suorum*, seu *oculorum.*

κύκλοι nempe ibidem, sicut Latinis subinde *orbes* pro *oculis.*

Ibid. V. 89. ἐκ ἀέλιον πάλιν ὄψεαι] Haud aliter ac de Elyma, cæco aliquamdiu futuro, dicitur Act. XIII. II. ἔσῃ τυφλὸς, μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, *eris cæcus, non videns solem.* Quod nempe morte gravius dici-

tur

tur a choro Thebanorum ſenum ad cæcum jam Oedipum, apud Sophoclem v. 1382.

Κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν, ἢ ζῶν τυφλὸς,
Cui melius erat non vivere, quam cæcum vivere.

V. 91. Ἢ μεγάλ' ἀντ' ὀλίγων] Haud commode mihi videntur, ut libere dicam, quæ adlatæ ſunt a ſe diſcrepantes eruditiſſimorum alioquin virorum Politiani & H. Stephani aut dein ab aliis Poetæ hujus Enarratoribus adſertæ vel prælatæ hujus loci explicationes. Ut de illa nunc ſileam, quam in adnotationibus ſuis protulit Friſchlinus, quæ quamquam primo obtutu ſe commendet, a toto tamen, ut vel ſequentia Poetæ verba ſatis arguunt, loci hujus ſenſu recedit. Neque vero iiſdem explicationibus ſeorſim enucleandis aut inter ſe conferendis hic immorabor; quæ ſingulæ lectori in hac nova Callimachi editione, ſunt ante oculos poſitæ. Illud unum addam, haud aliud iiſdem & proximis, e quibus nempe hoc diſtichon conſtat, verbis innui, niſi *magnum quid & memorabile peregiſti utique, quæ quum prius capreas & damas, eaſque haud multas ſoleres conficere, nunc filii mei oculos a temet erutos, præclaram ſcilicet tuoque nomine dignam prædam, tenes.* Haud aliter nempe ac Juno ad Venerem ait, noto apud Maronem loco,

Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis,
Tuque puerque tuus, magnum & memorabile nomen!

Nec plura eam in rem adducere opus eſt.

Ibid. δόρκας ὄλεσας] Nempe κυνηγὸς ſeu *venatrix* etiam hæc Dea, quamquam ea Dianæ propria laus haberetur. Quam in rem adiri poteſt Ariſtides Hym. in Minerv. 25. ΘΗΡΑΙ τοίνυν ἡ ΚΥΝΕΓΕΣΙΑ ἔστι μὲν Ἀπόλλωνος ἡ Ἀρτέμιδος παιδιά· καθίσταται δὲ εἰς τὸ ΠΡΟΣΗΚΕΙΝ ΤΗ ΘΕΩ δι' ἓν μὲν, ὅτι τῆς πολεμικῆς μόριον τέχνης ἐστὶ, μᾶλλον δὲ εἰκὼν· ταῦτα δὲ ΑΘΗΝΑ μέλλειν φασὶν· ἕτερον δὲ ὅτι ἡ αὐτοῖς τοῖς ἐπωνύμοις αὐτῶν, ὅπως ἴσονται, προσεξεῦρε (non ut ibi, typothetæ forte culpa προσευξεῦρε) VENATIONES *igitur* & VENATIONIS INSTRUMENTA, *Apollinis quidem ſunt & Dianæ ludicrum; ita tamen inſtituta, ut* MINERVÆ *etiam conveniant; partim quidem, quod artis bellicæ, quæ cura eſt huic Deæ, pars quædam ſint, ſeu potius ſimulacra; partim quod ea ipſa, quæ inde relata ſunt cognomina, eadem prior invenerit.* De venationis quidem uſu ad res bellicas videndus eſt, ut alios mittam, Xenophon in Cyri Inſtitut. lib. 1. pag. 5. &c. tum Cynegetico p. 974.

V. 94. γοερῶν, οἷον ἀηδονίδων] Familiaris illa apud Poetas antiquos, Tragicos maxime, e *lugubri luſcinia*, quo pullos ſibi ademptos deflet, *cantu*, petita in ſubitis calamitatibus comparatio. Exempla illius abunde ſuppeditabunt Æſchylus Agam. v. 1153, & Suppl. v. 62, &c. Sophocles Ajac. v. 636. Electr. v. 160. Trachin. v. 980. Euripides Rheſ. v. 348. Helen. v. 1115. & alibi; Ariſtophanes Ran. p. 244. & Avib. p. 550: ut de aliis adhuc ſileam; & quæ obiter hic indicaſſe ſufficiat, ne faſtidioſa horum omnium congerie Lectorem, quod fieri ab iis ſolet, qui hoc unum ferme agunt, dum veteres enarrant Auctores, hic obtundam. Οἷον ἀηδονίδων proinde hic dixit Callimachus, ſicuti ἀηδόνος μόρον, *luſcinia*

ſcinia fatum Æſchylus Agam. v. 1155. & de eadem παιδὸς μόρον Suppl. v. 67. Adeo ut haud omnino opus ſit cum H. Stephano, quod bene monuit Vulcanius, οἶτον hic in οἶκτρον mutare; quamquam, ut hoc addam, Terei οἰκτρᾶς ἀλόχου, *miſeræ conjugis* de *luſcinia* dixerit Æſchylus Suppl. v. 63. & οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος, *miſeræ lamenta avis*, Sophocles *Ajac. v. 636. Euripides* autem vocat ἀηδόνα δακρύσσαν, *luſciniam flebilem*, Helen. v. 1115. Hinc vero, ut hoc addam, ἀηδόνιος νόμος de *lugubri luſciniæ cantu*, dicitur apud Ariſtophanem Ran. p. 244.

V. 98. Οὐ γὰρ Ἀθηναίᾳ γλυκερὸν πέλει ὄμματα &c.] Quod utique alienum videbatur ab hujus Deæ, & quidem quæ φωσφόρος ſeu *Lucifera*, juxta Proclum in Timæum l. 1. p. 52, haud minus ac Diana eſt appellata, indole; cuique ob ſervatum alterum Lycurgi oculum, ὀφθαλμίτιδος nomine fanum ab eodem in vico quodam prope Spartam erectum tradit Pauſanias l. III. p. 195. Adde cujus Παιωνίας Minervæ ſimulacrum Athenis exſtitiſſe, apud eundem Pauſaniam dicitur l. 1. p. 4. & cujus Plutarchus etiam meminit de Clar. Orat. p. 843. Immo cui Ὑγείας Minervæ ſignum, in arce a Pericle dicatum, indicata quoque ejus rei cauſſa, memorat idem Plutarchus in Pericle p. 160. & aram inſuper Ὑγείας (prout ibi legendum) quod vel ex nummis antiquis patet, in quibus ΥΓΕΙΑ) Ἀθηνᾶς, *Minervæ Salutaris*, tanquam ab antiquiſſimis Athenienſibus erectam tradit Ariſtides Hym. in Minerv. p. 25. Unde Medicinæ inventrix dicta a Porphyrio eadem Dea, juxta Proclum in Timæum l. 1. p. 49. Πορφύριος δὲ εἰκότως φησὶ τὴν Ἰατρικὴν ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἥκειν, *Porphyrius vero merito dixit, Medicinam quoque a Minerva proficiſci*. Ut mittam σώτειραν eandem Deam, ſicuti apud Lycurgum in Leocrate p. 114. dictam, haud aliter ac alia benefica numina; & quod ad myſticas rationes refert Proclus in Timæum p. 52.

V. 100. Κρόνιοι δὲ ὧδε λέγοντι νόμοι] Κρόνιοι νόμοι pro *antiquiſſimis legibus*, ſeu ab antiquiſſimo Deorum *latis*: prout a Platone in Gorgia pag. 523. mentio fit præclaræ illius *de hominibus latæ* SUB SATURNO LEGIS, *& quæ nunc adhuc inter Deos ſemper eſſet*, ἣν ἓν ΝΟΜΟΣ ὅδε περὶ ἀνθρώπων ΕΠΙ ΚΡΟΝΟΥ, καὶ ἀεὶ νῦν ἔτι, ἔστιν οὗ Θεοῖς, ut nempe, qui juſte ac pie vitam tranſegerat, poſt hanc vitam omni felicitate in beatorum Inſulis nactus ageret; qui injuſte vero ac impie, in Tartarum dejiceretur: Cujus etiam de hac Saturni lege apud Platonem loci meminit in ejus Theologia l. IV. c. XVI. Proclus, ubi νόμων Κρονίων καὶ Διΐων, *Saturniarum & Joviarum*, ſeu a Saturno & Jove latarum *legum* fit inſuper mentio; ac inter quas illud diſcrimen tradit, ut Jovis legibus οἱ Κρόνιοι Θεοὶ, *Dii Saturnii* propter eorum eſſentiam ſint exempti; *Saturnius* autem *legibus* non ſint obnoxii Dii οἱ συνεκλικοὶ καὶ τελεσιεργοὶ, qui nempe res univerſas continent ac rerum ſunt perfectores. Idem vero Proclus ait l. VI. c. IX. Νόμος ἓν Θεοῖς ἐστι παρὰ τοῖς νοεροῖς βασιλεύσι ΤΩ τε ΚΡΟΝΩ καὶ τῷ Διΐ, *lex igitur divina apud intellectuales Reges, Saturnum & Jovem*; mox autem præcipuam legum a Saturno lectarum auctoritatem eſſe tradit, ἐνταῦθα δὲ δηλονηὶ, καὶ μειλικῶς, καὶ τῶν ἐκεῖ πρώτως ὄντων, ὁ μὲν ΝΟΜΟΣ ΚΡΟΝΙΟΣ ἐστι μᾶλλον, *hic vero di-*

ſtincte ac partite. Et ex iis, quæ primo ibi ſunt, ipſa quidem LEX SATURNI *eſt potior*, ſeu magis cæteris prævalet: præ quibus nempe antiquis *Saturni legibus*, novæ Jovis leges, & præterea quibus is inique imperaret, dicuntur apud Æſchylum Prometh. verſ. 150. Etſi alioquin κρόνιοι, κρόνικα, κρόνιππα, non adeo pro *antiquis*, quam *præ vetuſtate obſoletis* ſeu *antiquatis* jam, adde & pro *deliris* apud Ariſtophanem dicta, ut Plut. p. 51. Nub. 184. Veſp. 135. & ab Arriano apud Athenæum l. III. p. 11. ταῦτα σιτία κρόνικά ἐστι, ὦ ἑταῖροι, *hi cibi ſunt exoleti, o amici*; & unde *Saturniæ larvæ, Saturnia tempora*, de quibus Parœmiographi.

V. 101. Ὅκα μὴ Θεὸς αὐτὸς ἕληται, Αθρήσῃ] Infauſtus nempe, quod jam ante vidimus ad v. 53. & 78. & cum ſummo diſcrimine conjunctus habebatur apud gentiles, inopinatus Numinis cujuſque conſpectus & occurſus. Quo ſpectat opportunus in Luciani, aut alterius cujuſcunque, Philopatride locus ab initio, & qui hinc etiam explicandus, ubi ad aſpectum Critiæ, qui totus immutatus & contractis ſuperciliis torvus ac pallidus amico factus erat obvius, ab eo ita adfecto continuo quæritur, num tricipitem Cerberum aut egreſſam ex inferis Hecaten vidiſſet, ac dein, ἢ καὶ ΤΙΝΙ ΘΕΩΝ ΕΚ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΣΥΝΗΝΤΗΚΑΣ, *aut etiam* ALICUI DEORUM CONSULTO OCCURRISTI. Quod Homerus, Theologiæ Græcanicæ parens vel propagator pridem tradiderat, eo verſu, qui in veteri Epigrammate, de quo ſupra ad v. 78. adducitur, nempe Iliad. Y. v. 131.

Χαλεποὶ δὲ Θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς,
Graves autem Dii, quum apparent hominibus manifeſti.

Unde etiam id tangit Pauſanias l. x. p. 474. τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τοῦ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ΕΝΑΡΓΩΣ ΟΡΑΣΘΑΙ. *Homeri igitur illud dictum facile exiſtimari poteſt verum eſſe, non poſſe cuiquam hominum bene vertere, cui Deos* MANIFESTE VIDERE *contigerit.* Hinc fugere etiam ac horrore continuo concuti ſoliti, ad prænuntium Numinis alicujus adventantis ſignum, ni volentibus, ut hic dicitur, iiſdem Diis, & citra metum propius accedere jubentibus, id contingeret. Præclarus eſt eam in rem, & ad hæc Callimachi verba illuſtranda locus apud Euripidem valde idoneus; ubi Jon viſo repente cœleſti ſupra ædem Delphicam ſplendore, hujuſce nempe adventantis Minervæ, ait continuo ad matrem in cognomine dramate verſ. 1551. &c.

Φεύγωμεν, ὦ τεκοῦσα, ΜΗ ΤΑ ΔΑΙΜΟΝΩΝ
ΟΡΩΜΕΝ, ἐς μὴ ΚΑΙΡΟΣ ἐσθ' ΗΜΑΣ ΟΡΑΝ.
ΑΘΗ. Μὴ φεύγετ', οὐ γὰρ πολεμίαν μὲ φεύγετε,
Ἀλλ' ἐν τ' Αθήναις, κἀνθάδ' οὖσαν εὐμενῆ,
Fugiamus, o mater, NE DEORUM FACIEM
VIDEAMUS, NISI OPPORTUNUM SIT (non ut Canterus, niſi ſit opus) UT NOS EAM VIDEAMUS.
MIN. *Ne fugite, non enim hoſtem fugitis,*
Sed & Athenis & hic amicam vobis exiſtentem.

Cujus

Cujus proinde opportuna eam in rem tempora cenſebantur illæ, quas obiter ſupra adtigi; & inde appellatæ Deorum Ἐπιφάνειαι, quæ nempe in myſticis Græcorum ſolemnibus, & prævio ac peculiari quidem ſacrorum ritu elici demum credebantur; ac ubi proinde iidem Dii *volentes*, quod hic dicitur, ac ultro ſe a piis hominibus, riteque ad id ante *præparatis*, *conſpici* non concedere ſolum, ſed gaudere ferebantur. Unde ſalutaris tum habita illa Deorum manifeſtatio, eorumque adſpectus, quique proinde, non ut Tireſiæ cæcitatem, aut aliud præſentiſſimum exitium, ſed ſanitatem corpori, animæ virtutem, menti lumen ac puritatem continuo adferret; quin animum ita inde adfici, ut amorem divinum & incredibilem quandam lætitiam intime ſentiat. Deorum proinde, præ geniis aut heroibus, Epiphanias omnium eſſe manifeſtiſſimas, & ad ſummum, qualis nempe ſupra in Jone Euripidis, adventantis apud Delphos Minervæ, fulgentes. Unde etiam Deorum Ἐπιφανῶν, ſeu qui hominibus manifeſtantur, numerum, ſolos noſſe Θεουργούς, ſeu arcanis eorum ſacris operantes; ſolos, quid ſit perfectum ſacrificium, quo ſalutaris eorundem Numinum præſentia elicitur: ut de tota hac re diſſerentem videre licet Jamblichum de Myſteriis Sect. II. c. III. & ſequentibus. Hinc eadem ſacra, non ΕΠΙΦΑΝΙΑ ſolum, ſed ΘΕΟΦΑΝΙΑ etiam dicta, ut jam olim e Philoſtrato in Vita Apoll. Tyan. l. IV. c. X. obiter monui; immo Dii *præſentes*, quomodo iidem a Latinis dicti: unde apud Claudianum Bell. Gildon. v. 307.

venerabilis illi
Ceu Numen PRÆSENSQUE *vocor*;

& in Inſcriptione Antonino Caracallæ Imp. dicata in Itin. Cl. Sponii T. III. p. 50. ubi inter alia occurrit NUMINI PRÆSENTI; ac apud Petronium præterea, de quo loco paullo poſt. Adde, quod iidem *Dii præſentes* ſeu *Epiphanes*, cum iis ſolis hominibus, juxta dictum ante Jamblichum Sect. III. c. XXXI, qui per ſacra rite purgati, & a pravis adfectibus liberi prius ac immunes redditi fuerant, converſari demum cenſerentur. Id vero ſubinde etiam factum legas in antiquis gentilium libris, ut citra ipſum Numinis adſpectum, cum eo tamen colloqui ac ſermones miſcere pius quiſpiam ac probus crederetur. Ita Hippolytus, pius idem & caſtus, de ſe ac Diana apud Euripidem ait in cognomine dramate v. 84. &c.

Μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ' ἐμοὶ γέρας βροτῶν,
Σοὶ ξυνειμι, καὶ λογοῖς ἀμείβομαι,
Κλύων μὲν αὐδῆς, ὄμμα δ' οὐκ ὁρῶν τὸ σόν.
Soli enim mihi inter mortales hoc præmium obtigit,
Et TECUM VERSOR, *&* TECUM SERMONES COMMUTO;
Audiens quidem tuam vocem, ſed OCULUM ſeu FACIEM TUAM NON VIDENS.

Quem proinde locum ante oculos habuit graviſſimus, & Euripidi ferme æqualis auctor, Xenophon, qui de eodem Hippolyto pio & caſto, ac proinde cum Diana ſermones ſerere ſolito, ait ſimiliter Cyneget.

pag. 973. Ἱππόλυτ@ δὲ ὑπὸ μὲν ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ἐτιμᾶτο, καὶ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ ΣΥΝΗΝ (ita veteres libri, pro ΗΝ, & juxta illud Euripideum modo adductum, eademque in re, Σοὶ γὰ ξύνειμι) σωφροσύνῃ δὲ καὶ ὁσιότητι μακαριώτατος ἐτελεύτησε, *Hippolytus in honore apud* DIANAM *erat, & cum ea* FAMILIARITER COLLOQUEBATUR, *ob pudicitiam etiam pietatemque consecratus obiit.* Quomodo illud μακαριώτατος verti ibidem debuit, potius quam *unde felix habitus*, ut abunde evincunt ea, quæ refert Pausanias l. II. p. 146. de divinis honoribus, luco nempe, fano, simulacro, sacrificiis, sacerdote, huic Hippolyto post mortem apud Troezenios sacratis; quæque ei morienti pollicita fuerat apud Euripidem Diana, Hippol. v. 1424. &c. Neque tamen sola Numinis adlocutione, sed ejusdem etiam adspectu coram gaudere, verum in peculiaribus solummodo ac mysticis, eorundem Numinum sacris, iique demum censebantur, qui ad tanti beneficii communionem, neque uno, ut jam ante diximus, καθάρσεως genere, rite prius erant ac decenter præparati. Adeo, ut quamquam e scitis eorundem gentilium, Dii cœlestes, ab illis Ἀόρατοι, *invisibiles*, (sicuti alioquin de uno & vero Deo dictum 1. Timoth. VI. 16. *quem* NULLUS HOMINUM VIDIT, *neque* VIDERE POTEST) incorporei quippe & νοητοὶ, seu qui *mente* solum possint videri ac percipi, immo δυσπάρατοι, *imperscrutabiles*, ut de Jove ait Euripides Troad. v. 885, fuerint dicti; & inde quærat etiam in Epistola ad Ægyptium Sacerdotem Porphyrius, quomodo Sol, Luna & alii cœlites, *Dii futuri sint conspicui*, ἐμφανεῖς ἔσονται Θεοὶ, haud eo minus tamen id fieri crediderunt, ut præsentes Dii hominum cœtibus subinde adessent, iisque manifesti, adsumptis nempe pro potestate eorum, qua omnia in se continent, quibusdam formis; aut vero pro indita naturis humanis propria quadam ad Deorum communicationem seu participationem facultate: quæque insuper Deorum manifestatio, quibusdam theurgicis & arcanis, ut antea dictum, sacrorum cæremoniis procuraretur. Quam in rem præter Jamblichum de Myster. p. 16. ubi hoc paucis & obscurius etiam tangit, memorandus Procli in Platonem l. II. de Repub. locus p. 358. & 359. & quem, quod plenius hæc & dilucidius explanet, neque illi libri in omnium manibus versentur, adscribere ac enarrare hic non pigebit. Quærit nempe ibi Proclus, πῶς αἱ ΑΥΤΟΦΑΝΕΙΑΙ γίγνονται ΤΩΝ ΘΕΩΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ, τότε μὲν ἀτυπώτων φωτῶν, τότε δὲ τυπωμένων· μὴ γὰρ ἀσχετιέμβροι ταῦτα, τὴν ἱερατικὴν ὅλην ἀνατρέποιμεν, καὶ τὰ ἔργα τῶν θεουργῶν, καὶ ἅπαντα τὰ τοῦτων ΤΑΣ ΑΥΤΟΜΑΤΟΥΣ ΕΠΙΦΑΝΕΙΑΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ, ἐν σχήμασιν ἄλλοτε ἄλλοις φανταζομένων· ἄπορον ἦν, πῶς μήτε βλάπτοντι ΤΟ ΘΕΙΟΝ ἐν ἀμόρφοις ΑΠΟΠΤΕΙΤΑΙ μορφαῖς, *ad secundum, quomodo* MANIFESTATIONES *fiant* DEORUM PRÆSENTIUM, *quandoque luminum omnis formæ expertium, quandoque qui formam aliquam adsumpserunt. Si enim hæc non admittamus, omnem sacrorum doctrinam evertimus, & Theurgorum opera ac sine iis* SPONTANEAS DEORUM MANIFESTATIONES *in figuris subinde aliis* CONSPICUORUM. *Incertum igitur quomodo illæso* DIVINO NUMINE, *idem sub diversis* CONSPI-

CIA-

CIATUR *formis*. Quod dubium dein in sequentibus ita solvit, remque eam totam enarrat: quod Diis nempe manentibus immutabilibus, & citra ullam ipsorum essentiæ imminutionem & jacturam, divina iidem adsumant simulacra, quæ ab iis solum videantur, quorum mentes divinis luminibus sunt prius illustratæ. Ac proinde, quamquam Dii natura sint *incorporei*; corpora tamen eos nostri caussa induere, ac, ut continuo addit, ταῦτα μὲν ἓν ὀφθαλμοῖς φαίνεται, καὶ ἀφανῆ γίγνεται ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΣΙΝ ΤΩΝ ΘΕΩΝ, *ea autem* (adsumpta nempe corpora) *&* MANIFESTA FIUNT, *&* NON MANIFESTA, SECUNDUM DEORUM VOLUNTATEM: ipsos autem Deos manere interea, quales sunt, inconspicuos; nempe nihil in se eorum, quæ ad tempus adsumpserant, corporum seu simulacrorum derivantes, neque alioquin immutantes. Quibus omnibus, & quæ plura eam in rem ibidem leges, addit postremo illud epiphonema idem Proclus, πᾶς ἓν ΘΕΟΣ ἀμορφωτος κ' ἂν ΑΥΤΟΠΤΗΤΑΙ μορφωτικῶς. ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ ἡ μορφὴ, ἀλλ' ἀπ' αὐτῷ· μὴ δυναμένῳ ΤΟΥ ΑΥΤΟΠΤΟΥΝΤΟΣ ἀμορφώτως ἰδεῖν τὸν ἀμόρφωτον, ἀλλ' ΟΡΩΝΤΟΣ πῶς τὴν αὐτῶ φύσιν μορφωτικῶς, *omnis igitur* DEUS *sine forma, etiamsi* PRÆSENS VIDERI *possit sub forma. Neque enim in eo est forma, sed ab eo; quum non posset is, cui* DEUS CORAM MANIFESTATUR, *sine forma videre eum omnis formæ expertem, sed sub forma, ad ejus naturam respiciens.* Quod autem ut modo retuli, dixerat idem Proclus, adsumpta illa a Diis corpora sive simulacra, conspicua esse hominibus, aut non conspicua *secundum Deorum voluntatem*, κατὰ τὴν βέλησιν τῶν Θεῶν, ab Homero, Græcanicæ Theologiæ, ut diximus, propagatore, traditum pridem fuerat in ultimis versibus Odyss. K.

τίς δὲν ΘΕΟΝ ΟΥΚ ΕΘΕΛΟΝΤΑ
ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτ', ἢ εἰσθ', ἢ ἔνθα κίοντα;
quisnam vero DEUM NOLENTEM OCULIS VIDERET
Aut huc aut illuc euntem?

In quibus proinde major inest divinæ naturæ ac potentiæ imago, quam in hisce, quæ nunc expendimus, Callimachi verbis; quibus nempe innuitur, quasi nolens etiam possit ab hominibus, sicuti Pallas hic a Tiresia, quamquam id haud impune, conspici. Quibus tamen pro consueto veterum Poetarum more, eorum nempe θεολογήμασι simulacris quibusdam seu fabellarum involucris adumbrandi, videtur significare voluisse noster Callimachus, & qui similes fabellas enarrarunt; nihil præter Dei voluntatem & jussa, hominibus de Deo, ejusque divina & alioquin *imperscrutabili* natura, anxie ac temerarie inquirendum; nec profanis oculis ac impura mente, sacris ejus, ubi præsens Numen credebatur, interesse: fieri alioquin non posse, ut citra magnam & ingentem noxam id illi moliantur; ac proinde decere mortales illud, quod præclare ab Æschylo dictum, Suppl. v. 1069. providere, τὰ Θεῶν μηδὲν ἀγάζειν, *in res Deorum non inquirere nimium*; prout nempe illud μηδὲν ἀγάζειν explicant ibi veteres Critici, λίαν ἐξετάζειν. Mitto vero impium illud, & quod cæteroquin e similibus, de quibus paullo

ante, gentilium Theologiæ præceptionibus hauſtum videtur, Arii, quodque inter ejus *blaſphemias* apud Athanaſium legitur, effatum, ἰδίοις τε μέτροις ὑπορρέει ὁ Υἱὸς ἰδεῖν τὸν πατέρα, ὡς θέμις ἐστὶ, *proque ſuis modulis poteſt patrem videre Filius, quatenus fas eſt*; aut quomodo dixerat ibidem ὁ Χρεσομάχου, nempe τῷ Υἱῷ ἀόρατος ὁ αὐτὸς, *Filio inviſibilis ipſe*, Pater nempe.

V. 102. μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ] Nempe juxta illud quod ante ad v. 78. e Petronio dictum vidimus ad eum, qui quamquam, ut hic lavantem Minervam Tireſias, ignarus etiam, neque ultro arcana quædam Lampſaceni Dei pervigilia viderat; & cujus integrum ea de re locum, quia plura habet ad hunc Callimachi opportuna, adſcribere hic non erit grave, *miſereor medius fidius veſtri, neque enim* IMPUNE *quiſquam quod* NON LICUIT, ASPEXIT. *Utque noſtra regio tam* PRÆSENTIBUS *plena eſt* NUMINIBUS, *ut facilius poſſis* DEUM, *quam hominem invenire.* Immo prout divino unici ac veri Dei effatu, id jam Moſi, Dei gloriam coram videre geſtienti, declaratum Exod. xxxiii. 20, *non poteris* VIDERE FACIEM *meam*; NON *enim* VIDERIT *me homo*, ET VIVET. Quo referas proinde illud Propertii l. ii. El. xxxii.

Qui VIDET, IS PECCAT; *qui non te viderit, ergo*
Non cupiat, facti CRIMINA LUMEN *habet.*

De variis cæteroquin pœnis & calamitatibus, in quas incidiſſe apud gentiles dicti, qui præter fas ac Deorum voluntatem, eoſdem Deos coram vidiſſe cenſebantur, occultaque eorum ſimulacra & arcanas ſacrorum cæremonias introſpexerant; aut fana etiam, quibus id alioquin vetitum, fuerant ingreſſi, vide, quæ ſupra notavimus ad v. 54. & 78. hujus Hymni. Quibus adde, quod de Jaſone apud Apollonium dicitur l. iv. v. 1315. eum nempe ad adventum Nympharum Libycarum, quæ tamen ei in Syrtibus cum ſociis laboranti opitulatum tempeſtive venerant, ſalutares proinde non graves aut formidandæ, retro tamen oculos, ne eas coram adſpiceret, avertiſſe,

Αὐτὰρ ὅγ' ἐις ἑτέρωσε παλιμπετὲς ὄμματ' ἔνεικε,
Δαίμονας αἰδεσθείς,
Is vero (Jaſon) *alio ac retrorſum oculos avertit,*
Deas reveritus.

V. 103. τὸ μὲν ἑ παλινάγρετον] Iiſdem verbis æmulus Callimachi Poeta Argon. l. ii. v. 446.

Τὸ μὲν ἑ παλινάγρετον,
Hoc quidem irrevocabile eſt;

& quod a Seneca ſimiliter de Parcis, ut hic, dicitur, Hercul. Fur. v. 182.

nec ſua retro fila reſolvunt;

& cujuſmodi plura paſſim apud Poetas antiquos & Tragicos maxime occurrunt, quæ nempe ἄφυκτον ſeu *inevitabile* τὸ μόρσιμον vel πεπρωμένον, quod a *Parcis* aut *Fato* decretum eſt, ad nauſeam inculcant, & quibus omnibus præiverat Homerus Iliad. Z. v. 488. Μοῖραν δὲ ἑ τινά φημι, *Fatum vero dico neminem unquam effugiſſe &c.*

V. 104.

V. 104. Μοιρῶν ὧδ' ἐπένευτε λίνα] Legendum arbitror, & erat obvium, ἐπέννησε λίνα, *nerunt fila*, ut passim ea in re Poetæ. Immo quomodo locutus est Vatum Parens, a quo id hausit quod hic ait Callimachus, Iliad. Y. v. 125,

Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται ἄσσα οἱ αἶσα
ΓΕΙΝΟΜΕΝΩ ΕΠΕΝΗΣΕ ΛΙΝΩ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ,
Impostèrum vero ea patietur, quæcunque ei Parca
NASCENTI NEVERIT LINO, *quando ipsum peperit mater*;

& similiter Odyss. 198. dicitur, quæcumque Parcæ Γενομένῳ ΝΗΣΑΝΤΟ λίνῳ, *nato nerunt filo*. Nec absimile ab hoc loco illud Theocriti Idyll. I. v. 139.

Τά γε μὰν ΛΙΝΑ πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρῶν,
Verum omnia FILA *defecerunt*
A Parcis;

quæ nempe ei nato eædem neverant. Unde etiam factum, ut juxta Lucinam nascentibus infantibus Parcæ adesse fuerint dictæ; ut a Pindaro Ol. Od. VI. & X. ac ab initio Nem. Od. VII. Εἰλείθυια πάρεδρος Μοιρῶν, *Lucina, quæ Parcis adsides*. Ac unde in seculari apud Horatium carmine, Parcæ juxta Dianam Ilythiam seu Lucinam invocantur,

Voscque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus servet.

Hinc vitæ terminum unicuique præfixum ex ipsis ortus principiis, ultra quam vita prorogari non possit, tradit Plato in Timæo p. 89. ed. H. Stephani. Sed in quem communem locum de fatali nempe e gentilium scitis, vitæ termino, de quo existant plures hac ætate eruditorum disquisitiones, hic non ingredimur.

V. 106. τέλθ-ον ὀφειλόμενον] Sic infra Hym. in Cer. v. 78. τέλθος ἀπαιτήσων, *debitum* seu *mercedem exigens*; quomodo nempe inter alias significationes vocis τέλ-ον, ac Dorum more inserto θ (sicut in ἄχθ-ον, μάλθακ-ον, pro ἄχ-ον, μαλακὸς) per δαπάνημα etiam seu *sumptus* eadem vox redditur in brevibus ad Homerum Scholiis Iliad. K. v. 56. & τελῶν pro δαπανῶν apud Athenæum l. 11. p. 40. aut inde pro *vectigali*, quod obvium, & pridem apud Aristophanem Equit. pag. 304. καὶ τέλη, καὶ γραφαὶ, *& vectigalia & scriptura*.

V. 107. ἔμπυρα καύσει] Prout nempe gentilium sacra, alia vulgo ἔμπυρα, alia ἄπυρα etiam dicta, seu quæ citra ullam accensi supra aras ignis operam peragebantur; qualia Minervæ apud Rhodios celebrata, tradit Pindarus Olymp. Od. VII. p. 66. & Grammatici ibidem. Idem etiam de Parcarum ac Furiarum sacris, quod ἄπυρα fuerint, notant veteres Æschyli Enarratores ad ea Tragici verba Agam. v. 70. ἀπύρων ἱερῶν, nempe, quæ ibi explicant, τῶν θυσιῶν τῶν Μοιρῶν καὶ τῶν Ερυννύων, quamquam eas Furiarum θυσίας non omnino ἀπύρους exstitisse, liqueat ex alio ejusdem Tragici loco, ubi de sacris earum Eumenidum ait Eumen. v. 108.

Καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ΕΣΧΑΡΑ ΠΥΡΟΣ
Ἔθυον,
Et noctu venerandas cœnas AD FOCUM IGNIS
Sacrificavi.

Quibus addi poteſt Æliani locus de Animal. l. x. c. xxxiii. ubi turtures albas Veneri, Cereri, Parcis, & Furiis ſacras fuiſſe obſervat; & præterea, quod Furiis ovem nigram mactaſſe Oreſtes dicatur in Scholiis ad Sophocl. Oedip. Col. v. 42. Ἔμπυρα proinde eadem, ſicut hæc Thebana Antinoes, unius e Cadmi filiabus, ſacra; & prout ἔμπυρα de ſacris Herculis apud Thebanos ſeu inferiis, quæ occiſis ejus & Megaræ liberis, ſolebant ab iis annua fieri. Ἔμπυρα enim de *libaminibus*, ſeu incruentis vel ἀναιμάκτοις θυμιάμασι, ad mortuorum tumulos offerri olim ſolitis, non autem de victimis, alibi etiam dicta, ut apud Sophoclem Electr. v. 408.

τῷ φέρεις τὰ δ' ἔμπυρα:
Χρ. Μήτηρ με πέμπει πατρὶ τυμβεῦσαι ΧΟΑΣ,
quo fers iſta incenſa libamina?

Χρ. *Mater mittit me, ut ad patris tumulum* INFERIIS *adferam*; & quæ ἔμπυρα καταχρηστικῶς dici de *inferiis*, quæ nempe ſine igne fierent, obſervant ibi Grammatici, quum alioquin, quod addunt, & vel e nomine erat obvium, ἔμπυρα γὰρ κυρίως, τὰ διὰ πυρὸς γινόμενα, h. e. ἔμπυρα *enim proprie, quæ per ignem fiunt.* Quibus addi poteſt Euripides Helen. v. 554. ubi ἔμπυρα ſimiliter de *inferiis* ad Protei monumentum poſitis dicuntur; alibi autem de *vaticiniis*, quæ nempe ex *ignispiciis*, ut ea vocat Plinius, ſeu victimarum, quæ adolebantur, extis capi conſueverant, in eodem dramate v. 762. ubi de Haruſpicibus per ſacrificia Deos conſulentibus agens, addit,

Κουδεὶς ἐπλούτησ' ἐμπύροισιν, ἀργὸς ὤν,
Et nemo dives factus eſt vaticiniis, (ut ibi Canterus, ſeu *haruſpiciis*,) *otioſus exiſtens*:

quomodo ἐμπύρου φλογὸς, *ignitæ flammæ*, de *haruſpicina* ait ibidem v. 572. & ἔμπυρος τέχνη ſimiliter de eadem Phœn. v. 561. Quæ proinde φλογωπὰ σήματα, *ſigna flammea*, ex inſpectis nempe victimis vaticinia, apud Æſchylum dicuntur Prom. v. 497: quum contra ἄπυρος ſeu πυρὸς δίχα, *ſine igne* dicatur ars auguralis, ut apud eundem Tragicum Sept. Theb. v. 25.

ΠΥΡΟΣ ΔΙΧΑ
Χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ,
ABSQUE IGNE *dijudicans*
Fatidicas volucres arte non mendaci.

Quomodo proinde haruſpicinæ ars ab augurali diſtinguitur apud Euripidem Bacch. verſ. 256, ubi a Tireſia augure quærit Pentheus, an velit

Σκοπεῖν πτερωτοὺς κ' ἀμπύρων μισθοὺς φέρειν,
Spectare alatas aves, ſeu *auguria*, *& haruſpicum mercedem auferre*;

ac

ac similiter apud Apollonium Rh. l. 1. v. 145. ubi utramque artem auguralem & haruspicinam tradidisse Apollo dicitur,

Οἰωνοὺς τ' ἀλέγειν, ἠδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι,
Volucres observare, vel ignispicia inspicere.

Adde Dionem Prus. Orat. 1. p. 13. ἔσημηνε δὲ καὶ δι' οἰωνῶν, καὶ δι' ἐμπύρων, *significationem autem dedit & per auguria, & per ignispicia.*

V. 108. τὸν μόνον ἐυχόμενοι] Immo quale ipsius Actæonis jam in cervum a Diana mutati, & a propriis canibus dilacerandi votum legigitur in Nonni Dionys. l. v. p. 160. Nempe ubi comparatione tam infelicis sortis, ob visam nudam Dianam, cum excæcato Tiresia, ob conspectam nudam itidem Minervam, felicem continuo exclamat eundem Tiresiam, qui scilicet in simili casu aut culpa, tam disparem pœnam subierit,

Ὄλβιε Τειρεσίη, σὺ μὲν ἔδρακες ἐκτὸς ὀλέθρου,
Γυμνὸν ἀναινομένης ἀκλεέμονος εἶδος Ἀθήνης,
O felix Tiresia! tu enim vidisti sine tuo exitio
Nudam renuentis sed *misericordis formam* (non *imaginem*, ut ibi Interpres) *Minervæ.*

Quibus mox illud votum subdit,

Αἴθε μοι ἄλγος ὅπασσεν ὁμοῖον, αἴθε καὶ αὐτὴ
Ὄμμασιν ἡμετέροισιν ἐπέχραεν, ὥσπερ Ἀθήνη,
Utinam mihi dolorem præbuisset consimilem; utinam & ipsa
Nostris oculis irruisset, sicut Minerva.

Priorem autem illum Nonni locum vidisse jam, ubi hanc de excæcato Tiresia fabellam a Callimacho traditam, in Miscellaneis adtingit, elegantissimum Politianum, ex capite eorundem in calce Stephanianæ editionis addito, postea animadverti.

V. 113. ἀκ ἐθέλων περ' ἰδὴ] Qua de re tamen seu fabella, sicuti supra de excæcato dictum Tiresia, alii aliter; quod nempe conspecta lavante ac nuda Diana, vim inferre ei voluerit, ut ille a Statio vocatur Theb. l. 11. v. 198, *Antinoeus Heros*, aut quod nudæ ejus intuitu oculos, propius etiam ad fontem accedens, diu ac libidinose paverit, seu curiosius eo gavisus fuerit spectaculo, aut vero, quod se Deæ κυνηγῷ venandi arte præstare arrogantius jactaverit; aut quod nuptiale epulum, e venaticis Dianæ canibus in ejus æde dicatis, celebrare sit adgressus; aut denique, quod Semeles nuptias ambiverit. Quæ omnia, ut eos ordine, qui eadem tradiderunt, referam, ab Hygino prodita l. v. p. 359, Fulgentio l. 111. c. 111. Euripide (quem jam huc adduxit vir doctus) Bacch. v. 339, Diodoro l. 1v. p. 281, Arcesilao apud Apollodorum l. 111. c. 1v, & Stesichoro, teste Pausania l. 1x. p. 545. Callimacho tamen, qui hoc omne mero casui, *nolenti* nempe ac invito Actæoni tribuit, accedunt alii Mythologi, Apollodorus dicto jam loco, Ovidius, Hyginus Fab. CLXXXI, Lactantius, Placidus Fab. 11. &c. Unde idem hic a Poeta, quod de Tiresia dictum vidimus v. 78, & prout id omnino cavendum monuerat jam ante v. 52, ne quis Argivus etiam *nolens*, ἀκ ἐθέλων Deam videret. Quod nempe, ut id rursus traditur v. 101,

haud levior maneret eos, quibus id, quamquam καθ' ἄγνοιαν contingeret, pœna, quam qui *consulto* & ex προνοίας Deos, nisi ipsimet id vellent, & id illi ab iis exigerent, coram vidissent. Qua de re abunde a nobis actum ad eadem loca, quæ inde, si velit, petere poterit, qui in hunc incidet, Lector. Hoc unum addam, ea omnia utpote ἀκούσια, quod a *nolente*, ut hic & supra eadem in re dictum, seu ab *invitis* profecta, proinde, juxta Philosophum ad Nicomachum l. v. c. VIII. mera fuisse ἀτυχήματα, non ἀδικήματα, quæ non dantur, nisi ubi sit τὸ ἑκούσιον, seu ex προνοίας, *sponte* & *consulto*; atque ita, ut ab omni culpa immunes præstari debuerint illi, qui ea admisisse ferebantur. Quod firmare insuper videtur adlata dein ab eodem Philosopho, inter illa ἀκούσια, quæ venia digna, aut non digna sunt, distinctio; dum in priorem classem seu τὰ συγγνωμονικά, *quibus ignosci par est*, refert quæcunque non solum ignarus, sed etiam δι' ἄγνοιαν *per ignorantiam* quis peccaverit. Quod postremum equidem de Ætæonis casu, juxta eos, de quibus paullo ante, dici non posset; qui eum quidem ignarum in locum venisse, ubi in Dianam inciderit lavantem, sed eo spectaculo aliquamdiu & ultro proinde gavisum finxerunt. Videri alioquin possunt, quæ de discrimine a Regibus, seu qui alios habent in potestate, accurate faciendo inter ἀδίκημα, ἁμάρτημα, καὶ ἀτύχημα, *scelus*, *erratum*, & *infelicitatem* seu *fortuitum casum*; ac inde haud pœnas eventis constituendas, tradit Themistius Orat. I. pag. 15, ac præterea Orat. VII. p. 85. &c.

V. 114. Κύνες] Quorum scilicet *canum*, qui infelicem herum dilaniarunt, & ex utroque quidem sexu, numerum simul ac nomina (tanta veterum in talibus vel περιεργία, vel ineptia etiam subinde exstitit) enarrari videas a Mythologis antiquis, Ovidio Metam. l. III, Hygino Fab. CLXXXI. & in iis veteris Poetæ versibus, quorum aliquot retulit Apollodorus l. III. c. IV. sed in quibus depravatis, ut fieri solet, recensendis emendandisve nominibus, nemo, ut opinor, a me exspectabit, ut hic Lectori ludibrium debeam. De iis in genere ait Statius Theb. l. II. v. 203.

Heu dominum insani non agnovere Molossi.

V. 115. Ὅστεα μάτηρ Δεξέται] Λεξέται cum viris eruditissimis nec obesse naris, Politiano & H. Stephano, legendum hic etiam censeo, & quomodo, ut hoc addam, de illo ipso Autonoes filii Ætæonis a canibus discerpti ossa legentis facto, dixit Nonnus Dionys. l. v. p. 172.

Ὀστέα δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χυτῇ μεμελισμένα γαίῃ,
Λείψανα πεπλῆτα μόγις ΣΥΝΕΛΕΞΑΤΟ ΜΗΤΗΡ,
Ossa vero hinc & hinc inde effossa dispersa in terra,
Reliquias terrefactas vix COLLEGIT MATER.

V. 121 Μάντιν ἐπεὶ θασῶ] θασῶ hic nempe proprio eam in rem verbo. Unde οἰωνοθέτης seu *augur* dictus idem Tiresias apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 493, ac ubi veteres Grammatici, Οἰωνοθέτης, ὁ τοῖς οἰωνοῖς ΤΙΘΕΜΕΝΟΣ, dein, καὶ ὁ τὴν πῆσιν τῶν οἰωνῶν ΔΙΑΤΙΘΕΙΣ, καὶ ἑνεχείρων, h. e. *qui auguriis est propositus, & qui volatus avium* DIS-

η omn. mss. et Edd. Prud. semper præsi quod Spanh. ἐ, ὃ alii. Θεσπρωτοὶ (sed Callierg. ἡ)

DISPONIT ſeu *diſcernit ac dijudicat.* Quomodo nempe apud Ariſtophanem dicitur, Avib. pag. 603.

Male explicat θησῶν, quod nō refertur ad divinationē, sed "reddā eū, efficiā."

Σὺ δὲ τὰ πτέρα πρῶτον
ΔΙΑΘΕΙΣ τὰ δὲ κόσμῳ,
Tu autem alas primum
DISPONE *eoſque ordine;*

& apud Orpheum ſeu Onomacritum Argon. v. 34, de vaticiniis in genere, quæ ex Auguriis & Haruſpicina capiuntur,

Θηρῶν, οἰωνῶν, καὶ σπλάγχνων ΘΕΣΙΣ ἐστὶ,
Ferarum, avium etiam, & viſcerum SITUS *eſt.*

Adde Heſychium, qui ἔξεδρον avem, & de qua voce infra, exponit οὐκ ΕΥΘΕΤΟΝ ὄρνιν, *avem non bene* POSITAM, in debito nempe ei caveæ loco. Per μάντιν etiam, non adeo *talem* in genere, quam *augurem* a Minerva deſignatum Tireſiam, proxima Poetæ verba ſatis arguunt, & prout μάντεις de *auguribus* dixiſſe Hippocratem liquet de Acut. Morb. lib. I. Sect. XV. Ὅτι καὶ ΟΙ ΜΑΝΤΕΙΣ τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, *quomodo etiam* AUGURES *eandem avem, fauſtam* nempe, quod addit, aut *infauſtam eſſe ſtatuunt*; & ad quem locum notat Galenus, μαντικὴν dici quidem οἰωνιστικὴν, ſeu *artem auguralem*; dein τοὺς δὲ διὰ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως μαντευομένους, οὓς ΟΙΩΝΙΣΤΑΣ τε καὶ ΟΙΩΝΟΣΚΟΠΟΥΣ ὀνομάζομεν, τούτους νῦν ΜΑΝΤΕΙΣ ἐκάλεσεν ὁ Ἱπποκράτης, *qui ex avium volatu vaticinantur, quos* AUGURES *&* AVIUM INSPECTORES *vocamus, eos nunc* ΜΑΝΤΕΙΣ *vocavit Hippocrates.* Haud aliter ac de eodem Tireſia cæco & augure quamquam tacito nomine, ait Eteocles apud Æſchylum Sept. Theb. v. 24.

Νῦν δὲ ὡς ὁ ΜΑΝΤΙΣ, φησίν, οἰωνῶν βοτὴρ,
Nunc autem AUGUR, *inquit, avium cuſtos;*

ac de eodem ſimiliter Statius Theb. IV. v. 510, *Aonius vates.* Cui geminum Eueni, Apollinis ovium apud Apolloniatas in Ionia cuſtodis, fatum tradit Herodotus lib. IX. cap. XCIII: eum nempe ob male cuſtoditas eaſdem oves, ſeu plures ex iis a lupis, eo dormiente, direptas juſſu Apolloniatarum oculis orbatum, poſtea ἔμφυτον μαντικὴν, *inſitam divinandi artem*, qua celeberrimus evaſerit, obtinuiſſe. Hunc vero μάντιν, ſeu ea divinandi arte, quæ ex auſpiciis petitur, inſignem Tireſiam, non a Minerva, ut hoc loco dicitur, ſed ob deciſam a Jove contra Junonem litem, inter fabulas relatum conſtat Metam. l. III. v. 335, cui nempe Tireſiæ Juppiter

pro lumine adempto,
Scire futura dedit, pœnamque levavit honore.

Unde etiam Διὸς ὑψίστου προφήταν ἔξοχον, *Jovis altiſſimi prophetam* ſeu *vatem eximium*, eundem Tireſiam dixerat pridem ante Pindarus Nem. Od. I. p. 339. Haud aliter nempe ac ipſe Apollo μάντις dicitur Delphis a Jove conſtitutus apud Æſchylum Eum. v. 19.

Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρὸς,
Jovis patris propheta eſt Apollo,

quique, ut ante dixerat, nulla ederet oracula, niſi quæ ipſi Juppiter præ-

præscripserat. Quam in rem quoque ab Amphiarao augure, auspicium ex avibus capturo, vocatur apud Statium Theb. lib. III. vers. 471.

Juppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere consilium &c.

ac mox vers. 481,

Ditior ille animi, cui tu, Dictæe, secundas
Impuleris manifestus aves.

Unde factum etiam, ut *Interpretes Jovis Optimi Maximi, publici augures*, a Cicerone dicantur de Legib. l. II. c. VIII. Verum, quæ laus Minervæ itidem tributa; utpote cui sicut mox a Callimacho dicitur v. 132, & soli quidem e filiabus a Jove datum, ut omnia Patris decora eadem consequeretur, πατρῴα πάντα φέρεσθαι. Hinc juxta Jovem eadem Delphis Παλλάδος ἀθηναίας nomine culta, sicuti continuo apud Æschylum ab eadem Pythia additur v. 21.

Παλλὰς Προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται,
Pallas autem Pronæa (seu ante templum culta) *sermonibus celebratur*;

cui nempe ante ædem Delphicam sacellum & simulacrum erectum, ac inde Προναίας nomen nactæ; cujusque juxta Græcos ad eum Tragici locum Enarratores, meminerit alibi Callimachus. Ita de Delphis, hujusque Minervæ ibidem templo seu sacello agens Pausanias; sed ubi male aliquoties Ἀθήνας Προνοίας (& quo nomine alibi eadem culta, ut e Phornuto & aliis constat) pro Προναίας, facili utique librariorum lapsu, hactenus legitur, l. x. p. 623. Immo cui Minervæ, ut oraculis ab ipso Apolline præfectæ, prima etiam sacra ibidem facta, tradit, insigni hanc in rem loco, Aristides Hym. in Minerv. p. 28. ὁ δὲ Ἀπόλλων τῶν αὐτῶν ΧΡΗΣΜΩΔΙΩΝ ταύτην ΠΡΟΥΣΤΗΣΑΤΟ, καὶ ἀθάνατον ἐπέταξεν, *Apollo vero* ORACULIS *suis* IPSAM (Minervam) PRÆFECIT, *priorique sacrificari jussit.* Unde dicta eadem Dea FATIDICA in veteri Inscriptione, & quæ e modo dictis haud parum lucis mutuatur,

SACRUM MINERVÆ FATIDICÆ,

quam e Massono adtulit Cl. Reinesius Syntagm. p. 16, & ad cujus illustrationem unum ibi illud adducit vir doctissimus, quod a Bulengero, ut ibidem ait, e Didymo adnotatum fuerat, aut a Stephano in voce Θείαι, nempe de calculis Minervæ μαντικοῖς, iisdemque, rogatu Apollinis, omni fide deinceps a Jove adempta. Adde, quod apud Ægyptios, teste Herodoto l. II. c. LXXXIII. Minerva inter ea Numina fuerit habita, quibus divinationem creditam tradiderint, & oracula apud eos constituta. Haud mirum proinde a FATIDICA Dea, & inter Delphici oraculi Præsides habita, seu verius *Prudentia, quam Poetico ritu Minervam nuncupavit*, ut de ea loquitur Apulejus de Deo Socratis, constitutum hic dici *vatem* seu *augurem Tiresiam*; quo illa nempe, pro ademptis eidem corporis oculis, mentis præstantius lumen, & futura prospiciendi facultatem eidem inditam testaretur; sive ut Cyrilli hic verbis utar adv. Julian. l. V. p. 158. φωτὸς &c τῷ νοητῷ καὶ τὸν τῆς καρδίας ὀφθαλ-

ὀφθαλμῶν κατευγάζοντος, *luminis, quod intellectu percipitur, & cordis oculum illustrantis* donum. Haud aliter ac ab Hieronymo ad Abigæam scribitur Epist. XXXII. quo cæcum eundem consolaretur, *quosdam etiam mundi Philosophos legimus, ut totam cogitationem ad mentis cogerent puritatem, sibi oculos eruisse*; quodque sequenti Epistola ad Castrutium itidem cæcum, illustrat graviori exemplo, *Jacob, cujus caligaverat acies, & cum interioribus oculis & spiritu prophetali longe post futura prospiceret, & Christum cerneret de stirpe regia esse venturum, Ephraim & Manassen videre non poterat.* Ut mittam, quod μαντικὴν seu *divinationem* fieri tradit Jamblichus de Myst. Sect. III. c. XIV. quum Dii, sicut hæc Minerva Tiresiæ, lumen aliquod prævium in animum immittunt. Adeo ut non eadem hic *vatis* seu *augeris*; qualis insigni Minervæ *munere* exstitit Tiresias, quæ Sacerdotum apud Hebræos foret ratio; a quo munere, ut corporis aliqua parte cæteroquin mutili seu non ὁλόκληροι, ita etiam inter eos nominatim cæci excluſi Levit. XXII. 22; & quidem juxta Hebræorum magistros, ubi etiam in altero tantum oculo foret cæcitas. Neque vero dispar apud Romanos augurum conditio, quos ἀσινεῖς & ὁλοκλήρους, non *mutilos corpore*, sed *integros* esse oportuit; immo quibus ulcus etiam habentibus, interdictum augurari, docet Plutarchus Quæst. Rom. p. 281. Quod de Sacerdotibus in genere, Hebræorum more, apud Athenienses, & legibus quidem cautum, quarum aliquoties fit mentio apud veteres Hermogenis Enarratores pag. 88. 197. 297. &c. νόμος, τὸν ὁλόκληρον ἱερᾶσθαι, *lex, ut corpore integer Sacerdotium consequatur*; & gemino eandem in rem p. 241. νόμος, τὸν στεγνώμονα μὴ ἱερᾶσθαι, *lex, ut corpore læsus*, seu *mutilus Sacerdotium non consequatur.* Quod discrimen proinde ea in re inter Athenienses & Ægyptios, qui illud scilicet ὁλόκληρον in eorum Sacerdotibus non exigerent, tangit Anaxandrides apud Athenæum l. VII. p. 300,

Τὸς ἱερέας ἐνθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος
Εἶναι, παρ' ὑμῖν δὲ, ὡς ἔοικεν, ἀπηγμένους,
Sacerdotes quidem hic corpore integros lex scivit,
Apud vos autem, ut fertur, mutilatos,

seu capite non solum, sed toto etiam corpore rasos & præterea circumcisos; quales fuisse Ægyptiorum Sacerdotes tradit Herodotus l. II. c. XXXVII. Quorum postremum tamen apud Hebræos non obstitit, quin ὁλόκληροι eorum Sacerdotes, seu corpore integri, non vero στεγνωμένοι haberentur.

V. 123. Γνωσεῖται δὲ ὄρνιθας] Quod primum nempe in augurali disciplina seu *juris augurii scientia*, ut eam vocat Tullius de Senectut. c. IV. requirebatur, accurata nempe *avium* quæ ad facienda auspicia idoneæ habebantur, *notitia:* sicuti a Matrone similiter dicitur in parodia Homerica apud Athenæum l. IV. p. 136. v. Stanl. a. Th. 25 Orph. lapid. 43.

ΟΡΝΙΘΑΣ ΓΝΩΝΑΙ, κὴν ἐναίσιμα σιτίζεσθαι,
AVES NOSSE, *& cibis eas auspicatis pascere,*

non, ut postrema vertit Dalechampius, decenterque & auspicato illis vesci. Nempe quod de Prometheo, qui primus *aves* augurales, quæ

quæ facerent auſpicia, & de quo loco paullo poſt, diſcreverit, ait Æſchylus Prom. v. 489.

καὶ δαιταν, ἥντινα
Ἔχεσ' ἕκαστοι,
& qualem victum ſeu *eſcam*
Haberent ſingulæ,

potius, quam ut ibi Interpres, & *qualem vitæ rationem quaque haberent.* Unde etiam factum (tanta nempe circa earundem *avium* δαιταν ſeu *victum*, cura veterum & religio exſtitit) ut Athenis in Prytaneo alerentur *aves* illæ augurales; prout id tradunt Comici Enarratores ad Nubes p. 148. χρησηλοι autem ſeu *fatidicæ* eædem alibi ab Æſchylo appellatæ, eo loco, quo de hoc Tireſia, ut præſtantiſſimo augure, agi paullo ante diximus, nempe Sept. Theb. v. 25. Νῦν δὲ ὡς ὁ μάντις, ac ubi continuo de eodem additur,

Ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν πυρὸς δίχα,
ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΥΣ ΟΡΝΙΘΑΣ, ἀψευδεῖ τέχνῃ,
Auribus & mente dijudicans, abſque igne,
FATIDICAS AVES, *arte non mendaci*;

ac unde ὀρθόμαντιν, h. e. τὸν ἀληθῆ μάντιν, *veracem vatem* ſeu *augurem* vocat eum Pindarus Nem. Od. 1. p. 339. alibi autem de Jamo augure Olymp. Od. VI. p. 53.

τόκα μὲν φωνὰν ἀκοῦσαι
Ψευδέων ΑΓΝΩΣΤΟΝ,
tunc quidem vocem audire
Mendaciorum neſciam.

Nempe quum e *fatidicis* illis, prout eas vocat adducto modo loco Æſchylus, avibus, juxta auguralem diſciplinam aliæ, ut vulgo notum, forent *oſcines*, quæ ore ſeu cantu; aliæ *alites*, ſeu *præpetes* dictæ, quæ volatu futura prædicerent; aliæ autem, juxta Feſtum, in voce *oſcines*, quæ & in *oſcinibus* & in *alitibus* haberentur, quum nempe aliæ darentur aves, & de quibus agunt proxima Poetæ verba, quæ nullum auſpicium, nec ore ſcilicet, nec volatu, facere crederentur: inde ὁ lege ejuſdem diſciplinæ ſingulas id genus *aves*, quod hic a Callimacho dicitur, noſſe probe, earumque naturam, ac inter ſe diſcrimina accurate tenere ac dijudicare futurus augur, iſque, qualis habitus fuit Tireſias, præſtantiſſimus omnino tenebatur, ſeu

qui doctus in omni
Nube, ſalutato VOLUCREM COGNOSCERE *Phœbo*,

prout nempe de Amphiarao vate ait Papinius lib. VII. verſ. 707. Quomodo etiam a Prometheo, ubi repertam a ſe, & de quo paullo ante obiter, Augurii diſciplinam apud Æſchylum tradit, dicitur verſ. 486,

οἰωνοδίκας τε συμβόλους,
Γαμψωνύχων τε πτῆσιν ἰωνῶν σκεθρῶς
Διῳρισ', οἵ τινές τε δεξιοι φύσιν,
Εὐάνυμοί τε,

β

ſigna etiam propter viam,
Tum alitum cum aduncis unguibus volatum accurate
Diſtinxi, & qui natura dextri,
Et qui ſiniſtri quoque,

ac ut addit, & qua de re paullo ante, quæ circa earundem *avium* victum, aut in caveis conſeſſum, vel inter ſe diſſidia, ſpectabant. E quibus nempe omnibus conſtabat auguratus apud veteres diſciplina, ac auſpiciorum ratio; quæque proinde iis Minervæ de Tireſia futuro augure verbis. γνωσεῖται δὲ ὄρνιθας, *aves autem cognoſces*, continentur; & quidem qui a Dea, uti jam vidimus, χρηστηρίῳ ſeu *fatidica*, eadem hæc omnia ſit edoctus. Adeo, ut hiſce aperte innuat Callimachus, cœlitus, ſive a Deo vim omnem divinandi & auſpiciorum quidem repetendam; non autem eandem in ipſis auguribus, aut vero in *avibus* ſitam, quod poſtremum ſtatuebat apud Originem Celſus l. I. IV. p. 222, ut abſurdum vero ac inſanum refellit Ammianus l. XXI. c. I. *Auguria & auſpicia avium, non volucrum arbitrio futura noſcentium colliguntur (nec enim hoc* VEL INSIPIENS *quiſquam dicat) ſed volatus avium dirigit Deus* &c. Quam cordatiorum & Socratis etiam fuiſſe de auguriis diverſam a vulgi opinione ſententiam dixerat pridem Xenophon Memorab. lib. I. pag. 708. Οὗτοί τε γὰρ ὑπολαμβάνουσιν ΟΥ ΤΟΥΣ ΟΡΝΙΘΑΣ, οὐδὲ τοὺς ἀπαντῶντας εἰδέναι τὰ συμφέροντα τοῖς μαντευομένοις, ΑΛΛΑ ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ διὰ τούτων αὐτὰ σημαίνειν· κακεῖνος οὕτως ἐνόμιζεν· ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοι φασὶν ΥΠΟ ΤΕ ΤΩΝ ΟΡΝΙΘΩΝ, καὶ τῶν ἀπαντόντων, ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι, *exiſtimant enim illi* NON AVES, *nec alia quæ occurſant* (puta felem, canem, muſtelam, aliaque id genus, e quorum occurſu capiebantur etiam auguria) *ſcire quid ex uſu ſit iis, qui divinatione utuntur*, SED *horum opera* DEOS *illa ſignificare; quod etiam putabat Socrates. Verum maxima ait pars ſe* AB AVIBUS, *& ab occurrentibus, vel averti, vel incitari.* Quam in rem etiam anquirit Statius, unde nempe conceſſum ſit avibus futura prædicere, triplicemque ea de re ſententiam pandit: ſeu nempe in primæva rerum creatione, illa principia, a ſummo Deo ſint avibus indita; ſeu per Pythagoricam animarum poſt hanc vitam in aera ac in aves migrationem; ſeu quod aves puriſſime in aere vivant; nempe Theb. l. III. v. 482.

mirum unde, ſed olim
Hic honor alitibus: ſuperæ ſeu conditor aulæ
Sic dedit, effuſum chaos in nova ſemina texens:
Seu quia mutatæ, noſtraque ab origine verſis
Corporibus ſubiere Notos: ſeu purior axis
Amotumque nefas, & rarum inſiſtere terris
Vera docent.

Qua de re autem diſſerit Jamblichus de Myſter. Sect. III. cap. XVI. ut *aves* eas, quarum habetur in auguriis ratio, permoveri dicat, tum a ſuæ animæ impetu; tum a præſide animabus dæmone; tum ab aere; tum a cœli in aerem influxu; & quæ omnia cum Deorum voluntate conſentiant, eaſque *aves* ad id congruenter ducant, quod ab initio Dii

præ-

præceperint. Quibus etiam consona apud Apulejum legas de Deo Socratis, ubi nempe id ipsum a dæmonibus, seu mediis inter homines & Deos potestatibus, proficisci statuit, qui nempe præsint vel *præpetibus gubernandis vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis; quæ* autem *cuncta*, ut addit, *cœlestium & voluntate, & numine, & auctoritate fieri arbitrandum est.* Quod tamen postremum, citra illud dæmonum in gubernandis avibus earumve auspiciis, seu ullam mediarum inter cœlum ac terram potestatum operam ac ministerium, referunt veteres Græcorum Poetæ ac Theologi, ubi id genus *avium* auguralium meminerunt, Homerus, Æschylus &c. sed tanquam proxime a summis ac cœlestibus Diis, Jove, Junone, Apolline, Minerva immissarum; quæque inde eorum ministri ac nuntii vocantur, ut apud Porphyrium περ. Αποχ. l. III. p. 255; & sicut circus, accipitris genus, Apollinis ἄγγελος apud Homerum pridem dictus Odyss. O. v. 525. Unde etiam de *avibus* in genere futurorum nuntiis ait Euripides in Jone v. 179.

Τὰς Θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας
Θνητοῖς,
Quæ Deorum annuntiant voces, seu voluntatem,
Hominibus.

Quibus accedit etiam doctissimus Poetarum Virgilius, apud quem supplex & anxius de futura sui & suorum sede Æneas, Apollinem Delium invocans, ait,

DA, *Pater*, AUGURIUM, *atque animis illabere nostris*,

ac ubi Servius, AUGURIUM *enim est exquisita* DEORUM VOLUNTAS *per consultationem* AVIUM *& signorum.* Aperte quoque eam in rem differit apud Tullium Quintus frater, ut nempe totum hunc *avium* in auspiciis motum ac significationem, Diis cœlestibus, nulla intermediorum dæmonum seu geniorum, quorum frequens adeo sequutis ætatibus exstitit in Platonicorum scriptis sermo, mentione adhibita, unice adscribat de l. 1. cap. CLVIII. *eademque efficit in* AVIBUS *digna mens, ut tum hinc tum illinc volent, alites tum in hac, tum in illa parte se occultent; tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines.* Quibus consona aut eam in rem magis adhuc notabilia tradit idem Tullius de Legib. l. II. c. XIII. ubi ex eo, quod detur, *summos esse Deos*, mundumque ab iis regi, eorum benignitatem humano generi consulere, & posse nobis, quod addit, *signa rerum futurarum ostendere, non video cur esse divinationem negem.* Quamquam eadem alibi, nempe Academicorum more, secundo de Divinatione libro impugnat adeo, ut nihil divini in auspiciis agnoscere videatur, nihil non fortuitum ac incertum; censeatque proinde, neque injuria, apud Romanos jus augurum *divinationis quidem opinione principio constitutum, sed postea Reipublicæ caussa conservatum fuisse ac retentum*, de Divin. l. II. c. XXXV. Ex iis tamen a Tullio ante memoratis, nempe alitum volatu, & cantu oscinum, iisque, quæ inde capiebantur, significationibus ac notis, pendebat illa *avium*, quæ Tiresiæ hic incumbere dicitur, *notitia*, & prout alibi

alibi ait idem Cicero l. VI. Epist. Famil. VI. *non igitur ex* ALITIS INVOLATU, *nec e* CANTU *sinistro* OSCINIS, *ut in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solstimis aut sonivius, tibi* AUGUROR. Cujusmodi autem *aves* quarum in auguriis ratio habebatur, tum propria, alioquin iis significatione, ὄρνιθες, οἰωνοὶ, tum ὄρνιθοι, ὠόδιοι, item σύμβολοι a Græcis dictæ; quæ nempe non occursu solum seu propter viam, sicuti apud Horatium l. III. Od. XXVII. obvia forte prægnans canis, aut rava seu rufa lupa; aut fœta vulpes; aut serpens; sed alia quacunque ratione, ut pullorum pastu, & tripudio illo, de quo modo augur Cicero, solstimo, omen aliquod improvisum portenderent. Unde apud Æschylum Agam. v. 164. ὀρνίθων ὠδίων, de duabus aquilis dicitur, quarum ille narraverat ostentum; ac inde ὠδὸς de ipsa *vaticinandi arte* alibi in eodem dramate occurrit, nempe ubi ad fatidicam Cassandram ait Argivorum senum Chorus v. 1163.

Πόθεν ὁρᾷς ἔχεις θεσπίας ΟΔΟΥ,

Unde præcepta divinatricis VIÆ seu ARTIS *habes?*

ac unde lucem mutuatur Sophocles Oedip. Tyr. v. 318. ubi ab Oedipo ad hunc augurem Tiresiam dicitur,

μήτ' ΑΠ ΟΙΩΝΩΝ φάτιν,
Μήτ' ἐκ τιν' ἄλλην ΜΑΝΤΙΚΗΣ ἔχεις ΟΔΟΝ,

sive AB AVIBUS *nuntiationem*,

Sive quam aliam habes, DIVINATIONIS VIAM *sive* ARTEM. Et similiter de Amphiarao augure agens, Oedip. Col. v. 1378. πρώτα δὲ ΟΙΩΝΩΝ ΟΔΟΙΣ, *primas aviumauguriis* seu *vaticinandi arte* ferens. Prout itidem vocem *vias* adhibere observo Tullium de Divin. l. I. c. XXXVIII. ubi Stoicorum de hisce divinationibus sententiam explicat: *Non igitur sunt Dii, nec significant futura; sunt autem Dii, significant ergo. Et non si significant, nullas* VIAS *dant nobis ad significationis scientiam; frustra enim significarent, nec si dant* VIAS, *non est divinatio; est igitur divinatio.* Quo sensu proinde Æschylus seu apud eum auguralis artis inventor, ut vidimus, Prometheus discreviisse se augurii symbola ait, adducto ante loco ὠνοδίους τε συμβόλους, utraque scilicet voce augurali, sicut ξύμβολον ὄρνιν, dixit Aristophanes Avib. p. 575, de *augurio*, quod e *signis*, ut ibi eruditi Critici, sive ex occursu avium, capiebatur; & cujusmodi ξύμβολα alibi vocantur, ab eodem Æschylo Agam. v. 147. τερπνὰ τέκνων Αἰτῖᾳ ξύμβολα, *jucunda harum signa exigit*, nempe ex oblato geminarum aquilarum omine. Quamquam σύμβολα in auguriis veterum fuerint etiam dicta, quæ non adeo ex avibus, aliarumve animalium occursu; quam e fulgure, tonitru aliisque id genus διοσημείοις, petita: quæque inde ab auguribus itidem capiebantur significationes rerum futurarum, & cujusmodi σύμβολα σήματα dixit Homerus Iliad. B. v. 353. sed qua de re opportunius ad ipsum Æschylum, seu adducta modo ejus verba, ὠνοδίων τε ξυμβόλων, a nobis agitur. Quum autem potissima χρησηρίων, de quibus hic Callimachus, *avium notitia*, ex earundem *spectione*, voce, ut e Festo & aliunde liquet augurali, penderet, ac prout *in auguriis avem spicere*, juxta Varronem de LL a Romanis

manis olim dictum; ita de eodem augure Tiresia, ut dudum artis illius eximie gnaro, dixit Euripides Bacch. v. 287. Σκοπεῖν πλησιάζῃς, *spicere* nempe seu *observare* (non ut ibi Canterus *spectare*, erat enim cæcus Tiresias) *alites*; ac unde θῶκον ὀρνιθοσκόπον, *sedem augurii* insidere idem apud Sophoclem dicitur Antigon. v. 1012; seu, ut de eodem Pausanias l. x. p. 565, οἰωνοσκοπεῖόν τε Τειρεσίᾳ καλούμενον, *quod Tiresiæ auguraculum*, ut illud vocat Festus, *dicitur*: & prout Athenis itidem ad ὀρνιθοσκόπον, augurem nempe consultura, profecta dicitur morosi cujusdam adolescentis mater, apud Theophrastum περ. Δυσχερ. Unde etiam voce *servare* eam in rem usus, pro *observare* nempe seu σκοπεῖν, Lucanus l. i. v. 601.

Et doctus VOLUCRES *augur* SERVARE *siniſtras:*

ita enim cum editi, tum scripti omnes, cujusmodi plures olim juvenis consului, (dum auctore ejus rei & auspice, Domino tunc & Patrono, CAROLO LUDOVICO Palatino Octoviro, de nova splendidaque illius editione cogitarem) hujus Poetæ libri. Nempe quomodo non oculis, sed *auribus & mente*, aves augurales dijudicasse dicitur, adducto paullo ante apud Æschylum loco, idem hic Tiresias; a filia nempe, ut ibidem notant prisci ejus Enarratores, (nempe ad Sept. Theb. v. 25.) de genere scilicet, numero, a dextris aut a siniſtris volatu earundem avium edoctus; quæque insuper tradita de iisdem σημεῖα, in tabulas, idque consulendæ memoriæ, augurales, & quas κλῆρους appellarunt, continuo fuerant relata. Quorum istud ab eodem Tiresia memorari videas apud Euripidem in Phœnissis, ubi ille ad filiam viæ ducem, & quam inde paullo ante *oculum suum* dixerat ὀφθαλμὸς ἐμὸς σύ, ait v. 845.

ΚΛΗΡΟΥΣ τε μοι φύλασσε παρθένῳ χερὶ,
Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ΟΡΝΙΘΩΝ ΜΑΘΩΝ,
Serva mihi TABELLAS *vaticiniorum, virginea manu,*
Quas accepi, auguria AVIUM EDOCTUS,

ac ubi veteres Grammatici, οἱ γὰρ οἰωνοσκόποι σὺν δέλτοις ἐσημειοῦντο τὰς πλήσεις, *augures enim in tabulis notabant volatus.* Quo sensu etiam κλῆρον adhiberi ab eodem Tragico patet Hippol. v. 1057. *Oscinum* autem sive earum *avium*, quæ ore seu cantu auspicium facerent, voces aut sonos eidem Tiresiæ, quamquam cæco, audire ac *dignoscere*, utrum scilicet boni an mali ominis iidem forent, *auribus* utique ac *mente*, ut de eo paullo ante Tragicus, facile licuit. Unde idem de se ait apud Sophoclem Antigon. v. 1014.

Ἀγνῶτ' ἀκέω φθόγγον ὀρνίθων,
Ignotam audio loquelam avium &c.

ac dein v. 1034.

Οὐδ' ὄρνις ἐυσήμους ἀπορροιβδεῖ βοὰς,
Neque avis faustas sonet voces;

& sicuti voces avium edoctos eundem Tiresiam & Melampum, Porphyrius tradit περ. Ἀποχ. l. iii. p. 246. Immo unde eam facultatem Tiresiæ, purgatis illius aurium meatibus, a Minerva inditam, ἀπάσαν ΟΡ-

NI-

ΝΙΘΩΝ φωνὴν ποιῆσαι συνίεναι, *eumque omnis avium loquelæ intelligentem* feciſſe, teſtatur Apollodorus l. III. c. VI. immo qui auſpicium avium Tireſias invexiſſe a Plinio dicitur l. VII. c. LVI. Adeo, ut vel ex hiſce facile liqueat, quod Ciceroni ab illius auguralis diſciplinæ cultoribus regeri tum potuerit; ubi inter alia, quæ contra omnem auguratus ex avibus aut aliunde petitam divinationem diſputat, ait de hoc cæco Tireſia Divin. l. II. c. III. *aut neſcio, qui ille divinus, ſi oculis captus ſit, ut Tireſias facit, poſſet, quæ alba ſunt, quæ nigra dicere?* Immo quibus licuiſſet ea inſuper opponere, quo ab eodem Tullio, pro divinationibus id genus, Academicorum ut dixi, more, diſſerente, dicta fuerant l. I. c. XXXII. *pars animi, quæ eſt rationis & intelligentiæ particeps, eam tum maxime vigere, quum plurimum abſit a corpore.* Immo prout ab eodem Tireſia, non jam ex avium volatu, ſed ex evocatis a filia, itidem vate, manibus auguria, ſeu, de futuro itidem inter Argivos bello, omina captante, quaſi non mentis ſolum, ſed oculorum, quo repente foret is illuſtratus lumine, eadem coram videre dicitur, apud Statium Theb. l. IV. v. 583. &c.

deſiſte canendo,
Nata, ait, externæ ſatis eſt mihi LUCIS; *inertes*
Diſcedunt nebulæ, & vultum niger exuit aer.
Umbriſne, an ſupero me miſſus Apolline complet
Spiritus? en VIDEO *quæcunque* AUDITA.

Ibid. ὃς ἄϊστος] Quod primum utique in hac, quam a Pallade dicitur edoctus Tireſias, *avium notitia*, ſeu augurali diſciplina requirebatur: accurata nempe earum avium, quæ lætum facerent auſpicium, cognitio, & quales vulgo apud Græcos, ut notum, ἄϊστοι ſunt dictæ. Unde ἄϊστ' ὄρνις de ipſo *felici augurio*, ut apud Sophoclem Oed. Tyr. v. 51, & Grammaticos ibidem, ΤΟ ΑΙΣΙΟΝ δὲ τὸ ΑΠΑΙΣΙΟΝ, ἐπὶ τῆς ὀρνίθων μαντείας, h. e. ἄϊστον *autem* ſeu *fauſtum*; & ἀπαίσιον, *infauſtum*, dicuntur de vaticiniis ex avibus ſeu auguriis, ut apud Euripidem Iphigen. Aul. v. 607, ac alibi. Ita etiam εὐαίσιον pro *fauſto*, & ἐξαίσιον pro *infauſto* omine apud Dionem legitur l. XXXVIII. p. 67. Eædem proinde *fauſtæ aves*, ſeu ἄϊστοι vel εὐαίσιοι ὄρνιθες, quæ vulgo ἄξιοι, item καλοί, ut apud Euripidem in Jone v. 1333, οἰωνῶν καλῶν, *bonis avibus*, eædemque ἀγαθοὶ apud Plutarchum in Numa p. 64, ac ὄδιοι etiam ſubinde, de qua voce paullo ante, ſunt appellatæ. Ita Heſychius, ὄδιος οἰωνὸς, ἄϊστος, & prout apud Æſchylum conjunguntur Agam. v. 104,

Κύκλος ἴμοι ἀρσένων ΟΔΙΟΝ κρώσσων
ΑΙΣΙΟΝ ἀνδρῶν,
Potis ſum enarrare viſum feliciter imperium
Auſpicatum virorum;

ubi nempe a Choro agitur de fauſto duarum aquilarum augurio, geminis Atridis, Græcorum ad expeditionem Trojanam profectis ducibus, oſtenſo, ac apud Pindarum ſimiliter Nem. Od. IX. p. 408, de infauſta Argivorum ducum contra Thebas expeditione, ΑΙΣΙΑΝ ὁ κατ' ὀρνίθων ΟΔΟΝ, *non per fauſtarum avium viam*, h. e. infauſtis avibus, juxta il-

lud nempe quod de felici ardeæ, Ulyſſi aliiſque Græcorum optimatibus, dato a Minerva propter viam augurio, dixit Vatum Parens Iliad. K. v. 274.

Τοῖσι δὲ ΔΕΞΙΟΝ ἧκεν ἐρωδιὸν ἐγγὺς ΟΔΟΙΟ,

Illis autem FAUSTAM *miſit Pallas ardeolam*, PROPTER VIAM. Et ſicuti ad ſuperiora Callimachi verba, συμβόλας & σύμβολα dici vidimus, de avibus auguralibus, ſeu ſignis tam fauſtis quam infauſtis, quæ ex earundem volatu, cantu, occurſu, aut repentino alio caſu caperentur; inde etiam ἐυξύμβολοι, *fauſti ominis aves* appellatæ: prout notant veteres Grammatici ad Sophoclis locum paullo ante adductum Oed. Tyr. v. 51. nempe ἀπαίσιοι ὄρνιθες, οἱ δυσοιώνιστοι· ΑΙΣΙΟΙ δὲ τὸ ἐναντίον, οἷα ΕΥΞΥΜΒΟΛΟΙ, ἢ τὰ ἀγαθὰ σημεῖα δηλοῦντες, h. e. Απαίσιοι *aves mali ominis*; ΑΙΣΙΟΙ *autem in contrarium, tanquam quæ* ΕΥΞΥΜΒΟΛΟΙ, *& fauſta edentes ſigna*. Unde eadem voce ἐυξύμβολος pro *fauſto*, uſus eſt Æſchylus Suppl. v. 709. & ſicut ἔυσημοι βοαὶ dicuntur itidem de *fauſtis* avium auguralium *vocibus* apud Sophoclem loco paullo ante adducto Antigon. v. 1304. ac apud Statium Theb. l. III. v. 493, *arcana volucris* BONA MURMURA *lingua*. Sic a Romanis *præpetes* leguntur, non de *alitibus* ſolum in genere, qua de re ſupra, ſed de avibus boni ominis dictæ; quales, ut de iis Gellius l. VI. c. VI, *aut opportune prævolant, aut idoneas ſedes capiunt*; juxta nempe illa Ennii de fauſto Romuli augurio apud Tullium de Divin. l. I. c. XLVIII.

Cedunt de cœlo ter quatuor corpora ſancta
Avium, PRÆPETIBUS *ſeſe, pulcriſque locis dant.*

Unde etiam Servius ad Æn. l. III. v. 361. & l. VI. v. 15. *Præpetes enim aves ſunt boni augurii*, ſeu αἴσιοι. Feſtus autem, *præpetes aves quidam dici ajunt, qui ſecundum auſpicium faciant, prætervolantes*; mox, *cæterum Poeta promiſcue* OMNES AVES *ita appellant*; nempe tam quæ hic dicuntur αἴσιοι, quam ἀπαίσιοι, vel ἐξαίσιοι; aut de quibus mox, quæ nempe nullam dabant augurii ſignificationem, prout hoc poſtremum Virgilii exemplo ac auctoritate, de Dædalo dicentis Æn. l. VI. v. 15. *Præpetibus pennis* &c. tuetur Gellius d. l. lib. VI. c. VI.

Ibid. ὅτε πέτονται Ἥλιθα] Nempe, quod bene jam animadvertit Vulcanius, alterum illud avium genus hic tangit Callimachus, quarum nulla in auguriis capiendis ratio habebatur. Neque enim quævis aves augurales, ſeu e quarum *volatu*, cujus hic mentio, aut *cantu*, vel alioquin *occurſu*, auſpicia fierent; ſed quarum eam in rem exſtarunt peculiares & collectæ multorum annorum memoria, ſicut ait ea de re Tullius, obſervationes; eæque accurate ac ſigillatim in augurales commentarios relatæ. Quales nempe (ut nunc de aliis gentibus ſileam, quas auguriis plurimum deditas, Arabas puta, Phrygas, Cilices, Piſidas, additaque etiam ejus rei ratione, e Tullio, aut aliunde, paullo poſt adhuc dicetur) apud veteres Græcos haud minus ac apud Romanos, exſtitiſſe, vel unus docebit Galenus ad Hippocratem de Acutorum Victu Comment. I. Sect. XII. p. 41. T. II. ed. Baſil. Ibi enim Græci illius auguris meminit, qui ab eodem Galeno, de nonnullis circa avium vola-

volatum consultus, testes eorum, quæ idem augur regesserat, & quorum auctoritate nitebatur, ei continuo adduxerat, Apelletis, Athenæi, Chæremonis, Artemidori, Phocæ, aliorumque οἰωνιστῶν ἐνδόξων βίβλους, *celebrium augurum libros*; & qui proinde augur, ut ibi additur, τὰς ἐνδοξοτάτας ΤΩΝ ΟΙΩΝΙΣΤΩΝ μάρτυρας παρεχόμενος, ἔτι μᾶλλον ἦν ΑΞΙΟΠΙΣΤΟΣ, *testes adducens* AUGURUM *celebratissimos, eo magis* FIDE DIGNUS, Galeno judice, *habebatur.* Et quamquam id discrimen, ut observo, inter exterorum & Romanorum auguria tangat, agens de Regis Deiotari auspiciis augur ipse Cicero de Divin. l. II. Sect. XXXVI. *omnibus* FERE *avibus utuntur, nos admodum paucis*: haud *omnes* tamen *aves*, (quod vel ille locus arguit, hic autem Callimachi aperte declarat, aliusque insuper antiquioris adhuc Auctoris, nempe Æschyli) in Græcorum auguriis observabantur. Insignia utique eam in rem gravissimi illius Tragici verba, apud quem, & de quo jam ante, Prometheus, repertam a se omnem auspiciorum rationem tradens, distinxisse se accurate docet; primo aves illas, & quæ ex inopino occursu, aliisve certis signis, omen aliquod portendebant, quasque ibidem vocat, uti ea de re jam ad superiora Poetæ verba, vidimus, εὐοδίνους τε συμβόλους, dein volatum, non avium rursus in genere, sed γαμψωνύχων, seu *cum aduncis unguibus*; quæve insuper ex iis *a dextris natura*, aut *a sinistris volarent*, οἵ τινες τε δεξιοὶ φύσιν, Εὐωνυμοί τε. E quibus utique certarum avium, non vero *omnium*, habitam apud Græcos in auguriis rationem liquet. Quamquam & illud de Romanorum auguriis, seu vetus Collegii augurum decretum memoret Tullius de Divin. l. I. Sect. XXXV. OMNEM AVEM *tripudium facere posse.* Et ad quod proinde aut simile decretum respexit forte Servius ad Æn. l. I. v. 398. ubi quum dixisset cygnos, cujus auspicium refert ibi Virgilius, inter augurales aves non inveniri, neque in auguralibus commentariis nomen eorum exstare, addit, *sed in libris reconditis lectum est, posse* QUAMLIBET AVEM *auspicium adtestari*; *maxime, quia non poscatur. Hoc enim interest inter* AUGURIUM *&* AUSPICIUM, *quod augurium & petitur, &* CERTIS AVIBUS *ostenditur: Auspicium* QUALIBET AVI *demonstratur, & non petitur. Quod ipsum tamen species augurii est.* Idem vero dixerat paullo ante, nempe ad v. 393. IN AUGURIIS *autem considerandæ sunt non solum* AVES, *sed etiam* VOLATUS, *ut in præpetibus, & cantus, ut in oscinibus*; *quia* NEC OMNES, *nec omnibus* DANT AUGURIA. Idem vero vidimus in Græcorum auguriis locum etiam habuisse, ut nempe non omnes, sed certæ etiam apud eos aves darent volatu omina; ac proinde quod hic a Poeta dicitur, aliæ forent *aves*, quæ *volatu* nullam darent alicujus augurii significationem, sed qui foret plane *irritus*, & *sine signo*, ἀσυμβόλου seu ἀτέκμαρτου. Quomodo etiam hac postrema voce vocari videas ab Aristophane ejusmodi avem, quæ nullum daret augurium, Avib. pag. 548.

Ὄρνις ἀσάθμητον ΠΕΤΟΜΕΝΟΣ ΑΤΕΚΜΑΡΤΟΣ,
Avis considerata VOLANS SINE SIGNO,

ubi Critici, ἀτέκμαρτον, οἷα σημεῖον ἀφὴ ΤΗΣ ΠΤΗΣΕΩΣ ΟΥΚ ἐμφαίνων, h. e. *tanquam signum* VOLATU NON EDENS, id ipsum nempe, quod hic a Callimacho dicitur, ὅτε πέτονται ἠλιθα, *aves, quæ frustra volant.* E *corvo* autem & *columba*, emissis ex Arca Noe, ad explorandum terræ statum, emanasse ad gentes, Græcos maxime ac Romanos, a Japhet Noæ filio oriundos, illam e *volatu* certarum avium seu augurii disciplinam, statuit in editis nuper ad Genesin adnotatis vir doctissimus Lud. Capellus. Quod confirmare equidem posset, emissa similiter, e Deucalionis Arca, eundemque in finem, ut viderunt jam alii, columba, & cujus facta a Plutarcho de Solert. Animal. p. 968. mentio. In quem censum venit insuper haud absimile, ut præterea observo, emissæ itidem e navi Argo alterius *columbæ* augurium; quo de felici per Symplegadas transitu, periculum facerent Argonautæ; ut ea de re Apollonius Rh. l. II. v. 328.

ΟΙΩΝΩ δὴ πεῖθε ΠΕΛΕΙΑΔΙ πειρήσασθε,
Ergo prius AUGURALI COLUMBA *tentate.*

Et quo referre insuper licet, quod Prometheus Deucalionis pater, Japeti autem filius, apud Græcos fuerit habitus; idemque etiam, prout ante ex Æschylo vidimus, ut harusspicinæ, ita auguralis quoque, quæ ex avium auspiciis petebatur, artis inventor. Quibus etiam aliisque, de quibus mox, inductus, id pridem ad Æschylum observaveram, de arcessenda nempe ex illo Noæ, corvum & columbam, ad explorandum terræ statum emittentis, facto, prima auspiciorum inter gentiles origine. Antiquissimam certe fuisse inter alias gentes, & diu antequam eadem apud Græcos Romanosve invaluisset, augurii ex avibus disciplinam, vel inde liquet, quod de Baalamo Madianitarum augure, (qua de re præter alios videri potest Philo de vita Mosis l. I. p. 643.) inter alia dicitur Num. XXIV. ac prout verba Hebræa itidem sonant, in versione seniorum, ἐκ ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἐιωθὸς αὐτῷ εἰς ΣΥΝΑΝΤΕΣΙΝ ΤΟΙΣ ΟΙΩΝΟΙΣ, *non ivit, sicut consuetum ei erat*, IN OCCURSUM AUSPICIIS; quin paullo ante ab eodem augure cap. XXIII. 23. quasi fidem ipse, ut ea de re Origenes adv. Celsum l. IV. p. 227. voluisset auguriis derogare, dictum, ΟΥ ΓΑΡ ΟΙΩΝΙΣΜΟΣ ἐν Ἰακὼβ οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραὴλ, *non est* AUGURIUM *in Jacob, nec divinatio in Israel.* Nempe juxta illud, quod a Deo fuerat Israelitis vetitum Levit. XIX. 26. Οὐκ ΟΙΩΝΙΕΙΣΘΕ, οὐδ' ΟΡΝΙΘΟΣΚΟΠΗΣΕΣΘΕ, *non augurabimini, neque auspicabimini*, seu juxta alias versiones antiquas, *neque ominemini:* more nempe augurandi apud vicinas gentes recepto. Arabas, Madianitas, Syros, aliosque. Quibus adnumerandi etiam Chaldæi, de quibus ait Cyrillus Glaphyr. in Genes. l. III. pag. 71. T. I. Χαλδαίοις ἦν ἔθος, καὶ ἐν ὑπολήψει χρηστῇ ἀληθείᾳ, παντελῶς περιεργάζεσθαι λεπτῶς ΤΩΝ ΟΡΝΕΩΝ ΤΑΣ ΠΤΗΣΕΙΣ, *Chaldæis mos erat, & quidem cum bono & irreprehenso proposito*, AVIUM VOLATUS *accurate observare.* Immo prout ad illud 1. Reg. IV. 30. ubi Salomonis sapientia major omnium Orientalium sapientia dicitur, ab Hebræorum magistris, id de siderum cœlestium peritia, & divinandi ex avibus, ac in auguriis exercitatione, qua omnibus

bus Orientalibus præcelleret Salomon, intelligendum traditur. Unde etiam de Abrahamo a Juliano Imp. dictum refert Cyrillus adversus eundem Julianum l. x. p. 356. & 358, eum nempe Abrahamum *auguriis fuisse impense deditum*, ἐωνίζετο δὲ μεγάλως, habuisseque domus custodem συμβολικὸν seu *conjectorem*. Quod abunde evinci ibidem contendit Julianus, e verbis Geneseos xv. 5. &c. ubi a Deo eductus foras Abrahamus dicitur, jussusque cœlum respicere, ac stellas numerare: & mox, præter juvencam, capram & arietem, eademque animalia per medium ab eo divisa, turturem & columbam adsumere, aves autem hasce non dividere: descendisse vero aves, carnivoras nempe, supra divisiones, ac juxta eas Abrahamum consedisse: prout nempe postremam vocem שִׁבְּרוּ, quasi a שְׁבוּת *fedère* reddunt ibi seniores, quam per *abegisse* explicant alii veteres Interpretes. Sed qua de re seu præpostera ac adulterata a Juliano hujus, quæ Abrahamo contigit, visionis interpretatione, videri potest ibidem Alexandrinus Antistes; & ad quem, (cujus nempe illud opus e prelo, una cum τῷ παρόντι operibus, nobis auctoribus, jam est emissum) opportunior adhuc agendi nobis erit locus. Ut hoc duntaxat addam, haud mirum a Juliano, disciplinæ illius auguralis antiquitatem ac dignitatem eo nomine ibidem obtendi & jactari, qui, ut de eo ait, admirator ejus alioquin & gentilis itidem Ammianus l. XXII. c. 1. *exta rimabatur assidue*, AVESQUE SUSPICIENS, *præscire festinabat accidentium finem: sed responsis ambiguis & obscuris hærebat futurorum incertus.* Quum cæteroquin id, quod paullo ante dictum de antiquo auspiciorum seu auguralis ex avibus disciplinæ apud veteres Arabas vicinasve gentes usu, firmet abunde Tullii testimonium, qui de Divin. l. I. c. XLI. Arabas, ac præterea Phrygas, Pisidas, Cilices, avium significationibus plurimum obtemperasse memorat; additaque ejus rei causa, quod pastu pecudum maxime uterentur, campos & montes hyeme ac æstate peragrantes, ac *præterea facilius* CANTUS *avium & VOLATUS notaverint.* Quod statuit etiam Theodoritus, a quo Ἑλλην. Θερ. Serm. 1. p. 467. dicuntur, Ἄραβες καὶ Φρύγες οἰωνοσκοπικὴν ἐπενόησαν σοφίαν, *Arabes ac Phryges avium observationem*, seu auguralem artem, *primi invenerunt.* Unde etiam de Apollonio tradit Philostratus in ejus vita l. I. c. XIV. eum Arabum more, voces avium, e quibus auguria captarent Arabes, edoctum; & quod de iisdem ac Apollonio refert etiam Porphyrius περ. Ἀποχ. lib. III. p. 246. Adeo, ut ex iis, quæ hic a Callimacho traduntur de Thebano Tiresia, Cadmo, uti de eo mox adhuc superstite, ex *avium volatu* auspicia edocto, & futura prædicente, haud immerito statui posset, e Phœnicia ac Syria Arabibus contermina, eandem artem auguralem in illam Græciæ partem, ubi Thebæ a Phœnicibus conditæ ac inhabitatæ, primum illatam; aut pluribus ac certioribus, seu quæ pro talibus habitæ, observationibus confirmatam; ibique inde plurimum, ut ex aliis veterum de Tiresiæ auguriis & oraculis narrationibus liquet, immo prout de inventis ab illo, sicut jam e Plinio ad superiorem notam vidimus, *auspiciis avium* dictum constat, invaluisse. Unde inter eas etiam

hujus disciplinæ observationes ac notas, ea potissimum exstare debuit, quæ ex *avium* natura ante omnia petebatur; quæ nempe ex illis avibus, vel *auspicatæ*, seu quæ alicujus augurii significationem darent, vel quæ *frustra*, ut hic a Callimacho dicitur, *volarent*, ὅιτε πέτονται ἤλιθα.

V. 124. Ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες] Quarum nempe avium, non jam *faustus* foret seu ἄισιος, vel *irritus* seu ἠλίθιος, de quibus duobus modo actum, sed ἀπαίσιος seu *infaustus* omnino *volatus*; & quæ tria discrimina tenere ac nosse accurate futurus augur Tiresias teneretur: hanc rem totam ei scilicet declarante *fatidica*, uti dictam eam vidimus, *Minerva*. Ut proinde *alites* sive *præpetes* dictas a Romanis aves dignoscere idem continuo debuerit; quæ nempe *volatu* auspicia facerent, & quales ferme e γαμψωνύχων genere seu *cum aduncis unguibus* apud Græcos exstitisse, jam ante ex antiquo Græco Auctore, eaque de re agente Æschylo vidimus. Id quod crebra insuper ac obvia *aquilarum* & *accipitrum* in illo ipso Tragico, ac aliis antiquis Græcorum monumentis, sicut *vulturum* etiam (quorum nempe lætum fuisse Herculi, ubi se vultur ei obtulisset, augurium, autor est Herodotus Ponticus, teste Plutarcho in Romul. p. 23. pro infausto autem apud Statium legitur Theb. III. v. 508.) exempla abunde comprobant. Unde ἀιετὸς etiam, pro *augurio* apud Theocritum dictus, Idyll. XXVI. v. 31.

Ἐκ Διὸς Αιγιόχοιο τιμὰν ἔχει ΑΙΕΤΟΣ οὗτος,

A Jove Ægida tenente honorem obtinet hæc AQUILA, seu *ratum est hoc augurium*,

illud nempe, de quo agitur, sequenti versu, ac ubi nulla cæteroquin, nec in toto illo Idyllio, *aquilæ* fit mentio. Neque dispar hic Romanorum ratio, apud quos *alites*, quæ, ut de iis ait Servius ad Æn. l. v. v. 394. VOLATU *auspicia faciunt*, *buteo*, *sangualis*, *immissulus*, *aquila*, *vulturius*; ac, ut similiter de iis Festus in voce *alites*, eædem vero totidem γαμψωνύχοι, seu *uncungues*; *buteo* enim ex *accipitrum*, *sangualis* autem & *immissulus* ex *aquilarum*, ut de iis suo loco idem Festus aliique, genere. Quamquam & ex eorumdem γαμψωνύχων aliæ etiam darentur aves, quæ non *volatu* adeo ac proinde *alarum* motu aut clangore, quam *cantu* auspicium facere credebantur; sicuti non apud Romanos solum, quod obvium est, & qua de re adhuc infra, sed apud Græcos inter augurales aves relatæ itidem *picus*, *corvus*, *cornix*. Unde hæc postrema, ut obiter id tangam, Junonis nuntia apud Apollonium Rh. occurrit l. III. v. 930: sicuti *crex*, Minervæ, teste Porphyrio περ. Αποχ. l. III. p. 255. sacra, eademque nubentibus, ut de illa avi Hesychius, augurali. De *pico* autem & *corvo*, auguralibus itidem inter Græcos haud minus ac apud Romanos avibus, vel fidem, ut obiter hoc addam faciet Theophrastus, & de quo loco paullo post Hist. Pl. l. IX. c. IX. itemque, quod de *corvorum* auspicio in expugnanda Jaleso, memorat Athenæus l. VIII. p. 360; aut quod de Phocione tradit in ejus vita Plutarchus, eum ad bellum accinctum, crocitantibus corvis, arma continuo deposuisse. Unde etiam κορώνης γοῦν καὶ κόρακος οἰωνισταὶ,

cor-

cornicis vero & corvi augures dicuntur a Porphyrio περὶ Ἀποχ. l. III. p. 249. qui nempe ex earundem avium cantu, vulgo enim illæ inter oscines, auspicia, ac læta quidem facere credebantur. Quod de *corvo* non solum & *aquila*, sed de *noctua* etiam, quæ e γαμψωνύχων itidem genere, ut secundis avibus, observat, ubi non fausstas, sed infaustas tantum aves, omina tum portendisse tradit augur Melampus apud Papinium, Theb. l. III. v. 506,

Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adest, flavæque sonans AVIS UNCA *Minervæ,*
Non venit auguriis melior:

de infaustis vero, quæ tum volitarent, ac sinistrum omen rapinis vel stridore facerent, continuo addit,

quin VULTUR, *& altis*
Desuper ACCIPITRES *exultavere rapinis.*

mox:

Nocturnæque gemunt striges, & feralia BUBO
Damna canens;

prout nempe apud Romanos, teste Plinio l. x. Sect. XVI, foret BUBO *funebris & maxime abominatus publicis præcipue auspiciis.* Ex iis vero *alitibus*, quæ non *cantu* adeo aut *rapacitate*, quam ipso *volatu* darent auguria, continuo edoctus iri Tiresias hic dicitur, quorum *alæ non faustæ*, quid portenderent. Haud leve enim auspicium in *alarum* motu statuebant augures. Adeo ut haud frustra id de futuro augure, sit hic a doctissimo haud minus ac cultissimo Poeta monitum: neque opus proinde fuerit, ut cum crudelissimo Vulcanio, circumlocutione hic usum Callimachum, & qui *instrumentum volatus*, pro ipso *volatu* acceperit, continuo statuamus. Unde etiam augurandi disciplinam, a Phrygibus profectam tradens Gregorius Nazianzenus Orat. I. adv. Julianum p. 100. *utrumque unde id* genus aves auspicium ederent, tangit Φρυγῶν τῶν αὐτόθεν περιεργασαμένων ὀρνίθων ΠΤΗΣΙΝ τε καὶ ΚΙΝΗΜΑΤΑ, *a Phrygibus, qui primi avium* VOLATUS AC MOTIONES *observarunt.* Ita ab Euripide, de divinationibus, quas haruspicina & auguria disciplina subministrarent, dicitur Jon. v. 377.

Σφαγαῖσι μήλων, ἠδ' ΟΙΩΝΩΝ ΠΤΕΡΟΙΣ,
Mactationibus ovium, aut per AUGURIA ALARUM,

& similiter de haud uno vaticiniorum genere agens Propertius l. IV. Eleg. VI.

Aut si quis MOTAS *cornicis senserit* ALAS.

Hinc πτερὸν de *augurio* a Sophocle dictum Oedip. Col. v. 98. πιστὸν ἐκ ὑμῶν πτερὸν, *fidum a vobis augurium*; & ab Aristophane Avib. p. 603. τὰ πτερὰ μαντικὰ, *alæ divinatrices*, & prout ibi ab eruditis ejus Enarratoribus dicitur, κορώνων, καὶ ἀετῶν, καὶ τῶν λοιπῶν, *corvorum, aquilarum, & aliarum* alitum. Neque vero unius erant generis, quæ ex *alis* id genus avium ac earum *motionibus* observabantur ab auguribus signa & notæ, quibus an fausta vel infausta forent omina, ac proinde ποίων ἐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες, iidem perite dijudicarent. Cujusmodi nem-

pe cenſebatur, utrum lenis ac placidus, an vero turbidus ac inordinatus foret earundem *alarum* motus & clangor; quorum iſtud *non bonum*, ut hic loquitur Callimachus, ſeu infauſtum auſpicium faciebat. Unde idem Tireſias ad ignotum continuo ἀπαισίων avium, ſeſeque mutuo lacerantium clangorem, ait apud Sophoclem Antigon. v. 1017.

ΠΤΕΡΩΝ γὰρ ΡΟΙΒΔΟΣ ἐκ ἀσήμου ἦν,

ALARUM *enim* CLANGOR *non erat ſine ſigno.*

Sic viſus non leniter advolans, ſed irruens impetuoſe accipiter caput aquilæ vellicans, pro inauſpicato ducitur apud Æſchylum Perſ. v. 207.

κίρκον ἑιτορῶν δρόμῳ

ΠΤΕΡΟΙΣ ἐφορμαίνοντα,

circum (accipitris, ut jam ante dixi, genus) *adſpicio curſu*

ALIS *irruentem* &c.

Ammianus autem adducto jam ante ex parte, ubi de auguriis agit, loco, addit VOLATUS AVIUM *dirigit Deus, ut roſtrum ſonans, aut prætervolans pinna*, TURBIDO MEATU *vel* LENI *futura præmoniſtret.* Hinc illud Argivi auguris de turbido ejuſmodi ac inordinato avium meatu, ut infauſto omine apud Papinium Thebaid. l. III. v. 503.

Amphiarae vides, curſus ut nulla SERENOS

ALES *agat?* LIQUIDOQUE *polum complexa meatu*

Pendeat, aut fugiens PLACABILE PLAUSERIT OMEN,

ſeu juxta veteres libros, *planxerit*: mox autem v. 510.

Monſtra volant, diræ STRIDENT *in urbe volucres.*

Sic apud Plutarchum Parallel. p. 309. Metellus in ſuburbium pergens, ὑπὸ κορώνων ὑπεχέθη, ΠΑΙΟΝΤΩΝ ΤΑΙΣ ΠΤΕΡΥΞΙΝ, *a corvis retentus* ALIS TUM PLANGENTIBUS, domum reverſus; & ſimiliter de *columba* mali ominis legas apud Euripidem Jon. v. 1203.

ἐυθὺς ΕΥΠΤΕΡΟΝ δέμας

ΕΣΕΙΣΕ,

ſtatim ALATUM *corpus*

CONCUSSIT,

ac ut addit, bacchari cœpit. E contrario autem apud Virgilium de fauſto duodecim cygnorum auſpicio dicitur Æn. l. I. v. 397.

illi ludunt ſtridentibus ALIS;

(ubi *ſtridentibus*, a Servio *ſignum augurii*, quod hic pro fauſto, apud Papinium vero pro *infauſto* dici modo vidimus,) & quo referas etiam, quod paullo ante de iiſdem cygnis Poeta dixerat v. 393.

Aſpice bis ſenos LÆTANTES AGMINE *cygnos*,

nempe qui gregatim ſeu ἀγελαδὸν ac ὁμιλαδὸν, non vero inordinato indiſcretove ordine, procederent. Adde, pro auſpicatis apud Græcos Romanoſque aves juxta Gellium l. VI. c. VI. *quæ ingentibus* ALIS *patulæ atque porrectæ prævolarent*, & quas inde ταναοπτέρυγας Homerus dixerit, iis, quos adduxit ibidem, verſibus nempe Iliad. M. v. 237.

Τύνη δὲ οἰωνοῖσι ΤΑΝΥΠΤΕΡΥΓΕΣΣΙ κελεύεις

Πιδήεσσαν,

Tu

Tu vero avibus ALAS EXPANDENTIBUS *jubes*
Obsequi.

Quamquam quod obſervo, alibi ab eodem Poeta, ὄρνιθες ταναοίπτεροι, *aves cum expanſis alis*, *non accipitres* ſolum ſed *bubones* etiam dicantur Odyſſ. E. v. 66. Σκῶπες ἱρηκές τε, quorum tamen infauſtum habebatur, ut antea vidimus, auſpicium. Sic ex *alarum* colore in id genus avibus, *albæ* nempe an *nigræ* eædem forent, captata olim auguria; ut vel ex eo, quem jam ad v. 123. adtuli, Ciceronis de hoc Tireſia loco, abunde liquet, *quomodo ille oculis captus poſſet*, *quæ* ALBA *ſunt*, *quæ* NIGRA *dicere* &c. & prout ex *alborum* corvorum adſpectu, captam iri Jaleſum, oraculo prædictum refert, loco etiam paullo ante indicato, Athenæus. E quibus abunde, ut opinor, liquet, proprie utique & adpoſite loquutum hic Callimachum, dum inter alias auſpiciorum leges, edoctum dicit ille Tireſiam, quæ *alarum* in iis habenda foret ratio, ſeu quis earum motus aut color, ac unde de iis, *quæ alæ non eſſent boni ominis*, ſeu, ut hic dicitur, ὁκ ἀγαθαὶ πτέρυγες, liceret continuo dijudicare. Quo referri etiam debet volatus id genus avium a dextra, aut a ſiniſtra, ſive, ut apud Æſchylum adducto paullo ante loco, Prom. v. 488, δεξιοὶ φύσιν, εὐώνυμοί τε: nempe non quod *dextræ*, ſeu a dextris aves, ut eruditis ad Feſtum placuit, pro auſpicatis ſemper apud Græcos, ſiniſtræ vero pro *inauſpicatis*, idque contrario apud Romanos more, haberentur, quamquam δεξιοὶ vulgo pro *fauſtis*, & ἀριστεροὶ ſeu εὐώνυμοι pro *infauſtis* fuerint dictæ; & quomodo apud Arabas يمن *ſiniſtram manum* & ſimul *infauſtum augurium* notat. Factum tamen ſubinde, ut in veterum auguriis eadem avis a dextra bonum, a ſiniſtra vero malum omen; aut vero vice verſa, a ſiniſtra bonum, a dextra autem malum omen portendere crederetur; eaque in re haud unus eſſet inter ipſos augures, pro varia gentium indole, diſſenſus. Quam in rem occurrit, quem paullo ante jam adtigi ad verſ. 6. Hym. in Jovem, cum Hippocratis, tum Galeni in eundem locus de Acut. Victu Sect. XIV, ubi medicos in acutorum morborum curatione ait diſſentire Senex Cous, ut quæ ille bona ſeu ægroto ſalutaria, alter mala eadem & noxia opinetur; idque, ut addit, augurum exemplo, ὅτι οἱ ΜΑΝΤΙΕΣ τὸν αὐτὸν ΟΡΝΙΘΑ, ἢ μὲν ΑΡΙΣΤΕΡΟΣ ἦν, ΑΓΑΘΟΝ εἶναι νομίζουσιν, ἢ δὲ ΔΕΞΙΟΣ, κακὸν, *quoniam* AUGURES *eundem* ALITEM, *ſi* SINISTER *quidem appareat*, BONUM *eſſe augurantur*, *ſi vero* DEXTER, *malum*: dein ἀλλ' ἔνιοι τῶν Μαντέων τὰ ἐναντία τετέων, *alii vero* AUGURES *his contraria ſtatuunt*. Ad quem autem locum Galenus, nempe p. 41. T. v. ed. Græc. Baſil. & quo eidem lucem, ut ipſe ibi tradit, offunderet, diſſenſionis illius inter augures adfert exempla; ſicuti quos e duobus, quos ipſe conſuluerat, auguribus (& prout id jam a me monitum ad v. 69. Hym. in Jovem) unus, iſque Arabs, *dextrum alitem* viſum, ægrotantes ſervare mulieres, ſiniſtrum autem viros; alter Græcus *dextrum alitem*, viris ægris ſalutem, ſiniſtrum autem contrarium portendere contenderet. Quibus adduntur ab eodem Galeno alia adhuc

de

de eodem *volatu* a dextra aut a ſiniſtra, diſſentientium inter ſe augurum documenta; utrum nempe, ubi ille *volatus* valde ſublimis, aut terræ propinquior, aut vero intermedius; item utrum moderatus idem, aut immoderatus, eandem dent augurii ſignificationem, & qua de re illud addit ὁ δὲ Ἕλλην ΔΙΩΡΙΖΕΤΟ καὶ περὶ τοῦ συμμέτρου ΔΕΞΙΟΥ τε καὶ ΑΡΙΣΤΕΡΟΥ, καὶ γεγράφθαι ταῦτα τοῖς οἰωνισταῖς ἔλεγε, *augur de volatu moderato* DEXTRO *ac* SINISTRO DISTINGUEBAT, *dicebatque, hæc ſcripta eſſe ab auguribus*, e quorum obſervationibus diſtincta peti poſſet eorundem notitia: & quibus adducta jam ante Promethei apud Æſchylum verba illuſtrari inſuper videas, Διώρισ', ὅι τινές τε δεξιοὶ &c. *diſtinxi, quæ quidem aves natura dextræ, quæ ſiniſtræ &c.* Qua equidem in re, quamquam haud ubique eadem fuerit auſpiciorum apud Romanos, quæ apud Græcos ratio, juxta illud Tullii de Divin. l. II. c. XXXVI. *alia illis* SINISTRA *ſunt, alia noſtris*; haud eo minus quærit ille in genere cap. XXXVIII. *cur autem aliis* LÆVA, *aliis* A DEXTRA *datum eſt avibus, ut ratum auſpicium faciant?* Quomodo nempe apud Romanos, ut e Plauto Aſin. Act. II. Sc. I. & aliunde inſuper notum, corvus a dextra, picus autem & cornix a læva, læta faciebant omina; ac unde inducitur ab eodem Tullio de Divin. l. II. c. III. Panætius, *requirens, Juppiterne cornicem a læva, corvum a dextra canere juſſiſſet?* Adde inſuper, quod ubi non dextrarum, ſed ſiniſtrarum *alarum* motus tantum fieret, id pro inauſpicato apud Romanos habitum legatur in Gracchorum vita apud Plutarchum p. 682, ubi de avi augurali, quæ e cavea fuerat egreſſa, additur, ἀλλ' ἐπάρασα ΤΗΝ ΑΡΙΣΤΕΡΑΝ ΠΤΕΡΥΓΑ, καὶ παρατείνασα τὸ σκέλος, πάλιν εἰς τὸ ἀγγεῖον κατέφυγε, *ſed quæ ſublata* SINISTRA ALA, *protenſoque crure, refugit in caveam.* Quod rurſus ſatis arguit, haud fruſtra, uti jam ante vidimus, de *alis* id genus avium, quæ nempe ex iis forent *infauſtæ*, οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες, factam hic a Callimacho mentionem. Unde etiam hæc tria ab iis, qui futura ex auguriis captant, adtendi, dicit Syneſius de Inſomn. pag. 132. οἱ δὲ ἐν ὀρνίθων κλαγγαῖς, καὶ καθέδραις, καὶ πτήσεσι, *quidam autem in clangore avium & earum ſedibus, ſeu caveis ac volatu*, futura nempe prævident. Quod ut de duobus, *clangore* nempe & *volatu* id genus avium, abunde ex ante dictis liquidum: ita vel ex eodem adducto Plutarchi loco, & aliunde præterea, pro *malo* itidem *omine* habitas aves conſtat, quæ offam iis in *caveis* ſeu καθέδραις adpoſitam non adtingerent, prout apud Papinium eam in rem dicitur, *impaſtæ fugiſtis aves* Theb. lib. I. v. 625, aut quæ ex iiſdem caveis, ubi augurii ſignificationem dare debuerant, exire abnuerent. Quo referas itidem eas aves, quæ ex adſignata iis in cavea ſede, in aliam inauſpicatam diſceſſerant, quæque inde ἔξεδροι, & de quibus obiter agit vir doctiſſimus Iſ. Voſſius ad Catullum p. 105, ſunt a Græcis dictæ. Nempe juxta illud Euripidis Hercul. Fur. v. 596.

Ὄρνιν δὲ ἰδὼν τὴν οὐκ ἐν ΑΙΣΙΟΙΣ ΕΔΡΑΙΣ,

Conſpexit autem avem quandam in INAUSPICATIS SEDIBUS.

Ita

Ita Hesychius, qui inde illustratur, Ἔξεδρον, τὸν οὐκ αἴσιον οἰωνὸν, οὐκ εὔθετον ὄρνιν, οὐκ ἐν δέοντι τὴν ἕδραν ἔχοντα, h. e. ἔξεδρον, *omen infaustum, avem non bene positam, non in debito loco sedem habentem.* Unde illud Sophoclis in Tereo apud Comici Enarratores Avib. p. 553.

Τίς ὄρνις οὗτος ΕΞΕΔΡΟΝ *χῶραν ἔχων;*

Quæ avis hæc ALIENAM SEDEM *occupans?*

& quem locum παρωδεῖ dicto loco Aristophanes,

Ἕτερος δὴ τάχ' οὗτος χῶραν ἔχων,

Altera avis jam forte ALIENAM *hic sedem obtinens.*

Quibus adde insignem apud Dionem locum l. XXXVII. p. 41. ubi de capto Salutis apud Romanos augurio ait, ΕΞΕΔΡΟΙ *γάρ τινες* ΟΡΝΙΘΕΣ *ἐπέπταντο, καὶ διὰ τοῦτο ἀνεμαντεύσατο, nam & aves quædam* EXTRA SEDES *suas* (non ut ibi Interpres, *aves alienæ*) *avolarunt, atque ideo sinistrum augurium evasit.* Ac unde factum, ut ἔξεδροι φρενῶν, *extra sedem mentis positi*, seu *mente moti* dicantur ab Euripide in Hippol. v. 935. Sinistri proinde ominis loco habitum, ac damnum haud leve portendere, ἕδρας seu avium in cavea *sedes* conturbare. Unde explicandus continuo Theophrastus H. P. l. IX. c. IX. ubi dicitur, eum, quem interdiu peoniæ plantæ fructum colligentem viderit picus Martius (e γαμψωνύχοις & auguralibus, ut ante dictum, avibus) oculis, ne ab eo nempe pico avellantur, periclitari, τὴν δὲ, quod additur, ῥίζαν τέμνων, ἐκπίπτει ΤΗΝ ΕΔΡΑΝ, *radicem autem secans, auguralem* CAVEAM *prosternet*, seu *decidere faciet*, h. e. malo multabitur: cujus autem loci vim ac elegantiam non ceperunt eruditi Interpretes vel Enarratores, Gaza, Jul. Scaliger, D. Heinsius, Bodæus, qui tantum *sedem procidet*, aut *secanti sedes præcidet*, quasi de sede ῥιζοτόμου ibi ageretur, ac proinde de alio, magis utique opportuno, ac ubi de infausto avis auguralis omine agebatur, eorundem verborum sensu, ἐκπίπτει τὴν ἕδραν, valde securi, vertendum credidere. ita certe ἕδραι in auguriis, sicut adducto paullo ante Euripidis loco Hercul. Fur. v. 996. de avium, quæ auspicium facerent, *caveis* seu *sedibus*, ubi eædem agerent, dicuntur: Hinc etiam ἔξεδρος, Atticis, ut vidimus, pro *infausto*, seu idem quod ἐξαίσιος, quæ vox eo sensu præter Dionis dictum supra ea de re locum, apud Æschylum legitur Suppl. v. 523. & præterea apud Platonem de Legib. l. v. p. 732. Et quomodo alioquin mali ominis aves, una voce δυσόρνιθες appellantur apud Plutarchum in Marcello p. 299, ac inde δύσορνις *de re infausta* apud Æschylum Sept. Theb. vers. 844. & Euripidem Hippol. v. 759; ac similiter παρόρνιθες πόροι, pro δυσόρνιθες, *infaustæ viæ*, apud priorem Tragicum dicuntur, Eumen. v. 773.

V. 125. Βοιωτοῖσι θεοπρόπα] Pro quo vulgo θεοπρόπια, & ita dictum hic foret per ἀφαίρεσιν ob metrum penultimæ litteræ ι Poetis familiarem, uti supra v. 119. ἑτάρα, & v. 46. H. in Jov. ἕταραι, pro ἑταίρη & ἑταίραι, ac apud Aristophanem, ποῶ pro ποιῶ Ran. p. 236, & sæpe alibi πόει & ποεῖν, pro ποίει & ποιεῖν, sicut Θεσμοφ. 816. &c. & apud Æschylum τελέων pro τελείων *perfectorum* Suppl. v. 533. Adposite autem eadem voce θεοπρόπα seu θεοπρόπια usus Callimachus, agens de auguris

ris Tiresiæ *vaticiniis*, quomodo Calchas θεοπρόπος οἰωνιστὴς, *vates augur* ab Homero dicitur Iliad. N. v. 70. Apud Æschylum vero Prom. v. 659. θεοπρόποι dicti, non jam *vates* seu *augures*, qui reddebant oracula; sed ipsi θεωροὶ, seu qui, ut consulerent eadem, Delphos aut Dodonem erant missi. Vide locum & Criticos ibidem: *Bœotis* vero, quod hic a Callimacho dicitur, *multa edidisse oracula* Tiresiam, vel inde haud parum illustratur; quod Tiresiæ per longas etiam ætates fuerit apud eosdem Bœotos, quodque passim consuleretur, oraculum. Cujus equidem rei luculentus index Plutarchus de Oracul. Defectu p. 434. ἐν δὲ Ὀρχομενῷ λέγουσι, λοιμοῦ γενομένου, πολλοὺς μὲν ἀνθρώπων διαφθαρῆναι, τὸ δὲ ΤΟΥ ΤΕΙΡΕΣΙΟΥ ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΝ ἐκλιπεῖν παντάπασι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀργὸν διαμένειν καὶ ἄναυδον, *Orchomeni* (claro Bœotiæ oppido) *ajunt multis peste absumptis hominibus*, TIRESIÆ ORACULUM *plane defecisse, & in hunc usque diem otiosum manere & mutum.* Ad quod proinde clarum Tiresiæ apud *Bœotos oraculum* respexit hoc loco Callimachus.

Ibid. Κάδμῳ χρησεῖ] Mirum continuo videri cuipiam posset, quod *Cadmo* adhuc superstite, hæc Tiresiæ cæcitas, & inde augurii donum ei dicatur contigisse, qui Oedipi ac filiorum seu *Labdacidarum*, uti mox de iis dicitur, ævo, & sicut e Tragicis antiquis, ac apud Statium in Thebaide l. IV. a v. 407, &c. constat, iisdem etiam superstes vixerit; ac demum expugnatis Thebis, ab Epigonis Argivis in captivitatem abductus, in via, quod ante vidimus, decesserit. A conditis autem a *Cadmo* Thebis juxta accuratiores Eusebii calculos, ad captas easdem ab Argivis, & sequutum mox Tiresiæ fatum, anni sunt circiter ducenti & viginti novem. Ut jam hic mittam Chronicon Oxoniense, a quo annis ferme 90. antiquior ea Thebarum a Cadmo conditarum æra statuitur Epoch. XIII. Quum vero non septem solum ætates, ut e Phlegonte, qua de re mox, Luciano, & Hygino, ac annis proinde 210; sed ad novem etiam ætates ab aliis, ut a Tzetze ad Lycophronem p. 112. seu annis 270. vixisse dicatur idem Tiresias, ac proinde idem mox a Callimacho dicatur, πολυχρόνιος; inde liquet utique citra ullum veteris memoriæ de Cadmi rebus ac Tiresiæ casu vel auguriis, quorum hic fit mentio, anachronismum, a Poeta hic dici; quod nempe, qui *puer*, uti paullo ante vocatur, in hanc cæcitatem inciderit, *Cadmo*, qui longævus etiam exstitisse fertur, multa potuerit *vaticinari.* Unde insuper dictus in antiquo Melampodis carmine, juxta eundem Tzetzem ad Lycophronem, Tiresias ἀπὸ τοῦ ΚΑΔΜΟΥ ἦν, καὶ κάτοθεν Ετεοκλέους, A CADMO *enim, & infra Eteoclem ac Polynicen* EXSTABAT. A quibus tamen abire videtur Papinius, dum a Lajo, eoque ab inferis evocato, ac sub ejus nepotibus *æquævus sacerdos* dicitur Tiresias Theb. l. IV. v. 626. & ad quem locum exstare hanc veterem glossam dicitur in Cl. Barthii notis ad hunc locum *supputanti annos apparebit vera hæc dici.* Quum tamen Lajus Labdaci, Cadmi e filio Polydoro nepotis, esset filius, Cadmi proinde pronepos, & anniculus superstes a patre relictus, juxta Apollodorum l. III. c. V. A *Cadmo* autem, quo tempore Thebis re-

regnasse fertur, ad Lajum, quo is nec dum Thebanorum Rex, Chrysippum Pelopis filium rapuit, juxta Eusebii Chronicon Scaligerianum, annorum CXXIX. spatium interceserit. *Cadmo* cæteroquin, ejusque posteris *vaticinatum*, quod hic dicitur, Tiresiam, non οἰωνοσκοπικῆς solum, de qua modo Callimachus, sed θυτικῆς etiam seu *haruspicinæ* opera, discas ex Sophoclis Antigone v. 1018. &c. ubi postquam de signis futurorum ex avibus, more augurum a se captis egisset, Tiresias, addit de hostiis similiter, a se consultis, ἱμπύρων ἐγενόμην βωμοῖσιν &c. *ignispicia tentavi in aris* &c.

V. 127. Δωσῶ τε μέγα θάκτρον] Quo nempe ut continuo hic additur, viæ duce deinceps uteretur cæcus Tiresias; immo, qui oculorum ei vicem præstaret, uti de eo Apollodorus l. III. c. VI. Ubi enim orbatum luminibus a Minerva, quam nudam viderat, Tiresiam, datumque ei a Dea augurii donum e Pherecyde dixisset, addit, τὸ ΣΚΗΠΤΡΟΝ αὐτῷ ΔΩΡΗΣΑΣΘΑΙ κυανέον, ὃ φέρων ὁμοίως τοῖς βλέπουσιν ἐβάδιζεν, BACULUM *etiam cæruleum ei* a Minerva *datum*, *quem gestans* Tiresias *æque ac oculatus incederet*, ac prout hic addit Callimachus, ὁ οἱ πόδας ἐς δέον ἄξει, *qui pedes ei convenienter ducat*. Quamquam idem Tiresias, quod jam hic vidit vir doctus, id beneficium non *baculo*, sed filiæ, ut viæ nempe duci, seu quæ pedum gressus cæci parentis regeret, imputat apud Euripidem Phœniss. v. 837. Haud aliter nempe ac Polyxena filia ab anu Hecuba vocatur in cognomine apud Euripidem dramate v. 281. βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ, *baculus*, *dux viæ*. Utrumque vero illi Tiresiæ, filiæ nempe & *baculi* fulcrum, sed quo semel, insolito quodam Deum munere, haud indiguerit, tribuit Statius Theb. l. IV. p. 582.

Nec jam firmanti BACULO, *nec virgine fida*
Nititur, *erectusque solo* &c.

Adde *baculum* Tiresiæ opportune ut auguri *datum*; prout nempe *lituus*, *clarissimum insigne auguratus*, sive quem *incurvum & leviter a summo inflexum bacillum*, vocat Tullius de Divin. l. I. c. XVII. ac in antiquis etiam nummis idem consuetus, ut notum, auguratus index, ac prout de eo ait Servius Æn. l. IX. v. 12, *augures designabant spatia lituo*. Immo prout antiquum illud auguratus insigne, pridem tradiderat Homerus; apud quem nempe in inferis augur Tiresias ad Ulyssem, qui Circes opera illum de suo in patriam reditu consulturus accesserat, venit responsa ei editurus, χρύσειον σκῆπτρον ἔχων, *aureum sceptrum* seu *scipionem tenens* Odyss. Λ. v. 91. Haud aliter nempe ac fatidica apud Branchidas ῥάβδον ἔχουσα, *virgam* seu *bacillum tenens* oracula edidisse apud Jamblichum dicitur de Myst. Sect. III. cap. XI: Immo prout Phœbas cum baculo, Apollo autem cum Cithara aræ insidens, spectatur in veteri hujus Cimeliarchii Electoralis gemma. Ne ea jam hic tangam, quæ de ῥαβδομαντείᾳ, qua olim usi leguntur ad vaticinia Magi & Scythæ, ut e Dione memorat vetus Nicandri Enarrator ad Ther. p. 74, ac vidit jam ad Ezech. XXI. 21. ὁ πάνυ Grotius; & quo respexisse haud male statuitur, a nonnullis Interpretibus, Hoseas cap. IV v. 12. *& baculus ejus annuntiabit ei*; seniores autem, τὸ ἐν ῥάβδοις ἀπήγγελλεν αὐτῷ, *& in virgis annun-*

annuntiabit ei, priora autem verba reddunt, ἐν συμβόλοις ἐπηρώτων, Nobilio Interprete, *in auguriis interrogabant*, & de quo loco alibi. Unde insuper aliis, quæ tanquam inter Mosen ac Tiresiam communia collegit vir magnus in Demonstratione Euangelica, addi opportune illud posset de vaticiniis aut miraculis Mosis baculo seu virga in Ægypto editis. Ut ea jam hic mittam, quæ de *virga*, ut ajunt, *divinatoria* seu bacillo fatidico, & singularibus quidem ac mirificis ejus viribus, sunt novissime edito in Galliis ea de re libro divulgata; ab aliis autem ut falsa vel temere credita sunt explosa.

V. 128. βιότου τέρμα πολυχρόνιον] Uti, quod paullo ante innui, e Phlegonte Tralliano περ. Θαυμ. cap. IV. Hygino Fab. LXXVII. Luciano præterea in Macrob. Lactantio ad Statium Theb. l. II. v. 95, Tzetze ad Lycophronem ad v. 125. de producta scilicet Tiresiæ a Jove, vel ut hoc loco, a Minerva ad septem aut ad novem usque ætates seu generationes vita dicitur; ac proinde a Cadmi ævo, usque ad Oedipi nepotes sub quibus demum fato sit functus, uti jam ante e Pausania vidimus, Tiresias. Hinc de *termino vitæ*, cujus hic mentio, sibi a Jove ad septem ætates producto, ait ipse Tiresias in Melampodis versibus, quos refert ad Lycophronem Tzetzes p. 112.

Ὅς με μακρὸν γε ἔθηκας ἔχειν αἰῶνα ἀνθρώπων,
Ἑπτὰ μ' ἔτη ζώειν γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων,
Qui mihi longum constituisti ævum,
Ut vivam per septem ætatum generationes hominum mortalium.

Ut proinde haud mirum sit, si, ut hoc loco, ita ab Apollodoro de eodem dicatur l. III. c. VI. ἐγένετο δὲ καὶ πολυχρόνιος, ac similiter a Papinio, idque sub iis, de quibus modo dixerat Callimachus, *Labdacidis*, Laji nempe Labdaci filii nepotibus, *longævi vatis* nomine a Papinio designetur l. II. v. 95. & l. IV. v. 407. ac de ejus *canitie* sermo fiat v. 581. Quomodo idem a Lycophrone, loco modo adducto, πέμπελος dicitur, seu, ut ibi Tzetzes, ὑπέργερως, ac apud Hesychium, πέμπελον, λίαν γηραλέον, & Arcadium Grammaticum in MSS. Bibl. Gallorum Regis πέμπελος, ὁ παλαιὸς, apud Æschylum vero Eum. vers. 479. alio sensu ἐυπέμπελον dici videas, pro *exorabili*. Adde hisce de Tiresia, antiquissimo ac celebratissimo apud Græcos augure, immo qui auspiciorum ex avibus, uti ante e Plinio vidimus, inventor habebatur, ut *longævo*, seu qui tot ætates vixerit, inde traditum; qui nempe longæ ætatis beneficio, seu *observatis longo tempore significationibus*, sicut de eadem auguratus scientia loquitur Tullius de Divin. lib. I. cap. VI, eam sibi divinationem comparasset. Ut proinde potiori jure in eum quadret, id quod de præstantissimo augure ab eodem Cicerone dicitur eod. lib. cap. XLVII. *Solus enim* MULTORUM ANNORUM *memoria*, *non decantandi augurii*, *sed* DIVINANDI *tenuit* DISCIPLINAM. Haud aliter ac apud Maronem Æn. lib. VIII. vers. 498, *retinet* LONGÆVUS *haruspex*, *fata canens*; ac ut ibi Servius, *argumento ætatis vult doctum videri*; prout de fatidicis Sibyllis vulgo veteres, ac de Cumana idem Poeta Æn. VI. vers. 321.

lon-

longæva Sacerdos; Sibylla autem ipsa de se apud Ovid. Metam. l. XIV. v. 144.

nam jam mihi SECULA SEPTEM
Acta vides,

& quomodo de septem Tiresiæ vatis ætatibus dictum modo vidimus. Quibus adde, quæ a Cicerone dicuntur libro de Senect. c. XVIII. ubi inter alia præclara Collegii augurum decreta illud ut palmarium laudat, quod *neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt*, MAJORES NATU AUGURES *anteponuntur*.

V. 129. Πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι] Unde νεκρόμαντιν πέμπελον, *manium vatem senem* vocat, dicto paullo ante loco Lycophron. Obvium autem Homeri de eodem apud inferos Tiresia locum, quem & illis verbis Lycophron, & hic plenius expressit Callimachus, adtigit jam Vulcanius, ac pridem Cicero de Divin. l. I. cap. XL. a quo *Amphiaraus ac Tiresias dicuntur, qui avibus & signis admoniti, futura dicebant. Quorum de altero* (Tiresia) *etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere; cæteros umbrarum vagari modo.* Omnis nempe divinatio, non naturæ opus aut artis effectus (qua de re jam ante actum ad vers. 123.) juxta saniores gentilium Theologos, & Ciceronem dicto ante loco de Divin. l. I. c. LIII, tum aperte Jamblichum de Myster. Sect. III. c. I. & XXII. sed a Deo tota proficisci ab iisdem dicta, eaque proinde animæ divinitus indita: cujus autem vita sit duplex, altera corpori adnexa, altera, quæ potest ab eo separari, & plane divina, prout ea de re disserit idem Jamblichus pag. 62. Immo e quo præterea tum Homeri, tum, qui eum hic reddidit, Callimacho loco, quo dicitur uni huic vati Tiresiæ datam divino munere mentem post mortem sapientem ac providam, νόον πεπνῦσθαι, seu eum πεπνυμένον agere inter mortuos; in eum proinde non cadere continuo liquet, quod a Platone dictum in Timæo pag. 71. Deum divinandi artem dementiæ tribuisse, οὐδεὶς γὰρ ΕΝΝΟΥΣ ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθεοῦ καὶ ἀληθοῦς, *nemo enim, quamdiu* PRUDENS *est*, seu MENTIS COMPOS, *divinam & veram vaticinandi artem adtrectat: Prudentis* vero unius esse, quod ibidem addit, ea quæ quis amens seu extra se raptus vaticinatus est, intelligere ac dijudicare. Ut hoc postremo addam, quod quamquam huic uni post mortem Tiresiæ datum divinitus dicatur illud *prudentis* ac *providæ mentis* donum; haud novum alioquin juxta Theologiam gentilium exstitisse, ut earundem, quibus vivi inclaruerant, artium vel virtutum cultu seu inventis, honos post mortem iis remaneret integer & incolumis, e quorum proinde genere ii censebantur, de quibus in beatis mortuorum sedibus constitutis dicitur Æn. VI. v. 602.

Quique pii vates & Phœbo digna locuti,

qualis nempe fuerat hic ὀρθόμαντις, uti eum a Pindaro vocari diximus, Tiresias. Immo quo loco haud omittendum, arcanum illud, quod tradit Porphyrius περ. Αποχ. l. IV. p. 576. accipitrem, avem scilicet auguralem, ideo Soli apud Ægyptios sacrum, nempe META δὲ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ἰσχὺν ἔχειν ΜΑΝΤΙΚΗΝ, καὶ εἶναι λογιώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος,

καὶ ΠΡΟΓΝΟΣΤΙΚΟΤΑΤΟΝ, POST VITAM *autem vim habere* DIVINATRICEM, *esseque loquacissimum a corpore solutum*, & MAXIME PRÆSAGUM.

V. 130. Μεγάλῳ τίμιος Αγεσίλᾳ] Quomodo jam ante non ab Æschylo solum in deperdito dramate, dictus fuerat, ut jam vidit eruditissimus L. Gyraldus, Pluto; apud Athenæum nempe l. 111. p. 99. Αἰσχύλος τὸν Ἅδην Αγεσίλαον, *Æschylus Plutonem, Populorum deductorem* dixit; sed a Nicandro præterea in Georgicis eo versu, qui alibi apud eundem Athenæum legitur l. xv. p. 684. ubi herbæ, e qua fieret Ditis corona, meminit, ac prout vere ibi Αγησιλάου, pro Ηγησιλίου emendavit ὁ πάνυ,

Χθόνιον πέφαται στέφος Αγελάου,
Terrestris apparet corona Ditis.

Idem nempe, qui Αιδονεὺς, Ανάπομπος, *Pluto deductor*, ab eodem Æschylo dictus Pers. v. 651. ac paullo ante nempe v. 628. inter Deos φθιμένων πομπὸς *mortuorum deductores*, juxta Tellurem nempe & Mercurium, relatus; ac prout alibi idem Tragicus ait Prom. v. 152. Αἴδου τοῦ νεκροδέγμονος, *Orci mortuos recipientes*. Quod vero Tiresiam in honore fore apud eundem Plutonem, auguratur hic apud Callimachum Minerva, ad Homerum respicit, qui a Proserpina Tiresiæ datum illud, de quo modo actum, ut solus nempe apud inferos saperet, munus dixerat.

V. 131. Τὸ δὲ ἐντελὲς, ᾧκ' ἐπινεύσῃ] Haud aliter nempe ac de Jove, cum quo forent omnia Minervæ, ut continuo hic additur, communia, mox dicitur v. 135. ᾧκ' ἐπινεύσῃ Ἔμπεδον, & de quo ibidem. Unde etiam Minerva de semet ait apud Æschylum Eum. v. 602.

Ἔξεστι γὰρ μοι μὴ λέγειν, ἃ μὴ τελῶ,
Non enim mihi licet dicere, quæ non perficio.

Quod nempe τέλειος esset hæc Dea, haud minus, ut ea de re mox, ac parens Juppiter; seu quæ nihil vellet aut proferret, quod non simul perficeret, ac ratum foret. Quomodo nempe alii Dii præter Jovem, τέλειοι etiam dicti, ut apud Æscylum Suppl. v. 535. & de quo loco mox ad v. 135, ac præterea in eo Mercurii ad Deos præconio, quod apud Lucianum legitur, cum in Jove Tragœdo p. 203, tum in Deorum concilio pag. 950. ed. Salm. Τὶς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ΤΕΛΕΙΩΝ Θεῶν, *Quis* PERFECTORUM seu *summorum Deorum vult verba facere?* & in decreto eidem concilio adnexo, ubi concio Deorum in Olympo congreganda dicitur, eligendique septem Θεοὶ τέλειοι arbitri, tres nempe e veteri Saturni curia, quatuor autem, & in quibus Juppiter, e duodecim Diis. In quibus autem Luciani locis, nollem eruditissimum Sam. Petitum, qui occasione similis Atheniensium in concionibus præconii, τὶς ἀγορεύειν βούλεται, eorundem meminit ad Leges Atticas p. 210. nempe pro τῶν τελείων, aut τελείους Θεοὺς, emendandum, infelici Minerva, statuisse, disjuncta nempe in duas voce τε λείους, quasi de *lævigatis Diis* ibi foret mentio. Τέλειοι nempe Dii *cœlites* seu majorum gentium, ac ut e Platonis mente disserit Apulejus libro de Deo Socratis,

qui

qui *natura prorsus ac retro æviterna, ac ingenio ad summam beatitudinem* PERFECTIO; & alibi *nam nihil est* DEO PERFECTIUS.

V. 132. μούνῃ Ζεὺς τόγε θυγατέρων] Hinc Minerva, præ aliis Jovis Filiabus cæterisve Diis, nunquam a Jovis latere discedere, immo sedere (& de quo loco jam ante ad v. 29. Hym. in Apoll.) ad dextram Dei Patris, ab Aristide dicitur Hym. in hanc Deam p. 18. & 19. alibi autem *Jovi proxima* τῷ Διὸς ἐστιν ἐγγυτάτω p. 30. Hinc de eadem, ubi de Jove egisset, Horatius l. 1. Od. XII.

Proximos illi tamen occupavit
PALLAS *honores*,

ante Deos nempe Deasve alias, Bacchum, Dianam, Apollinem, totidem Jovis liberos, quos ibidem celebrandos Poeta susceperat. Ita prima etiam e Filiabus Jovis invocatur a choro Thebanorum apud Sophoclem Oedip. Tyr. v. 163.

ΠΡΩΤΑ σε κεκλόμεν Θ'
Θύγατερ Διὸς,
Ἄμβροτ' ΑΘΗΝΑ,
Teque PRIMAM *invoco*,
FILIA JOVIS
Immortalis MINERVA,

ac dein Diana, & Apollo. Unde de eadem ait rursus Aristides Hymno in Minervam pag. 18. καὶ τὰ πρεσβεῖα ΜΟΝΗ κατείληφεν, & SOLA *omnes honorum prærogativas consequuta est*.

V. 133. πατρῴϊα πάντα φέρεσθαι] Ac proinde ut Jovis τελείη instar, omnia, sicut modo Poeta dixerat, & mox adhuc repetit, quæ vellet seu annueret Minerva, ea continuo rata forent. Quomodo nempe de eadem Dea ait Aristides, dicto modo loco, ἔτω δὲ αἰδέσιμός ἐστι ΤΩ ΠΑΤΡΙ, ᾧ ΠΑΝΤΑ ΚΕΚΟΙΝΩΝΗΚΕ, *adeo quoque est* PATRI *reverenda*, & OMNIUM *cum eo* PARTICEPS. Alibi autem, ubi de eadem & Patre dixisset p. 30. de rebus omnibus idem semper utrique, Jovi nempe & Minervæ, videri; caussam continuo addit, χεδὸν γὰρ ΔΥΝΑΜΙΝ ΤΟΥ ΔΙΟΣ εἶναι λεγόν τις ΑΥΤΗΝ ὀκ τάτων, ἐκ ἂν ἁμάρτάνοι, *si quis enim ex his*, JOVIS VIM *esse* MINERVAM *dixerit, haud quaquam falletur*; ac proinde posse Jovis opera ΚΟΙΝΑ τῷ Διὸς εἶναι, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, COMMUNIA *Jovi esse simul & Minervæ*. Immo sicuti de Patre & Filia, Jove nempe ac Minerva, pridem a vatum ac Theologorum, uti de eodem jam ante apud Græcos parente dictum fuerat Odyss. Π. v. 264.

Ὑψι γὰρ ὀν νεφέεσσι καθημένω, ὥστε καὶ ἄλλοις
Ἀνδράσι τε κρατέεσσι, καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Alte in nebulis sedentes, quique & aliis
Viris dominantur, & immortalibus Diis.

Quibus autem, ne jam ea omnia ad Mysterium in novo fœdere, de Patris ac Filii conjuncta in agendo imperandove virtute ac potestate, Joh. v. v. 17. 19. &c. ac alibi; aut de Filio sedente ad dextram Dei potentiæ, ac in nubibus veniente Matth. XXVI. 64. manifeste tradita, huc forte

improvide referam; quibus, inquam, adumbrasse tamen eosdem Græcorum Theologos liquet, cum præclarum Sapientiæ ac Providentiæ, quibus res humanæ reguntur, cum divina Potentia concentum; tum omnia a summo Deo consequi, ac de divina quodammodo natura & præstantia participare, qui felici sapientiæ ac virtutum, quarum procreatrix habita fuit, uti ante e Proclo vidimus, Minerva, cultu ac amore, se illi similes efficere conantur. Mitto, quod sicut adducto paullo ante loco, Aristides Minervam Jovis parentis Δύναμιν vocat; ita ab impio Ario, unigenitus Dei Filius ejus Δύναμις καὶ Σοφία, sed non ὁμοούσιος seu eidem coæternus, statueretur, juxta Athanasium p. 884. T. I.

V. 134. μάτης δὲ ἔτις ἔτικτε θεάν] Hinc illud Apollinis de eadem Minerva apud Æschylum Eum. v. 666.

Πατης μὲν ἂν ἡβώοιτ' ΑΝΕΥ ΜΗΤΡΟΣ, πέλας
Μάρτυς πάρεστι ΠΑΙΣ Ολυμπίς Διός,
Οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
Ἀλλ' οἷον ἔρνος, ΟΥΤΙΣ ἂν ΤΕΚΟΙ ΘΕΟΣ.
Ut pater quidem fiat SINE MATRE, *vicinus*
Testis adest FILIA *Jovis Olympii*;
Non in tenebris alvi enutrita,
Sed quale germen NULLA DEARUM *pariat.*

Nempe prout ab Oreste apud Euripidem dicitur in cognomine dramate v. 554,

Ἄνευ δὲ ΠΑΤΡΟΣ τέκνον οὐκ ἔστι ποτ' ἂν,
Sine patre autem nemo unquam liberos feret;

quique versus, indicto Auctore a Clemente adducitur Strom. l. II. p. 423, additoque ei continuo altero hoc versu,

Ἄνευ δὲ μητρὸς οὐδὲ συλλαβὴ τεκνοῦ,
Sine matre autem neque liberorum conceptio fiet.

Cujus posterioris tamen συλλαβῆς exemplum, ἀμήτωρ, ut de ea Æschylus, aliique Callimacho antiquiores Mythologi, exstiterit scilicet hæc Dea; sicuti prioris Vulcanus, ἀπάτωρ inde apud Nonnum dictus Dionys. l. VIII. p. 262. ac, ut addit, ὃν αὐτογόνος τέκεν Ἥρη, *quem per se generans peperit Juno.* A qua tamen Vulcani ἀπάτωρος fabella recessit Plato in Critia, ubi eandem Minervam & Vulcanum multa habere tradit communia, ἅμα μὲν ἀδελφὴν ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ, *tum quod soror sit ei* EX PATRE; tum, ut addit, quod utrumque illud Numen, Sapientiæ & Artium amore ac inventis inclaruerit; & quod postremum de Minerva & Vulcano, eorumque inde communione, pluribus tangit Proclus in Theolog. Platonis l. VI. c. XXIV. Quo referas proinde id quod in veteri ac inedito Epigrammate MSS. olim Palatini, nunc Vaticani, de Minervæ cum Vulcano concubitu legitur, natoque inde scilicet λύχνῳ,

Ἥφαιστῳ πότε Παλλὰς ἐπ' ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα,
Εἰς ἑνὶ ἐμίγη Πήλεως ἐν θαλάμοις,
Vulcano quondam Pallas in gremio sociata,
Cum eo concubuit in Pelei thalamis. &c.

Ut

Ut mittam, quod congressus prius cum *Metide* seu *Prudentia* Juppiter, dein etiam cum Themide; antequam nempe educeret e capite Minervam, aliis veterum fabulis feratur; ut ea de re disserit apud Galenum, & de quo loco mox, Chrysippus.

V. 135. Ἀλλὰ Διὸς κορυφὰ] Qua de re, seu Minervæ e *Jovis vertice* natalibus, nota veterum, ut de recentioribus sileam, μυθολογούμενα nemo, ut opinor, hic a me exiget. Adeat vero, cui vacabit, quæ ea *de re a Proclo dicta sunt in Timæum* l. 1. p. 51. Ταύτην δὴ τὴν θεότητα καλοῦντες οἱ θεολόγοι πάντες ΑΘΑΝΑΝ, ὡς μὲν ἀπὸ ΤΗΣ ΚΟΡΥΦΗΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ τικτομένην, καὶ ἐν αὐτῷ μένουσαν, Νόησιν οὖσαν δημιουργικὴν, *hanc autem divinitatem vocant omnes Theologi* MINERVAM, *tanquam quidem* E PATRIS VERTICE *natam*, *in eoque permanentem*, INTELLIGENTIAM *existentem rerum effectricem* &c. Unum illud hic superaddere, ut minus forte obvium, haud grave erit; exstare apud Galenum de Hippocr. & Platon. placit. l. III. c. VIII, Chrysippi, & quam idem Pergamenus Doctor impugnat, hujus μυθαρίου, de Minerva scilicet nata e *Jovis vertice*, explicationem, quo eandem nempe fabellam cum suo dogmate, de principe animæ facultate, quæ non in cerebro seu capite, sed in corde exstaret, idem Stoicus non repugnare ostenderet. Nempe, prout ipsa Chrysippi ea de re verba adfert & simul enarrat Galenus: Jovem non ex se, sed deglutita prius Metide, & ex ea veluti prægnantem factum, e capite postea, h. e. per sermonem seu ex ore, Minervam peperisse; quum os sit etiam capitis pars, e vertice autem eandem symbolice dici procreatam. Quam fabellæ hujus expositionem ut industriam ac ingeniosam, & Stoicorum dogmati consonam, laudat quidem Galenus; sed simul id, quod erat præcipuum, in quæstione, non adtigisse eundem Chrysippum, & fecisse convenientius, si eandem fabellam, utpote homini Philosopho ad demonstrationem haud necessariam, omnino non adduxisset, pluribus ibidem, neque inaniter contendit. Vide eundem p. 274. Tom. 1. edit. Græc. Basil.

Ibid. Κορυφὰ Διὸς ᾧκ' ἐπινεύσῃ, Ἔμπεδον] Cui loco geminum plane opportune suppeditat Æschylus Suppl. v. 95,

Πίπτει δὲ ἀσφαλῶς, οὐδ' ἐπὶ νώτῳ,
ΚΟΡΥΦΗ ΔΙΟΣ εἰ ΚΡΑΝΘΗ πράγμα ΤΕΛΕΙΟΝ,
Cadit autem secure seu præclare *non in tergum* seu *turpiter*,
VERTEX JOVIS, *si quid* PERFICIENDUM *statuitur*:

& quibus prioris versus verbis obvia e palæstra locutio, ubi nempe, quod vidit Græcus Tragici Enarrator, turpe fuit Athletam in dorsum cadere prostratum seu supinum, qualis πρηνὴς a Græcis dicebatur: ut liquet e Philone de Agricult. p. 204. & quod πίπτειν ἐς τὸν ὦμον, *in humerum recidere*; dixit Aristophanes Equit. p. 322. Idem cæteroquin adductis Æschyli verbis innuitur, quod hic a Callimacho dicitur, *cuicunque Jovis vertex annuerit*, *id firmum* fore & consummatum: prout etiam de eodem Jove ab Euripide dictum (& cujus locum supra jam adtuli ad Hym. in Jov.) Alcest. v. 978. ΖΕΥΣ ὅτι ΝΕΥΣΗ &c. quidquid JUPPITER ANNUIT, *tecum hoc* PERFICIT. Cui præiverat pridem

vatum Parens, qui haud unquam irritam Jovis voluntatem tradiderat, Iliad. A. v. 5. Διὸς δὲ ἐτελείετο βουλή, *Jovis autem perficiebatur voluntas*. Unde etiam τέλειος idem Deorum Pater sæpius apud antiquos Poetas, sicut ea de re jam ante, dictus; ut apud Pindarum Pyth. Od. 1. Æschylum Agam. v. 982.

Ζεῦ, Ζεῦ Τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει,

Jupiter, Juppiter Perfector, mea vota perfice,

seu ut eadem sint rata: immo alibi ab eodem, Suppl. v. 535. invocatur tanquam Τελείων Τελειώτατον κράτος, *Perfectiorum Perfectissimi potentia*; qui nempe *ab hominibus Deorum haberetur optimus & justissimus*, ut de eo Plato in Eutyphrone p. 5. Quomodo vero de summo & unico Deo, ac fidelium omnium Patre, dictum Matth. v. 48. ὥσπερ ὁ ΠΑΤΗΡ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ΤΕΛΕΙΟΣ ἐστι, *sicut & PATER vester, qui in cœlis est*, PERFECTUS *est*, non potentiæ nempe solum, qua omnia quæ vult, *perficit*, sed sapientiæ insuper, omnisque quæ in Deum cadere potest, *perfectionis* intuitu. Ut vere proinde ab incomparabili Salmasio Fœn. Trapezit. p. 291. rejecta sit sacri Exercitatoris seu viri magni Dan. Heinsii, de eadem voce τέλειος, quasi ea *integer* seu *innocens* ab Evangelista designaretur, aliena ab eo loco explicatio.

V. 136. ἀ Θυγάτηρ] Pro quo Æolum more Θεγάτηρ, nempe ου itidem breve, dixerat alibi idem Callimachus, teste Prisciano l. 1. p. 554. *Illi enim* (Æoles) Θεγάτηρ *dicunt pro* Θυγάτηρ, *u corripientes* &c. *ut Callimachus*, καλλιχόρᾳ χθονὸς ἐξίας Θεγάτηρ. Ad quem proinde nostri Battiadæ locum respexit ὁ πάνυ Salmasius ad ovum Simmiæ p. 175, ubi πεκνώτατον Æolice dici potuisse tradit, pro πυκνώτατον, ου nempe correpta, ut apud Callimachum Θεγάτηρ pro Θυγάτηρ. Quod a Lacedæmoniis etiam factum ibidem traditur.

V. 137. δέχεσθε τὰν Θεὸν, ὦ κῶραι] Utpote peracto illo lavacro exhilaratam veluti, ac pristino nitori restitutam; ac inde etiam, uti ea de re jam diximus ad titulum hujus Hymni, solemni Argivarum Virginum pompa ac festivitate, ut Argis deinceps solito faventius ac magis adhuc benevolum Numen, in urbem continuo ac ad pristinas in ea sedes, illud seu venerandum ejus simulacrum reducendum. Haud aliter ac de toto Alcmone fluvio Cybele, ut luctu tum omni ab ea deposito, missisque planctibus, læta eadem ac propitia, lucentibus tædis festoque oppidorum apparatu recepta, ait Valerius Flaccus lib. VIII. v. 239. &c.

Sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
LÆTAQUE *jam Cybele*, FESTÆQUE *per oppida* TÆDÆ.

V. 139. σὺν τ' ἐυγμασι, σὺν τ' ὀλολυγαῖς] Pro more cæteroquin in veterum sacris festisque solemnibus, ut Numen, cui eadem erant consecrata, tum precibus ac votis, quæ nempe idem exaudire vellet, continuo prosequerentur; tum faustis acclamationibus, uno veluti ore altaque voce, prolatis celebrarent. Prius illud innuunt hic Poetæ verba, σὺν τ' ἐυγμασι, in quibus vulgo desinebant eorum Hymni, at ex Orphicis, Homeri vel Homeridarum, ac ipsismet hujus Callimachi

chi Hymnis, abunde constat; ac ubi pro cujusque Numinis, qua pollere maxime credebatur, facultate & conditione, corporis, animi, aut fortunæ bona ab eodem, nuncupatis eam in rem verbis, exigebantur. Hinc variæ etiam *precum* apud eosdem species, de quibus præclarus omnino exstat Procli in Timæum l. 11. p. 64. locus, πρώτισιν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σωτηρίας, δευτέραι ὑπὲρ τῆς τῶν σωμάτων εὐκρασίας, τέλεται δὲ ὑπὲρ τῶν ἐκτὸς ἐπιμελούμεναι, *primæ preces de animæ salute; secundæ de bono corporis temperamento; tertiæ autem eorum, quæ extrinsecus adveniunt, curam habentes*; & quomodo, ut alia mittam, hic Hymnus in voto ad Minervam, & de quo mox, desinet: ut nempe Argivorum regionem incolumem eadem servet. Idem vero Proclus paullo ante p. 64. de singulari egerat apud omnes moratas gentes sapientum circa *preces* studio, ut Brachmanum apud Indos, Magorum apud Persas, Theologorum vero apud Græcos, qui τελεταὶς nempe & mysteria induxerant, & in quibus maxime, ut aliunde satis constat, ἐυχαῖς illis seu λιταῖς θεοκλύτοις, *precibus Deos invocantibus*, ut de iis Æschylus Sept. Theb. v. 145. locus esse consueverat. Easdem vero τελεσφόρους ἐυχὰς, quas iidem nempe Dii adimplerent, alibi vocat idem Tragicus, nempe Choëph. v. 210.

Ἔυχε τὰ λοιπὰ, τοῖς Θεοῖς τελεσφόρους
Ἐυχὰς ἐπαγγέλλεσθαι, τυγχάνειν καλῶς,
Precare, ut reliqua, Diis perfectrices
Preces annuntians, recte succedant.

Alterum vero, quod hic tangit Callimachus σὺν τ' ὀλολυγαῖς, ad faustas eas acclamationes respicit, quas in veterum sacrificiis, elatis ad Deum, cui litabatur, adstantium sacrisque operantium vocibus, sublatisque manibus fieri solitas, e prolata etiam eam in rem præclari nummi, quæ luculentum moris illius exemplum præbet, icone vidimus ad v. 258. superioris Hymni, & quæ ibi consulere poterit, si lubeat, Lector. Unum adhuc dicti modo Tragici locum adferre non pigebit, ubi eorum, quorum hic Callimachus meminit, tum ἐυγμάτων, tum ὀλολυγῶν fit mentio, nempe Sept. Theb. v. 272, ubi Eteocles Thebanorum Rex ait ad Chorum Thebanarum Virginum,

Ἔυχε τὰ κρείσσω, συμμάχους εἶναι Θεούς,
Κ' ἀμῶν ἀκέσασ' ΕΥΓΜΑΤΩΝ· ἔπειτα σὺ
ΟΛΟΛΥΓΜΟΝ ἱερὸν ἐυμενῆ παιώνισον,
Ἑλληνικὸν νόμισμα θυσάδος βοῆς,
Precare meliora, ut Dii sint auxiliatores;
Measque audiens PRECES, *mox tu*
ACCLAMATIONES *sacras ac faventes accinas,*
More illo Græcanico clamoris in sacrificiis recepti.

Eadem autem voce, ut hic obiter addam ἐυγμάτων pro ἐυχῶν, usus præterea erat idem Æschylus Prom. vers. 586. ut non debuerit proinde in Thesauris linguæ Græcæ aliisque promptuariis, uno Hesychii, qui eam ex antiquis illis Auctoribus, Æschylo, Callimacho &c. acceperat, testimonio eadem inniti.

V. 141. ἐς πόλιν ἥντις] Vera omnino ac certa H. Stephani emendatio ἐς πόλιν, pro ἐς πάλιν, uti antea hic legebatur; & quod poſtremum ut alia mittam, quæ ipſius loci conſpectus exhibet, vel ſequens illud ἥντις, Dorice nempe pro ἥνθις, abunde redarguit.

V. 142. Δαναῶν κλῆρον ἅπαντα σάω] Nempe *Argivorum regionem*, ſicuti κλῆρον ea voce ſubinde apud veteres Auctores, & hoc loco, ſumi diximus ad v. 281. ſuperioris Hymni, κλῆρες ἐσήσαντο, & quomodo Æſchylus Ioniam ſeu Ioniæ urbes indigitat Perſ. v. 900. κατὰ κλῆρον Ἰονίαν πολυάνδρας, h. e. *Ioniæ* ſeu *Ionicæ regionis urbes incolis frequentes*. Δαναῶν autem non de *Græcis* in genere, ſed de *Argivis* hic dici, haud opus, ut multis adſtruatur. Qui enim *Pelaſgi* prius, ut ſupra v. 4. a Pelaſgo, a *Danao* poſtea, Argolidos itidem Rege, Δαναοὶ & Δαναΐδαι a Poetis, Tragicis maxime olim dicti. Unde eam in rem ait Euripides Oreſt. v. 933.

ὦ γὴν Ἰνάχου κεκλημένοι,
Πάλαι Πελασγοὶ, ΔΑΝΑΙΔΑΙ δεύτερον,
o Inachi terram incolentes,
Olim Pelaſgi, poſtea DANAIDÆ ſeu *Argivi.*

Hinc Δαναΐδων πόλιν de *Argis* legas in eodem dramate v. 877. & ΔΑΝΑΩΝ τῆ Μυκηναίων ἄνακτι, *Argivorum & Mycenæorum primori*, Phœniſſ. v. 433. &c. Ita etiam apud Statium, ut alia mittam, *Danaica arva*, pro *Argivis* ſeu *Argolide* dicta Theb. l. III. v. 324, *Danaica Theſeus Arva petit.* De voto autem, in quo deſinit hic Hymnus, ut Minerva nempe *Argivorum regionem omnem* incolumem *ſervet*, ſeu omnes Argivos protegat, diximus paullo ante v. 139. & prout circa finem ſequentis in Cererem Hymni verſ. 135. ad illam Deam dicitur,

Χαῖρε Θεὰ, τῆ τάν δὲ ΣΑΩ πόλιν,
Salve Dea, & hanc SERVA *civitatem,*

in concordia, ut ibi additur, omniumque rerum felici ac uberi proventu. Notæ abunde ſimiles in fine Orphicorum formulæ, ut σώζειν, vel σωτήριος, aut σώτειρα adeſſe velit, ille, qui in iis invocatur Deus, aut Dea.

OBSER-

OBSERVATIONES IN HYMNUM IN CERERE M.

ΕΙΣ ΔΗΜΗΤΡΑ ΥΜΝΟΣ] Quales IN CERERE M HYMNOS a Græcis cum Ὄυλȣς seu Ἰȣ́λȣς, tum Δημητριȣ́λȣς dictos, ex Athenæo l. XIV. p. 618. jam obiter monui ad verſ. 1. Hymni in Jovem. Cujus appellationis e Semo Delio additur ab eodem Athenæo ratio; quod nempe ȣ̓λοι & ἴȣλοι dicerentur plures hordei manipuli in unum faſciculum colligati. Dea vero ipſa Ἰȣλὼ inde fuerit nuncupata: quæ etiam *prima ſpicarum manipulos abſcidiſſe* infra dicitur v. 20. καὶ ἱερὰ δράγματα πρᾶτα ἀςαχύων ἀπέκοψε. Unde ad ea meſſis tempora, ſeu frugum in manipulos congeſtarum συγκομιδὴν, prima ſacrorum ac feſtivitatum id genus ſolemnium origo ab Ariſtotele traditur ad Nicomach. l. VIII. c. IX. αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι, καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι, μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιςα γὰρ ἐν τȣ́τοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς, *priſca enim ſacrificia cœtuſque ſolemnes, poſt collectas fruges inſtituta videntur, ut quædam primitiæ: his enim temporibus maxime ab operibus ceſſant.* Adeo ut tum Ἰȣ́λοις id genus, ſeu Hymnis vel cantilenis (ſicut alioquin per vindemiam, ſeu ubi Ληναῖα fierent, Bacchus) *per lætificas meſſium cærimonias*, ut Apuleji verbis utar Metam. l. VI. a meſſoribus, omnique agricolarum pube, frugifera & Αλωὰς hæc Dea, celebrari in agris fuerit ſolita, vel, ut ea *de re Virgilius Georg. l. I. v. 43.*

Cuncta tibi CERERE M *pubes agreſtis* ADORET.

Cujus etiam feſtivitatis, ut alia mittam, luculentus adhuc index, ſeptimum Syracuſani vatis Idyllium Θαλύσια inſcriptum. Hinc Semo illi Delio, de quo modo ex Athenæo, accedit etiam Didymus, ab eruditis Apollonii Enarratoribus eam in rem adductus ad l. I. v. 972. a quo nempe Ἰȣ́λος dicitur Ὕμνος εἰς Δήμητρα, *in Cererem Hymnus*, ac firmant inſuper illi ipſi Eratoſthenis, qui ibidem leguntur, verſus,

Ἡ χερνήτις ἔριθος, ἐφ' ὑψηλȣ̃ πυλεῶνος,
Δενδαλίδας τεύχȣσα, ΚΑΛΑΣ ἤειδεν ΙΟΥΛΟΥΣ,
Operaria ancilla in alto veſtibulo,
Mazas ex hordeo conficiens, PULCROS *canebat* HYMNOS;

ac prout iidem verſus, quod tradit ad Lycophronem Iſaacius pag. 8. emendari etiam debent, non ut ibi depravate ac nullo ſenſu legitur, δαιδαῖτις ςείχȣσα &c. E quo præterea Eratoſthenis verſu illuſtratur, cur non Δημητριȣ́λȣς ſolum, ſed καλλιȣ́λȣς vocatos illos in Cererem Hymnos

refert dicto ante loco Athenæus, quos alioquin Ἰάλυς ab aliis, de lanificum (ac proinde in Palladem potius quam in Cererem) cantilenis dici obiervat. Adde *Ouloforos* seu Οὐλοφόρος a Servio ad Virgilium, uti jam vidimus ad v. 283. Hym. in Delum, Hecaergon ac Opin dici, qui nempe ab Hyperboreis *ſpicarum manipulos primi* in Delum detuliſſent. Neque tamen ob repertas ſolum fruges, ſed ob latas etiam leges, qua de re infra v. 19. LEGIFERA proinde ſeu ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΣ, haud minus ac FRUGIFERA, culta & adorata, ut cum Marone loquar, hæc Dea; ac ob inductam inſuper myſteriorum religionem veneranda, quibus, ut ait Tullius de Legib. l. II. c. XIV. *ab agreſti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati ſumus.* Unde ſacra etiam ejuſdem ſolemnia ELEUSINIA & THESMOPHORIA, iſtaque non Athenienſium ſolum, ſed magno aliarum quoque gentium conſenſu qua de re mox ad verſ. 1. peracta; HYMNIS proinde haud minus, ſicut ab initiatorum aut Θεσμοφοριαζουσῶν mulierum choro apud Ariſtophanem in ranis ac cerealibus, celebrata. Ab Homero autem ſcripti in Cererem Hymni meminit adductis etiam inde aliquot verſibus, haud uno loco Pauſanias, ut l. II. p. 110. & l. IV, p. 173. ſed qui hodie inter adſcriptos Homero Hymnos non comparet; ubi trium tantum verſuum ὑμνίδιον in hanc Deam legitur, quique ſunt inſuper diverſi ab iis, quos ex Hymno illo Homerico, & plures quidem memorat dictis locis Pauſanias.

V. 1. Τῶ καλάθῳ κατιόντ῵] Non video cur Græcis ad hunc locum Scholiis, ubi Alexandriæ tale feſtum, ſolemnis nempe *calathi* in honorem Cereris & Athenienſium quidem exemplo, *proceſſus* a Ptolemæo Philadelpho inſtitutum dicitur, fides ſit continuo abroganda; & ideo ſtatuendum Argis itidem ſcriptum, juxta ſuperiorem in Lavacrum Palladis hunc Hymnum, ob dialectum nempe in eodem Doricam. Familiaris enim ea erat ſeu ἐπιχώριος vati Cyrenæo, in Dorum quippe colonia nato, ſicuti ea de re obiter dictum ad verſ. 1. ſuperioris Hymni. Ut mittam, quod eadem ratione Megaris, Spartæ, Thebis, Syracuſis, conditus dici poſſet hic Hymnus, ubi Dorice, quod notum, loquuti; Cereris autem, de quibus hic agi creditur, Theſmophoria celebrata, e Clemente in Protreptico, Plutarcho, Athenæo, Heſychio, jam obſervavit in Græcia Feriata eruditiſſimus Meurſius; & quibus addi poſſunt Agrigentini, Cretenſium, quorum Doricus itidem exſtitit ſermo, coloni, quos ſimiliter Theſmophoria celebraſſe tradit Polyænus Stratagem. l. V. c. 1. Accedit, quod ex Ægypto Græciam & a Danaidibus quidem, ac proinde Argos, ubi eædem cum patre Danao dicuntur adpuliſſe, illatum primo hoc Cereris feſtum, Θεσμοφόρια a Græcis dictum, tradat Herodotus l. II. c. CLXX; ita tamen, ut recuperata a Doribus Peloponneſo, apud ſolos Arcadas idem deinceps remanſerit. Sic a multis ferri, Cereris feſta ex Ægypto a Melampode in Græciam invecta, ait Clemens Protrept. p. 10. & quomodo *Ceres Pharia* ſeu Ægyptia occurrit apud Tertullianum ad Nationes, cujus forma ibidem traditur l. I. c. XII. CERES PHARIA, *qua ſine forma, rudi palo & ſolo ſtaticulo ligni informis repræſentatur.* & de quo loco jam alia occaſione a nobis

nobis actum ad H. in Dianam. Hinc etiam Isidis, seu frugiferæ itidem Deæ, apud Ægyptios cultus; idemque ut spiceæ coronæ (de qua e Leone Ægyptio. Tertullianus de Coron. c. VII. *prima Isis repertas spicas capite circumtulit*) ita *calathi* cujus hic mentio, utriusque Deæ in capite gestamen; quod vel obvii veteres nummi, aliaque antiqua monumenta abunde ante oculos ponunt: cistæ præterea in earundem sacris, aliaque communia ambabus symbola, de quibus præter alios videri potest Apulejus l. VI. c. XI: eadem denique in utriusque Deæ sacris arcani seu τῆς ἀπορρήτου religio. Quomodo Serapis quoque, qui idem cum Osiride, teste Plutarcho de Isid. p. 362. habitus, cum *calatho* passim conspicitur in iisdem veteribus Ægyptiorum aliorumque præterea locorum *monumentis*, seu, ut de eo & Ægyptiis ait Macrobius l. I. c. XX. *calathum capiti ejus infigunt*. Unde Orpheus Isidis sacra in Ægypto, in Cereris & Liberi Patris orgia convertisse dicitur apud Theodoritum Serm. de Fide p. 468. T. IV. Ut proinde haud mirum videri debeat, a Cyrenæo vate & Alexandriæ in Philadelphi clientela agente, solemne Cereris sacrum ibidem ab eo Rege, juxta antiquos Athenienſium in Thesmophoriis ritus, institutum, hoc Hymno celebrari. Neque vero opus etiam fuerat, ut hic a Latino Callimachi Interprete *Eleusis* nomen de suo adderetur; nempe *calatho Eleusinem descendente*, quasi apud solos Athenienses illud Cereris festum, eoque ritu & more, perageretur. De *solemni autem calatho, qui vulgo in pompa hujus Deæ frugiferæ præferretur*, præter ea, quæ jam hic opportune adnotarunt priores editores, addi insuper illud potest, quod Ceres *calathum* passim in capite gestare cernitur in nummis, aliisve antiquis ejus simulacris. Cujusmodi duæ, quæ hic infra prostant, Romani juxta & Græci nummi icones; quarum prior, ut ipsa præfert nummi inscriptio, Cererem exhibet aut Saloninam, Gallieni Imp. conjugem, sub Cereris sedentis, quæ *calathum* supra caput gestat, schemate, dextra autem duas spicas ac sinistra hastam tenet, & inscr. CERERI AUG. *Augustæ* In altero autem *nummo eadem Dea stans visitur cum calatho itidem ac duabus spicis, cornu copiæ præterea ac temone; quæ mari haud minus ac terra potentem Deam arguunt*, & cum inscriptione aliquot quidem litteris exesa, sed quæ aliunde suppleri possunt, ΡΟΥΦΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, h. e. *Sub Prætore Rufo Sardianorum Bis Neocororum*.





Ut

Ut alios nunc mittam nummos, in quibus eadem Ceres ſubinde *calatho* inſidens cernitur; vel cum *calatho* quandoque infra ad pedes ejus adpoſito, ut in ſimulacro ejuſdem Deæ Eleuſiniæ, quod in Itinerario Cl. Vehleri proſtat edit. Anglic. pag. 403. *Calathum* enim in ſacris hujus Deæ tam Eleuſiniis quam Theſmophoriis locum habuiſſe, e Clemente præterea liquere videtur Protrept. p. 11. & 13. Quamquam iſte, de quo hic agit Callimachus, *calathi* proceſſus, non ad Cereris Eleuſiniæ, ut ab eruditiſſimo Meurſio factum Eleuſ. cap. xxv. ſed ad ejuſdem Deæ diverſa ab iis *Theſmophoria* referri omnino debuerit; ut id cum aliunde, tum maxime verſ. 20. & 22. hujus Hymni, ac e notatis a me ibidem, clarius patebit. Unde præter ſolemnem hunc Deæ *calathum*, non bobus, quod ibi exiſtimabat Meurſius, ſed *albis equis*, ut hic infra aperte dicitur verſ. 121. τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγουτι, *calathum albicomi equi ferunt*, in Cereali pompa vectum, *calathos* inſuper ſive *calathiſcos*, pompæ comites, ſeu θεσμοφοριάζουσαι feminæ, geſtare conſueverant. Unde a choro eadem Theſmophoria celebrantium mulierum, ac inter requiſita ad illud ſacrum, adducuntur ab Ariſtophane Θεσμοφ. pag. 810. καλάθισκοι, τὸ σκιάδειον, *calathiſci* & *umbella*. Quibus adde Proſerpinæ, quo flores ante raptum lectos implere eadem conſueverat, *calathum*, cujus præter Clementem Protrept. pag. 1, meminit Claudianus de Raptu lib. 11. verſ. 137.

Frugifera ſpes una Deæ: nunc vimine texto
Ridentes CALATHOS *ſpoliis agreſtibus implet*;

& jam ante de eadem Ovidius Metam. lib. v. verſ. 393. Neque tamen ſola *Ceres*, vel *Iſis*, ſed Cybele quoque (eadem quippe cum Tellure ſeu Cerere) vulgo cum *calatho* in antiquis nummis conſpicua; *Juno* præterea *Samia*, & *Diana* πολύμαμμος ſeu *Mammoſa*, quæ totidem generationis & naturæ rerum procreatricis ac altricis exſtiterunt apud veteres ſymbola. Noti inſuper Minervæ *calathi*, qui in ejus pompis geſtari itidem ſoliti; & prout de ejuſdem Deæ ſolemni apud Statium legitur Achill. lib. 1. verſ. 335. *Hæc* CALATHOS *& ſacra ferat*, in quibus autem non fruges, ut in Cerealibus *calathis*, ſed lanæ vellera, in honorem quippe lanificii inventricis Deæ, vulgo reponi conſueverant, de quibus Juvenalis Satyr. 11. v. 54.

Vos lanam trahitis, CALATHISQUE *peracta refertis*
Vellera.

Cujuſmodi duo inſignes *calathi* ſpectantur etiamnum in veteri marmore, quod in porticu fori Nervæ Romæ adhuc proſtat; unus a duabus virginibus textricibus ad Minervam ταλασιουργὸν delatus; alter ſimiliter cum peractis velleribus & lancibus deſuper, quas una e Minervæ lanificis virginibus læva ſuſtinet, ut iis adlata id genus vellerum librentur penſa: cujuſque prioris *calathi*, quem duæ virgines geſtant, icon ex admirandis veteris Romæ a P. Bellorio V. Cl. vulgatis deſumpta hic conſpiciter.

Ut



Ut proinde de ſimilibus *calathis*, qui non Minervæ quidem, ſed Parcis, lanificis itidem Deabus, ante pedes (qualis poſtremus in altero, quod modo dixi, marmore) poſiti, dixerit Catullus & qui inde etiam illuſtratur Epith. Thetid. v. 378.

ANTE PEDES *autem candentes mollia lana*
Vellera, virgati cuſtodibant CALATHISCI,

nempe οἱ καλαθίσκοι, ut adducto paullo ante apud Comicum loco; & apud Chryſoſtomum Serm. XVII. p. 220. T. VI. ἠλακάτῃ παρακάθηθε καὶ καλαθίσκῳ, *ad colum ſedetis & calathiſcum*; ac dein p. 224, ubi de muliebri ac dein virginum mundo agens, hiſce tribuit καὶ καλαθίσκους, καὶ ἠλακάτην, *& calathiſcos, & colum.* Adde de Hasbita, Afra virgine ſed venatrice Silium l. II. v. 70,

Non CALATHIS *mollita manus, operatave fuſo.*

Ibid. ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες.] A quibus nempe ſolis ſacra hujus Deæ Theſmophoria, quod vel Comici de iis drama abunde docet, peragi olim

olim licuit; ac unde de clandestino adulteri ingressu in Cereris templum, Θεσμοφόριον ab Aristophane dictum in cognomine dramate pag. 782, mentio fit apud Lysiam Orat. 1. p. 11. Immo unde lege olim sancitum diximus ad v. 82. superioris Hymni, ut oculis continuo orbaretur, qui ædem Cereris foret ingressus. Adde, quod de religioso Cereris apud Catinenses sacrario ac Tullio dicitur l. IV. in Verrem c. XLV, *aditus enim in id sacrarium* NON EST VIRIS; *sacra* PER MULIERES & VIRGINES *confici solent*. Quamquam alia ratio foret Eleusinii hujus Deæ apud Athenienses sacri, cui, ut aliunde notum, initiari solitus uterque sexus & omnis ætas. Neque enim viri, exclusis feminis, ad Eleusinia solum, quod vult ὁ πάνυ ad Solinum p. 529. ult. edit. admissi; ubi nempe hanc unam inter *Eleusinia* & *Thesmophoria*, utrumque Cereale sacrum, differentiam statuit, quod *Eleusinia* virorum initia forent, *Thesmophoria* vero mulierum. Initiatas enim mysteriis *Eleusiniis* mulieres, cum ex iis Auctorum lapidumve testimoniis liquet, quæ jam adtulit eruditissimus Meursius de Eleus. cap. XVII. tum ex aliis insuper, ut ex iis, quæ de sumptibus a Lysia amatore in amicam mysteriis illis initiandam factis, tradit Demosthenes in Neæram p. 520. Adde tendentes Eleusinem ad illud sacrum mulieres, σκιαδίῳ seu *umbella*, caput contra solis ardores, ut id notant eruditi Comici Enarratores Avib. p. 610. tegere solitas: morte autem multatum Athenis, qui Rhodiam Citharistriam stuprarat in Eleusiniis, & qui ancillam Olynthiam in lupanari collocarat, juxta Dinarchum adv. Demosthenem p. 17. ed. Han. nempe adversus leges, quibus summa durante illo sacro castimonia omnisque a Venere abstinentia præscribebatur. Unde a mysteriis etiam Eleusiniis, pompa, ingressu templi, meretrices & servas lege prohibitas fuisse, abunde arguunt ea, quæ de muliere serva, quæque turpiter vixerat, templum autem Dearum Eleusiniarum præter fas ingredi ausa, pompam comitari, videre in templo, quæ illi non licebat, narrat Isæus de Hæred. Philoctem. p. 649. &c. ed. Hanov. Alia vero *Thesmophoriorum* ratio, ubi sacrum a solis feminis, viris omnibus exclusis, procurabatur. Jubentur proinde hic in genere *mulieres*, sicuti infra v. 119. tam *virgines*, quam *mulieres*, solemnem hujus de quo modo dictum, Cerealis calathi processum comitantes, solitis eundem, seu potius Deam ipsam, in cujus ille honorem deferebatur, *acclamationibus* prosequi, nempe ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες. Cui proinde ritui, sed graviori & sanctiori instituto, præiverant olim Hebræi, qui ad arcæ in castra delatæ conspectum, *exclamavisse* universi voce magna dicuntur 1 Sam. IV. 5. Cujusmodi alioquin *acclamationes* a choro Thesmophoria itidem celebrantium mulierum profectæ, apud Comicum Græcum prostant in cognomine dramate p. 783. Quum cæteroquin non a *mulieribus solum*, sed ab omnis agrestis juventutis choro, celebrandam eandem Deam frugum largitricem, apud Maronem legimus, adducto jam ante ad titulum hujus Hymni e Georgicis versu, *cuncta tibi Cererem* &c. Ut hoc insuper addam, ad muliebre hic Cereris sacrum, quod Νὴ τὼ Θεὼ, aut κατὰ ταὶν Θεαῖν, *per Deas*, Cererem nempe, & Proserpi-

ſerpinam, mulierum jusjurandum exſtitiſſe, non virorum, dicatur a Phrynicho pag. 32. Νὴ τὼ Θεὼ, ὄρκος γυναικὸς. ἃ μὲν ἀνὴρ τῶτ' ὀμεῖται, εἰ μὴ γυναικίζοιτο, *Per Deas*, Cererem & Proſerpinam, *jusjurandum muliebre; neque enim vir ita jurabit, niſi mulieres imitari velit*; unde Alcmena apud Moſchum Eidyll. IV. v. 75.

Ἴσω γὰρ Κέρη τε καὶ ἐυείανος Δημήτηρ,
Nam ſciat Proſerpina, & decenter velata Ceres.

ubi tamen continuo additur,

Ἄς κε μέγα βλαφθεὶς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ
Δυσμενέων,
Quas Deas cum ſuo magno malo ſponte aliquis perjure juraverit Ex hoſtibus.

Unde amaſius apud amicam, quo ſe eam ducturum uxorem, fidem illi faceret, per haſce Deas & Minervam Urbicam juraſſe ab eadem dicitur, in Luciani Dialog. Meretr. p. 721. ed. Salm. ὤμοσε γάρ, ὦ μῆτερ, κατὰ ταῖν Θεαῖν, καὶ τῆς Πολιάδος, *juravit enim, mater, per Deas*, Cererem & Proſerpinam, *ac per* Minervam *Urbicam*. Prout alioquin per *Cererem* ſimul ac per *Jovem* & *Apollinem*, καὶ μὰ τὸν Δία, καὶ τὸν Ἀπόλλω, καὶ τὴν Δήμητρα jurare videmus Apollodorum apud Demoſthenem ad Callippum p. 719.

V. 2. Δάματερ μέγα χαῖρε] Cujuſmodi in Cererem Eleuſiniam Hymnus a Choro initiatorum accinitur apud Ariſtophanem Ran. p. 230. Solita alioquin, quæ hic ab initio legitur, & in qua vulgo Hymni Orphici vel Homerici, aut ſuperiores etiam Callimachi in Dianam ac Minervam, deſinunt, acclamationis formula, ubi χαῖρε Θεά &c. Idque juxta illum in ſacris gentilium ritum, quo Numinum in iis invocationes, aliquando ante eadem ſacra; quandoque in medio; nonnunquam in fine; ut ea de re diſſerit Jamblichus de Myſter. Sect. V. c. XXVI, peragi debuerunt. Unde eadem hæc legitur formula, qua rurſus virgines & mulieres ſolemni hujus calathi proceſſus die, Cererem jubentur invocare circa finem hujus Hymni, Δάματερ μέγα χαῖρε &c. Nempe quod gentilium Deos ſacris ſuis lætos intereſſe; ipſoſque iiſdem operantes, læta etiam mente, ſeu *mentis gaudio*, νοερῷ χαρᾷ, ut ea de re loquitur alibi idem Jamblichus Sect. I. c. XXV, debere eadem celebrare, tradiderint eorundem ſacrorum Myſtæ. Hinc de ipſo hujus Cereris ſacro aut feſto ſolemni ait Poeta Georg. I. I. v. 346.

Omnis, quam chorus & SOCII comitentur OVANTES,
Et CEREREM CLAMORE VOCENT *in tecta.*

Mitto vero id, quod a Fulgentio traditur Mythol. lib. I. cap. IX. CERES *enim Græce* GAUDIUM *dicitur*; ab hoc nempe verbo χαίρω ac inde χαρὰ petita, ſed inepta, nominis *Cereris* origine.

Ibid. πολύτροφε, πολυμείδιμνε] Conſueta nempe FRUGIFERÆ DEÆ, prout eadem in antiquis nummis ac marmoribus dicitur, epitheta; ac prout in Orphicis Σταχυοτρόφε, *ſpicarum altrix* ſeu *ſpicifera*, & Δάματερ πολύκαρπε, πολύσταχυ, *Ceres multis frugibus, multisve ſpicis abundans*, a meſſoribus invocatur apud Theocritum Idyl. X. v. 42. καρποφόρος autem βασίλεια, *frugifera Regina*, a choro initiatorum

apud

apud Ariſtophanem Ran. p. 230: & quomodo, ut hoc addam, Pſyche eam adjurat apud Apulejum Metam. l. VI. *Per ego te* FRUGIFERAM *tuam dextram iſtam deprecor, per lætificas meſſium carimonias* &c. Quamquam non de Cerere quidem, ſed de Venere dixerit ſub initium præclari operis Lucretius, *quæ terras frugiferentes concelebras*, h. e. *commoves*, juxta Nonium. Præter *calathum* vero aut *ſpiceam* Cereris in nummis antiquis *coronam*, juxta illud Tibulli l. II. El. I. *& ſpicis tempora cinge Ceres*; aut quas præ manibus ſubinde in iis, geſtat *ſpicas, modius* etiam cum *ſpicis* frequens hujus Deæ in iiſdem inſigne; uti & Sarapidis Alexandrini nummis cum alibi, tum in ſequenti nummo Cimeliarchii Gallorum Regii, & quidem Alexandriæ, quod vel ex addita Epocha L. Γ. Anno III. nummique ipſius typo licet colligere, percuſſo, cum inſcr. ΣΑΡΑΠΙΣ.



Quo proinde referas, quod de *Sarapide*, quem pro ſole ac natura univerſi prædicat, ut notum, Macrobius l. I. Saturn. c. XX. ab Ariſtide dicitur Hym. in eundem pag. 95. ωθέσηκε δὲ καὶ πάντων ζώων γλρέσεως καὶ ΤΡΟΦΗΣ, *præeſt vero omnium generationi & NUTRITIONI*; haud minus proinde ac *Ceres* πολύτροφος a Callimacho dicta. Unde etiam factum, ut idem Serapis (SARAPIS enim & SERAPIS promiſcue in antiquis Romanorum nummis dicitur) cum Joſepho, cujus opera completa in Ægypto frumentaria horrea, fuerit jam olim, ut e Rufino Hiſt. Eccleſ. l. II. c. XXIII. & Suida conſtat, habitus. Nec inde continuo id refellitur, prout contendit doctiſſimus Bochartus Hieroz. l. II. c. XXXIV, quod Serapidis nulla fuerit apud Ægyptios mentio, antequam e Ponto ſub Ptolemæo Lagi ſeu Soteris illatus ſit ejus in Ægyptum cultus. Id quidem de Serapidis ſimulacro, Sinope Alexandriam ſub eodem Ptolemæo advecto, conditaque ibi inde nobiliſſima illius Dei æde, non a Tacito ſolum, ſed a Plutarcho cum de Iſide pag. 361, tum de Solert. Anim. p. 984. traditur; & quod apud Clementem Protrept. p. 31. non juxta eoſdem ſub Sotere, ſeu primo Ptolemæo, ſed ſub ſecundo, ſeu Philadelpho, factum dicitur. Verum antiquius hujus Dei fanum, quod non animadvertit vir magnus, Memphis extitiſſe, aperte tradit Pauſanias l. I. p. 31. Αἰγυπτίοις δὲ ἱερὸν Σαράπιδος ἐπι-

φανέ-

φανέρατόν ἐστιν Αλεξανδρεῦσιν, ΑΡΧΑΙΟΤΑΤΟΝ δὲ ΕΝ ΜΕΜΦΕΙ, *apud Ægyptios ſunt Serapidis templa, quorum nobiliſſimum habent Alexandrini,* ANTIQUISSIMUM *eſt* MEMPHIS; quod &, ii apud Tacitum videntur adſtruere, qui non e Ponto, ſed e Memphi Ægyptia advectum Serapidis in Alexandriam ſimulacrum tradiderunt, Hiſt. l. IV. c. LXXXIV. Eam vero *Memphin* a Minæo, & cujus meminit etiam Plutarchus de Iſid. p. 354, Ægypti Rege, diu ante Abrahamum, ac Joſephum proinde, conditam, tradit cognominis Hiſtoricus Origin. l. VIII. p. 268. ed. Genev. Adde, quod non e Ponto, una cum ſimulacro advectum illud *Serapidis* nomen, ſed ubi Alexandriam idem venit, vernacula, qua *Pluto* in Ægypto dicebatur voce, fuerit ab iis appellatum, auctor ſit Plutarchus eod. lib. de Iſide pag. 362. Modium autem, quem in capite geſtat, haud aliter ac Ceres, Ægyptium ſeu Alexandrinum illud Numen, & in Alexandrinis etiam nummis, abunde illuſtrat, ut alia mittam, facta *Alexandrini Frumenti*, *Alexandrini Stoli* & *Commeatus Frumentarii*, in utroque Codice Theodoſiano ac Juſtinianeo mentio; immo pridem ante Alexandriam etiam conditam, πυροφόροι ab Ægypto νῆες, ſeu *frumentariæ naves* a Bacchylide, qui Pindaro, ut notum, coævus, apud Athenæum commemorantur l. II. p. 39. Ita etiam Cereris Σιτὼς ſeu *Frumentariæ* ſimulacrum in Sicilia, & quidem Syracuſis exſtitiſſe tradit Athenæus l. III. p. 109. & l. X. p. 415. Immo eadem ὄμπνια, ſpirandi quaſi ac vivendi, ob repertas nempe ab ea fruges, facultatem largiens, dicta quoque hæc Dea; quomodo ut de Grammaticis ſileam, Heſychio ac Euſtathio, in veteri & convivali Scholio, ex vera emendatione τῷ πάνυ ad Athenæum l. XV. p. 694, invocatur Ceres; ac inde, ut hoc addam, ὄμπνια Μήτηρ Fauſtina Commodi mater dicitur in Inſcript. Regillæ: ſicuti nempe CERES eadem Fauſtina, ac ſub Cereris ſymbolo, aliarum Auguſtarum exemplo, ſignatur in antiquis ejus nummis. Ut mittam, quod τάχυν ὄμπνιον, *almam ariſtam*, ſeu φερέσβιον juxta Criticos ibidem, dixit Apollonius Rh. lib. IV. v. 889. & ſimiliter Lycophron verſ. 1264, κλῆσιν ὀμπνίαν, *poſſeſſionem opimam*, ac alibi.

V. 3. χαμαὶ θαοσεῖδε βέβαλοι] H. Stephani de voce θαοσεῖδε ad hunc locum gloſſa, tyronem non valde morabitur, qui novit Æolice metri cauſſa geminari ſæpe a Poetis in medio vocum litteram σ, ut obvia apud Homerum ἰλαοσάμβροι, ἰλάοσεσθαι &c. Unde ſicut θᾶσαι pro *reſpice*, cum apud Theocritum, quod vidit etiam Stephanus legitur Idyll. III. v. 12, tum ſimiliter apud alium Siculum Poetam Epicharmum apud Athenæum l. III. p. 86, ab antiquo nempe verbo θάω & θάομαι, unde factum Dorice θατεῖδε, & Æolice θαοσεῖδε. Sed hoc Grammaticis relinquendum. A conſpectu vero hujus Cerealis calathi non arcentur hic, ut cenſuit vir doctus, *profani*; qui alioquin a ſacris hujus Deæ ſolemni, ut notum, præconis formula excludi conſueverant. Neque enim hic de fani ſeu Θεσμοφορίε aditu, & iis, quæ intus peragebantur, myſteriis, quæ nefas erat *profanis* intueri, & a quibus viri etiam quicunque, ut ea de re jam ante diximus, abeſſe jubebantur, hic apud

Poetam ſermo ; ſed de *calatho* tantum, qui per urbem albis quadrigis illatus, ſolemni pompa circumferebatur ; quique patebat omnium oculis ac adſpectui. Ut βέβηλοι proinde hic dicantur, quibus nec templum Cereris, in quod deferebatur calathus, adire, aut myſticis ejuſdem Deæ ſacris intereſſe licuit ; immo nec eandem ejus pompam, & qua de re poſtea dicetur, comitari ; ſed quibus tamen fas erat prætereuntem eundem calathum intueri. Neque enim ille *calathus* οὐ ἀπορρήτοις, ſicuti nec caniſtra, de quibus mox, a nobiliſſimis virginibus in eadem pompa geſtari ſolita ; verum ciſta, pars itidem, ut jam diximus, illius pompæ in quibus μυστικὰ ibidem, ſicut in Eleuſiniis, alio hujuſce Deæ Feſto, erant recondita. Unde Pſyche ad Cererem adducto ante loco ait, *per tacita ſacra ciſtarum*, ac lib. XI, *ciſta ſecretorum capax* ; quæ nempe in illis ciſtis occultabantur, & de quibus videri poteſt Clemens Protrept. p. 13, ac Theodoritus Serm. VII. p. 521. T. IV. Quomodo κίστης etiam mentio legitur in Theſmophoriis apud Comicum p. 782. ſed ab eo, de quo hic agitur, *calatho* diverſæ ; & quales Cereris *ciſtas*, κιστοὺς vocat Pauſanias l. X. p. 662. Ut proinde ſacri Hebræorum κιβωτὸς, ſeu *Arcæ*, & quam nefas erat profanis, quod Bethſemitarum exemplo (& de quo jam obiter ad ſuperiorem Hymnum) liquet 1. Sam. VI. 19, introſpicere, imaginem aliquam in iiſdem religioſis & arcanis Cereris κιβωτοῖς liceat agnoſcere. Quod vero hic compellantur, ut eundem Cereris calathum χαμαὶ *humi* haud initiati huic Deæ ſeu *profani* adſpiciant ; vel inde factum videtur, quod non alia eſſet, ut vel Græcum de ea nomen abunde arguit, Δημήτηρ ſeu *Ceres*, niſi *Tellus* omnium *mater* ac *nutrix*, quæ ſpectatores proinde *humi* ſeu *in terra*, vel in veſtibulis ædium, ut id mox ex Homero illuſtrabitur, ſtantes aut ſedentes flagitaret, non vero e loco aliquo ſublimi, ut continuo additur, neque quod alias in ejuſmodi pompis factum, vehiculis ſeu pilentis, aut equis vectos : unde etiam χαμαὶ ſeu *humi* jejunare tenebantur mulieres, ſacris ejuſdem Deæ in hoc feſto operantes. Liquet id e Plutarcho Iſid. p. 378. καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ΕΝ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΟΙΣ, ΧΑΜΑΙ καθήμεναι, *Athenis enim jejunabant mulieres* IN THESMOPHORIIS HUMI *ſedentes*. Immo unde etiam χαμεύνης Cereris fanum in Elide exſtitiſſe a Pauſania dicitur l. VI. p. 384. Ab Athenienſibus autem petita omnia hujus Cerealis apud Alexandrinos feſti ſolemnia, monuit, ut antea vidimus, ad prima hujus Hymni verba Græcus eorum Enarrator.

V. 4. Μηδ' ὑπὸ τὸ τέγος, μηδ' ὑψόθεν] Ob eaſdem nempe ad ſuperiora Poetæ verba indicatas ejus rei cauſſas : quum alioquin, pro more in ſacris gentilium pompis recepto, *e tecto*, quod hic vetatur, vel *ſuperioribus ædium cœnaculis*, mulieribus vulgo aliiſve, qui pompæ non erant comites, eo ſpectaculo liceret frui. Quo nomine etiam Antiochenſes objurgat Chryſoſtomus Serm. XIV. T. V. p. 72. ἐκεῖ δὲ ὁ τὸν ἱπποδρομον μόνον, ἀλλὰ ΚΑΙ ΤΑ ΥΠΕΡΩΑ, καὶ οἰκίας, καὶ ΔΩΜΑΤΑ καὶ κεφαλὰς, καὶ μυριάδες ἑτέρας ΑΝΩΘΕΝ καταλαμβάνουσι τόπους, *illic vero non circum ſolum, ſed & SUPERIORA COENACULA, & domos, & TECTA, & præcipita infinitaque alia SUPERNE occupant loca.* Sic de

de mulieribus nominatim, & contrario hisce apud Callimachum jussu, a Dicæopoli, cive Athenienſi, qui τὰ καθ' ἀγρὸς Dionyſia celebrabat, ac pompam pro more ducentibus canephora, & qui phallum geſtaret, dicitur apud Ariſtophanem Acharn. p. 384,

Ἐγὼ δὲ ἀκολουθῶν, ἄσομαι τὸ φαλλικόν.
Σὺ δὲ, Ω ΓΥΝΑΙ, θεῶ μ' ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΕΓΕΟΣ.
Ego autem ſubſequar, canens phallicum carmen.
Tu vero, O MULIER, *ſpecta me* E TECTO.

Quum enim, qualis hæc Cerealis pompa, pars olim eſſent haud minima ſacrorum ſeu feſtorum ſolemnium; ita illæ magnis etiam ſumptibus, ſplendidoque apparatu peragi ut plurimum conſueverant. Unde de iis ait Plato in Alcibiade II. p. 148. *πομπάς τε πολυτελεστάτας καὶ σεμνοτάτας ἐδωρήμεθα τοῖς θεοῖς ἂν ἕκαστον ἔτους*, *pompas etiam ſumptuoſiſſimas ac ſplendidiſſimas ſingulis annis Diis largimur:* ac a Marone proinde dictum Georg. l. III. v. 23.

jam nunc SOLEMNES *ducere* POMPAS
Ad delubra juvat.

Hinc etiam factum, ut magnus fieret ad eaſdem pompas ſeu ſacros proceſſus, vel comitum, quibus nempe id lege ac more patrio & pro cujuſque Numinis genio erat præſcriptum, vel ſpectatorum ad eoſdem viſendos confluxus. Adeo ut in Hyacinthiorum apud Laconas feſto obſervet Athenæus l. IV. p. 139, virgines quidem pilentis aliiſve vehiculis ſplendide ornatis vectas, pompam comitari; totam vero urbem quaſi in communi & publica feſtivitate, ad illius ſpectaculum effuſam, *ἅπασα δὲ συνκινήσει τῇ χαρᾷ ἡ πόλις*, *tota autem in motu & lætitia civitas*, & quod mox addit, *κινεῖσθαι συμβαίνειν τὴν πόλιν ὥστε τὴν θέαν*, *vacuam contigit urbem remanere illius ſpectaculi intuitu.* Quomodo etiam ad ſplendidos ludos & agones, Græcos undique ab Antiocho Epiphane, miſſis eam in rem legatis, invitatos refert idem Auctor lib. V. p. 194. &c. Neque vero eædem pompæ uno ritu inſtitui ſolitæ, ſed vario, pro diverſa nempe Numinum, in quorum honorem eædem fiebant, aut populorum in iis colendis natura ac indole. Unde apud Xenophontem legas Anab. l. V. p. 385. Græcorum exercitum, confecto longo laborioſoque itinere, per dies complures apud urbem Græcam, Sinopenſium coloniam commorantes, ante omnia ſacra ibidem Diis feciſſe, ac, ut addit, *καὶ πομπὰς ἐπόμπευσαν καθ' ἕθνος ἕκαστον τῶν Ἑλλήνων*, *ac pompas inſtituerunt juxta unamquamque Græcorum* inter eos *gentem*, ſeu ut ea vertit Leunclavius, *Græcis per ſingulas nationes diſtinctis*, aut ſicuti pro *κατὰ ἔθνος* &c. legi ibidem poſſet *κατὰ ἔθνος*, nempe pro unoquoque Græcorum more, qui erant in illo exercitu. Peculiaris vero erat ratio, uti jam vidimus ad ſuperiora Poetæ verba, hujus pompæ in honorem Cereris inſtitui ſolitæ, & cum ſolemni Cerealis calathi albis equis vecti proceſſu; quique, quod hic dicitur, *non e ſublimi* aliquo *loco*, ſed ob indicatas paullo ante cauſſas, *humi* poſitos ſeu ſpectatores flagitabat. Quod potiori equidem in veſtibulis ædium jure ac inſtituto factum ab Hebræis in ſolemni arcæ tranſlatione, ut eandem

plaustro quoque impositam universus cum Rege populus pedes sequeretur, liquet abunde l. II. Sam. VI. 35. Ut nunc mittam, quod apud Homerum dicuntur inter alia cælatæ in Achillis clypeo nuptiæ, solemni juvenum per urbem tripudiantium, & qui tibia ac cithara canerent, choro, stantibus, quæ illo spectaculo se oblectarent, in vestibulis mulieribus, Iliad. Σ. v. 295.

αἱ δὲ γυναῖκες
ΙΣΤΑΜΕΝΑΙ θαύμαζον ἐπὶ ΠΡΟΘΥΡΟΙΣΙΝ ἑκάστη,
sed mulieres
STANTES *in* VESTIBULIS *admirabantur singulæ.*

Et quod de Caligula, utpote capillo raro ac circa verticem nullo, a Suetonio dicitur in ejus vita C. L. *Quare transeunte eo*, PROSPICERE EX SUPERIORE PARTE *&c. criminosum & exitiale habebatur.*

V. 5. μηδ' ἁ κατεχεύατο χαίταν] Vera & obvia hujus loci explicatio, & quam monuit jam H. Stephanus, *neque ea, quæ diffudit capillos*, quamque expressit etiam Vulcanius, *comam vel sparsa fluentem*, prout eadem in ligata ejus versione legitur; quamquam in notis ad hunc locum, & ubi illam repetit, de ea, quæ se jam pectit, ac proinde in thalamo adhuc superiore versatur, id forte intellexerit. Unde bene etiam rejecta ab H. Stephano altera Frischlini interpretatio, *de ea, quæ perfundit capillos*, oleo nempe seu unguento, qua de re non erat hic locus nec Græca id innuebant Poetæ verba. Idem enim hic καταχεύειν χαίταν, quod comam ἀποχέειν & διαχέειν, ac unde in Constitut. Clementi tributis Can. III. ἀπόχυμα de *effusa coma*, ut jam monuit ad Solinum p. 468. ὁ πάνυ, dicitur, ibi nempe juxta operosiorem comæ ornatum ex æquo prohibita; haud aliter ac apud Tertullianum de Cultu Femin. l. II. c. VII. *aliæ gestiunt in cincinnos coercere, aliæ ut vagi & volucres elabantur, non bona simplicitate.* Idem proinde, quod Latini Græcorum exemplo dixerunt *comam diffundere*, ut præter Maronem Æneid. l. I. v. 319. Claudianus de Raptu l. II. v. 148. *Cæsariem diffusa noto*; & ipse Tertullianus alibi, *Parthorum more capillos effundere.* His autem Callimachi verbis ἁ κατεχεύατο χαίταν, *ea quæ comam effudit*, puellas designari notaverat H. Stephanus, sicuti factum etiam ab Anna præstantissima, & postea ab eruditissimo ejus conjuge ad Horatium l. II. Od. V. ubi hunc adducit Callimachi locum, ac inde explicat, quod apud Græcos juxta ac apud Romanos, mulieres religatos seu renodatos, puellæ autem solutos gestarent capillos. Quod tamen non semper aut ubique locum apud eosdem populos habuisse, sed revinctos potius fuisse seu nodo simpliciter sine operosiori ornatu coercitos puellarum capillos, multa veterum arguunt testimonia, & quæ *supersunt etiam prisci ævi monumenta.* Hinc Pausanias de veteri agens apud Delphos in pariete pictura, in qua Ilii excidium, aliaque, quæ eo spectabant, erant expressa; ac inter ea Polyxenæ effigies, de qua ait l. X. p. 659. Πολυξένη δὲ ΚΑΤΑ ΤΑ ΕΙΘΙΣΜΕΝΑ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ἀναπλέκεται τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας, *Polyxena*, PRO VIRGINUM MORE, *collecta in nodum capitis coma.* Unde de Lacænis etiam dixit Horat. l. II. Od. XI.

in-

incomptam Lacænæ

More COMAM RELIGATA;

quod equidem non de virginibus, quæ solutis forent sicuti reliquæ Græcorum puellæ, capillis, sed de mulieribus intelligendum ibi contendit idem vir ingenio ac eruditione præstans; quum tamen de iis Spartanis virginibus dixerit Theocritus Idyll. XVIII. v. 2.

Ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτα, ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ,
Παρθενικαὶ θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχουσαι,

In Sparta quondam, apud flavos habentem capillos Menelaum,
Virgines virentem hyacinthum capillis implicitum habentes;

quod de solutis & passis capillis nemo facile dictum statuet. Ita Thebana Oedipi filia Antigone, de semet ait apud Euripidem Phœn. v. 1493. βοστρυχώδεος Ἁβρὰ παρηΐδος, *cincinnis ornatæ molliter genæ*: ac Medea cum Jasone, sed adhuc virgo profectura, simul cum exoriente die dicitur apud Apollonium l. VIII. v. 828.

ξανθὰς μὲν ἀνήψατο χερσὶν ἐθείρας,
flavos quidem manibus crines religabat,

& de qua similiter ait Valerius Flaccus l. VIII. v. 6.

Ultima VIRGINEIS *tunc flens dedit oscula* VITTIS.

Adeo, ut *virgineæ* darentur etiam *vittæ*, quibus simplici cultu revinciebantur puellarum comæ; ut apud Virgilium de Pallade, Virgine a Græcis dicta & culta Æn. l. II. v. 168.

VIRGINEAS *ausi Divæ contingere* VITTAS.

Unde eædem virginum vittæ a mulierum vittis distinctæ, juxta illud Propertii l. IV. El. II.

Mox ubi jam facibus cessit prætenta maritis,
Vinxit, & acceptas ALTERA VITTA *comas.*

Hinc quod statuit, eodem ad Horatium loco, vir eximius, non licuisse olim meretricibus solutis seu passis incedere capillis, sed eas debuisse illos nodo adstrictos gestare, quo inde eædem ab honestis virginibus distinguerentur, haud utique ex iis modo dictis videtur comprobari. A quo proinde jure abiit vir magni nominis Dan. Heinsius, qui in Aristarcho sacro p. 920. ex his ipsis Callimachi verbis, proprium apud Græcos fuisse meretricibus collegit, ut comam promitterent. Quod nec a Romanorum moribus abfuisse aliunde etiam liquere videtur, ut nempe non meretricum sed virginum propriæ censerentur *vittæ*. Unde Deliæ matrem hortatur Tibullus, ut natam instruat, quo sit pudica, nempe l. I. El. VII.

Sit modo casta doce, quamvis non VITTA *ligatos*
Impediat crines, nec stola longa pedes;

& aperte indicat Ovidius de Arte amandi l. I. v. 31.

Este procul VITTÆ *tenues*, INSIGNE PUDORIS,
Quæque tegis medios instita longa pedes:
Nos Venerem tutam, concessaque furta canemus.

Ut hic mittam, quod de Cliniæ amica, seu, quod idem, meretrice, domi, absente amico, lanam texente, ac præterea in recenti mulieris,

quæ mater ejus fuerat habita, funere, ut plane incompta & inornata dicitur apud Terentium Heaut. A. II. Sc. III.

CAPILLUS PASSUS, *prolixus circum caput*
Rejectus negligenter.

E quo tamen nemo, ut opinor, eliciat illud fuisse meretricium, crines, ubi in publicum prodirent illæ, a Tertulliano dictæ, publicarum libidinum victimæ, nodo revinctos gestare: virginum autem illæsi pudoris, solutis nempe & passis crinibus conspici. Quod refellunt itidem obviæ passim in Græcis Latinisque prisci ævi sculptis aut cælatis monumentis, nummis, marmoribus, gemmis, toreumatibus, virgines, non cum sparsis aut effusis capillis, nisi in funere & luctu, sed cum iis vulgo substrictis seu nodo revinctis; nempe sive eædem in veteri illa ac erudita supellectile choreas ducunt; seu sacra celebrant; seu nuptiali pompæ interfunt; seu Palladi lanificii inventrici telam texunt; nent subtemen; calathum, de quo paullo ante, lanæ velleribus plenum referunt, seu vero, ut Dianæ comites, venantur. &c. Quod alioquin in funere, ut dixi, & luctu factum nemo nescit, & sicuti mulieres haud minus ac virgines, cum passis tum & promissis capillis conspicuæ occurrunt in aliis præclaris prisci ævi reliquiis; quemadmodum vel Meleagri sorores morienti adstantes; aut vel Theophane a Neptuno vel Proserpina a Plutone raptæ; aut Ceres amissam hanc lugens; aut Veturia Coriolani mater filium signa in patriam inferentem, lacrymis & lugubri habitu exarmans; quæque plura id genus exhibent edita hactenus, propitio interiorum litterarum fato, Græcarum Romanarumve Antiquitatum monumenta. Quamquam illud præterea hic notandum, ac unde major adhuc his Callimachi verbis lux accedet; nempe vittis olim redimitas Cereris Sacerdotes. Liquet id non solum e Juvenalis Satyr. VI. v. 5.

Pauca adeo CERERIS VITTAS *contingere dignæ*,

h. e. ut ibi vetus Scholiastes, *quæ possint esse Cereris Sacerdotes*; sed præterea e duobus, qui idem adserunt, Tertulliani locis, quorum prior exstat libro de Pallio, *ob notam* VITTÆ, *& privilegium galeri* CERERI *initiantur*; alter libro de Testimon. Anim. c. II. *atque adeo plerumque &* VITTA CERERIS *redimita est*, *vel pallio Saturni coccinata.* Hinc illud in passione Perpetuæ ac Felicitatis a Cl. Holstenio edita p. 30. *& cogerentur habitum induere viri quidem Sacerdotum Saturni*, *femina vero sacratarum Cereri*, vittam nempe, ut vidit etiam ibi, & e Tertulliano itidem observat, doctissimus Holstenius, quibus redimitæ erant Cereris sacris addictæ, & quas alioquin in casto vivere debuisse, ex aliis ejusdem Tertulliani locis constat, de Exhort. Castit. c. XI. & de Monogamia sub finem, & quidem in hisce Cereris, de quibus hic agitur, Thesmophoriis. Quam in rem opportunus valde Luciani in Dialog. Meretric. locus p. 723. ed. Salmur. ubi mater ad meretricem filiam ait, ἡ σωφρονήσης, καθάπερ ἐγὼ ἐταίρα, ΤΗΣ δὲ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ ΙΕΡΕΙΑ τις ἔσα, *ac pudice vives*, *ac si non meretrix*, *sed* LEGIFERÆ CERERIS *sacerdos quapiam fores.* Adde, quod dum mulierum Cerealium habitum

tum induit Euripidis socer, quo se pro una τῶν θεσμιφορουσιαζουσῶν impune venditaret, dicitur apud Comicum Θεσμοφ. p. 780. κεκρυφάλου δεῖ μιτρας, *reticulo opus est & mitra*, nempe idem omnino, quod priori e duobus adductis Tertulliani locis dicitur, *ob notam vittæ & privilegium galeri Cereri initiantur*: quum κεκρύφαλον, *de vitta*, & μίτρην præter alia, de *galero muliebri* a Græcis dici constet, & qua de re, ac dicto Comici loco, obiter alia occasione dictum ad v. 166. Hym. in Delum. A quo autem diversus mos obtinuit in Junonis Samiæ solemnibus, ubi rejecta in dorsum ac humeros coma, festum hujus Deæ celebrasse dicuntur Samii apud Athenæum lib. XI. pag. 522. Adeo, ut vel inde lux accedat Callimacho, dum de iis hoc & superiori versu agit, qui nempe ex utroque sexu a sacris hujus Deæ & templi ejusdem aditu, non tamen a calathi, dum ille per urbem circumferebatur, adspectu excludebantur; & quales proinde virgines aut mulieres, non necesse fuit, ut instar earum, quæ illis Cereris sacris operabantur, essent vittis redimitæ, sed quæ, ut de iis dicitur infra vers. 125. ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες, *sine vittis* seu *redimiculis urbem perambulamus*.

V. 6. ἀφ' ἀυαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι] Verum sensum hujus loci jam indicavit Vulcanius, & quidem e proximis versibus 17. & 18. Unde liquet vetari hic, ne *jejuni* & sicco ore calathum Cereris adspiciant; eoque *jejunii*, quod Ceres filiam quærens egit, memoriam intempestive refricent. Sic voce ἄπαστος, unde *impastus* haud semel apud Maronem, usus etiam Apollonius lib. IV. vers. 1295. ἄκμηνοι καὶ ἄπαστοι, *famelici & impasti*; prout nempe priorem vocem adhibuit Nicander Ther. pag. 59. ἄκμηνος σίτων, *ciborum expers*: ἀπαστίαν, autem de *jejunio* dixit Aristophanes Nub. p. 163. apud quem ajunt Nubes,

Ἡμῖν ἀγόντων τῶν Θεὼν ἀπαστίαν,
Cum nos Deæ jejunium agimus.

ubi Critici, ἀπαστίαν, ἀγευστίαν, παρὰ τὸ πάσασθαι, & quomodo νήστειαν ἄγοντας dixerunt Græci. Ita Athenæus l. IV. p. 156. ἢ τῇ δὲ παρ' ὑμᾶς, ὥσπερ νήστειαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας τὸ ἀνάτελλον ἄστρον, *tanquam apud vos, qui religiose jejunatis, dum exoriatur sidus*, nefas, ut addit, quidquam gustare statuentes, antequam illud appareat. Neque enim audiendus magnus Animadversor, qui ibi agi censuit de Christianis & Judaicis jejuniis; quum & inter mere Ethnicos, ac de Ethnicis ritibus sit inter eos eruditos convivas sermo, ac de similibus Ethnicorum, ad exemplum Judaici jejunii, usque ad sideris seu hesperi exortum servatis νηστείαις, dixerit similiter, illustri omnino ac unice comparato eam in rem loco, Tertullianus de Jejun. c. XVI. *Judaicum certe jejunium ubique celebratur*, mox, *fidem abstinentiæ affectant*, & STELLAS *auctoritatem* DEMORANTIS *suspirant*, nempe quod in adductis Athenæi verbis dicitur, περιμένοντας τὸ ἀνάτελλον ἄστρον, seu Hesperi exortum, ante quem nullum illi, de quibus agit, Ethnici caperent cibum. Qualia nempe gentilium *jejunia*, non in Mithræ solum aut Isidis, sed Cereris, quæ eadem, & qua de re jam ante ad v. 1. cum Iside, sacris tam Eleusiniis, quam Thesmophoriis indici consueverant. De νηστείᾳ

utique tertia postremi hujus festi die, sed a Θεσμοφοριαζουσαις tantum, ac intra Templi, ubi illud Cereale sacrum religiose & caste obibant, ambitum, servari solita, infra ad vers. 12. dicendi erit locus. Immo prout de solemni apud Romanos jejunio Cereri consecrato, tradit Livius lib. XXXVI. cap. XXXVIII, JEJUNIUM *instituendum* CERERI *esse, & id quinto quoque anno servandum.* Prohibitum vero hic videtur, ne *jejuni* prætereuntem Cereris calathum adspicerent ex utroque sexu spectatores; idque mali ominis vitandi ergo. Nempe, quod licut infra dicitur v. 17. sine potu ac cibo in amissæ filiæ luctu fuerit Ceres aliquandiu; tum quod alienum id foret a Dea frugum largitrice, cujusque insignis adeo muneris ac beneficii testis ac symbolum præferebatur idem calathus, *frugibus Cerealibus refertur.*

V. 7. Ἔσπερ& σὰ νεφίων] Nocturna nempe Cereris sacra; unde γυναικῶν ἔργα νυκτερείσια, *mulierum opera nocturna* vocat, de iis agens, Aristophanes Θεσμοφ. p. 778. & de iisdem Thesmophoriis dicit Arnobius l. v. p. 173. *vultis enim consideremus mysteria, & illa divina, quæ* THESMOPHORIA *nominantur, a Græcis, quibus, gente ab Attica, sanctâ illa* PERVIGILIA *consecrata sunt &* PANNYCHISMI *graves.* Hinc circa vesperam prodire primum solita hujus Deæ pompa, ac in ea solemnis calathi Δημητρειακῆ gestatio. Quum alioquin aliorum Numinum seu festorum iis dicatorum pompæ, de quibus paullo ante, & quæ cum equitum prætervectione, vasis præterea, de quibus infra, omnis generis, omnique alia pretiosa supellectile, prælatis, de die peragi consueverant. Quod de pompa etiam Cereris Eleusinia vel inde liquet, quod umbella seu σκιαδίῳ, de quo supra obiter contra solis æstum, caput solerent tegere mulieres κανηφόροι, ut liquet e priscis Comici Enarratoribus Avib. p. 610. τὸ σκιάδειον κατασκευάσματι, ὅπερ ἔχουσιν αἱ κανηφόροι ἀπιοῦσαι εἰς τὰ Ελευσίνια, ὑπὲρ τῆ μὴ κάεσθαι ὑπὸ τῆ ἡλίε, *umbella, operculum quoddam, quod gesserunt canistra ferentes ad Eleusinia,* NE A SOLE ADURANTUR: haud aliter nempe ac in Σκίροις, Minervæ apud eosdem Athenienses festo, factum quoque, ab iisdem Aristophanis Interpretibus traditur Concionatr. p. 725. Quamquam σκιάδειον a mulieribus Thesmophoria celebrantibus similiter adhibitum videatur e loco jam ante ad v. 1. adducto ex ejusdem Comici Θεσμοφ. p. 810. sed cujus rei haud una ratio esse potuit. Mense enim Pyanepsione, qui partem Octobris & Novembris occupabat, celebrabantur Athenis Thesmophoria; quo tempore haud adeo adversus solis ardores, quam contra alias cœli injurias, ac præterea ad pompam e mulieribus constantem, spectare poterat ejusmodi σκιαδίων seu *umbellarum* gestamen. Adde supra v. 303. Hym. in Delum, ubi idem *Hesperus* solemnem Deliacorum juvenum & virginum cantum ad citharam & choreas perpetuo respexisse dicitur. In quibusdam alioquin sacris lege cautum fuisse, ut ante solis occasum, ac proinde *Hesperi* exortum, ab iis discederent, qui iis operabantur, tradit Athenæus l. IV. p. 191. In aliis autem, & a primo solis ortu ad ejus occasum, seu orientem hunc *Hesperum*, producerentur. Cujus quidem rei insigne præbet exemplum splendida illa

Pto-

Ptolemæi Philadelphi pompa Dionyſiaca; cujus initium ut a diei ortu, ita a prælato *Luciferi* ſimulacro; finis autem ab *Heſperi* hujus (pro diverſo nempe ejuſdem ſtellæ conſpectu) ſub cujus exortum eadem deſiit, ferculo, ab Athenæo deſcribitur, ſed quod minus, etſi ibidem obvium, adſequutus erat Interpres, ut id ad eundem jam adnotavit ὁ πάνυ. Exſtat nempe locus l. v. p. 197. πρώτη δὲ ἐξῆρχεν ΕΩΣΦΟΡΟΥ· καὶ γὰρ ἀρχὴν εἶχεν ἡ πομπὴ, καθ' ὃν ὁ πρωϊαιτάτῳ ἀστὴρ φαίνεται χρόνον, *primum autem proceſſit* LUCIFERI *ſimulacrum: quia initium habuit pompa, quo tempore dicta oritur ſtella:* mox τὴν δὲ τελευταίαν ΕΣΠΕΡΟΥ συνέβαινεν εἶναι, τῆς ὥρας εἰς τοῦτο συναγούσης τὸν καιρὸν, *ultimam vero pompam contigit, ut* VESPER *duceret, tempore illius ortus ad id congruente.*

V. 8. Ἕσπερ, ὅτε πιεῖν Δαματέρα &c.] Quod alioquin notis illis Orphicis verſibus, qui a Clemente in Protrept. p. 13. & inde ab Arnobio l. v. p. 175. ac Euſebio Præp. Evangel. l. 11. c. 111. adducuntur, non huic *Heſpero*, ſed obſcœno inverecundæ Baubonis facto tribuitur, quo nempe Ceres, ut ea de re Arnobius, l. v. p. 175, *diffuſior facta, per riſum, aſpernatam ſumit atque* EBIBIT *potionem.* Id quod rurſus ab Apollodoro l. 1. c. v, Nicandro præterea Alexiph. pag. 136. & antiquo ejus ac erudito Interprete, non illi pudendo Baubonis, apud quam ſcilicet in Eleuſine hoſpitata fuerit Ceres, facto; ſed Jambes cujuſdam, Hippotheontis & Metanizæ, apud quam forte tum errabunda ac jejuna diverterat Ceres, ancillæ dicteriis tribuitur; quibus nempe recreata hæc Dea potum denuo ei oblatum, & de quo hic Callimachus, tandem hauſerit, νηστίμης Δηοῦς μορόεν ποτὸν, *jejunæ Cereris triſtem potum*, ut de eo Nicander dicto loco & eruditus Enarrator ibidem μορόεν δὲ ποτὸν τὸ ἐν κακοπαθείᾳ δοθὲν, *triſtem* ſeu μορόεν potum datum nempe *in* ejus *ærumnis.* Quod a Proclo itidem traditur in Chreſtomathia apud Photium p. 983. Ad quod autem hujus Deæ, ſive illius Jambes ſcommatibus, aut vero Baubonis obſcœnitate exhilaratæ factum, reſpexit vetus Poeta Anthol. l. 1. c. XXXIII. Ep. IX.

ἐπεὶ καὶ σεῖο τεκοῦσαν
Ἀχνυμένην ἐπί σοι μοῦνον ἔκαμψε γέλως,
quando & tuam matrem
Dolentem olim propter te ſolus flexit riſus.

Mitto hic, quod Cereris ſed inviſus gener, & unica mœrentis ejus ac *jejunæ* cauſſa, Ἕσπερ Θεὸς a Sophocle dicatur Oed. Tyr. v. 187. Nempe id unum hic innuere voluit Callimachus, quod uſque ad hujus ſideris ſeu *Heſperi* exortum, uti de Judaicis juxta & Ethnicorum jejuniis paullo ante vidimus ad v. 6, ab omni potu, ſicut & cibo, & qua de re mox, præ mœrore abſtinuerit aliquamdiu, dum filiam ſcilicet quærit & raptam luget, hæc Dea.

V. 9. Ἀπαγίμας ὅτ' ἄπυρα μετέσιχεν] Unde obvia etiamnum in cœlatis aut ſculptis veterum monumentis eadem Ceres, bigis ſerpentum vecta, & accenſas utraque manu faces, dum raptam a Dite filiam quærit, geſtans. Quo cultu itidem, ſive in curru equorum quadrijugo ſtans

visitur in præclaro nummo Regiæ Gallorum Gazæ a *Temeno Porta* Phrygiæ oppidi, incolis seu ΤΕΜΕΝΟ ΘΥΡΕΥΣΙ, sub Valeriano & Gallieno cuso. Sed nullibi mœstior ejusdem habitus, quam in priscis marmoribus, quæ Romæ adhuc visuntur in ædibus Mazarinis; aut in hortis ad urbem Borghesianis, ubi & *Proserpinæ Raptus*, & matris non in bigis solum serpentum, ad *persequenda* ejus, quod hic dicitur, *vestigia* vectæ occurrunt simulacra; sed insuper ubi præ dolore lymphatæ velut ejusdem, qualis hæc infra, effigies conspicitur,



Eundem vero, cujus hic fit mentio, *Proserpinæ Raptum* signant adhuc multi insignes nummi, iique, quod præterea observare mihi licuit, ferme in Joniæ ac Lydiæ, seu Proconsularis Asiæ, tractu signati. Neque enim uni Siciliæ, aut circa Hennam in illa Insula, de qua mox Poeta, locis, raptæ hujus a Dite virginis, & mox in orcum ab eo abductæ scena tribuitur. Eundem enim in Attica, seu concava quadam ejus voragi-

ragine, ac ubi vivus esse desierit Oedipus, statuit vetus Sophoclis Enarrator ad Oedip. Col. v. 1661. & 1664. Ita, qui in eadem Attica illam quoque agnoscit Pausanias l. 1. p. 71, alibi nempe l. 11. p. 155. in Argolide *locum denotat*, quo rapta a Plutone Proserpina ad inferorum regna putatur descendisse. In Cyllene rursus Arcadiæ monte hiatum extare, quo sub terras eadem subierit, tradit Conon apud Photium Narrat. xv. p. 431. in quo alioquin loco Cererem a Pheneatibus hospitio exceptam, ac *institutis* ibi dein eodem, quo apud Eleusinem, ritu sacra hujus Deæ, tradit; & similiter, quod jam ante ad v. 71. Hym. in Delum observasse memini, Pausanias l. VIII. p. 480. Quem raptum in illo quoque, quod jam paullo ante indicavi, Lydiæ & Ioniæ tractu, & quidem in Charonio Lydiæ prope Nysam antro statuisse Græcos Asiaticos, inde videtur liquere, quod Plutoni sacrum ibi esset & Proserpinæ, ut *Strabonis ea de re locum* alibi emendavi, templum; lucus insuper Plutonius, annua festivitate frequentatus; ibique Plutonis & Proserpinæ nuptiæ haud minus ac in Sicilia, immo majori adhuc solemnitate, & totius quasi orbis concursu, celebratæ. Id utique in Epistola specimini præstantissimi Morelli nostri inserta, signare omnino præclarum Nysæorum illius tractus nummum, quo continebatur singularis & memoranda epigraphe cum additis in eodem nummo consuetis agonum præmiis, ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕ, seu Οἰκεμενικά, olim vidi & explanavi. Accedit, quod haud alibi, ut jam innui, frequentius, immo in iis ferme eorundem tractuum nummis, cujusmodi in opulentis Italiæ Galliæve Cimeliarchiis versare mihi contigit, signari videas eundem Proserpinæ raptum, ut eam in alio eorundem ΝΥΣΑΕΩΝ, de quo mox, nummo, tum in præclaris insuper *Sardium*, *Hierapoleos*, *Trallium*, *Midæi*, *Orthesiæ*, seu inscriptis ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ, ΜΙΔΑΕΩΝ, ΟΡΘΟΣΙΕΩΝ nummis. Quibus etiam accensendus insignis quidam, isque dum nuper in aula Gallica agerem, Smyrna ad *Regiam Gazam locupletandam cum aliis delatus*, & quem recenter tum advectum tractare continuo mihi ibidem licuit, in quo hinc caput Treboniani Galli, illinc raptus Proserpinæ, solito hujus rei in iis typo, a Plutone quadrigis vectæ, cum inscript. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΠΙ ΑΥΡ. ΜΗΞΟΦΑΝΟΥ ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ, *Hermopolitarum Sub Aurelio Mexophane Andronico.* Quum autem a Stephano inter varias urbes *Hermipoleos* nomine dictas, & quales in Ægypto memorat Strabo, una etiam in Co Insula statuatur, ad quam idem nummus potest haud incommode referri; nisi potius alia eodem nomine urbs exstiterit, quamquam priscis (ut tot aliæ & in ipsa hac nummorum supellectile) Geographis, qui supersunt, indicta, ad nobilem illorum in Lydia *Hermi campum*, seu Ἑρμοῦ πεδίον sita. Verum ad ejus, de qua hic sermo, majorem rei fidem, duas insignium id genus nummorum icones juvabit hic adponere; unius sub Domitiano cusi, cum illo Proserpinæ raptu, ac inscriptione loci supra memorati, ubi ΘΕΟΓΑΜΙΑ seu *nuptias* horum *Numinum* veteri nummo, ac a nobis alibi explicato, signari diximus, *ΝΥCΑΕΩΝ; alterius sub Trajano*, quem Romæ olim in Cimeliarchio

liarchio CHRISTINÆ Augustæ adnotavi, inscripti ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, *Sardianorum.*



In quo postremo, qui primam nummi illius iconem suppeditaverat, alas Plutoni a tergo effinxisse videbatur; unde continuo mihi occurrebat, & qui inde illustrandus videbatur, Euripides, apud quem in Alcestide v. 216. πτερωτὸς Ἅιδας, *alatus Pluto* dicitur. Verum non alas, sed rejectum a tergo velum, sicut in aliis, qui eundem Plutonis raptum exhibent, nummis, in eodem quoque signari, ex accuratiori ejusdem typo, & qualis hic prostat, mihi postea licuit. Exstat alioquin idem Proserpinæ raptus in alio præclaro & e maximorum genere Cimeliarchii Gallorum Regii nummo, a Sardianis itidem cuso, in quo idem Stygius Juppiter cum ἁρπαγίμᾳ, ut de ea hic ait Callimachus, κόρῃ, bidente insuper armatus visitur; Cupido autem cum accensis facibus supra unum e quadrijugibus equis uno pede insistens. Haud aliter ac idem inter marmora, de quibus paullo ante, quæque prostant in admirandis veteris Romæ a præstantissimo Bellorio editis, supra easdem Plutonis Proserpinam avehentis quadrigas cum face volitans visitur.

V. 10. ἔς τ' ἐπὶ δυθμὰς] Mirum, quid sibi in re adeo obvia voluerit Interpres, qui hæc vertit & *ad Dythmas* quasi gens aliqua] daretur eo nomine a Græcis aut Latinis dicta. Quemadmodum enim soliti Lacones θ in σ mutare ut σιὰν, σιὼ, ἀσάναν, παρσένε, pro θεὰν, θεὼ, ἀθάναν, παρθένον apud *Comicum in Lysistrata* p. 912. 913. &c. Sic alii Dores vicissim σ in θ ut ὀρχηθμὸς apud Homerum, & quod huc facit, apud Hesychium δύθμεσι, δύσεσι. Sed hoc apud Grammaticos obvium, ac jam viderat eruditissimus Vulcanius, qui δυθμὰς hic pro δυσμὰς, δύσεις dici notaverat; & H. Stephanus, qui *ad occasum* hic vertendum monuit; ac prout in nova hujus Battiadæ editione opportune legitur.

V. 11. Μέλανας] Qua voce *Æthiopas* hic designari tradit Græcus Enarrator, quomodo iidem a Strabone etiam dicti l. xv. p. 69. καὶ τὸ μέλανας εἶναι καὶ ὀλοτρίχας τὸς Αἰθίοπας, *& quod Æthiopes sint nigri & crispi*, & quidem, ut continuo addit, non ab eorum aquis, ut volebat Oneficritus, sed a Solis adustione, juxta Theodectem. Quæ & eadem ratio, quod jam viderunt alii, Græcanicæ Αἰθίοπος appellationis.

Mé-

Μελάνες autem ea significatione dicti, qua jam olim & adhuc hodie vocantur in genere ii populi, qui *nigri* aut fusci coloris, & quomodo سردان *Nigri* seu *Nigritæ* ab Arabibus appellantur itidem *Æthiopes*, prout id etiam monuit Amplissimus Doctissimusque Job. Ludolfi in Comment. ad Histor. Æthiop. pag. 53. Quamquam *albos* etiam *Æthiopas* agnoverint veteres Geographi, quorum illi inde Λευκαιθίοπες apud Ptolemæum vocantur l. IV. c. VI, & apud Plinium jam ante l. V. c. VIII. *Leucæthiopes*: alii vero *Nigri* & *Nigritæ*, iique juxta eundem Plinium, qui prope Nigrim fluvium habitarent. Unde factum etiam, quod observo, ut Αἰθίοπας ἀμφοτέρους, *utrosque Æthiopas*, *albos* nempe & *Nigros* seu *Nigritas* appellatos, dixerit Libanius Legat. ad Julian. pag. 165. Idem vero Plinio fluvius *Niger* aut *Nigris* juxta Leonem Africanum, Nili alveus, qui שחור itidem & Μέλας seu *Niger* olim, ut aliunde, notum, dictus. Immo ipsi Ægyptii Nili accolæ & Æthiopibus contermini, ab Æschylo dicuntur Suppl. v. 727. μελάγχυμοι, non ut ibi hactenus, aut alibi apud eundem Tragicum Chœph. v. 9. vel ut hoc addam, de voce, quæ hactenus ab Helleniſmi Thesauris exulat, apud Euripidem Phœn. v. 375. aut Electr. v. 313. μελάγχιμοι, & qua de re ad dictum agimus Æschylum. Id autem de Ægyptiis dictum, vel ob nigram illius regionis terram, ut eam vocat Plutarchus de Iside pag. 364. ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον ἔσαν, *terram inter maxime nigras existentem*, ac unde ut idem addit instar nigræ partis oculi, χημία sit eadem dicta; aut prout μελάμβωλον, *cum nigra gleba*, juxta Eustathium ad Periegetem p. 368. sit appellata: sive autem a nigro colore ipsorum incolarum μελάγχυμοι, quasi *nigro succo tincti* dicti sint iidem Ægyptii. Unde quum Pindarus de Colchis dixisset Pyth. Od. IV. pag. 257. κελαινώπεσι Κόλχοις, *nigro adspectu Colchis*, notant ibi veteres ejus Interpretes, οἱ δὲ ὅτι Αἰγυπτίων ἄποικοί εἰσιν οἱ Σκύθαι, διὰ τοῦτο καὶ μελανοχρόους εἶναι αὐτοὺς λέγουσιν, *illi autem, quod Ægyptiorum coloni essent Scythæ, ideo etiam nigro colore eos esse dicunt*. Galenus autem de Temperam. l. II. c. V. Ægyptios, Arabas, Indos, qui calidam & siccam regionem incolunt, *nigros* tantum & *crispos capillos*, μελαίνας καὶ ὅλας τὰς τρίχας, uti nempe paullo ante Æthiopas Strabo vocat ὀλοτρίχας, habere eosdem dicit. Ut mittam Ammianum lib. XXII. c. XVI. *Ægyptii plerique subfusculi & ATRATI.*

Ibid. ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα] Nempe ad Oceanum Atlanticum, ubi vulgo feraces illi aureis malis Hesperidum horti a veteribus statuuntur. Neque vero hic repetam, quæ de *malis hisce aureis*, ut *Citriis* vel *Aurantiis* potius, quam *Cydoniis* vulgo *Cotoniis*, contra virum doctum postremum Theophrasti de Historia Plantarum Enarratorem, olim disserui, iisque in Græcia pridem, ut ibidem docui, cognitis. Unde eadem in Bacchi mysteriis, juxta notum Orphei apud Clementem ea de re versum, locum habuisse vidimus; quæ tamen, ut hoc nunc addam, sicuti nec *mala Punica*, non licebat comedere in sacris Rheæ, uti liquet e Juliano Imp. Orat. V. pag. 236. & 329. Immo, quæ in Cereris Eleusiniis iti-

itidem vetita, patet e Porphyrio περ. Αποχ. l. IV. p. 402. Hercules autem *mala* hæc *aurea* ex Heſperidum arbore decerpens, cum alibi, tum in præclaro utique Antonini Pii nummo, qui exſtat inter æreos maximi moduli, vulgo *Medagtioni* Cimeliarchii Gallorum Regii viſitur; cujus adſpectu, quo ipſe haud ita pridem gaviſus ſum, Lectorem oblectare mihi, ut opinor, hic licebit,



Non illud jam tango, quinque in eadem arbore, non tria tantum *mala* exſtare, ut de iis vulgo fabulantur, & Antiphanes etiam Comicus apud Athenæum l. III. p.

Φασὶν ΤΑ ΧΡΥΣΑ ΜΗΛΑ ταῦτ' ἓνα τρία,
Dicunt AUREA *hæc* MALA TRIA *eſſe* SOLA.

Ut mittam, & cujus alibi itidem memini, exſtare panarium hiſce Heſperidum pomis repletum in alio Tarrenſium nummo Gazæ Mediceæ. Accedit, quod ipſe Hercules eadem ex illa arbore *mala* decerpere conſpicitur; quæ non ipſe tamen cepiſſe, ſed ab Atlante, Promethei monitu, dono habuiſſe dicitur ab eruditis Apollonii Enarratoribus ad l. IV. v. 1396. ubi fabulam eam narrant. Adde, quod eorundem *malorum* cuſtos pendens ex arbore ſerpens, *Ladon* dictus legatur ibidem apud Apollonium, & ubi ſimul Heſperidum Nympharum facta etiam iis verſibus mentio, qui commentarii vicem præclaro illi, quem adduximus, nummo præſtabunt,

ᾧ ἔνι ΛΑΔΩΝ
Ἑσπέρι πε χθιζὸν ΠΑΓΧΡΥΣΕΑ ῥύετο ΜΗΛΑ,
Χάρῳ σὺν Ἄτλαντος, χθόνιος ΟΦΙΣ, ἀμφὶ δὲ ΝΥΜΦΑΙ
ΕΣΠΕΡΙΔΕΣ ποίπνυον, ἐφήμερον ἀείδουσαι,
in quo campo LADON
Ad heſternam uſque diem AUREA *cuſtodiebat* MALA,

In

In Atlantis regione, terrestris SERPENS, *cui* NYMPHÆ HESPERIDES *ministrabant, suavissime concinentes.*

Quum autem in explanatione hujus loci tradant inter alia veteres ibidem Critici, Atlantem, relicto tamdiu cœli, quod humeris sustinebat, onere, aurea illa ex eadem arbore *poma* ab ipsis Hesperidibus, *serpentis proinde custodis* permissu, pactum; quis non continuo agnoscit in veteri illa fabula, adumbratum primæ parentis pomum ex arbore, serpentis suasu, in Paradiso decerpentis, idemque Adamo tradentis factum? Adde hisce ejusdem serpentis caput ab Hercule, juxta eandem fabellam, elisum; & quæ an a Christianis Mythologis, neque enim eos jam vacat excutere, fuerint animadversa, alii viderint. Virum alioquin magnum haud ignoro ad aliam originem hanc de decerptis ab Hercule malis Hesperidum fabellam referre; nempe ad Josuam Chananæorum boves non solum, sed μῆλα, quæ vox *oves* & *mala* seu *poma* simul denotat (& quæ eadem ratio a Palæphato etiam redditur cap. XIX.) de abactis nempe ab Hercule duarum Hesperidum ovibus, & ambiguitate inde orta in voce μῆλα. Mitto vero eundem Herculem Μήλωνα dictum, quod eidem non victimæ, sed *mala* a Melitensibus, juxta Hesychium; a Bœotis vero, juxta Pollucem l. I. cap. I. pag. 9, offerri solerent.

V. 12. Οὐ πίες, ἔτ' ἄρ ἔδες] Quod mox adhuc de eodem dicitur v. 17. ἄποτός τε καὶ ἀ φάγες, *neque bibisti, neque comedisti*, ac unde Νήστεια seu *Jejuna* dicta eadem Ceres, adducto paullo ante v. 8. Nicandri versu. Hinc tertia etiam Thesmophoriorum dies, Pyanepsionis nempe decima sexta, *jejunio* a mulieribus iis operantibus translata, eademque νήστεια inde dicta, ut ex Plutarcho, Athenæo, Phornuto jam monuit in Græcia Feriata eruditissimus Meursius: & quibus addi ab eodem poterat antiquior adhuc & patrii ea in re moris luculentus index Aristophanes, idque cum Avib. pag. 611. cujusque locus apud Athenæum itidem legitur l. VIII. p. 307.

Ἀλλ' ὥσπερεῖ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΟΙΣ ΝΗΣΤΕΥΟΜΕΝ
Ανευ θυηλῶν,
Sed quomodo IN THESMOPHORIIS JEJUNAMUS
Sine sacrificiis;

tum ubi ipse mulierum Θεσμοφοριαζουσῶν Chorus ait in cognomine dramate p. 820. ΝΗΣΤΕΥΩΜΕΝ δὲ πάντως, *prorsus autem* JEJUNEMUS. Hinc illa *jejunii* hujus ab iisdem mulieribus servari tum soliti dies σκυθρωποτάτη, seu *molestissima* apud Plutarchum dicitur in Demosthene p. 860. Quemadmodum nempe eodem hoc mense, qui nempe Atticorum Pyanepsion, Hebræorum autem Tisri, celebratum Judaicum maximum, sanctissimumque, ut illud a Josepho dicitur Ἀρχ. lib. VIII. cap. 11. Tabernaculorum festum, quod præcesserat solemnis itidem νηστεία dies idemque *cippurim* seu *expiationum* ab iis dictus, ac unde utriusque simul illius Judaici sacri meminit idem Plutarchus Sympos. l. IV. Qu. v. Adde, quod abstemia etiam forent tam apud Græcos, quam apud Romanos hæc Cereris sacra; ut vel e Plauto, Macrobio, &c. observa-

ſervarunt jam eruditi, & quam in rem notabilis imprimis neque hic prætereundus Dionyſii Halicarn. locus, ubi de antiquis Arcadibus, qui cum Pallante in Latium venerant, ait Antig. l. 1. p. 26. ἱδρύσαντο δὲ καὶ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ἱερὸν, καὶ, τὰς θυσίας αὐτῇ ἄχρι γυναικῶν τε καὶ ΝΗΦΑΛΙΟΙΣ ΕΘΥΣΑΝ, ὡς ΕΛΛΗΣΙ ΝΟΜΟΣ, ὧν ὅθεν ὁ καθ' ἡμᾶς ἤλλαξε χρόνος, CERERI *quoque templum exſtruxerunt, & per feminas ſacerdotes ſacra ei fecerunt* ABSTEMIA, MORE GRÆCORUM, *quorum nihil mutatum eſt noſtro tempore.* Νηφάλια nempe ibi dicuntur eadem Cereris ſacra, haud aliter ac de Eumenidum apud Athenienſes ſacris ait Æſchylus Eumen. v. 107; aut de aliorum etiam apud eoſdem Numinum libationibus ἀοίνοις *ſine vino* ſeu *abſtemiis*, Græcus Sophoclis Enarrator ad Oedip. Col. v. 201; aut de ſacris Rumeliæ apud Romanos, Plutarchus in Romulo p. 19; aut vero de ſacrificiis Hebræorum Philo de Monarch. pag. 825. προστέταχται νηφάλια θύειν, *inſtitutum eſt ſacrificium abſtemium*, ſeu ut ſacrificarent abſtemii apud eos ſacerdotes, ac prout iidem νηφάλιοι *abſtemii* dicuntur a Joſepho, ubi ea de re agit, Αρχ. lib. III. cap. x. Adde quod de quinquennali jejunio, Cereri apud Romanos inſtituto, e Livio jam ante vidimus ad verſ. 6. hujus Hymni. Diverſa proinde ab his Græcorum Theſmophoriis, ſeu Romanorum Cerealibus, Ambarvalium apud hoſce ratio; quæ, quamquam in iis coleretur hæc Dea, haud erant tamen νηφάλια ſeu *abſtemia*; ac unde de iis agens Tibullus lib. II. El. I. utrumque Numen continuo invocat,

BACCHE *veni, dulciſque tuis e cornibus uva*
Pendeat, & ſpicis tempora cinge CERES.

Qua ratione factum, ut vini quoque uſus eſſet in iiſdem Ambarvalibus; nec proinde contra religionem, ut monet Servius, fecerit Virgilius, quod de agricolis, eo ſacrorum illorum tempore, Cererem colentibus, dixerit Georg. l. I. v. 344.

Quoi tu lacte favos, & miti dilue Baccho.

Quo tamen referri non debet, id quod de Feralium, quibus juſta piis defunctorum manibus a Romanis ſolvebantur, ſacro, ait Ovidius Faſt. l. II. v. 539. *Inque vino mollita Ceres*, nempe farina vino ſubacta. In hiſce autem Græcorum Theſmophoriis, ac Romanorum Cerealibus, inde, ut hoc addam, id locum videtur habuiſſe, ut a vino abſtinerent iiſdem operantes feminæ; tum quod in ſumma caſtimonia, ut aliunde notum, eſſe eædem tenerentur; tum maxime, quod oblatam in ædibus Hippothontis vini potionem, mœſta adhuc, & qua de re jam ante ad verſ. 8, ob filiæ raptum recuſaſſe ferretur eadem Ceres; potum autem hordeaceum, ut hæc omnia narrat Græcus Nicandri Interpres pag. 56. exhilarata ancillæ dicteriis brevi mox eadem hauſerit. In cujus alioquin Deæ ob amiſſam filiam ſqualoris & luctus memoriam, nuncupata eadem Dea Αχαιὰ prout ea dicitur apud Ariſtophanem Acharn. p. 408. & Nicandrum Ther. pag. 351. & quidem inde Αχαΐνης, panis quidam magnus dictus, qui in ejuſdem Deæ feſto, Μεγαλάρτια inde, ut e Semo Delio notat Athenæus l. III. p. 109. appellato, adhibebatur; quodque

quodque non ſolum apud Delios, quod viderat Meurſius, ſed apud Bœotos etiam celebraretur. Quod poſtremum e Plutarcho obſervo, prout illius ea de re locus, qui hactenus in mendo cubat, debet omnino emendari, nempe de Iſid. pag. 378. τὴ Βοιωτοὶ τὰ τῆς ΑΧΑΙΑΣ ΜΕΓΑΛΑΡΤΙΑ κινῆσιν, ἐπαχθῆ τὴν ἑορτὴν ὀνομάζοντες, ὡς Δήμ. τὴν τῆς κόρης κάθοδον ΕΝ ΑΧΕΙ ΤΗΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ἐσης, & Bœoti ACHAIÆ *Cereri* MEGALARTIA *agitant, feſtivitatemque eam moleſtam vocant; quod nimirum* CERES *ob Proſerpinæ deſcenſum* ad Inferos *in dolore eſſet*; ſed ubi nullo ſenſu Μέγαρα, pro Μεγαλάρτια hactenus legebatur, qua voce illud Ἀχαΐας Cereris feſtum, & quidem a *magnis panibus*, qui tum adponi conſueverant, appellatum, aperte tradit dicto jam loco Athenæus, & ex eo, ut ſolet, Euſtathius ad Iliad. B. pag. 265. Haud aliter nempe ac in feſto Pentecoſtes ſeu δεσμῷ πυρῶ, *meſſis triticeæ*, oblatos panes, de quibus Levit. XXXIII. 17. vægrandes, & quidem longos VII. palmas, latos autem quatuor, ex Hebræorum Pandectis monuerunt jam alii; ac inde feſtum illud Μεγαλάρτια vocat ad Joſephum lib. III. cap. X. vir rara eruditione Edm. Bernardus. Ut hic mittam panes propoſitionis, quos majores adhuc fuiſſe docent itidem Doctores Talmudici.

V. 13. Ἀχελῶϊον ἀργυρεοδίνην] Quomodo ἀργύρεοι ποταμοὶ, *argentei fluvii* ſeu *pellucidi* dicuntur ab Oppiano Αλιευτ. l. I. v. 23. *Acheloi* autem facta hic nominatim mentio, quod magna foret ejus præ aliis Græcorum fluviis celebritas. Unde apud Artemidorum legas lib. II. cap. XLIII. ΑΧΕΛΩΟΣ δὲ τὸ αὐτὸ τοῖς ποταμοῖς ἅπαντι ποτίμῳ ὕδατι σημαίνει, καὶ ΙΣΧΥΡΟΤΕΡΟΝ τὰ ἀποτελέσματα ποιεῖ, *Achelous autem eadem quæ fluvii, & omnis potabilis aqua ſignificat, &* VALIDIORES *eventus facit.* Hinc etiam Sextus ait adv. Mathem. pag. 340. εἰ δὲ ὁ Ποσειδῶν Θεός ἐστιν, καὶ Ἀχελῶος, *ſi autem Neptunus eſt Deus, Achelous quoque erit*; ac ut addit, & ſi Achelous, etiam Nilus; ita ut primus inter fluvios *Acheloüs* ab eo deſignetur. Hinc Ἀχελῶος & Ἀχελῶϊον, pro quavis *aqua* apud veteres Poetas, quod monuerunt jam alii ad illuſtrationem Virgiliani loci, *Poculaque inventis Acheloia* &c. ſubinde ſumitur; ac prout nonnulla iiſdem intacta, Æſchyli nempe, Euripidis, Ariſtophanis, Achæi Comici apud Athenæum, quæ obiter hic notaveram, ea de re loca, video ab eruditiſſimo Fulvio, quem eam in rem modo conſului, in Virgilii cum Græcis Poetis collatione opportune jam animadverſa, & quæ ibidem, ne actum agam, reperiet Lector.

V. 14. ἀενάων ποταμῶν] Ita paſſim fluvii a perenni eorum fluxu apud Græcos Poetas dicti, ut pridem ab Æſchylo Suppl. v. 561. ποταμοὺς δ' ἀενάους, *fluvios autem perennes*: quomodo etiam, & habita ratione originis, ἱεροὶ ſeu *ſacri* itidem ab iis ſolent nuncupari. Hinc eleganter dicuntur *fluvii* apud cultiſſimum Poetam Oppianum, adducto jam ad præcedentem notam, & ſequenti quidem verſu, nempe Αλιευτ. lib. I. verſ. 23. 24. λετρῶν Αἰνάοι ταμίαι, *lavacrorum perennes diſtributores.*

V. 15. ὀμφαλὸν Ἔνναν] Quomodo eandem *Hennam*, ſeu floridum ad

eam pratum *Hennæum*, ab aliis vocari tradit Siculus ipse, & e vicino quidem *Hennæ* oppido oriundus, Diodorus lib. v. pag. 287. δοκεῖ δὲ οὐ μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλης Νήσου, διὸ καὶ ΣΙΚΕΛΙΑΣ ΟΜΦΑΛΟΣ, ὑπό τίνων ὀνομάζεσθαι, *putaturque in medio Insulæ situm esse. Unde etiam* SICILIÆ UMBILICUS *a quibusdam vocatur.* Sicuti hic etiam factum a nostro, cujusque ea de re locum non omisit in Sicilia sua diligentissimus Cluverius. Neque aliter Cicero in Verrem lib. IV, ubi quum dixisset, *vetus est hæc opinio* &c. *Insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam*, addit mox, *nam & natas esse has in his locis Deas, & fruges in ea tum primum repertas arbitrantur: raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex* HENNENSIUM *nemore, qui locus quod in media est Insula situs,* UMBILICUS SICILIÆ *nominatur.* Haud aliter nempe, ac ὀμφάλιον de Cretæ loco dictum vidimus ad vers. 45. Hymn. in Jovem; ac simul Delphos ὀμφαλὸν & μεσόμφαλον a Græcis Tragicis passim, ac non Græciæ solum, sed *orbis* UMBILICUM in Priapejis vocari itidem diximus; & sicuti locum quendam prope Phliasios ὀμφαλὸν seu *umbilicum*, ut *Peloponnesi totius meditullium* vocatum dicit Pausanias l. II. pag. 109. *Hennam* autem Cereris, quam illa ter adiisse hic a Poeta dicitur, cultu potissimum nobilitatam, præter Melam dicentem lib. II. cap. VII. *famam habet ob* CERERIS *templum* HENNA, prædicat luculenter in eadem, de qua modo, Verrina Tullius, ubi quum inter alia dixisset, *mira quædam tota Sicilia privatim ac publice religio est* CERERIS HENNENSIS; mox, *nec solum, Siculi, verum etiam cæteræ gentes nationesque* HENNENSEM CERERE*M maxime colunt*; ac dein, *Etenim urbs illa non urbs videtur, sed* FANUM CERERIS *esse, habitare apud se* CERERE*M* HENNENSES *arbitrantur, ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes Sacerdotes, omnes accolæ atque antistites esse Cereris videantur.* Adde Statium Theb. lib. IV. vers. 124. *at Hennæa Cereri negat*, &c. Quam proinde Deæ illius apud *Hennenses* religionem adstruunt etiamnum superstites prisci illius urbis nummi, & qualem e Pæruta olim protuli Dissert. de Præst. Num. pag. 156. ubi hinc Cereris caput duabus spicis revinctum, cum inscriptione ΔΑΜΑΤΗΡ, illinc ENNA cum caprea seu e damarum genere, cratere desuper, e quo ignis emicat, sicut idem in alio adhuc ejusdem *Hennæ* nummo visitur, eoque Ætnæi montis, juxta eruditum Auctorem de Num. Urb. III. pag. 151, symbolo. Quamquam, & quod cæteroquin ille Ætnæus crater in aliis ipsius Ætnæ urbis aut adjacentium huic monti locorum nummis, non comparet; verius putem, eundem in hisce *Hennensium* nummis craterem ignem eructantem, hiatus illius, qui erat sub *specu Hennæa*, eaque *profundæ altitudinis*, ut eam vocat Arnobius lib. v. pag. 173. exstare quoddam simulacrum. Conspiciuntur præterea in eodem nummo duæ spicæ, ac ut bene cæteroquin vir ille ingenio præstans observat, violæ flos. Unde, ut alia mittam, a Claudiano dictum de Raptu lib. II. vers. 72. *Henna parens florum*; ac vers. 289.

Perpetui flores, quos nec tua protulit HENNA;

ab

ab Ovidio autem nominatim de luco *Hennæ* proximo, ubi flores legerat Proſerpina, Metam. lib. v. verſ. 392.

Ludit, & aut VIOLAS, *aut candida lilia carpit.*

Hennam autem bene in ſuperioribus Claudiani locis, pro *Ætnam* aut *Ætra* legendum viderant jam ante Nicolaum Heinſium, de Latinis Muſis præclariſſime hac ætate meritum, eruditi; ſicut expurganda adhuc eadem vox *Ætnæ*, quæ in cultiſſima ejus editione remanſit l. III. verſ. 85.

Nec qualem roſeis nuper convallibus Ætnæ,

pro *Hennæ*, ut ipſe alibi vir commendatiſſimæ ad poſteros famæ legendum agnovit; & quomodo ejuſdem libri verſu 120. *Hennæaque rura*, pro *Ætnæa* optime; aut apud Ovidium Metam. lib. v. verſ. 385. *Hennais*, ubi de eadem Proſerpinæ fabula ſermo, *mœnibus*, pro *Ætnais* reſtituta agnoſcas. Bene inſuper eundem, quamquam illud levius, auctoritate priſcorum codicum *Hennam* aut *Hennæa* dictis in locis, pro *Enna* aut *Ennæa* legiſſe, dudum, quum de antiqua locorum in nummis ſcriptura ibi ageretur fide veteris & inſignis nummi obiter monui, qualem poſtea verſavi in Theſauris Gallorum Regiis, quo MUN. HENNÆ legitur; & proinde, quomodo in Cicerone, Statio, Silio aliiſque, ubi ejuſdem loci occurrit mentio, reponendum liquet. Quamquam haud in eo *utique verſari veteres Latii* aut Siciliæ fortunas putem, aut vero Græciæ; ſi inde non Ἔννα, prout vulgo, ſed Ἕννα apud Græcos, qui de eadem agunt, Scriptores legi debere, & veriſſime quidem, ſtatuatur. Illud vero notabilius, quod ex eodem nummo demum cernitur, hanc *Hennam, Municipii* prærogativa a Romanis ornatam; idque, ut facile licet ex iis paullo ante e Tullio adlatis ſtatuere, a ſumma loci illius ob *Hennenſem* vel *Hennæam* Cererem apud Romanos ipſos celebritate: adeo, ut referente etiam Tullio, atroci ac difficili Reipubl. tempore, ſolemnis Populi Romani legatio eandem in urbem ad placandam Cererem ſit miſſa, atque, ut continuo addit, *tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius Religionis, ut cum illuc irent, non ad* ÆDEM CERERIS, *ſed* AD IPSAM CEREREM *proficiſci viderentur.*

V. 16. ἐπὶ Καλλιχόρῳ &c.] Quem Atticæ *puteum* e Nicandro, Apollodoro, Pauſania, bene jam hic obſervarunt priores editores; ſed a quibus Auctoribus abire videntur Græci Apollonii Interpretes; qui de *Callichoro* Paphlagonum fluvio agi a Battiade noſtro tradidere. Ubi enim illius fluvii meminiſſet Apollonius lib. II. verſ. 906,

Καλλιχόροιο παρὼ προχοὰς ποταμοῖο,
ad Callichori fluvii profluvium,

notant illi, Καλλιχόροιο, ποταμὸς Παφλαγονίας ἱερὸς Διονύσῳ πρὸς Ἡράκλειαν, ἣ μίμνηται, καὶ Καλλίμαχος, *Callichori, qui fluvius Paphlagoniæ Baccho ſacer, prope Heracleam, cujus meminit Callimachus.* Verum alibi cenſendus eſt de hoc fluvio egiſſe Callimachus, ut fieri omnino ab eo debuit eo in libro περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ποταμῶν, de *Aſiæ fluviis*, cujus alibi fit mentio ab eruditis iiſdem Criticis. De Atticæ enim *puteo* apud Callimachum hic agi, qui CALLICHORUS vocaretur, e

 dictis

dictis Auctoribus, Nicandro Ther. pag. 35. Apollodoro lib. 1. cap. v. Pausania lib. 1. pag. 71. omnino liquidum; & quibus addi poterat Clemens Protrept. pag. 13. Qui ejusdem in Eleusine *putei*, quamquam non addito *Callichori* nomine, meminit, supra quem lassitudine ac mœrore confecta consederit Ceres, ἀπικάμνει, καὶ ΦΡΕΑΤΙ ἐπικαθίζει λυπουμένη.

V. 18. Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες ἃ δάκρυον &c.] Nihil in sacris veterum majori religione cautum fuisse constat, quam ut ab iis longe abessent omnia mali ominis verba, quæcunque nempe sinistrum quid vel luctuosum portendere, aut alioquin ad animum revocare viderentur: nisi forte id peculiari sacri illius sive festi institutum, ut in Adoniis, Arcadiæ apud Athenienses festo, paucisque id genus, quod obiter adtigi ad vers. 324. Hymn. in Delum, exigeret. Hinc nota illa & solemnis εὐφημίας & εὐφημεῖν, seu *linguis favere*, indicta in iis a Præcone, & de qua supra vers. 17. Hymn. in Apoll. εὐφημεῖτε &c. formula. Cujus etiam rationem in his *Thesmophoriis* habitam abunde liquet e cognomine apud Aristophanem dramate, ubi a Præcone ad Θεσμοφοριάζουσας mulieres continuo acclamatur pag. 783.

Ευφημί' ἔςω,
Ευφημί' ἔςω,
Ευχεσθε ταῖν θεσμοφόροιν,
Faventia linguæ esto,
Faventia linguæ esto.
Preces fundite Legiferis,

Cereri & Proserpinæ: & quomodo similiter a semichoro Cereri Initiatorum accinitur apud eundem Comicum, Ran. pag. 229. Ευφημεῖν χρὴ, *lingua favere oportet.* Idque eo magis in his Thesmophoriis caveri oportuit, ut ab iis, sicut id quoque innuunt hoc apud Callimachum loco, Θεσμοφοριάζουσαι mulieres, abessent tristia, & quæ Cereris luctum renovarent verba; quod jocis & dicteriis dicatum esset idem festum. Neque enim audiendus ὁ πάνυ ad Solinum pag. 528. ultim. edit. ubi in sola commemoratione Proserpinæ raptus, ac proinde totum in luctu ac mœrore peractum a mulieribus hoc sacrum statuit. Id enim cum abunde redarguit hic Callimachi, & adductus modo ex Aristophanis Θεσμοφοριαζούσαις locus, quo fausta quæque ominari, ac, ut mox additur, lætari & gaudere ἰὴ παιήων &c. χαίρωμεν, iis a Præcone continuo præcipitur, immo totum illud Comici drama, ubi choreis, tripudiis, in viros salibus indulgent eædem mulieres. Accedunt plana Apollodori verba lib. 1. c. VI. ubi ideo, quod Cereri Jambe scommatibus suis risum excusserit, addit, διὰ τοῦτο ἐν ΤΟΙΣ ΘΕΡΜΟΦΟΡΙΟΙΣ τὰς γυναῖκας ΣΚΩΠΤΕΙΝ λέγουσιν, *ideo* IN THESMOPHORIIS *mulieres* SCOMMATIBUS *ludere dicuntur.* Neque hinc alienus, quem jam vidit eruditissimus Meursius in Græcia Feriata, dum de hoc festo agit, Cleomedis de Meteoris locus lib. 11. pag. 91. ubi de inquinatis & sordidis ait vocibus, alias quasi e lupanaribus petitas, τὰ δὲ ὅμοια τοῖς λεγομένοις ἐν τοῖς Δημητρίοις ὑπὸ ΤΩΝ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΩΝ, *alias autem voces similes,*

similes, quæ dicuntur in sacris Cereris, a mulierculis THESMOPHORIA *agentibus.* Neque vero contrarium evincunt, vel adductus a viro incomparabili Phornuti locus, in quo nulla luctus ac mœroris in Thesmophoriis celebrandis mentio legitur; neque Plutarchi verba in Demosthene, ubi σκυθρωποτάτην Θεσμοφορίων ἡμέραν, *molestissimam Thesmophoriorum diem* vocat. Quibus nempe verbis festi illius, quod per quatuor aut quinque etiam dies durasse constat, celebritatem non intelligit Plutarchus; sed tertiam illam demum, ut jam supra de hoc loco vidimus ad vers. 12, *Jejunii* seu Νηστείας diem dictam, & jejunio a mulieribus sacrum illud obeuntibus peractam. Adde, quod a Græcis mos ille ad Romanos transiit; ut nempe a sacris Cereris abesset omnis luctus significatio. Unde post nuntium Cannensis cladis ait Livius lib. XXII. cap. LVI. *adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium* CERERI *intermissum sit, quia* NEC LUGENTIBUS ID FACERE EST FAS, *nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerit.* Quibus adde Festum, *Minuebatur populo luctus &c., cum in casto* CERERIS *constitissent.* Quo referri etiam debet, seu ad hilaria eorundem Cerealium, quod *Cereales* cœnæ de lautis, & cumpluribus ferculis a Plauto appellentur Menæch. A. I. Sc. I.

Ita est adolescens, ipsus escæ maximæ,
CEREALES COENAS *dat, ita mensas extruit;*
Tantas struices concinnat patinarias.

& in quem sensum, ut ibi jam observarunt viri docti, *Cerealis pompa*, de cœna, in quam longo ordine inferrentur fercula, a Varrone dicatur de R. R. lib. I. cap. II.

V. 19. ἑαδότα τέθμια δῶκε] *Placidas* leges, pro *placentes* seu *acceptas*, hic vertit Interpres. Sic χῶρον ἑαδότα, *locum idoneum* seu *acceptum* utrique decertaturo pugili, Polluci nempe & Amyco, dixit Apollonius Rh. lib. II. vers. 35. Docent autem abunde hæc Poetæ nostri verba, de *Thesmophoriis*, seu festo in honorem Deæ Θεσμοφόρου seu *Legiferæ* apud Græcos sacro agi hoc in Cererem Hymno. Unde hæc Dea itidem dicta, neque apud Maronem solum Æn. lib. III. vers. 58, *Legiferæ Cereri*; sed in veteri etiam lapide in Cl. Reinesii Syntagm. pag. 63. LEGIFERÆ CERERI D. cujusque appellationis eidem tributæ caussam, quam ad Maronem reddit Servius, ex illo quoque Grammatico totidem verbis refert Macrobius Saturn. lib. III. c. XII. quod nempe post inventum a Cerere frumentum, discreti primo fuerint agri indeque enata jura; ac ita homines vagantes antea sine lege, a ferina veluti vita ad humaniorem mox fuerint traducti. Quibus consona de Cerere post inventas fruges *leges ferente*, quibus suum cuique tribuere caveretur, ac Θεσμοφόρῳ inde dicta, tradit Diodorus lib. V. pag. 336: sicut eadem laus Atticis hujus Deæ Mysteriis a Cicerone, prout jam vidimus ad titulum hujus Hymni, tribuitur, de Legib. lib. II. cap. XIV. Unde etiam legem Græco nomine, a *suum cuique tribuendo* credi appellatam, alibi tradit idem Tullius, nempe de Legib. lib. II. cap. XIX. & quod e Platone, ut videtur, sumptum; ubi ea de re in Minoë agit pag. 317.

Immo quo loco omitti non debet, quod Festum Pentecostes, seu ἑορτὴ θερισμοῦ vel πυραμητοῦ, *Festum Messis* seu *Demessionis tritici*, a priscis Hebræorum Magistris vocatum etiam sit solemne τῶν Θεσμοφορίων, in memoriam legis latæ in monte Sinai, prout id ex Arabica Macrisii victoria Memphitica ad Josephum p. 223. observat ὁ πολυμαθέστατος & πολύγλωττος Bernardus. Aliam vero, cur nempe *legiferæ* nomen Cereri adhæserit, subdit insuper rationem ad Virgilium Servius, & quam non adtigit, ubi ea de re agit, Macrobius; nempe *quia in æde* CERERIS *æri incisæ positæ* LEGES *fuerint*, quæ alioquin apud Athenienses in Μητρώοις seu Matris magnæ, quæ eadem vulgo cum Tellure seu Cerere fano, ut aliunde constat, reponebantur. Ut jam illud obiter hic tangam, *legum*, quibus humana societas continetur & conservatur, condendarum, tanquam divini cujusdam & supra humanam naturam beneficii originem, ad Cœleste Numen a Gentilibus, ut hic a nostro Battiade, continuo fuisse relatum. Unde etiam factum, ut privati urbium apud Græcos Legislatores, divinis honoribus sint a civibus suis culti, sicut a Cretensibus, Spartanis, Locris, Syracusanis, Catinensibus, Minos, Lycurgus, Zaleucus, Diocles, Charondas. Immo quod Barbaris etiam tribuit Clemens Strom. lib. 1. pag. 303; eo nempe in pretio ac honore ab iis habitos legum apud se latores, ut Dii ab iisdem vocarentur: prout de Zamolxide apud Getas notum vel e Platone in Charmide pag. 156. Ut proinde haud mirum sit, si a Philone, ubi de præclaris a Mose latis in præcipuum ac singulare gentis suæ commodum legibus, egisset, addat, eum e mortali vita ad immortalem migrasse, seu ἀπαθανατίζεσθαι, ut de eo loquitur lib. III. de Vit. Mos. pag. 696, & de Charitate pag. 701.

V. 20. καὶ ἱερὰ δρώματα πρᾶτα Ασταχύων] Hæc altera, immo præcipua quædam caussa instituti Cerealis hujus apud Græcos & quidem Atticos sacri. Unde etiam Proserpinæ sub terras, qui iisdem Thesmophoriis originem dedisse ferebatur, raptus, allegoricam seminis in terra reconditi significationem apud eosdem Græcos habuisse, tradit de eodem festo agens Arnobius lib. v. pag. 183. Quod a Phornuto similiter monitum in Cerere. Quæ ratio etiam fuit, ut iisdem terræ frugibus earumve primitiis Deos, tanquam primos, quod hic de Cerere dicitur, earum datores, ac in memoriam aboliti prioris feri victus, colere jussi fuerint Athenienses: idque antiqua Triptolemi (de quo mox, hic Poeta) ac dein Draconis lege, cujus utriusque meminit Porphyrius περ. Αποχ. lib. IV. pag. 431. nempe Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, aut τιμᾶν ἀπαρχαῖς καρπῶν, *Deos frugibus venerari*, aut *colere primitiis frugum*; eandemque in rem de Cerealibus agens Ovidius Metam. lib. x. vers. 434.

Primitias frugum dant spicea serta suarum;

nempe juxta illud Theologiæ Gentilium dogma, quo ea in Deorum sacris maxime illis accepta censebantur, quorum iidem auctores aut inventores exstiterant: prout id tradit Jamblichus de Myster. Sect. v. cap. XXIV, ac ut ibidem addit, ἀεὶ μὲν γὰρ τοῖς ποιοῦσι τὰ ἑαυτῶν ἔργα διαφερόντως ἐστι κεχαρισμένα. τοῖς δὴ πρώτως τινὰ προσάγουσι καὶ πρώτως ἐπὶ τὰ τοιαῦτα προσφιλῆ, *semper enim opificibus sua opera potissimum*

grata

grata sunt, & qui aliqua primo procreant, talia rursus habent imprimis accepta. Hinc illæ Cereri *frugum primitiæ*, seu *spicarum*, de quibus hic, *sacro manipulo*, ac *spicea*, ut dicto modo Poetæ versu, *serta*, statis messis temporibus offerri olim consueverant; immo unde enatam primum sacrorum ejusmodi conventuum ac festivitatum originem, ab Aristotele tradi jam vidimus ad titulum hujus Hymni. Cujus utique & sanctioris quidem ac antiqui ritus index abunde, isque in memoriam *inopiæ egressus ex Ægypto, ut ea de re loquitur Josephus* Αρχ. lib. II. cap. V, solemnis nempe ille ac *sacer* itidem apud Hebræos *spicarum manipulus*, seu δράγμα ἀπαρχὴ τοῦ θερισμοῦ, *manipulus primitiæ messis*, indicta a Deo lege Levit. XXIII. vers. 10. offerri itidem solitus; sive, ut hæc tangit Philo de Septen. pag. 1174. iisdem ferme verbis, quibus hic de repertis a Cerere frugibus Callimachus, Ασταχύων ἀπαρχαὶ, τὸ ἱερὸν δράγμα, *spicarum primitiæ, sacer manipulus.* Qualem etiam *sacrum spicarum manipulum* in veteri Regis Agrippæ nummo signatum, olim protuli primus & explanavi; quodque alioquin ἱερὸν, ut hoc addam, δράγμα, duarum fuisse spithamarum, ad sacrum illum usum demessum, tradunt Talmudici Doctores ad Misch. Cod. מנכחות cap. לכנות IX. Unde eorundem Hebræorum Magistros commemorare videas, & hordeaceas, e Mosis præscripto, fuisse illas fruges; & tempus præterea sationis; & locum, in agris nempe Hierosolymitanis; aut ad summum in terra Israelitica; ac modum denique, quo in demetendis, in manipulos colligendis, ventilandis, torrendis, ac molendis iisdem frugibus vulgo utebantur. Qua de re agit præ aliis Maimonides in משנה תורה *misneh torah* seu *secundæ Legis*, Traditionum nempe Talmudicarum, libro VIII. quemque de cultu Divino inscriptum Latine vertit vir harum litterarum eximie peritus Ludov. Compiegne, Tract. VI. cap. VII. Quibus addi insuper possunt quæ apud Josephum ea de re leguntur Αρχ. lib. III. cap. X; & cum quibus conferat, cui lubet, quæ exstant apud Theophrastum H. Pl. lib. VIII. cap. III. de haud dissimili admodum Ægyptiorum in locis supra Memphim ritu; juxta quem nempe hordei sexto a satu mense demessi farina, ὅσον εἰς ἀπαρχὴν, *tanquam pro primitiis* ad sacrorum itidem usum deferri consueverat. Unde etiam plura, ἀπαρχὰς nempe, aliaque in sacris Judæorum & Gentilium communia statuebat Julianus Imp. prout ex eo id refert Cyrillus l. IX. contra eundem τὸν παραβάτην pag. 298. Mitto, quod ejusmodi, de quibus hic Callimachus *sacros* Cereri *spicarum manipulos*, ἱερὰ δράγματα ἀσταχύων, θημῶνας etiam vocari notat Theocriti Enarrator Idyll. VII. vers. ultimo, quum verius θημῶνες & θημωνίαι, de *acervis* plurium δραγμάτων seu *manipulorum* in unum congestorum dicerentur, sicut prius de voce θημῶνες vel ex Homero Odyss. E. vers. 369. ejusque Interpretibus constat, θημῶνες, οἱ σωροὶ, alterum ex Hesychio θημωνίαι (prout legi apud eum debet, non θημονιαὶ) οἱ σωροὶ τῶν δραγμάτων. Adde Gregorium Nazianz. Epist. XIV, ὥσπερ θημωνίαν ἁλῶνος κατὰ καιρὸν συγκομισθείσης, *tanquam acervum areæ tempestive devectum.* Unde חמרים per θημωνίας seu *acervos* mortuarum in Ægypto ranarum red-

 dunt

dunt seniores Exod. VIII. 14. Iidem alioquin *frugum acervi*, θημωνὲς, ut notum, apud Theophrastum & alibi appellati.

V. 22. Τριπτόλεμον ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν] Non Osiris proinde, cui alioquin tam *bonæ artis* seu agriculturæ inventum ab aliis, ut Diodoro l. I. p. 94. Tibullo, quem hic citat Vulcanius l. I. Eleg. VII, aliisque tribuitur; non Heros ille Athenienſis Buzyges, de quo præter Grammaticos & Paræmiographos Græcos, ac Servium ad Georg. I. 9. Plinius ait l. VII. c. LVI. *Bovem & aratrum Buzyges Athenienſis*, ut alii, *Triptolemus invenit*: cujusque insuper ut hoc addam, *Buzygis* mentio fit in veteri Athenienſi Inscriptione a Cl. Sponio relata Miscell. pag. 320. Idem vero decantatus hic *Triptolemus*, qui serendarum frugum rationem, juxta Diodorum pag. 16. edoctus, seu, juxta Maronem Georg. I. I. v. 19. *uncique puer monstrator aratri*; quemque Eleusinum, seu Eleusini Regis in Attica filium ab aliis dictum, antiquissimam apud Athenienses legem, inter alias, ut frugibus Dii colerentur, tulisse, paullo ante e Porphyrio lib. IV. p. 431. id post Xenocratem & Hermippum tradente, vidimus. Hinc *Legislatorum* Νομοθετῶν *apud Athenienses vetustissimus* ibidem dictus, & a quo proinde *Thesmophoria*, seu sacra in honorem Cereris *Legiferæ* primum institutа, tradunt Phornutus in Cerere, Hyginus Fab. CXLVII, Servius ad Georg. I. 19, aliique. Unde eadem *Thesmophoria*; κατὰ τὸν τῆ σπόρᾳ καιρὸν, *circa sementis tempus*, ut de iis ait Phornutus, mense proinde προέλμῳ seu Pyanepsione, Athenis ab hoc primo sationis frugum, quam a Cerere scilicet acceperat, auctore, indicta: quo utique tam *bonæ artis*, ut hic ea Callimacho dicitur, inventæ, legumque simul de eadem latarum solemnis faustaque recordatio opportune celebraretur. Unde liquet falli τὸν πάνυ, dum ad Solinum pag. 527. ult. edit. hunc *Triptolemum*, juxta Baubonem &c. ad Eleusinia, non vero ad Thesmophoria, ejusdem Deæ festa spectasse demum existimat; totumque, ut paullo ante vidimus ad v. 18, postremum hoc festum in commemoratione Proserpinæ raptus, citra aliam hujus festi caussam vel ullam frugum sationis sub Triptolemo, Cereris beneficio, traditæ memoriam positum agnoscit. Adeo, ut longe diversa *Eleusinia*, quæ ob acceptas a Cerere fruges ab Athenienſibus forent instituta, a *Thesmophoriis* exstitisse, ibidem contendat. De quo tamen in sequentibus idem ὁ πάνυ aliter omnino & verius utique sibi statuendum putavit; dum utrumque sacrum multa habuisse communia, ab eadem caussa & origine profectum; junctis etiam mensibus, *Eleusinia* nempe, Boedromione, *Thesmophoria*, Pyanepsione celebrata agnoscit, immo eam solam, quamquam istud incautius, ut jam supra vidimus ad vers. 1. hujus Hymni, differentiam exstitisse, quod apud *Eleusinia* virorum initia forent, *Thesmophoria* vero mulierum. *Triptolemi* proinde, ejusque, ut e Porphyrio vidimus, vetustissimi *Legislatoris*, opportuna, ubi de iisdem *Thesmophoriis* agitur, facta hic a Poeta mentio: nec etiam obstat, quod, ut observo, iis versibus, qui ex Homerico in Cererem Hymno leguntur apud Pausaniam l. II. p. 110. inter eos recensetur *Triptolemus*, qui mysteria Eleusinia a Cerere fuerit edoctus, seu quibus Dea,

Δεμ-

Δρησμοσύνην ἱερῶν καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν,
Ministerium sacrorum, ac mysteria omnibus indixit.

Cujus alioquin *Triptolemi pueri* a Marone, loco paullo ante adducto, appellati, puerilis exstat effigies in hoc Electorali Gazophylacio cum corona spicea capiti imposita, & papavere in dextra, frugibus autem in patera, totidem Cerealium munerum, quæ hic ejus alumnus a spicifera Dea acceperat, symbolis. Id enim vere de eo simulacro conjecit ejusdem Gazophylacii custos Cl. Begerus noster, & cujus labori ac felici industriæ, Serenissimi autem Potentissimique ELECTORIS singulari in litteras munificentiæ, cum illud, tum alia selecta ejusdem Thesauri κειμήλια edita ac illustrata acceptum brevi feret Lector. Haud mirum vero ἀγαθὴν τέχνην, de *agricultura* hic dici, & unde lemma in Stobæo Serm. LIV. περὶ γεωργίας, ὅτι ἀγαθὸν, *de agricultura, quod bona sit*; ac inter alia illud Menandri ibidem,

Ἆρ' ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος
Ἐλευθέρου, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρὸς,
Virtutis & vivendi liberaliter magistrum
Si quis quærit, agrum comparet,

τῷ πάνυ interprete.

V. 23. ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλέηται] Præclara omnino hujus Poetæ γνώμη, qua admonentur homines, ut e gravi ultione a Deo de sceleratis ac impiis factis, sicuti de Erysichthone, prout continuo id narrare instituit, a Cerere, sumpta, a similibus iidem deterreantur facinoribus: neque enim ea vigilem Dei oculum latere posse, neque illos debitas inde pœnas ullatenus effugere. Quam in rem consuli itidem possunt veterum Sapientum dicta apud Stobæum Eclog. Phys. VII.

V. 24. βουπείνᾳ Τριόπεω γόνον] Quam βούβρωστιν vocat infra Callimachus versu 103, & eadem de re agens, ut ibi dicetur, Agathias Anth. l. II. c. XXXI. Ep. V. nempe βούβρωστιν Ερυσίχθονος, *diram famem Erysichthonis*. Idem proinde *Triopæ* filius, non vero ipse *Triopas* ejus parens; cui tamen in Inscr. Herodis Attici scelus illud, de quo mox, excisi nempe Cereris luci, ac ultio a Dea ea de re sumpta, tribuitur,

Οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τριόπεω μένος Αἰολίδαο,
Neque enim generosum Triopæ robur Æolidis &c.

ac unde γένος Αἰολίδαο, pro μένος legendum ibi conjecit magnus Salmasius, aut μνημωνικὸν esse illud Herodis ἁμάρτημα, qui patri *Triopæ* tribuerit, quod de filio ejus Erysichthone ab aliis e veteribus vulgo dicitur. Nisi etiam iis verbis Τριόπεω μένος, non adeo pater ipse *Triopus*, obvio quidem apud Homerum more, ut μένος Αλκινόοιο, *robur Alcinoi* pro *Alcinoo* &c. quam filius ejus *Triopejus* apud Ovidium Metam. l. VIII. vers. 751, dicatur designatus; prout filii parentum *robur, fortitudo, amor, dilectio*, haud semel leguntur appellati. Quamquam & Hyginus, quod monuit Anna eruditissima, Astronom. XIV, id de ipso *Triopa* etiam tradat, fame insatiabili a Dea adfecto, idque ob Cereris non nemus quidem, sed templum dirutum: Diodorus vero l. V. p. 331. nunc *Triopam* sacro Cereris nemore exciso, ad Regiæ structuram fuisse abusum tradit,

 nulla

nulla inde immissæ ei a Dea *diræ famis* seu βουπείνας facta cæteroquin mentione.

V. 25. Ὄυπω τὰν Κνιδίαν] Quæ Thessaliæ regio hic in Scholiis perperam dicitur, quod vel refellit Diodorus, qui in narratione hujus rei, adducto paullo ante loco, non filium quidem, Erysichthonem, sed patrem *Triopam*, exciso sacro Cereris nemore, e Thessalia cum adjuncto hominum agmine εἰς τὴν Κνιδίαν, *in Cnidiam* dicit profugisse. In eundem vero cum hoc Poetæ nostri Scholiaste, ut unus alterum ducem videatur sequutus, impegit quoque ὁ Εθνικογράφος Stephanus. Is enim ex male intellecto, qui in ejus Fragmentis e Bibliotheca Segueriana, bono litterarum fato, vulgatis adducitur, hoc Poetæ nostri versu, idem etiam secus tradit, Dotium nempe, de qua mox, urbem esse Thessaliæ, in quam commigraverint *Cnidii*, ὧν ἡ χώρα Κνιδία, Καλλίμαχος ἐν Ὕμνοις, οὔπω τὰν Κνιδίαν, *quorum*, ut addit, *regio Cnidia*, *Callimachus in Hymnis*; *nondum quidem Cnidiam &c.* Neque enim *Cnidii* in Thessaliam, a quibus regio seu pars illa Thessaliæ dicta fuerit *Cnidia*, sed Thessalus *Triopas* cum sociis e Thessalia in *Cnidum*, quod ipse Callimachi locus innuit, & Diodorus aperte d. l. tradidit, profectus. Quibus accedit Pausanias, qui l. x. p. 628. Τριόπαν οἰκιστὴν τῆς Κνίδου, *Triopam Cnidi conditorem*, ejusque proinde statuam equestrem Delphos a Cnidiis adlatam refert. Quod monendum hic fuit, ne cuiquam minus cauto imponat dicta ad hunc locum veteris Interpretis glossa; quum de eo sileant priores editores; & quamquam id jam ad Inscriptionem Herodis, ante editum Fragmentum Stephani Seguierianum, dudum viderit ὁ πάνυ, quique ex eo id quoque observat in Notis ad Stephanum Cl. Holstenius. Verum Salmasii ea de re ad dictam Inscriptionem monitum, in novissimis ad hanc Callimachi editionem adnotatis, opportune commemorari, nunc demum video.

Ibid. ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον] Meminit ejusdem loci Lycophron vers. 410, ubi cum Lebethriis portis seu claustris idem conjungitur.

Λειβηθρίαι σφίγγουσι ΔΩΤΙΟΥ πύλαι,
Lebethriæ cohibent DOTII *portæ.*

Lebethrum vero Thraciæ antiquitus, juxta Strabonem l. x. p. 410. & 747, postea, eodem teste, Macedoniæ adscripta. Unde etiam *Dotium* non Thessaliæ, sed Macedoniæ ab Isaacio tribuitur. Verum Magnesiæ, quæ adnexa Thessaliæ, cum *fons Libethrius*, seu juxta alios *Libethra*; tum hoc ipsum oppidum *Dotium* a Plinio, Solino, Martiano accensetur. Adde, quod ab eodem Strabone alibi l. IX. p. 442. *Dotius campus*, Δωτίον πεδίον Perrhœbeæ & Bœbeidi paludi, in media fere Thessalia sitæ, proximus dicitur. Hinc etiam hujus *campi*, præter Hesiodi, qui a Geographo ibi adducuntur, versus, & cujus fit mentio in Stephani Fragmento, seu satis longa, quæ in eo legitur de hac *Dotio* ῥήσει, meminit, & tanquam in quo e Coronide Nympha natus fuerit Æsculapius, Homericus in hunc Apollinis filium Hymnus,

τὸν ἐγείνατο Δ[illegible] Κορωνὶς
ΔΩΤΙΩ ἐν πεδίῳ κούρη Φλεγύου βασιλῆος,

quem

quem genuit diva Coronis
DOTIO *in campo, filia Phlegyæ Regis.*

Quæ autem Coronis ad dictas modo *Bœbiadis*, paludis in Thessalia, *ripas*, παρὰ Βοιβιάδος κραμνοῖσι, habitasse apud Pindarum dicitur in narratione nati ex ea Æsculapii, ejusque ex ambusto matris corpore erepti, Pyth. Od. III. p. 219.

V. 27. Δένδρεσιν ἀμφιλαφὲς] Quomodo apud Apollonium Rh. l. II. v. 735. dicuntur ἀμφιλαφεῖς πλατάνιστοι, h. e. juxta eruditos ibidem Criticos, ἀνθηραὶ, μεγάλαι, περίοπται, *platani, floridæ, magnæ, undique conspicuæ*; & prout veterum luci inde *umbrosi, frondosi*, & *opaci* vulgo a Poetis appellati. Quamquam ἄλσος a Græcis dictum de omni loco Diis consecrato, etiamsi arboribus seu plantis parum consito, notent veteres Pindari Enarratores Olymp. Od. III. p. 31. idque adstruunt Homeri exemplo, qui de Onchesto Bœotiæ loco dixerit, nempe Iliad. B. 506. Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος, *Neptunium clarum nemus*, quamquam, ut addunt, οὐ γὰρ Ογχηστὸς δένδρεσι κομᾷ, ἀλλὰ ἱερός ἐστι, *nec enim Onchestus arboribus abundat, sed sacer est locus.* Ut vero hic ἄλσος δένδρεσιν ἀμφιλαφὲς, *lucum arboribus densum* dicit Battiades, ita Julianus ait Orat. III. p. 210, κήπων τινῶν καὶ παραδείσων ἐν αὐταῖς πεφυτευμένων μάλα ΑΜΦΙΛΑΦΕΣΙ καὶ κατασκίοις ΤΟΙΣ ΔΕΝΔΡΕΣΙΝ, *in quibus horti erant ac nemora valde* DENSIS *ac opacis* ARBORIBUS *consita.*

V. 28. ἐν δὲ καὶ ὄχναι] Insolita hujus vocis apud Hesychium glossa, ὄχνη, εἶδος κούστου ἢ κουστουμίνου. Neque aliter in Lexico MSS. Colbertino apud eruditissimum du Cange in κουστούμινον, ubi ὄχνη, εἶδος κουστουμίνου, nempe *crustuminium pirum*, cujus decantata a Crustuminio in Sabinis agro præstantia, apud Columellam, Plinium, Macrobium, sicut ad Maronis Georg. II. v. 88. *Crustumiis Syriisque piris*, adnotarunt jam viri docti, quæque ex parte rubentia exstitisse, notat ibidem Servius. Ὄχνην alioquin de *piro agresti* proprie dictam, observant veteres Grammatici; quamquam jam ab Homero duobus locis ὄχνην vel ὄγχνην de *sativa piro* dictam constet, & quidem eo versu Odyss. H. v. 20. Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, *pirus supra pirum* sata *senescit*; quæque inde verba, ut ingratos argueret Athenienses, protulisse fertur Aristoteles apud Laertium l. v. p. 273. ultim. edit. Ælianum præterea V. H. l. VIII. c. XXXIX, ac Eustath. p. 1573. Hinc alibi apud Hesychium ὄγχναι (prout vulgo vox ea apud Homerum legitur) αἱ ἄπιοι. Apud Theophrastum tamen distingui eadem videas H. Pl. l. II. c. VII. ἀπίους δὲ καὶ ὄχνας, unde Gaza postremam vocem ibi per *prunos* reddidit, nempe *piros amplius & prunos*; quum tamen, quod ad eundem Theophrastum jam viderunt alii, nusquam hac voce ὄχναι *prunos*, sed *piros agrestes* translatas, easque tum bonos ferentes fructus, denotari constet: adeo ut ὄχναι, neque ἀχράδες proprie sint seu *piri* mere *agrestes*, neque ἄπιοι, *piri* nempe tantum *sativæ*. Quamquam & ἀπίους etiam pro ἀχράδας seu de *piris* mere *sylvestribus* dici videam alibi apud Theophrastum de C. Pl. l. I. c. XVII. ὁ καὶ ἐπὶ ΤΩΝ ΑΠΙΩΝ ξυμβαίνει· καὶ γὰρ ἐκεῖνα εὐβλαστότερα ΤΩΝ ΗΜΕΡΩΝ ἐστὶ διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας, h. e. Gaza Interprete, *quod vel in* PIRO SYL-

VESTRI

VESTRI *perspicere licet. Hæc enim facilius, quam* URBANA *iisdem prorsus de caussis germen emittit.*

V. 29. γλυκύμαλα] Qua voce usa pridem Sappho,

Γλυκύμαλον ἐρεύγεται, ὡς ἄκρῳ ἐπ' ὀισδῳ,

Sicut dulce pomum extrahitur in summo ramo;

postrema nempe voce ὄσδω, Æolice pro ὄζῳ, non ὀδῷ, ut vulgo in Scholiis ad Theocriti Idyll. XI. v. 39. ubi occurrit ille versus, hactenus legitur; & quamquam id viderat pridem eruditissimus Fulvius in collectione Carminum decimæ hujus Musæ. Formata vero hæc vox γλυκύμαλον, qua Cyclops ibi apud Theocritum Galateam compellat, sicut γλυκυσίδη de *pæonia*, non apud Theophrastum & Dioscoridem solum, sed apud Athenæum quoque l. III. p. 76, aut γλυκυῤῥίζα, quæ Theophrasto H. Pl. l. IX. c. XIII. γλυκεῖα, nempe ῥίζα, quod jam ad Solinum monuit ὁ πάνυ, dicitur. Sic γλυκύανον Cretensibus, teste Hesychio, quod ἐρυθρόδανον, seu juxta Theophrastum, ἐρευθέδανον, nempe *rubia*. Γλυκύμηλα autem dicta a nonnullis *poma*, quæ μελίμηλα seu *mellita* vocat Dioscorides l. I. c. CLXI. περὶ μελιμήλων, & cujusmodi *mitia poma* a Martiale vocantur l. X. Ep. XLVIII. Notum alioquin μῆλον Græcis quoque dictum de omni fructuum genere, sicut apud veteres Latinos *pomum*; unde κοκκύμηλα de *prunis*, & κοκκυμηλέα de *arbore*, quæ ea ferret, vulgo appellata. Hic vero γλυκύμηλα, quæ alias de *fructu*, & quod jam monuit Anna præstantissima, de *arboribus* ipsis dicuntur. Adeo, ut de nemore Cereris, non sylvestribus solum, sicuti quas memoraverat, pinu, ulmo, arboribus consito hic dicatur, quod de alterius apud Romanos Deæ nemore seu luco, Martialis ait lib. IV. Epigr. LXIV.

Annæ POMIFERUM NEMUS *Perennæ.*

Ibid. Ἀλέκτρινον ὕδωρ] Quod hic Interpreti *electrina aqua*, pro *pellucida* seu *limpidissima*, ut vel eum docebant Scholia, ἀλέκτρινον, διαυγὲς, & quemadmodum Lucianus dixit in Amorib. p. 1044. ed. Salm. ἠλέκτρου, φασὶν, ἢ Σιδωνίαι ὑέλου διαφεγγέστερον ἀναστράπτει, *electro, ut ajunt, aut Sidonio vitro lucidius.* Unde apud Julianum in Cæsaribus de Jovis lecto dicitur, eum argento candidiorem, auro vero fulgentiorem exstitisse; hærere tamen Mercurium, an *electri*, vel alterius metalli nomine debeat illum nuncupare. Nempe *electrum* de *auro purissimo* apud Sophoclem pridem dictum Antigon. v. 1049. τὸν πρὸ Σάρδεων ἤλεκτρον, *quod ante Sardes electrum*, seu auri ramenta in Pactolo.

V. 30. Ἐξ ἀμαρᾶν ἀνέθυε] Aliud iterum hic agit Interpres, qui hæc verba *e tabulis erumpebat*; pro quo *e scatebris* vertendum hic vidit Vulcanius. Præter obvium Homeri locum, qui adducitur hic in Scholiis, Apollonius Rh. l. III. v. 1391.

Ἠΰτε κρηναῖαι ἀμάραι πλήθοντο ῥόῃσι;

Sicut fontani aquæductus replentur rivis.

Quo spectat Hesychii glossa, Ἀμάρη, ἡ ἐν τοῖς κήποις ὑδοῤῥόια, παρὰ τὸ ἅμα καὶ ἴσως καὶ ὁμαλῶς ῥεῖν, h. e. Ἀμάρη, *in hortis aquæ fluxus, quod simul & æqualiter & sedate fluat.*

Ibid.

Ibid. ἐπεμαίνετο χώρῳ ὅσσον Ελευσῖνι] Conjeceram aliquando legendum ἐπεμαίετο, quo verbo pro ἐπιθυμεῖν usus aliquoties coævus Poeta Apollonius ut l. II. v. 548. & l. III. v. 815: sed nihil mutandum, quum eleganter ἐπιμαίνεσθαι hic dicatur, de magno seu flagranti quodam, quo hæc loca sibi sacrata deperibat, amore eadem Dea; & prout μαίνεσθαι, μανικὸν, μανικῶς, a Græcis; a Latinis autem *insanire*, ac *insanum*, & *insane*, pro *vehementer* seu *valde amare* aut *cupere*, & pro *valde*, *mirifice*, uti passim apud Plautum, *insanum bonum* Mostell. A. III. Sc. III. & Curcul. A. I. Sc. III. Sic Vess., sed vulg. recte habet.

Nam bonum est pauxillum amare sane, INSANE *non bonum est:*
Verum totum insanum amare, h. e. *quod meus herus facit.*

Nempe quod dixerat pridem Anacreon de flagranti, quo vinum juxta ac puellas deperibat, amore, Od. XIII. Θέλω, θέλω μανῆναι, *volo, volo insanire*, ac inde ad Græcorum morem, ut solet, Propertius l. II. El. XXXII.

Lynceus ipse meus sanos INSANIT *amores.*

Haud novum autem, certa quædam præ aliis loca ab hac Dea, sicuti vulgo alia ab aliis Numinibus, *insane* seu *mirifice dilecta* hic dici; nempe ut ea de re Themistius Orat. X. p. 140. ἐξ ὧν, μάλιστα ἀγαπῶσι χωρίων, καὶ ἃ μάλιστα διασώζουσι, *de quibus locis*, vocantur scilicet Dii, *quæ præcipue diligunt, & quæ potissimum etiam conservant*: ac prout insuper videri possunt, quæ ab hoc Poeta dicta sunt in Hym. in Delum v. 269. &c. de locis Apollini, Neptuno, Mercurio, Jovi præ aliis impense acceptis, & a quibus quoque iidem Dii fuerunt denominati. Cujusmodi proinde tum hic sacratus Cereri ad Dotium *lucus*, tum *Eleusis*, ut additur (inde etiam *Cerealis Eleusin* a Papinio dicta Theb. l. XII. v. 627.) *Triopium* & *Henna*; a quibus etiam duobus *Eleusinia*, ut notum, & *Hennensis*, qua de re jam paullo ante ad v. 15. & mox adhuc dicetur, appellata eadem Dea. Ut hoc addam, quod in brevibus ad Homerum Scholiis Odyss. Λ. vers. 128. notatum videas, non majorem fuisse Deorum ambitionem seu *insaniam*, quam ut ii colerentur in locis a se maxime remotis, & quæ cæteroquin inhabitare aut tutari credebantur. Ita Neptunus in locis a mari dissitis, sive quod ibi dicitur, ἠπειρώτης, *continentis* velut *incola*, non proinde jam ἐνάλιος aut πόντιος seu *Marinus* ab Ulysse tum cultus. Quod utique de Cerere dici hic non potuit, eadem quippe cum Tellure, & cui insuper peculiari, & præcipuo quodam cultu, quod de *Eleusi & Henna* potissimum constat, sacrata erant eadem loca; ac ubi solemni religione ac populorum ad eadem confluxu celebrari consueverat eadem Dea.

V. 31. Τριόπῳ θ' ὅσον] Quo tamen nomine urbs nulla adhuc erat in Cnido, *Triopa* Erysichthonis patre, qui locum fertur condidisse, nondum eo e Thessalia (nempe ante læsam a filio Cererem, ac sequutam inde illius βουπείναν, uti supra etiam innuitur vers. 25.) profecto. Quod proinde hic πρόληψει Poetis haud insolita factum, vere jam ad Inscriptionem Herodis Attici monuit magnus Salmasius p. 28. De Cereris præterea eodem in loco, sicuti apud *Eleusina* & *Hennam* cultu, haud alibi occurrit mentio;

tio; ſed veteris quidem agonis, quod etiam jam d. l. monuit vir maximus, Apollini *Triopio* ibidem ſacri meminit Herodotus l. 1. c. CLXIV: communis vero ejuſdem Apollini, Neptuno, & Nymphis, priſcus Theocriti Enarrator Idyll. XVII. v. 69. Adde, quod Τριοπεὺς hic appelletur, qui locus alioquin Τριόπιον vocatur ab Herodoto l. 1. c. CLXXXIV. & l. VII. c. CLIII; Scylace p. 36. Diodoro lib. v. p. 329. Stephano; a dicto autem modo veteri Theocriti Interprete, & quod jam vidit hic Friſchlinus, Τριοπεὺς, ut hoc loco, dicitur. Erat autem Cariæ ſeu Cnidiorum in Caria, idemque Coo adjacens, ut ex iiſdem Auctoribus liquet, promontorium, a *Triopa*, uti jam dixi, hujus Eryſichthonis patre (quamquam ab aliis, ut a Jaſone in memoratis ad Theocritum gloſſis, *Triops* Abantis filius ſtatuatur) juxta Diodorum, Pauſaniam, Stephanum, iiſque antiquiorem hunc ipſum Callimachum, ſicut ea de re jam ante monitum ad v. 25, conditum ac denominatum.

Ibid. ὀκκόσον Ἔννα] Vide de *Hennæa* Siculorum *Cerere*, ſumma illic religione culta, quæ e nummis & auctoribus notavi paullo ante ad v. 15. Nugas vero agit Græcus Enarrator, qui *Hennam* pagum Atticæ hic ſomniavit. Ut certe mirum ſit eruditiſſimum Meurſium, ſicut jure hic eum redarguit Anna præſtantiſſima, fide hujus Græculi Ἔνναν inter Atticæ pagos recenſuiſſe; quum tamen paullo ante *Inſulæ*, quod utique de *Attica* dici non potuiſſe nemo neſcit, *umbilicum* idem noſter Battiades vocaverat. Neque vero neceſſaria illa, quam eruditiſſimus Tan. Faber addendam hic putavit, conjunctio, χ' ὀκκόσον pro ὀκκόσον. Optime enim ſine ea verſui ratio conſtat, & exempla apud Poetas paſſim obvia.

V. 32. ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων] Idem nempe δεξιὸς δαίμων hic dictus, qui vulgo ἀγαθὸς, ſicut vulgo δεξιὸς ὄρνις, de *bona* ſeu *fauſta avi* augurali, δεξιὰ φάσματα, de *fauſtis oſtentis*, apud Æſchylum Agam. verſ. 1443; & δεξιὸς οἰκιστὴς, ſupra de *auſpicato coloniæ duce* Apolline v. 67. Hym. in hunc Deum. Ita non κακὸς ſolum δαίμων, ſed etiam ἕτερος δαίμων, quaſi *alter* ſeu *ſiniſter* genius ſubinde dictus, ut apud Pindarum Pyth. Od. III. p. 219.

Δαίμων δὲ ἕτερος,
Ἐς κακὸν τρέψεις,
Dæmon ſeu *genius autem ſiniſter*,
Ad malum qui impulerat,

ubi veteres Critici, δαίμων δὲ ἕτερος, ὁ κακοποιὸς, *maleficus*, & qui eam in rem adducunt ibidem hujus Callimachi, quæ inde etiam inter Fragmenta ejus relata videas, verba, nempe ὁ πάντες, ἀλλ' ὃς ἔχει ἕτερος δαίμων, *non omnes, ſed quos malus tenuit genius*. Sed eundem Pindari locum jam ab Anna eruditiſſima ad ipſa Callimachi Fragmenta animadverſum, ubi hæc ſcripſeram, vidi. Notabile vero hic non malo ejuſmodi ſeu ſiniſtro, verum *dextro* ſeu bono, ſed irato *Triopidis*, h. e. Eryſichthonis *Triopæ*, uti vidimus, filio, totique illi familiæ, *Genio* vel *Deo* (ut promiſcue δαίμων apud Poetas, quod obvium, de utroque dicitur) ad *pravum*, quod ſequitur, *conſilium*, ſibique ac toti Regiæ domui exitioſum, prolapſum continuo dici eundem Eryſichthona, Dii nempe

nempe, juxta ſaniorem gentilium Theologiam, omnes natura ſua benefici, nuſquam malefici, ſeu ἀγαθῶν χορηγοὶ, κακῶν δὲ ἐδένος, *bonorum largitores, mali vero nullius*, ut de iis poſt Platonem de Republ. lib. II. p. 379, ait ejus Enarrator Proclus, cum in Platonis Theolog. pag. 45, tum in Timæum l. v. p. 335. ac præterea in ipſos de Republ. libros p. 358; & quos ea de re locos obiter hic Lectori indicaſſe ſufficiat. Unde etiam de Deo a Lucretio dictum l. I. v. 63. *nec tangitur ira. Iraſci nihilominus dicti quandoque*, uti hoc loco iidem Dii, h. e. ubi quis ſemet ab *illis*, ſeu ab eorum cura ac indulgentia in res humanas, pravis adfectibus & mentis perturbationibus avertit; prout id explicat optimus veteris illius Theologiæ Interpres Jamblichus de Myſter. Sect. I. c. XIII. Adeo, ut *ad prava conſilia*, ſicut hic de Eryſichthone continuo additur, iidem, qui ſemet clariſſima Deorum luce, ut ibidem addit, Chalcidenſis ille Myſta, ſponte privantes, in tenebris ambulant (σκότος ἑαυτοῖς ἐπηγάγομεν) facile delabantur: ſibique inde tanquam ab *irato*, & quod ſupplicationibus ac reverſione placare debuerant, Numine, mala ac damna immenſa ipſimet arceſſant. Quæ equidem ex iis, quæ *de ira* Dei, ſeu *irato* unico vero ac ſupremo *Numine*, peccata nempe, quæ nos ab eo avertunt, in ſceleratis deteſtante ac puniente, *in ſacris utriuſque fœderis libris* haud ſemel dicuntur, deſumpta ac detorta; & ab hominibus quidem in diffuſa jam Chriſtianæ Religionis luce verſantibus, haud immerito licet ſtatuere. Quamquam id ab eorum Magiſtri placitis haud alienum eſſe conſtat; qui dicto ante libro de Republ. p. 380, ait Poetis concedendum, ut dicant, non mala quidem & calamitates a Deo proficiſci, id enim nefas; ſed Deum bene & juſte egiſſe, dum illis, pœnas infligit; idque, ut inde aliquam utilitatem iidem reportarent. Unde a Juliano Imp. e Platonis, quæ ubique ille in ſuis operibus memorat, placitis dictum Orat. II. pag. 149. e ſacrilegis alios pœnas quidem Diis dediſſe, alios vero neglectos, *utpote indignos, quos ulla pœna ad ſanitatem revocaret*, ὡς ἐκ ἄξιοι κολάσεως εἰς ἐπανόρθωσιν φερούσης. Adeo, ut neque idem Plato facile fuerit adſenſus Choro Oceanidum, dicenti de ſupremo Deorum Jove apud Æſchylum Prom. v. 162. ὁ δὲ ἐπικότως ἀεὶ θέμενος ἄγκαμπτον νόον, *ille autem perpetuo pro ira animum inflexibilem reddens*. Ut mirum proinde ſit, ullam ex iis, quæ de irato Deo in veteri fœdere, ad eam, quam modo dixi, normam ſubinde dicuntur, cavillandi occaſionem arripere voluiſſe eundem, de quo modo, Julianum; prout ex iis liquet, quæ ex ejus adverſus Religionem Chriſtianam commentatione proferuntur in graviſſimis Cyrilli contra eundem τὸν παραβάτην diſputationibus, & quidem lib. V. ſed qua de re ad eoſdem graviſſimi Antiſtitis, qui nunc ſub prælo ipſius Juliani, quod jam alibi monui operibus a me adnexi ſudant, libros, dicendi adhuc erit locus.

V. 33. βωλὰ] Inter alios Doriſmos, qui in Theocrito adhuc emendandi reſtant, recenſeri etiam debet eadem vox βωλὼ pro βελὼ nempe ſeu βελὴ, ut Idyll. XVII. v. 15. ubi de Philadelpho ait, βωλὰν, ἄν ἐκ ἄλλος &c. pro βελὴν, ut ibi hactenus legitur, *conſilium quod non alii viro*

viro in mentem venire potuisset. Sic legendus quoque versus 70. Idyll. præcedentis,

Μωσάων ἀπάνευθε Διὸς μέγα βωλεύοντος,

non ut in editis, Μουσάων & βελευόντος,

Musarum absque Jove magno consultore.

Μῶα autem pro Μῶσα, litteræ nempe σ ἀφαιρέσει, dixerunt Lacones, ut in Comici Lysistrata pag. 910. τὰν τεὰν ὀκλιτῶα Μῶα, *relinquens Musa.*

V. 35. ἀνδρογίγαντας] Vulgo solent Poetæ antiquos mortales, qui in Deos furere, impieque se gerere sunt ausi, ut totidem nempe *Terrigenas* nuncupare. Sic vesanus ille Capaneus, γίγας cum ab Æschylo Sept. Theb. v. 430, tum ab Euripide Phœn. v. 1137. appellatur. Ut vero ἀνδρογίγαντες hic dicuntur, qui nempe jussu Erysichthonis sacrum Cereris lucum exscindere adgrediuntur; sic ἀνδρόπαιδα impium, & vel invito Jove Thebas diruere paratum Parthenopæum appellaverat pridem Æschylus Sept. Theb. v. 539. ἀνδρόπαις ἀνὴρ, *virilis puer*, seu qui *e puero vir strenuus* primum evaserit, a Lycophrone vero νέανδρος dicitur, quem ibi Isaacius ad illum Æschyli locum vult respexisse, μετέφρασε δὲ τὸ Αἰσχύλειον τὸν γὰρ ἀνδρόπαιδα φησὶν Αἰσχύλος, ἤτοι νέανδρον ὡς παραφράζων λέγει, *expressit autem Æschylum: quem enim ἀνδρόπαιδα vocat Æschylus, hunc* νέανδρον, *tanquam illum interpretatus, vocat.*

Ibid. ὅλαν πόλιν ἄρκιοι ἆραι] Parodia est, quod hic præteriri non debuit, seu imitatio loci Euripidei de dicto modo Capaneo, Phœn. v. 1037.

ΓΙΓΑΣ ἐπ' ὤμων γηθὼν, ΟΛΗΝ ΠΟΛΙΝ
ΦΕΡΩΝ, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ.
GIGAS *terra natus* TOTAM URBEM
SUSTINENS, *vectibus vi abstractam.*

V. 36. πελέκεσσι τῇ ἀξίναισι] Ἀξίνην de διδύμῳ πελέκει, seu *utringue ancipiti securi* dictam notant veteres Grammatici; qualem ἀμφιτόμου βέλεμνον, *anceps*, seu *utringue secans telum* vocat Æschylus Agam. v. 1505; & qualis ἀμφήκης ῥόμβος dicitur, Sophocl. Electr. v. 438: ac unde *bipennis*, ac *ferrum bipenne* a Latinis dictum. A quibus proinde diversæ πελέκεις ἑτερόστομοι, seu *secures una parte acutæ*, ut apud Synesium Ep. CXXVII. p. 262.

V. 38. αἴγειρον, μέγα δένδρον] Quomodo nempe μακεδνὰς αἰγείρους, alibi μακραὶ τ' αἴγειροι, *celsæ populi nigræ* dicuntur ab Homero Odyss. H. 106. & K. 510. Quæ etiam αἴγειρος, seu *nigra populus* in majorem altitudinem *alba populo* sive τῇ λεύκῃ adsurgere, a Theophrasto dicitur H. Pl. l. III. c. XIV. & prout celsis vulgo arboribus consiti sacri veterum luci. Creticam autem vocem esse αἴγειρον (quamquam eam inter Creticas λέξεις a diligentissimo Meursio in Creta relatam non videam) alibi innuit Theophrastus, nempe H. Pl. l. II. c. III. ubi de translatione arborum ex una regione in aliam ait. ᾗ εἰ δή τις κομίσειε τὴν ἐν Κρήτῃ λεγομένην αἴγειρον, *& si quis eam, quæ in Creta* αἴγειρος (*populus nigra*) *vocatur, transtulerit* &c. Hinc alio etiam loco H. Pl. l. III. c. VI. observat,

ſervat, cum in Creta dari *ἀιγείρους καρπίμους*, ſeu *populos nigras*, quæ *fructus ferant*; tum unius meminit id genus *ἀιγείρου*, ad aditum ſpeluncæ Idææ, in Creta (nempe haud aliter ac apud Maronem dicitur Ecl. IX. v. 41. *hic candida populus antro imminet*) in qua munera conſecrata conſervarentur. Adde, quod Creticæ *ἀιγείρου*, ejuſque in medicamentis uſus, mentio fiat aliquoties apud Senem Coum, cujus ea de re locum ſuppeditabit Fœſius, & in Creta eruditiſſimus Meurſius. Id enim, quod alibi jam dudum notavi, & ante editum ejuſdem Meurſii de Creta Commentarium, nempe Diſſ. de Præſt. Num. p. 310. huic Inſulæ exſtitit peculiare, ut præ aliis regionibus, eximiis omnis generis plantis, herbis nempe & arboribus, abundare eadem crederetur: adeo, ut myropolæ urbis Romæ ſolas herbas, quæ a Creta adferebantur, una cum ſuccis & ſeminibus emerent, ut e Galeno ibidem monui, de Antidot. l. I. c. X. & c. XIV; quæ loca accuratam alioquin effugere Cl. Meurſii, ubi de Creticis arboribus & herbis agit, diligentiam. Quod vero de eadem arbore ſive *ἀιγείρῳ* hic a Poeta additur, *ἀιθέρι κῦρον*, id *ὑραγορμήκης*, *in cœlum pertingens*, una voce ab Homero dicitur Odyſſ. E. v. 239.

Αιγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν ὑραγορμήκης,
Populuſque abieſque in cœlum pertingens.

V. 39. *νύμφαι ποτὶ τ' ἄδιον ἐψιόωντο*] Haud mirum ſub celſa hujus nemoris nigra populo, dici hic a Poeta ſolitas meridiano tempore ſacratas Cereri Nymphas, choreis nempe, ut ea in re ait Ovidius, ſe oblectare. *Αιγειρος* enim inter eas arbores a Pherenico Poeta apud Athenæum l. III. 78. relata, quæ a Nymphis ſicut *καρύα*, *βάλανος*, *πτελέα*, *συκῆ*, *nux*, *juglans*, *ulmus*, *ficus* & qua de re ad v. 81. Hymni in Delum egimus, forent ſcilicet denominatæ: & ſicut ibidem ait noſter Battiades, gaudere Nymphas, ubi quercus (quæ vox ibi *δρύες*, quaſvis alias arbores denotat) imbre irrigantur; dolere autem *ὅτε δρύσιν ἐκ ἔτι φύλλα*, *quando quercubus non adſunt amplius folia*, quæ nempe umbram iiſdem, meridiano, ut hic dicitur, tempore, præbeant, ſub qua choreas ducere, aut aliis ſe oblectare luſibus eædem poſſint. Id vero melius aliquanto de *quercu*, ab Ovidio in narratione hujus facti, quam hic a noſtro Battiade de *ἀιγείρῳ* ſeu *populo* dictum ſtatuit Anna præſtantiſſima; quod nempe *populus* non ſit arbor umbroſa. Iſtud quidem novi a Plinio traditum l. XVII. c. XII. *populo* nempe nullam eſſe umbram. Verum haud minus conſtat *umbroſam* dici a Virgilio hanc arborem Georg. lib. II. v. 66.

Herculeæque arbor UMBROSA *corona*;

& ab eodem Æn. l. VIII. v. 276.

Herculea bicolor cum POPULUS UMBRA;

& apud Horatium l. II. Od. III.

Qua pinus ingens, albaque POPULUS
UMBRAM *hoſpitalem conſociare amant.*

Et quamquam ea de *λεύκη* ſeu *alba populo* ibidem dicantur (ea enim fuit, ut vel e Theocrito liquet, Herculi ſacra) & quam etiam *πλατυφυλλος*

φυλλότερον τῆς αἰγείρου, seu *latiora folia* habere *nigra populo* tradit Theophrastus de C. Pl. l. v. c. VIII. eandem tamen albam populum senescentem ob alimenti inopiam *angustiori esse folio*, τὸ φύλλον στενότερον, continuo ille ibidem agnoscit. Adeo etiam, ut haud minus de hac *umbrosa* in luco Cereris, hactenus quippe incædua, ac proinde annosa αἰγείρῳ dici a Callimacho potuerit; quum *umbrosum* itidem Minervæ apud Phæacas lucum αἰγείρων, seu ex meris hisce *nigris populis* consitum, dixerit Homerus Odyss. Z. v. 291. alibi autem, ubi de opacis Proserpinæ lucis agit, ut adducto paullo ante loco, μακραὶ τ' αἴγειροι, *celsæ populi nigræ* commemorantur, Odyss. K. 510. Adde, quod densæ essent in lucis arbores, ac inde πυκναὶ & σύσκιαι, *densæ & umbra obtectæ*, haud semel dictæ; sicut τεμενίαν φυλλάδα, *foliis densum lucum* vocavit ut jam alibi monui, Sophocles Trachin. v. 767: prout nempe τεμένη de *lucis* etiam subinde dicuntur, sicut apud Lycurgum in Leocrate p. 195. ed. Hanov. ὅτι τοῦ τὰ τεμένη τέμνεσθαι, καὶ τοὺς νεοὺς κατασκάπτεσθαι, *quia quod luci exscinderentur, ac diruerentur delubra*. Haud alienæ proinde ab his Nymphis, in sacro Cereris luco agentibus sub *procera* hac *arbore*, ut eam hic vocat Callimachus, choreæ ac lusus. Mitto quod Athenis olim αἴγειρος exstitisse fertur, ad quam ludos scenicos spectandi ergo, & antequam constructum esset Theatrum, tabulata erant erecta, ac unde αἰγείρου θέα alibi, & rectius παρ' αἰγείρου θέα, *ad populum nigram spectaculum*, apud Hesychium, Suidam, præterea & Eustathium legitur, & quidem cum tradita illius antiqui Atheniensium ritus explicatione. Eandem vero αἴγειρον fuisse in foro, ex alio ejusdem Hesychii loco ἀπ' αἰγείρων (seu ἀπ' αἰγείρου) bene jam observavit in Lectionibus Atticis eruditissimus Meursius. Ut vero hic ποτὶ τ' ὤνδιον redditur in Scholiis, περὶ τὸ μεσαμβρινὸν, sic ποιμένας ἐνδίους, *pastores sub meridiem* observari a cicada dixit Theocritus Idyll. XVI. v. 95: τ' ὤνδιον autem Dorice hic pro τὸ ἔνδιον, sicut ὤνα pro ὦ ἄνα, supra vers. 33. Hym. in Jov. & τ' ὦργος pro τὸ ἄργος v. 138. Hym. in Lav. Pall. Neque de voce ἐψιόωντο opus hic retexere, quæ notavi ad v. 3. Hym. in Dianam, ἐν οὔρεσιν ἐψιάασθαι, *in montibus se oblectare*, choreis nempe &c.

V. 42. τίς μοι καλὰ δένδρεα κόπτει] Quæ nempe *arbores* incæduæ pro lucorum Diis aut Deabus sacratorum more, & solita loci religione, manere debuerant. Ita de uno e Jul. Cæsaris percussoribus P. Turullio, tradit Dio lib. LI. pag. 448, cum in Co Insula Augusti jussu interemptum, ac, ut addit, καὶ ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς ἐν Κῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ ὕλης ΞΥΛΑ ἐς ναυτικὸν ΚΕΚΟΦΟΣ, δίκην τινα καὶ τῷ Θεῷ, ὅτι ἐκεῖ ἐδικαιώθη δοῦναι ἔδοξε, *ita ut visus sit Turullius pœnas Æsculapio dedisse, cujus in luco, qui in Co Insula est*, ARBORES *rei navalis caussa* CECIDERAT. Κόπτειν nempe, quod hic etiam dicitur, seu ἐκκόπτειν, *succidere* seu funditus exscindere religiosas id genus arbores, semper vetitum; non autem eas subinde, & peracto prius sacrificio, conlucare, seu frondes inde amputare. Quod postremum *coercere*, *deputare*, & veteri apud Festum verbo, ac in priscis tabulis, *coinqere arbores*, a Romanis, ut jam monuit ad Solinum ὁ πάνυ, dicebatur. Adde veteres glossas, *conluco*,

ἀμκαθαίρω δένδρον, *arborem purgo*, amputatis inutilibus ramis, quomodo nempe eo verbo ἀμκαθαίρειν & voce ἀμκάθαρσις utitur, ubi ea de re agit, Theophraſtus de C. Pl. l. III. c. X.

V. 43. *οἱ πόλις ἀρήτειραν Δαμοσίαν ἔσασαν*] Dotium nempe, de qua paullo ante v. 26, urbs Theſſaliæ, ad quam ſitus erat hic Cereris lucus. Haud mirum vero ab ea urbe conſtitutam dici *publicam* illius Deæ *ſacerdotem*, *ἀρήτειραν δημοσίαν*, quum collatio Sacerdotiorum, propter ſacrorum religionem, inter præcipuas publicæ rei ac adminiſtrationis curas fuerit ſemper & ubique ferme habita. Unde in genere etiam ſacerdotes, tam *ἱερεῖς* quam *ἱέρειαι*, *κληρῶσθαι* dicti ſeu *ſorte eligi*, iique *ὁλόκληροι*; & e nobiliſſimis quidem ac probatis antea civibus aut matronis vel virginibus apud Atticos, ut ex eorum oratoribus notum; finitoque Sacerdotii tempore, rationem illius, quod vel ex Æſchine adv. Cteſiphontem conſtat p. 276. ed. Baſil. tanquam qui ſacra pro urbe ac civibus facerent, ac unde penderet ſalus publica, reddere tenebantur. Sacra enim & feſta, alia *δήμια* ſive *δημοτελῆ* apud eoſdem veteres habita, ſeu *in commune*, ut de iis loquitur Tertullianus de Spectacul. c. VI, *celebrata*, & qualia ab eodem Cerealia commemorantur: quæ proinde per *δημοσίας*, ut hic de Cereris *ἀρητείρᾳ* apud Theſſalos dicitur, urbis aut gentis ſacerdotes, viros aut feminas, procurabantur: alia vero privata, ſicut Athenis *τῶν φρατρέων* aut *συνοικιῶν* ſingularum *curiarum*, aut *ſimul cohabitantium*; quorum mentio itidem apud oratores Atticos, & eruditos Ariſtophanis Interpretes de Pace p. 699. Ita Χαλκεῖα Athenis feſtum, primo *δημοτελὲς*, dein ſolorum artificum, ſeu fabrorum, exſtitiſſe tradit Euſtathius Iliad. B. p. 284. Hinc apud Romanos quoque comitiis populi tributis primo ſolus quidem Pontifex Maximus, dein poſt legem Domitiam creati quoque reliqui Pontifices, aliique majorum gentium Sacerdotes, ut augures & quindecimviri. Unde etiam *augur publicus* & *augures publici* dicti apud Tullium l. VI. Ep. Fam. VI. de Legib. l. III; ac in municipiis itidem ut AUGUR. PUB. MUNICIPII apud Gruterum c. LXXI. 1. & FLAMEN SACR. POP. MUNICIPIAL. ſeu *Sacrorum Publicorum Municipialium* c. XVI. 3. & in doctiſſimi Reineſii Syntagm. p. 361. MAG. (ſeu Magiſter) PUBLICUS HARUSPICUM. Immo id nominatim de *Publica Cereris Sacerdote Populi Romani*, uti hoc apud Callimachum loco, de *δημοσίᾳ* ejuſdem Deæ *ἀρητείρᾳ* in urbe Theſſaliæ Dotio, dici videas in alia Inſcriptione apud Gruterum CCCVIII. 4. & quæ proinde omnino meretur hic adſcribi,

CASPONIA. P. F.
MAXIMA
SACERDOS CERERIS
PUBLICA
POPULI ROMANI
SICULA.

Id vero apud Romanos receptum, ut Græcorum ritu e ſequiori ſexu, & quidem Græcæ eſſent Cereris Sacerdotes ſeu *ἀρήτειραι*, ſicut in adducto lapide Sicula illa Cereris apud Romanos Sacerdos. Docet id aperte

Tullius Orat. pro Balbo, SACRA CERERIS *Indices, ſumma majores noſtri religione confici cærimoniaque voluerunt: quæ cum eſſent aſſumpta de Græcia & PER GRÆCAS SEMPER CURATA SUNT SACERDOTES, & Græca omnia nominata:* Adeo, ut quum ſumma caſtimoniæ ratio in eligendis illis Cereris, qua de re jam ſupra egimus ad verſ. 5. hujus Hymni, Sacerdotibus mulieribus aut virginibus haberetur; inde etiam factum fuerit, ut eadem Cereris Sacerdotia non eſſent ex eorum genere, quæ ΔΙΑ ΓΕΝΟΥΣ ſeu *hæreditaria* apud Græcos dicebantur; ſed quæ dignis ſacro illo munere probatiſque demum feminis, certo deſtinatoque conſilio, idque publico urbis, ut hic ab oppido Dotio factum dicitur, aut gentis nomine, conferebantur. Ita Athenis quoque delectæ a reliquis mulieribus duæ *Sacerdotes* ſeu ἀρήτειραι, quæ Theſmophoriis hujus Deæ ſacris præeſſent; ut id docet Iſæus de Conon. Hæred. p. 511. ed. Hanov. ἅτε γυναῖκες ὂυτων δημοτῶν μετὰ ταῦτα ωσθύκεναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικὸς τῦ Πίτεως, ΑΡΧΕΙΝ ΕΣ ΤΑ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑ, *Popularium vero mulieres illam poſtea elegerant cum uxore Dioclis Piteis, ut* SACRIS CERERIS PRÆESSET; quaſi nempe totidem tum illius Deæ ἀρχιέρειαι, prout in antiquis lapidibus haud ſemel occurrit illud ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ nomen, Sacerdotibus nempe feminis tributum, ſicut Marm. Oxon. p. 94. P. 1. & Sponii Miſc. p. 338. ac 349. Quales non *Flaminicæ* ſolum, aut *Sacerdotes Primæ in Municipio* dicuntur in aliis antiquis lapidibus; ſed quandoque etiam integræ gentis ſeu Provinciæ, ut *Flaminica Provinciæ, Hiſpan. Citer.* aut *Luſitaniæ*; vel *Sacerdos Deſignata Provinciæ Hiſpan. Citer.* apud Gruterum, totidem proinde ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΙ. Hic vero apud Callimachum de ἱερείᾳ tantum agitur, ſeu, ut eam vocat, ἀρητείρᾳ, Cereris nempe *Sacerdote* in urbe Theſſaliæ Dotio; & ſicut Dianæ, alibi Hecates, ἀρήτειραν vocat Apollonius l. 1. v. 312, & l. III. v. 252. Μελίσσας alioquin proprio nomine dictas Cereris ſacerdotes ſupra vidimus ad v. 110. Hym. in Apoll. ſicut eas ἱεροφάντιδας in ſacris hujus Deæ Eleuſiniis appellatas, docent prifci Grammatici ad Sophoclis Oedip. Col. v. 714. Quamquam ἱεροφάντιδα Athenis etiam dictam de Minervæ Sacerdote femina, liquere videatur e Plutarcho in Sylla p. 460.

V. 44. χῦτο δὲ χειρὶ] Ita præter Homerum Apollonius Rh. lib. IV. v. 224.

ἥνια δ' ἵππων
ΓΕΝΤΟ χειροῖν Ἀψύρτοιο,
habenas equorum
Accepit manibus Abſyrthus,

rationem vero formati hujus verbi χῦτο pro ἔλαβεν, ab ἕλω, & unde ἕλετο, ac per ſyncopen ἕλτο, docent Grammatici, ut Etymologi Auctor, & haud uno loco Euſtathius: de quo tamen an fides continuo iis haberi debeat, & in hac voce χῦτο pro ἔλαβεν, non lateat forte aliquis antiquus & alias obſoletus, (qualium magna leges) verbi, unde formatum ſit eo ſenſu illud χῦτο, uſus, aliis ſagacioribus dijudicandum relinquimus.

γεντο Eustath. Il. t. 369. Δοτιῶ αἱτ εγε προ ἕλετο, ut ἔγνον προ ἔγνων. ὅπο γε ab ἀπείρω ubo γέννομαι vel γενομαι. Hesych. γέννου· Κυπριοι, λαβε. v. 45.

V. 45. Στέμματα καὶ μάκωνα] Interpres *coronas floreas & papaver*, quum tamen coronis floreis omnino haud delectari Cererem; unumque Sophoclem, illi ac Proserpinæ coronam e floribus, narcissi nempe, tribuere, tradant veteres Tragici illius Enarratores ad Oedip. Col. v. 715. ac inde ut paullo ante ibidem dicitur, *in Thesmophoriis prohibitum mulieribus sacrum illud obeuntibus omnem coronarum e floribus usum*, ἀλλὰ ταῖς θεσμοφοριαζούσαις τὴν τῶν ἀνθινῶν στεφάνων ἀπειρῆσθαι χρῆσιν. Quamquam ibidem *myrtum* & *smilacem* coronam esse Cereris, tradidisse dicitur Ister Demetrius; & *myrto* coronatos hujus Deæ Sacerdotes ex utroque sexu, in Eleusiniis nempe. Quibus accedit Artemidorus, qui *myrteam coronam* Cereri ac Veneri communem adserit l. 1. c. LXXIX. Spicifera alioquin, ut notum (& qua de re jam ante ad v. 2. hujus Hym.) Dea; ac inde eo capitis insigni, *spiceæ* nempe *coronæ*, in veterum nummis conspicua; eademque spicarum manipulum dextra, *papaver* autem, de quo hic, ac Cereale inde a Marone dictum Georg. l. 1. v. 212, sinistra vulgo in iis præferens. Juxta illud nempe, quod opportune jam hic viderunt Vulcanius & Anna præstantissima, Theocriti Idyll. VII. v. 157.

Δρώγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα,
Spicarum manipulos & papaver in utraque manu gerens.

Sed hæc jam pervulgata, quæque ejus ratio exstiterit; eaque passim in antiquariorum libris obvia. Unius tamen illiusque insignis nec vulgati hactenus nummi iconem adferam haud ingratam Lectori, nec ab hoc loco alienam fore reor, depromptam, e Thesauris Gallorum Regiis. Nummus est sub M. Aurelio cusus, mole juxta ac elegantia conspicuus, in quo modius cum spicis ac papavere, solitis Cereris symbolis, visitur, in inscr. SPES PUBLICA.



Papaver alioquin inter myſtica Bacchi ſymbola, juxta ferulas, thyrſos &c. a Clemente refertur Protrept. p. 24. Neque vero novum videri debet Deæ hujus ſacerdoti, cui nempe adſimilata dicitur hic Ceres, eadem inſignia, ut *coronæ* & manipuli forte ſpicarum (anceps enim, ut notum, vox στέμματα, de *corollis* aliiſque *ſacris infulis* adhibita) & *papaveris* tribui. Haud aliter nempe ac virgo Minervæ apud Pallenenſes ſacerdos, feſto illius Deæ, πανοπλίαν ejuſdem induta legitur (& de quo loco jam ante) apud Polyænum lib. VIII. cap. LIX; aut prout vel Bacchantes, thyrſo; Veneri ſacratæ, myrto; Cybeles ſacerdotes nucibus pineis inſtructi viſuntur etiamnum in antiquis monumentis.

Moschus Cupidini aranti tribuit πηγὰν κατωμαδίαν.

Ibid. κατωμαδίαν δ' ἔχε κλαῖδα] Ita δέρμα κατωμάδιον, *pellem ab humeris pendentem* dixit idem Callimachus eo verſu, qui ab Apollonii Rh. Enarratoribus refertur l. 1. v. 1243; & Aratus Phœnom. v. 29. αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται, juxta Germanicum, *ſemper vero in ipſos declivos humeros rapiuntur*. Hinc vox *catomidiare*, h. e. *ſcapulas verberare*, qua uſus Spartianus in Hadriano, & vetus Juvenalis Scholiaſtes Sat. 11. v. 142. & prout in Petronio *catomidiari*, pro *catorogare* legendum ſtatuit ad eundem Spartianum ὁ πάνυ. Quod vero *clavem ab humeris pendulam*, ſeu κατωμαδίαν κλαῖδα geſtare hic dicitur eadem Cereris Sacerdos, ſeu ejus habitum mentita hæc Dea, ad ſilentii ſignum referre placuit viro docto; quod nempe ſacra Cereris non liceret divulgare, ac inde de hujuſce Deæ Eleuſiniis Sacerdotibus dictum ſit a Sophocle Oedip. Col. v. 1105.

ὧν καὶ χρυσέα
ΚΛΗΙΣ ἐπὶ γλώσσῃ βήβακεν
Προσπόλων Ευμολπιδᾶν,
& quarum aurea
CLAVIS *linguam claudit*
Miniſtrorum Eumolpidarum.

Verum haud opus ea ſubtili & metaphorica hujus loci ἐξηγήσει, neque hic de myſticis *arcanæ*, ut ab Horatio dicitur, Cereris Eleuſiniæ Miniſtris, ſed de Cereris apud Dotium Theſſaliæ urbem ſacerdote demum agitur. Rem ſimpliciter ac uno verbo tangunt Græca ad hunc locum Scholia, εἶχε κλαῖδα, h. e. τὴν κλεῖν, ὡς ἱέρεια, *clavem habuit*, *tanquam ſacerdos*. Proprium nempe olim, ut famularum claves ædium privatarum geſtare, ſicut apud Euripidem Troad. v. 492.

ἢ θυρῶν λάτριν
Κλῇδας φυλάσσειν,
vel januarum cuſtos
Claves ut ſervem;

ita etiam ſacerdotum, ut eædem eſſent ac dicerentur κληδοῦχοι ſeu *clavigeræ*, tanquam totidem ſacrarum ædium cuſtodes. Hinc Jo κληδοῦχος Ἥρας, *Junonis clavigera* ſeu *æditua* dicta apud Æſchylum Suppl. verſ. 299; & de Iphigenia futura Dianæ Tauricæ Athenas delatæ ſacerdote, κληδουχεῖν Θεᾶς, *clavigeram Deæ fore*, dicitur ab Euripide Iphig.

Iphig. Taur. v. 1463. Sic de Cassandra Apollinis sacerdote ait apud eundem Tragicum Hecuba Troad. v. 256.

Ῥίπτε, τέκνον, ζαθέους
ΚΛΗΙΔΑΣ,
Abjice, filia, sacras
CLAVES,

ac ut addit, reliquos sacratæ Phœbo virginis ornatus. Eadem itaque & obvia hujus κληδούχου quæ *clavim* κατωμάδιον, seu ab *humeris pendulam* gestaret, sacerdotis, aut quæ habitum ejus hic induerat, Deæ ratio. Dorice autem, ut obiter hoc addam, non κλαΐς, ut hoc loco, sed κλὰξ dicta *clavis* apud Theocritum Idyll. xv. v. 33. ἡ κλὰξ &c. ubi Schol. κλὰξ, δὲ κλεῖς, Δωρικῶς.

V. 47. Θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα] Alio quidem sensu loca δένδρεσιν ἀνειμένα dixit Dio Chrysost. Orat. VII. p. 101, πολλοὶ δὲ καὶ πάγκαλοι λειμῶνες ὑπὸ ὑψηλοῖς τε καὶ ἀραιοῖς ΔΕΝΔΡΕΣΙΝ ΑΝΕΙΜΕΝΟΙ, *multa autem & pulcherrima prata sub excelsis & raris* ARBORIBUS *patentia.* Hic vero, prout Athenæus l. XI. p. 503. observat a Nicandro ψυκτῆρας dici, τοὺς αἰσώδεις, καὶ συσκίους τόπους, ΤΟΥΣ ΤΟΙΣ ΘΕΟΙΣ ΑΝΕΙΜΕΝΟΥΣ, ἐν οἷς ἐστιν ἀναψύξαι, *nemorosa & umbrosa loca* DIIS SACRATA, *in quibus licet frigus captare.* Ανειμένα nempe frequenter dicta, quæcunque *Diis consecrata.* Sic ἀνέηκεν, ab ἀνίημι scilicet, usurpatur in Inscr. Herod. Attici,

Ὑμμὶ γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ΑΝΑ γαῖαν ΕΗΚΕ,
Vobis autem Herodes sacram terram consecravit.

ac ubi a viro incomparabili hic Callimachi versus eam in rem adducitur. Cui addi poterat illud Laertii in Pittaco lib. I. p. 47. ult. edit. καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν οἱ Μυτιληναῖοι (non Μιτυληναῖοι, ut apud alios passim Auctores, quod veteres nummi redarguunt) ὁ δὲ ΙΕΡΗΝ ΑΝΗΚΕΝ, *agrum ei adsignarunt Mytilenæi, ille autem eum* CONSECRAVIT. Quod vero animalia *Diis consecrata*, ἄνετα similiter dici ibidem obiter observat ὁ πάνυ, ad Athenæum respicit, apud quem lib. VII. p. 284, *sacrum piscem & sacrum bovem*, τὸν ἄνετον seu *consecratum* dici legitur. Ανειμένοι alioquin de iis, qui *vita* sunt *solutiore* dicti; ut de Abydenis Milesiorum colonis, quod essent ἀνειμένοι τὴν διαίταν, *circa victum dissoluti*, ait idem Athenæus l. XII. p. 524. aut vero de iis, qui *animo* sunt *remisso*, ac ut Catullus loquitur Carm. XVII. *supino*, sicut in veteris Poetæ versu, qui a Porphyrio adducitur περ' Ἀποχ. l. II. p. 230. & inde a Cyrillo adv. Jul. l. III. p. 306.

Τὶς ὧδε μωρὸς, καὶ λίαν ἀνειμένος,
Ἔυπιστος ἀνδρῶν;
Quis ita stultus & tam remissus, seu *animo supino*,
Credulusque inter homines?

Apud Josephum autem Αρχ. l. XI. c. V. dicuntur Judæi a captivitate reduces, tempore σκηνοπηγίας accedentes εἰς τὸ ἀνειμένον τοῦ ναοῦ, quod vetus Interpres, seu Rufinus seu Epiphanius Scholasticus, vertit, *ad superiora templi*, Gelenus *ad patentem templi partem*, quæ Orientalem, ut addi-

ubi v. Spanh. Misc. Obs. III, p. 94.

additur, spectabat; prout nempe ἀνειμένος a Dione Chrys. usurpari, paullo ante diximus.

V. 48. ἐλίννυσον] Eadem voce alibi usus Callimachus apud Etymologum, sed cum uno ν ut ibi hodie legitur, ἐδὲ βοὴ κήρυκος ἐλίνυσε, *neque vero vox præconis quievit*; nec tamen similiter apud Theocritum, cujus ibidem locus adfertur, quasi in eo exstaret, ἐλίνυσε δὲ τὸ καῦμα, quum ἐλιννῦσαι δὲ τὸ καῦμα, *quiescere autem circa diei æstum* dicatur Idyll. X. v. 51. Utroque autem modo hoc verbum effert ob metrum Pindarus, nempe ἐλιννύσοντα Nem. Od. v. p. 368, & ἐλιννύσοντας Isthm. Od. II. circa finem. Ἐλίννυσον vero, præter alios auctores, dixit Hippocrates Epidem. l. VI. Sect. VI. ubi Galenus, ἐλιννύειν, ὅπερ ἡσυχίαν ἄγειν δηλοῖ, *quod quietem agere significat*; qui & alibi, ubi rursus ἐλιννύοντας dixerat Hippocrates, nempe de Fractur. Sect. VII, ita ab Jonibus hoc verbum pro *quiescere*, seu ἀργεῖν dici observat. Quamquam & a Doribus etiam, sive qui Dorico sermone scripserunt, idem verbum eo sensu usurpatum, ex adlatis Pindari, Theocriti, & hujus Hymni locis constet. In ara vero secunda Dosiadæ legas ἐλινεῦντα seu ob metrum, juxta magni Salmasii emendationem ἐλινεῦντα ἐν ἀμφικλύσῳ, *hærentem* seu *morantem in Insula*; formatis nempe his verbis, & quod ab Etymologo monitum, ἐλινύειν vel ἐλινύειν, ab ἐλιῶ.

Ibid. πολύθεστε] Bene hic in Scholiis ea vox redditur, πολυπόθητε, *multum exoptate*, & firmat Hesychii glossa, πολύθεστος, πολυαγάπητος. Formata autem nonnullis videtur ea vox πολύθεστος, pro πολυπόθεστος, a verbo ποθέω, ac unde πολυπόθητος eadem a Scholiaste hic dicitur. Nisi quis malit, ut ea arcessatur a verbo θέσθαι pro αἰτῆσαι, quo sensu vocem illam sumi notant eruditi Apollonii Enarratores ad illud Poetæ l. I. v. 824. θεσπάλιμοι παίδων γλῶς, *efflagitantes liberos* &c. Ut proinde sicut a θέτο pro ἔθετο, factus θετὸς *adoptivus*, *spurius*; sic a dicto θέσθαι *petere*, θεστὸς, ac inde fiat πολύθεστος, *multum expetitus*. Ita etiam ἀπόθεστος, & quod adstruit Hesychii de ea voce glossa, ἀπόθεστος, ἐπιζήτητος, *requisitus*, *desideratus*. Et hoc obiter, ac ideo, quod notatum fuerit ad hunc locum, non videri, unde ea vox πολύθεστος fluat.

V. 50. τᾶς ἱερὰν ὀκκεραΐζεις] Nempe ἄλσος, & quomodo de vastata Insula Delo dixit Orobius, adducto jam versu ad I. vers. Hym. in Delum, apud Athenæum l. V. p. 215.

ΤΗΝ ΙΕΡΑΝ ὅτε νῆσον Ἀθηναῖοι ΚΕΡΑΙΖΟΝ,

Quando sacram Atheniensis Insulam vastabant.

V. 52. Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν] Quomodo Τόμαρον & Τμάρον promiscue dici de Thesprotio Dodones monte observant Strabo l. VII. p. 328, & Stephanus, apud quem pro Τμάρας legendum Τμάρος, viderunt jam præclare de illo Ethnicographo meriti Salmasius ac Holstenius. Adde Solinum cap. VII. *Dodone Tmaro celsa est*, quem *Tomarum* paullo ante dixerat; neque enim hunc ab illo, quod tamen visum viro incomparabili, diversum statuere Solinum, e verbis ejus ea de re ac Plinio, cujus ibi, ut passim, insistit ille vestigiis, satis liquet. Hinc in ejusdem Plinii scriptis codicibus l. IV. c. 11, non ut in editis *in Dodane Tomarum*

rus, ſed *Tmarus* legi, monet poſtremus ac eruditus illius Enarrator Harduinus.

Ibid. λέαινα ὠμοτόκος] In quo nempe Moloſſidos tractu, ubi mons ille *Tmarus*, vel *Tomarus*, ferociſſimos *leones* gigni obſervat haud uno loco Ariſtoteles Hiſtor. Anim. l. VI. 776. Σπάνιον γὰρ τὸ γένος τῶν λεόντων ἐστὶ, καὶ ἐκ οὐ πολλῶ γίνεται τόπω, ἀλλὰ τῆς Εὐρώπης ἁπάσης, οὐ τῶ μεταξὺ τε Αχελώε καὶ τε Νέστε (non, ut ibi Νέστε) ποταμοῦ, *Rarum enim eſt leonum genus, neque in multis gignitur locis, ſed tota Europa inter Acheloum & Neſtum duntaxat fluvios.* Quod tangit rurſus l. VIII. p. 985. ac inde etiam Plinius l. VIII. c. XVII. *In Europa autem inter Acheloum tantum Neſtumque amnes leones eſſe, ſed longe viribus præſtantiores iis, quos Africa aut Syria gignant.* A quo tamen recedit Oppianus, qui Libycos *leones* reliquis præſtantiores, nulla cæteroquin horum in Epiro aut Moloſſide leonum facta mentione, tradit Κυνηγ. l. III. v. 41. Neque etiam horum meminit, ubi multiplex cæteroquin *leonum* natale ſolum memorat, ὁ πάνυ Bochartus Hierozoic. l. III. c. I. Ὠμοτόκος vero dicta hic *leæna* ſeu *crudipara*, ſicut jam v. 20. Hym. in Delum, & qua de re nos ibidem.

V. 53. βλοσυρώτατον ὄμμα] Nempe quod præ reliquis animalibus maxime adſpectu terribilis foret leo, ſeu, ut de eo Oppianus Κυνηγ. l. III. v. 8, Σμερδαλέος δὲ τὸ πρόσωπα καὶ ἀυχένα, *terribilis facie & cervice*; & quidem ob illud ejus ἐπισκύνιον, quo nihil terribilius habitum, ſeu *ſupercilii nubem* (ut eam Græcorum more vocat Horatius lib. I Ep. XVIII. verſ. 94.) & qua de re ante alios Vatum Parens ait Iliad. P. verſ 136.

Πᾶν δὲ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται, ὅστε καλύπτων,
Totum autem ſupercilium deorſum trahit, oculos tegens.

Adeo ut ſi βλοσυρὸν ἀνδρὸς ἐπισκύνιον, *formidabile viri ſupercilium* traditur Anth. l. IV. c. VIII. Ep. XIV, id potiori utique de *leone*, maxime autem de *crudipara* ſeu ὠμοτόκῳ *leæna* hic dicatur, quæ feritate & robore alia vincere animalia, a Græcis juxta & Barbaris, ut id tradit Ælianus V. H. l. XXII. c. XXXIX, credebatur: adeo ut ferretur Semiramis, non ſi leonem, pardalim, aliamve id genus feram, ſed ſi leænam cepiſſet, vehementer ſe extuliſſe. Plura eam in rem ex Herodoto, Gellio, & ſacris etiam Scriptoribus ſuppeditabit magnus Bochartus Hierozoic. l. III. c. I. Addere hic obiter liceat illud Meleagri inedito Epigrammate, ubi non jam βλοσυρὸν, aut *nubilum* leænæ ὄμμα vel ἐπισκύνιον tangit,

Ναὶ γὰρ δὴ τὰ σὰ, κοῦρε, τὰ κ' ὠφοῖσι λαλεῦντα
Ὄμματα, ναὶ μὴ σὸν φαιδρὸν ΕΠΙΣΚΥΝΙΟΝ,
Ἦν μοι ΣΥΝΕΦΕΣ ΟΜΜΑ βάλῃς, πότε χεῖμα δέδορκα·
Ἦν δὲ ἱλαρὸν βλέψῃς, ἡδὺ τέθηλεν ἔαρ,
Per tuos enim, o adoleſcens, illos, qui vel mutis loquuntur,
OCULOS, *& per tuum lætum* SUPERCILIUM,
Si in me NUBILUM OCULUM *emittas, tum hyemem vidi;*
Si vero hilariter adſpexeris, jucundum ver floruit.

V. 55. Θαασεῖ] H. Stephanus, probante Anna eruditissima, Θαστῆ Dorice pro Θήσει scribendum hic putavit; ut nempe idem valeat, quod ποιήσει στεγανὸν, h. e. σέξει, *tectam faciet domum.* Verum nihil obstare video, ut sicuti supra v. 3. hujus Hymni, Θαασέως dixerat Poeta, pro *respicitis*, ita Θαασεῖ seu potius Θαασεῦς hic dictum sit pro *respicies*; nempe *hisce in luco Cereris sacrato a me meisve famulis excisis arboribus, mox cernes contectam meam domum.* Monui etiam antea ad v. 3. de antiquo verbo Θάω & Θάομαι pro Θεάομαι, & quomodo Θάεο pro *adspice* dixit itidem Leonidas Anth. l. IV. c. XXVIII. Ep. XV.

Πρέσβυν Ἀνακρέοντα χύδην σελαλαγμένον οἴνῳ
Θάεο,
Senem Anacreontem affatim fluctuantem vino
Adspice.

Ibid. ὦ ἐνὶ δαῖτας αἰὲν ἐμεῖς ἐτάροισιν] Nempe pro consueto Thessalorum, qualis erat, ut ante vidimus, hic Erysichthon more, & de quibus apud Athenæum legitur l. X. p. 418. πάντες Θετταλοὶ ὡς πολυφάγοι διεβάλλοντο, *omnes Thessali, ut multi cibi* seu *valde edaces sunt vituperati.* Hinc etiam *Thessalica buccea*, Θετταλικὴ ἔνδεσις, pro magna ac helluonum propria dicitur ibidem ab Hermippo Comico; & δεῖπνα τὰ Θετταλικὰ, *cœnæ Thessalicæ*, pro *luxuriosis*, ab Aristophane in Ταγηνισταῖς. Immo unde Philippus penultimus Macedonum Rex, quo sibi conciliaret Thessalos, comessatur cum iis ac omni intemperantiæ generi se dedisse traditur ab eodem Athenæo l. VI. p. 260. Ut proinde haud mirum sit ab hoc protervo Thessalo Erysichthone, nihil nisi *assiduas* & *jucundas epulas*, δαῖτας δυμαρέας hic obtendi; quibus nempe in iisdem illis ædibus, constratis e lignis ex luco Cereris exciso ad eas exstruendas comportatis, se deinceps cum sibi similibus sociis, seu ἀδηφάγοις itidem Thessalis, ac jugiter quidem, sit oblectaturus. Haud aliter nempe ac de improbo ac luxuriante divite dicitur Luc. XVI. 19. εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς, *epulabatur quotidie splendide*, seu *splendidis epulis se quotidie oblectabat.*

V. 57. Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνὰν] Vide quæ eam in rem notavi ad v. 64. Hym. in Dianam, & quibus hic addo illud Sophoclis, apud quem insultante mortuo, uti credebatur, Oresti matre Clytemnestra, ait continuo Electra in cognomine dramate v. 795.

Ἄκουε, Νέμεσις, τῆς θανάτου ἀρτίως,
Audi, Nemesis, recens mortuum;

quod nempe ut innuunt ibidem veteres Grammatici, mortuis insultantes ulciscereturHæc Dea, seu parata eos maneret ultio. Unde etiam festum Athenis Νεμέσεια, cujus meminit Demosthenes adv. Spudiam p. 650, quo justa defunctis persolvebantur. Ut aliud hic mittam Atheniensium institutum, quo eadem *Nemesis*, Theatrorum Præses & index histrionum habebatur; unde Νέμεσις θεατρικῶν, qua de re Hesychius, quæ nempe æquum de eorum voce & actione ferret judicium. Γράφειν autem & γράφεσθαι in foro Attico cum *accusare*, tum *condemnare*, ut notum, significat; & quo postremo sensu commode eadem vox hic videtur pos-

se

se intelligi. Immo opportune illa voce γραφιδαν eam in rem hic usus Callimachus, tanquam de publico, ἱεροσυλίας nempe seu ἀσεβείας, non de privato aliquo hujus Eryschthonis crimine ageretur: quum γράφειν & γραφην de solis publicis judiciis, seu accusatione vel condemnatione publici criminis apud Atticos dicta, e Græcis Oratoribus, & Platone præterea sub initium Eutyphronis, abunde liqueat. Hinc capitale apud eosdem aliasve moratas gentes, ἱεροσυλίας, quale hoc Eryschthonis crimen, ac ut ea de re Hermogenes Partit. Sect. IV. νόμος κελεύοντος, τὸν μὲν ἱεροσυλον τεθνάναι, *lege jubente sacrilegum quidem mori*; furem vero, quod addit, duplum reddere. Hinc etiam ἀσεβείας γραφη, non δίκη, quod dicebatur de privatis criminibus, apud Demosthenem adv. Eubulid. p. 537. ac adv. Lacritum p. 598. ed. Basil.

V. 58. ἀ Θεῦς] Æolum nempe proprium ο longum vel parvum in υ mutare, ut ὄνομα, ὄνυμα, ac inde ὀνυμαίνω· σοφὸς, σύφος· ὀστέρον, ὀστύτερον, aliaque, de quibus videri potest Eustathius ad Homer. p. 27. & 631. Sic ὀρεῦσα apud Theocr. Idyll. v. vers. 85. ubi Grammatici τὸ δὲ ὀρεῦσα, Αἰολικὸν nempe pro ὀρῶσα, & λαλεῦμες apud eundem Idyll. XV. v. 92. pro λαλῶμεν. Hinc itaque pro Θεὸς Æolice, & quidem, quod Æolibus quoque familiare, ac juxta eorum, quam memorant itidem veteres Grammatici, βαρχυλογίαν, contracte Θεῦς. Ut mittam haud insolitam Poetis συνίζησιν in hac voce Θεὸς (uti de ea jam obiter ad v. 87. Hym. in Jovem) sicut apud Sophoclem Ajac. v. 49. Θεοῖς, & Electr. v. 1615. Θεῶν, Oedip. Col. v. 715. Θεαῖν, ac similiter in Theocriti Epigrammate XII. Θεῶν &c. nempe duabus syllabis ibi ob metrum in unam contractis. Ut proinde non videam, qua in re posset hic redargui, quique non minor Grammaticus quam Poeta a veteribus fuit habitus, noster nempe Battiades. A qua autem voce Θεῦς pro Θεὸς, facta θευμοείη pro *fato* seu *calamitate divinitus immissa*, qua usus in Epigrammate jam vulgato in editione Parisiensi Callimachus; pro *fatali* autem Apollonius l. III. v. 676. nempe θευμοείη ὥς ἐδίδεσκεν ἄγρια νῆσος, *fatalis* seu *divinitus immissus artus invasit morbus*.

V. 62. ἀναγκαίᾳ γὰρ ἔπονται Δεσποτικὴν &c.] Valde sunt ἀποσοβιόνυσα, quæ ad hunc locum de fati scilicet vi, seu fatali *necessitate* pro Dea olim habita, adnotare placuit viro docto. Neque enim hic Poetæ sermo de fatali illa, quæ omnes premit dominos ac servos, ἀνάγκη, seu quæ ἀναγκαὶ ἡ μεγάλη Θεὸς, *necessitas magna Dea* ab eo dicitur, ut itidem vidimus, v. 122. Hym. in Del. & cujus ἀνάγκης Dii ipsi dicuntur *servi* a Philisco apud Stobæum Serm. LX. pag. 383: sed de ea duntaxat, qua servi dominorum jussa, quæcunque tandem illa sint, æqua aut iniqua, coguntur adimplere. Unde fit nempe, ut plurimum, quod ait de desipientis heri servo servus ipse, apud Comicum ab initio Pluti.

Μετέχειν ἀνάγκη τὸν δεσπόντα τῶν κακῶν,
Necesse sit malorum cum hero suo fieri participem,

seu ut eundem versum Philemon παρῳδεῖ apud Stobæum d. l. p. 384.

Κακὸν ἐς' ὅλως δεσπότης πρόσωπον κακῶς,
Μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίνεται,

Ma-

Malum est servo herus male adfectus,
Necesse enim illi, ut eorum malorum fiat particeps.

Mitior vero hic horum Eryſichthonis famulorum conditio, qui quamquam exſciſi ſacri Cereris luci forent rei; tanquam eo ſervili neceſſitate, qua nempe impiis etiam heri juſſis parendum illis fuerat, adacti, a pœna immunes hic *a Dea relinquuntur* ἃ δὲ ἄλλες μὲν ἔασεν ἀναγκαίᾳ γὰρ ἔποντο δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα, & quæ bene expreſſit Vulcanius,

Mox Dea dimiſſis aliis, quos juſſus herilis
Egerat in facinus.

Sicuti alioquin δεσποσύναισιν ἀνάγκαις, de *dominicis*, ſeu quæ Perſarum Regibus a ſubditis perſolvebantur, *exactionibus*, dixit Æſchylus Perſ. v. 889. Notabilis proinde hic Callimachi locus publici ac privati etiam Juris Interpretibus; quo, ut culpa, ita etiam pœna admiſſi ab Eryſichthonis famulis ſceleris, tota in herum, qui illud iis præſcripſerit, rejicitur. Nempe pro tyrannica olim, uti ea ab Ariſtotele vocatur ad Nicom. l. VIII. c. IX. dominorum in ſervos poteſtate; ac unde alibi ſeu cap. XI. ab eodem dictum, notum eſſe, quod ſervus nihil aliud ſit, niſi heri ἔμψυχον ὄργανον, *inſtrumentum animatum.* Unde illud de ſe ac hero ait apud Menandrum Servus,

Ἐμοὶ πόλις ἐστὶ, καὶ καταφυγὴ, καὶ νόμος,
Καὶ τῷ δικαίῳ τῷ δ' ἀδίκῳ παντὸς κριτὴς
Ὁ δεσπότης· ὥσθ' τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμὲ,

h. e. illuſtri Grotio Interprete in Excerptis e Stobæo p. 237.

Et civitas & lex, & perfugium mihi
Et juſti pariter atque injuſti regula,
Herus eſt, cujus arbitrio me æquum eſt vivere.

Quamquam ea de re aliter leges Romanorum civiles tulerint; unde haud ignota ad illud lemma, *An domini juſſus ſervum excuſet*, lex XX. D. de Obligat. & Action. *Servus non in omnibus rebus* SINE POENA *domino dicto audiens eſſe ſolet: ſicuti ſi Dominus hominem occidere, aut furtum alicui facere ſervum juſſiſſet.* Quibus addi poteſt l. 18. C. ad Leg. Jul. de vi, ubi ſervi, quos furoribus dominorum, ut hic Eryſichthonis famuli, paruiſſe conſtiterit, ac eorum metu violentiam admiſiſſe, ad metalla damnantur. Quomodo nempe inter formatas olim a Rhetoribus controverſias, illa etiam legitur apud Græcos Hermogenis Enarratores p. 100. & 194. ut ubi quis patrem a Tyranno (quale fuiſſe olim herile imperium dixit, uti modo vidimus, Ariſtoteles) juſſus verberaverit, ſoluta tyrannide, lege poſtuletur, ὑπὸ τῶν χειρῶν. Quod alioquin, ſervos nempe quod adtinet, in levioribus cauſis locum olim non habuiſſe conſtat; jure Attico aut Romano ut nempe pro iis, quæ a Dominis juſſi admiſerant, plecterentur ſervi. Unde in Oratione Demoſthenis contra Calliclem legitur p. 737. mirum videri ac inſolitum, ſervum illius, qui cauſſam agit, accuſatum ob agrum nempe ſepto circumdatum; quum id injuſſu domini feciſſe haud cenſendus ſit, & quod additur, καίτοι τις ἂν οἰκέτης τὸ τῷ δεσπότῃ χωρίον περιοικοδομήσειν ἄν, μὴ κελεύσαντος τοῦ δεσπότου, *quis autem ſervus, non jubente hero, agrum*

ſepto

septo circumdaret? Mitior cæteroquin servorum apud Athenienses conditio, adeo, ut adversus iniquos dominos, ac proinde ad iniqua eos ac impia compellentes, actio iis daretur; qua poterant eos adigere, ut magis mansuetis ac moderatis heris venderentur. Quod postremum e Plutarcho, ac Aristophanis & Eupolidis apud Pollucem locis, jam observavit eruditissimus Sam. Petitus de Legib. Atticis p. 178. Adde de tolerabili, immo æquali velut servorum apud Athenienses cum dominis jure, Xenophontem de Athen. Republ. p. 693.

V. 64. κύον, κύον] Haud mirum eodem convitio adfici hic a Dea vesanum Eryschthonem, quamquam Regis filium, quo non Hectorem solum Heroes Homerici Achilles ac Diomedes compellant subinde, sed ipsæ quoque Deæ se mutuo lacessunt, ut Juno Dianam, Iliad. φ. v. 481. aut Iris etiam Minervam, Iliad. Θ. v. 423. ἀναιδεστάτη κύον, *impudentissima canis*; ut haud mirum proinde quod de mœcha, ac decenter quidem, dictum sit a Catullo Carm. XLII. *ruborem* FERREO CANIS *exprimamus ore*. Immo κύον eo opportunius vocatur hic a Cerere idem Eryschthon, prout alioquin *regius canis* dictus a Diogene Aristippus apud Laertium l. II. in ejus vita; cui utique præter canina, de quibus paullo ante facta, & ad Deam, quamquam sub Sacerdotis habitu, verba, caninam insuper famem, seu, ut Græci loquuntur, κυνώδη ὄρεξιν, *caninum appetitum*, λιμὸν nempe, ut hic mox additur, αἶθωνα, *diram famem* immittit eadem Ceres. Adde, qui eadem dira fame ac egestate tandem urgente, *canis* instar, rejectas e mensa epulantium sordes, ut infra videbitur ad vers. 116. corrogare & comesse debuerit. Ita Ἁρπυίας, fœdum ac vorax animalium genus, ac Phineo adpositas dapes adsidue deglutientes, *Jovis magni canes*, μεγάλοιο Διὸς κύνας, vocat Apollonius lib. III. v. 289. Quod alioquin de *aquilis* sed tanquam fidis Jovis adseclis, dixit Æschylus Agam. v. 139. πτανοῖσι κυσὶ πατρὸς, *volucribus canibus patris*, Jovis nempe, ac similiter Prometh. v. 1020.

Διὸς δέ τοι
Πτηνὸς κύων δαφοινὸς αἰετὸς,
sed Jovis
Volucer canis, aquila avida;

& quomodo his Junoni adsidens, κύων ὡς Ἀρτέμιδος, *velut Dianæ canis*, supra dicitur Verr. 227. Hymn. in Delum.

Ibid. ᾧ ἔνι δαῖτας] Ipsamet nempe Eryschthonis ad Cererem sub sacerdotis *Nicippæ* habitu, uti paullo ante vidimus ad vers. 55. verba, unde eadem illi nunc opportune regerit ultrix Dea; quo eam, qua jam ille helluo exultabat, ἀδηφαγίαν ei continuo cessuram in gravem pœnam argueret: inexplebili nempe, nulliusque cibis, qua de re mox, satianda fame, seu vera προφῆς, ut Hippocratis verbis hic utar, de quibus paullo post, ἀκορέμα. Quod e saniore gentilium Theologia petitum, juxta quam iisdem plecti dignus censebatur, quibus quis ad explendam animi libidinem ac immodicas cupiditates fuerat impotenter usus. Unde illud Senecæ de Benef. l. IV. c. VIII. *Vitia non tantum, cum foris peccant, invisa sunt, sed quum in se retorquentur:* ut nempe hic a Ce-

Cerere in Erysichthonem factum. Adeo, ut tanquam naturali lumini ac rationi consonum iidem gentiles agnoverint; id quod præterea edocti sunt gravissimis documentis & exemplis Christiani; ut nempe per quæ aliquis deliquerit, per eadem etiam puniatur. Cujusmodi obvia utique in Veteri ac Novo Fœdere exempla: sicut, (ut hæc duo tantum hic magis opportuna, huc adducam, unum exstat mulieris adulteræ, cujus uterus aquis maledictionis in pœnam disrumpendus dicitur, Num. v. vers. 21, & ad quem locum ait proinde Theodoritus Quæst. x. in Numeros pag. 146. T. 1. δι' ὧν γὰρ ἡ ἁμαρτία, διὰ τούτων ἡ τιμωρία, *per quæ enim quis peccat per ea punitur.* Alterum vero exemplum est, de quo jam ante ad vers. 55. epulantis quotidie divitis Luc. XVI. 27. ac in ea etiam parte, qua plus deliquerat, itidem puniti, seu, ut de eo ait Chrysostomus Serm. LXIII. in Divitem & Lazarum p. 730. T. v. τὴν γλῶσσαν κολάζεται, δι' ἧς τὴν τροφὴν ἐλάμβανε, *in lingua punitur, qua cibos acceperat*, seu quibus se ingurgitaverat. Quam pœnam manere similiter hunc Erysichthonem, qui se jucundas cum sociis totidem Thessalis γαστριμάργοις, epulas assidue celebraturum jactaverat, innuit hic Ceres: quod ille nempe, sed cum præsenti ejus totiusque Regiæ domus exitio, indesinenter sit comessaturus, sive, quod hic dicitur, ᾧ ἔνι δαῖτας ποιήσεις, ac, ut continuo addit, θαμιναὶ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι, *ubi epulas præbebis: crebræ enim erant tibi comessationes.*

Suid. v. αἴθων. Hel. UH. L. 27 [illegible] Reinig. U. L. III, 2, p. 370.

V. 67. λιμὸν Αἴθωνα] Sic in veteri Epigrammate, quod refert Æschines contra Ctesiph. p. 300,

Λιμὸν τ' ἄιθωνα, κρατερόν τ' ἐπάγοντες Αρηα,

Et duram famem, validumque Martem seu *bellum inferentes*;

ac prout de immani hujus Erysichthonis fame, seu *dirissima* juxta Quintilianum Declam. v, *necessitatum*, dixit Ovidius Metam. lib. VIII. v. 827. *furit ardor edendi* h. e. λιμὸς ἄιθων, *ardens fames.* Immo unde ipsum Αἴθωνος nomen eidem hæsisse *Erysichthoni*, quamquam non Triopæ, ut supra Callimachus aliique, sed Myrmidonis filio, ex Hellanico refert Athenæus lib. x. pag. 416. Ἑλλάνικος δὲ ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας, ΕΡΥΣΙΧΘΟΝΑ φησὶ τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἦν ἄπληστος βορᾶς, ΑΙΘΩΝΑ κληθῆναι, *Hellanicus vero in primo Deucalioneæ, tradit* ERYSICHTHONA *Myrmidonis filium, quod inexplebilis esset Voracitatis*, ÆTHONA *nuncupatum.* Quod firmat etiam Lycophron, apud quem eadem illo nomine indigitatur v. 1346.

Οθνεῖα γατομοῦντος ΑΙΘΩΝΟΣ πτερὰ,

Externas arantis ÆTHONIS *extremitates*,

ubi Isaacius ab Hesiodo quoque eundem Erysichthona ita dictum tradit, quod in iis, quæ exstant hodie illius Poetæ carminibus non occurrit, qui alicubi, Homeri exemplo, ἄιθωνα σίδηρον, *candens ferrum* vocat Εργ. v. 743. Sic fervidus ad præliandum equus, *Æthon* apud Maronem dictus Æn. lib. IX. vers. 89.

Post bellator equus positis insignibus ÆTHON;

aut quomodo etiam vocatum Auroræ equum tradit Servius; vel unum e Solis quadrijugibus equis, præter Ovidium Metam. lib. II. vers. 153. ve-

vetus Euripidis Enarrator Phœn. verſ. 3, uti jam ſupra monui ad verſ. 169. Hymn. in Delum, nempe χρόνος, Αἰθων (non ut ibi Αἰδὼ) Ασρατη, βροντη. Ut vero Αἰθων ab *ardore edendi*; ita quidam alius inſignis helluo Damippus, ob voracitatem κερμυνὸς a Comicis Atticis vocatus, teſte Athenæo pag. 457. Qui alioquin λιμὼς αἰθων hic a Callimacho dicitur, idemque inſuper ἄγελος, *ardens & fera fames*, ſeu, juxta Oppianum Αλιευτ. lib. I. verſ. 250. ἔρως ἀκόρητος ἐδωδῆς, *cibi amor inſatiabilis*, ac inter noxios ægrorum adfectus, qua de re mox, recenſetur, idem, inquam, ſolo λιμῷ nomine ab Hippocrate, juxta veteres ejus Interpretes, Galenum, alioſque deſignatur Aphoriſm. XXII. lib. II. Λιμὸν ϑώρηξις λύει, *famem vini potio ſolvet*.

V. 68. Μεγάλη δὲ ἐγρεύγετο νύσσῳ] Prout inter *morbos* utique haud leves relata a priſcis Medicorum filiis βουλιμία, five de qua paullo ante, κυνώδης ὄρεξις, quæque poſtrema a Galeno dicitur Comment. ad dictum modo ſub finem ſuperioris notæ Hippocratis Aphoriſmum, πάσημα ἐχόντων ὄρεξιν σφοδρὴν καὶ ἄπαυστον σιτίων, *adfectus eorum, qui laborant fame vehementi, ac indeſinenti ciborum appetentia*. Adde alia divini ſenis eam in rem effata, de nimia nempe, quæ ex iis ſequi ſolet, repletione, ac inde etiam *morbis*, ut Aphor. XVII. Sect. II. ὅπου ἂν τροφὴ ΠΛΕΙΩΝ παρὰ φύσιν εἰσέλθῃ, τοῦτο ΝΟΣΟΝ ποιέει, *ubi copioſius præter naturam* ALIMENTUM *fuerit ingeſtum*, *id* MORBUM *creat*; & rurſus Aphoriſm. XXII. ἀπὸ ΠΛΗΣΜΟΝΗΣ ὁκόσα ἂν ΝΟΣΗΜΑΤΑ, *quicunque e* REPLETIONE *oriuntur* MORBI, prout nempe πλησμονὴ a Galeno in expoſitione prioris Aphoriſmi dicitur, *copioſius*, *quam præ corporis natura alimentum*, alibi etiam πλήρωσις dicta ab eodem Hippocrate, ut præterea obſervo, & quod in œconomia Fœſii præteritum, nempe de Priſca Medicina cap. IV. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ΚΑΚΑ ἑτέροις μὲν ἀπὸ ΠΛΗΡΩΣΙΟΣ, *multa vero & alia* MALA *diverſa a* REPLETIONE *quidem oriri* &c. Unde varias & periculoſas illius *morbi*, ſeu βουλιμίας aut *canini appetitus*, adfectiones, ſicut animi deliquium, dyſenteriam, aquam intercutem, tabem, aliaſque tradi a veteribus videas, nec Medicis ſolum, ſicut Tralliano lib. VII. cap. IV, Oribaſio lib. VI. cap. XXXV, & qui pluribus ea de re agit, Aetio Tetr. III. Serm. I. cap. XXI; ſed a Philoſophis etiam ut Ariſtotele Problem. I. II. Sect. IX, & Alexandro Aphrodiſ. Problem. lib. II. Sect. LXIII. Unde ſimilis in brutis adfectus dictus a Marone Æn. l. II. & IX. *ventris* aut *edendi rabies*, & ab Oppiano ſimiliter Αλιευτ. lib. V. verſ. 49. μαιμῶᾷ δὲ βορῆς ἀζηχὲϊ λύσσῃ, *cibum autem appetit indeſinenti rabie*. Eo major autem in hoc Eryſichthone ſe exercuit ea *ventris rabies*, immo non *magnus* ſolum, ſicut eam hic vocat Callimachus, ſeu *gravis*, ut ab Ovidio quoque de eodem dicitur Metam. lib. VII. 876. *dederatque* GRAVI *nova pabula* MORBO, ſed inſanabilis inſuper *morbus*, quod ille nempe ab ultrice Dea, in admiſſi ſacrilegii & jactatæ voracitatis pœnam, foret in eundem immiſſus: neque enim inde πολύδωρος ſolum, qua voce uſus Hippocrates Epidem. lib. V. Sect. XLI, ſed ἀδηφάγος evaſerat idem Eryſichthon. Verbo autem ἐγρεύγετο νύσσῳ uſus hic eam in rem Poeta†, ſicut

† est ex Hesych. v. Ἀδηφάγος ὅδε correxit Taylor. Op. M. 351, ubi Apollo- Eustath. De hoc vbo et de altero, qo per synecdochen citat Lexic. v. Walch. animm. ad Aelian. p. 130.

Apollonius lib. IV. v. 385. στρευγόμενος καμάτοισιν, *laboribus defatigatus*, juxta ejus Enarratores, ἀντὶ τοῦ καταπονούμενος καὶ στρεβλούμενος, pro *defessus & vexatus*; idque eo convenientius ad hunc morbum, *quod animi deliquia, prostrationes virium*, λειποψυχία, καταπτώσεις δυνάμεων, a Galeno dicantur *bulimiæ adfectus*, cum dicto ante ejus ad Aphor. Commentario, tum de Symptom. Caus. lib. I. cap. VII, ac ab Aristotele similiter adducto jam loco, ἔκλυσις καὶ ἀδυναμία, *dissolutio & impotentia*, seu imbecillitas & prostratio virium.

V. 70. δυώδεκα δὲ οἶνον ἄφυσσον] Adeo, ut non λιμὸς solum ἄιθων *dira fames*, seu insatiabilis ciborum, sed potus quoque inexplebilis eum teneret ὄρεξις, in eoque proinde Erysichthone revera locum haberet, quod de inexstinguibili ejusmodi siti ait Galenus de Sympt. Caus. l. I. c. VII. μοχθερᾷ τῶν ποτῶν ὄρεξις, ἀνάλογος γίγνεται τῇ περὶ τὴν τροφὴν ὀρέξει μοχθερᾷ, *depravata potus appetentia, depravatæ ciborum appetentiæ proportione respondet*; & similiter P. Ægineta l. II. c. LII. Nempe quod hic de utroque illo adfectu, quo plane ἀμέτρως laborabat Erysichthon, dicitur,

Εἴκατι δαῖτα πένοντο, δυώδεκα δὲ οἶνον ἄφυσσον,
Viginti nempe famuli epulum apparabant, duodecim autem vinum hauriebant, seu *haustum illi affundebant*,

quod ille continuo *effunderet in barathrum*, prout de ebriosæ mulieris ventre dicitur apud Plautum Curcul. A. I. v. 28. Ut proinde non ea jam foret miseri hujus Erysichthonis dira fames, quam, juxta magni senis indicatum supra Aphorismum XXI. II. *vini solveret potio*; aut, quod idem alibi ait, nempe Epidem l. VI. Sect. IV, ὕδωρ βορὸν, *aqua edax*, seu orta ex aquæ potu voracitas; sed voracitati ἀπαύστῳ comes quoque, ut a P. Ægineta itidem d. l. dicitur, δίψος ἄπαυστον, *sitis inexstinguibilis*, & quidem, cujus caussam vini potui ac ciborum comestorum calori ibidem ille tribuit. Adeo, ut cum τροφῆς, tum ποτοῦ ἀκορίῃ, ut hanc vocat Aretæus de Curat. Diutur. l. II. c. II. seu *inexplebili potandi aviditate* ex æquo laboraret hic Triopides; illudque, quod addit ibidem Cappadox Medicus, affatim comprobaret, ποτὸν γὰρ, οὐδ' ὅσον γίγνεται, δίψεως ἄκος, *nullus enim potus, quantus is fuerit, siti medetur*. Haud aliter nempe quam si bibisset ille aquam marinam, aut comedisset viperam; quas ejusmodi immoderatæ seu ἀπαύστου sitis caussas tangit dicto paullo ante loco Doctor Pergamenus; & ob comestam viperam similiter P. Ægineta l. II. c. LII. ac Oribasius Syn. l. VII. c. XXXVII. Immo quod vel soli viperæ, & quidem διψάδος inde dictæ, morsui tribuit Nicander Ther. p. 19.

αὐτὰς ὁ κάμνων
Ἀλλότε μὲν δίψῃ φάρυγγα ξηραίνεται αὖον,
verum ægri
Interdum quidem sitis arentes torret fauces.

V. 71. Τόσσα Διώνυσσον γὰρ ἃ Δάματρα] Unde *Bacchum* Cereris πάρεδρον seu *adsessorem* (cujusmodi nempe Dii πάρεδροι aliunde in Theologia Gentilium haud ignoti) vocat Pindarus Isthm. Od. VII. p. 476. ac simili-

militer Aristides Hym. in Bacch. p. 56; & quidem, juxta priscos Thebani Vatis Enarratores, secundum mysticum sermonem, quod Cereri adsideat natus e Proserpina Ζαγρεὺς Bacchus, qui a nonnullis *Facchus* haberetur, & juxta alios, ipsius Cereris filius, ut in Orphicis apud Clementem Protrept. p. 14. & Diodorum l. III. p. 196. dicitur. Adde, quod idem Bacchus, aut apud Proserpinam educatus; aut θεσμοφόρος, noto Cereris, & de qua hoc Hymno, epitheto, dicatur alibi in iisdem Orphicis, ipsa autem Ceres in iis vocetur, Hymno nempe in Cererem Eleusiniam, Βρομίοισι συνέστιος, *eodem cum Baccho habitans lare*: quod denique ad eundem Bacchum *aratri* etiam & *sationis* inventum fuerit relatum, teste Diodoro l. III. p. 104. & l. VIII. p 494. ac præterea legatur in veteri lapide DEO BACCHO CERERI ET CHORÆ, cujus meminit vir summus ad dedicat. Statuæ Regillæ p. 93. Unde Jacchus solemni pompa & cultu eductus vigesima Eleusiniorum, eaque maxime solemni, ut vel e Comici Ranis pag. 224. ac eruditis ad eum Criticis liquet, mysteriorum die, dictusque ibidem ab Initiatorum Choro,

Ἴακχ', ὦ πολυτιμήτοις
Ἕδραις ἐνθάδε ναίεις,
Facche, o qui pretiosas
Sedes hic inhabitas;

quod nempe notant ibidem Grammatici, συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος, *cum Cerere statuitur Bacchus*; qui vere proinde Cereris πάρεδρος, ut modo vidimus, fuerit dictus. Hinc etiam ut vulgo Cereris, & qua de re supra, *corona spicea*, ita etiam Baccho Αἰσυμνήτῃ sacra faciebant Achæi, *corona spicea capita redimiti*, ἀσταχύων ἐστεφανωμένοι τὰς κεφαλάς, teste Pausania l. VII. p. 436. Neque tamen cum illis solemnibus Athenienſium mysteriis confundi debuerant, quod jam merito ad Athenæum redarguit ὁ πάνυ l. VI. c. XV, Dionysia; de quibus postremis, quod multiplex eorum apud eosdem Atticos ratio nondum satis sit explicata, ac nobis suppeditante, dum in Galliis essemus, ejus rei occasionem, eruditissimo Menagio, peculiari agimus Diatriba. De communi autem Bacchi & Cereris cultu consulendus insuper, Strabo, qui l. X. p. 468. observat apud Græcos, καὶ ΤΗ ΔΗΜΗΤΡΙ, ἢ διὰ τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν καὶ τὸ χορικὸν, καὶ τὸ περὶ τὰς τελετὰς μυστικὸν, ΙΑΚΧΟΝ τε καὶ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ καλοῦσι, καὶ τὸν Ἀρχηγέτην τῶν μυστηρίων τῆς ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΔΑΙΜΟΝΑ, *& Cereri me Hercule, orgia omnia, &* BACCHATIONES, *choros, sacrorum initiationes, mysteria, &* BACCHUM, JACCHUM *appellant, ac ducem mysteriorum*, CERERIS GENIUM. Rationem autem ejus rei non mysticam, sed physicam tangit ad Aratum Theon, Διόσημ. p. 137. ed. Oxon. διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ τὸν Διόνυσον τῇ Δημήτρᾳ συγκαθιέρωσαν, ἀντιβόλημα τὸ γόνιμον τῆς ὑγρότητος, *ideo etiam veteres Bacchum juxta Cererem consecrarunt, innuentes humidi vim genitalem.* Immo quod postremum Stoicis tribuit Plutarchus p. 367. qui nempe τὸ γόνιμον καὶ τρόφιμον πνεῦμα, Διόνυσον εἶναι λέγουσι, *genitabilem & nutritium spiritum, Bacchi nomine adficiunt.* Adde hisce ad Nymphas Oceani filias in Orphicis ἐυχὴν,

Σὺν Βάκχῳ Δηοῖ τε χάριν θνητοῖσι φέρουσαι,

Cum Baccho & Cerere gratiam seu lætitiam mortalibus adferentes.

V. 73. εἰς ἐράνως, οὔτε ξυνδείπνια] Qui locus omnino ad illum Homericum respicit Odyss. A. v. 226.

Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος· ἐπεὶ οὐκ ΕΡΑΝΟΣ τὰ δὲ γ' ἔστιν,

An splendidum convivium? an nuptiæ? neque enim cœna est ex symbolis collatitia,

ac ubi vetus Interpres, ἔρανος, τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, neque aliter Eustathius ac Hesychius, & Athenæus præterea l. VIII. p. 362, ubi eundem Homeri locum adducit & explanat. Ἔρανος proinde non *cœna* aut *cœnæ* simpliciter, ut hanc vocem hic apud Callimachum reddunt Frischlinus & Vulcanius, sed *convivium e collatis symbolis*, & unde ἐρανάρχης, ut apud Laertium l. VI. in Diogene, dictus (sicut alias συμποσιάρχης, qui similibus præerat conviviis) & ἐρανίζειν, qui illud e collatis symbolis instruebat; ut id pridem innuerunt viri incomparabiles, Casaubonus in Athenæum, & Salmasius de Usuris, ac in Observationibus ad Jus Atticum. Unde potiori adhuc jure viri eruditi, Lamb. Barlæus & Tan. Faber, Luciani Interpretem redarguunt, qui in Timone ἔρανον αἰτήσαντι, verterat, *cœnam petenti*; ubi ἔρανος, non jam de convivio e symbolis instructo, sed de *ære collatitio* ad sublevandos egenos, pro nota & familiari apud Comicos ac Oratores Atticos ejus vocis usu sumitur. An vero hoc aut adfini sensu, ἔρανος donum esset mere gratuitum, sine usuris nempe, ac ubi licuit, reddendum, acriter inter se decertarunt, ut notum, duo viri doctissimi: ita tamen ut acerbius, atque adeo, ut sibi ea in re non constet, ea de re egerit in Animadversionibus l. VI. c. I. Heraldus. Dum enim ille ἔρανον, quod statuebat Salmasius, de *mutuo gratuito* dici non posse, cum in Observationum libris, tum denuo in Animadversionibus l. VI. c. I. acriter negasset; idem tamen mox harum cap. III. *mutuum conditionale* dici ἔρανον posse agnoscit. Ἔρανον certe apud Atticos reddi, ubi id per facultates licuit, ac inde debitis seu æri alieno quodammodo adnumerari solitum, varia præter illa, quæ eam in rem adtulit ὁ πάνυ, arguunt Auctorum Atticorum loca. Hinc conjuncta sæpe apud eosdem ἔρανοι & χρέα seu ὀφλήματα, ut apud Comicum Acharn. p. 400.

Οἷς ὑπὲρ ΕΡΑΝΟΥ τε καὶ ΧΡΕΩΝ πρώην ποτὲ,

Ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας,

Ἅπαντες ἐξίστω παρῄνουν οἱ φίλοι,

Quibus propter ERANUM, seu *collatum æs ac* DEBITA,

Prius omnes amici dicebant, recedite,

ubi eruditi Grammatici, ὅτι αὐτοῖς οἱ φίλοι χθὲς καὶ πρώην συνεβούλευον καταχρέοις οὖσιν ὑπό τε ΕΡΑΝΩΝ καὶ ὀφλημάτων, ἐξίστασθαι τῆς οὐσίας, ὡς μὴ ΔΥΝΑΜΕΝΟΙΣ ΑΠΟΔΟΥΝΑΙ· ἢ τοῖς δανείζουσιν παρῄνουν οἱ φίλοι ἐξίστασθαι τοῦ δανείζειν τοῖς τοιούτοις ΟΦΕΙΛΟΥΣΙΝ ΕΡΑΝΟΥΣ καὶ χρέα, *quod iis amici heri & prius auctores erant, ære alieno obstrictis propter* ERANOS, seu *collatum æs ab amicis, & debita, bonis cedere,*

tan-

tanquam QUI NON POSSENT EA REDDERE: *aut mutuo dantes admonebant amici, ut abstinerent a dando mutuo hisce, qui* ERANOS *& æs alienum* DEBEBANT. Unde ἐράνων ὀφλήματα εἰπεπραγμένα, *ex eranis debita contracta*, quæ nempe a mutuo ibi distinguit sub usuris dato, χρέα ἐπὶ τόκοις ὀφειλόμενα, dixit Isæus de Agn. Hæred. p. 586. & prout itidem Demosthenes adv. Aphob. 1. p. 550. πονηρότατος ἀνθρώπων πάντων ἐστὶ, καὶ ΕΡΑΝΟΥΣ τε λέλοιπε πλείστους, καὶ ὑπόχρεως γέγονε, *mortalium est nequissimus, &* ERANOS *reliquit multos, & ære alieno supra facultates fuit oppressus.* Quamquam alibi apud eundem Demosthenem adv. Nicostratum p. 724. videas ἔρανον dici, de *dono* mere *gratuito*; nempe ubi Apollodorus dixisset, se mille drachmas, ἔρανον αὐτῷ εἰς τὰ λύτρα, *æs gratuitum in illius redempti pretium* contulisse, addit mox de eodem *erano*, καὶ τοῦτο ἔδωκα ΔΩΡΕΑΝ αὐτὸ τὸ ἀργύριον, καὶ ὁμολογῶ δεδωκέναι, *atque hoc* GRATIS *argentum dedi, & dedisse fateor.* Adde, quod ἔρανος etiam de pecunia fuerit dicta, quæ in ærarium, pro facultate uniuscujusque, ab Atheniensibus collata, belli Persici temporibus; ut apud Aristophanem Lysistr. p. 878.

Τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν,
Æs collatum, dictum avitum, in Medicum bellum.

V. 74. προχανὰ] Sic idem Callimachus in libris αἰτιῶν apud Sophoclis Enarratores Antigon. v. 80. ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα, *sub quæcunque prætextu frequentavit*, & quidem ad illud Sophoclis,

Σὺ μὲν τάδ' ἂν προύχοι,
Tu quidem ista obtende:

nempe, ut de eo loco Eustathius Il. P. p. 1109. ἀντὶ τοῦ προφανίζοιο· ἐκ δὲ τούτου φασὶ καὶ προχάνας καὶ προφάσεις λέγεσθαι, *pro prætexe, & unde ajunt* προχάνας *dici prætextus*; additque alibi p. 1778. Χαίνειν pro *dicere* magis tragice dictum, atque inde, quod eadem sint, seu eodem redeant, προχάνη & πρόφασις.

V. 75. Ἰτωνιάδος μιν Αθαναίας ἐπ' ἀέθλα] Vide, quæ de hoc *Itoniæ Minervæ* cultu, & agonibus apud Bœotos celebrari solitis, notavi ad v. 61. superioris Hymni; ubi de hujusce Deæ ad urbem Bœotiæ Coroneam, ubi illa ejus sacra, profectione agitur. Quamquam, quod tradunt etiam hic Scholia, daretur *Iton* urbs *Thessaliæ* antiqua, cujus mentio apud Homerum, Catullum, Strabonem, Stephanum &c. & a qua hanc *Minervam Itoniam* primum appellatam, ex Hecatæo referunt Apollonii Enarratores l. 1. v. 551; cujusque fanum ac fani locum tangit, quod vidit hic vir doctus, Pausanias l. 1. p. 23. Iidem tamen Grammatici alibi, nempe ad v. 721. ejusdem Argonaut. libri, Ἰτωνίδα hanc Deam, in Thessalia cultam, & in Coronea urbe Bœotiæ observant, & quidem non a loco, sed ab *Itono sacerdote*, ἀπὸ τοῦ ἱερέως, seu ut de eodem antea, Amphyctionis filio. Quibus accedit etiam Pausanias l. IX. p. 593. ubi pro Ιτωνίου legendum Ιτώνου τοῦ Αμφικτύονος, & sicut ille alibi ab eodem vocatur p. 287. & 545. A quo *Itono* nempe dicta Ἴτων urbs illa Thessaliæ, & inde Minerva, *incola Itoni*, apud Catullum Epithal. Thet. p. 228. Græcis autem cum Ιτωνὶς dicta eadem Dea, ut in memo-

ratis apud Apollonium locis, ac in veteri Epigrammate de Gallis devictis apud Pausaniam l. 1. p. 23; cum Ἰτωνία apud Bacchylidem, Polybium, Strabonem, Stephanum, ut viderunt viri docti; tum Ἰτωνίας, ut hoc apud Callimachum loco, ac in Epigrammate antea inedito, quod ad Stephanum retulit Cl. Holstenius.

V. 76. Ὀρμιδίδαι] Thessali proinde, non Bœoti, & quidem in eodem, quo *Minervæ Itoniæ*, de quo hic agitur, fanum, tractu. De hoc enim ait Pausanias l. 1. p. 23. situm illud esse inter *Pheras* & *Larissam*, Φερῶν μεταξὺ καὶ Λαρίσσης, quod de *Ormenio* Thessaliæ oppido tradit similiter Eustathius ad Iliad. B. p. 332. Ὄρμιον, πόλις Θετταλικὴ μεταξὺ Φερῶν καὶ Λαρίσσης, *Ormenium urbs Thessaliæ inter Pheras & Larissam.* Denominatum nempe oppidum juxta Strabonem l. IX. p. 438. ab *Ormeno* Æoli nepote ac Amyntoris patre, Ὀρμίδιος inde apud Homerum dicti Iliad. I. v. 762. patre; & sicut proinde Ὀρμιδίδαι hic appellati ejusdem *Ormeni posteri*, qualis apud illum Poetarum patrem Phœnix. Quamquam alio ejusdem Poetæ loco Iliad. B. v. 266.

ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο,
ex Eleone Amyntoris Ormenidæ,

Eleonem non Thessaliæ, sed Bœotiæ adscribant brevia ad Homerum Scholia, aliique apud Strabonem, qui Tanagricum vicum fuisse tradiderant; sed quos refellit ibidem Geographus l. IX. p. 439.

V. 77. Οὐκ ἐνδοῖ] Ita Theocritus ab initio Idyll. XV. Ἐνδοῖ Πραξινόα, *intus Praxinoe*, & formatum, ut ibi Grammatici, sicut Μεγαροῖ, Πυθοῖ, & prout cæteroquin v. 88. ejusdem Idyll. mox autem apud nostrum Battiadem v. 88. ἐνδομυχος, *penetrali ædium abditus* dictus idem Erysichthon.

Ibid. Κρανῶνα] Unde supra v. 138. Hym. in Delum, πεδίον Κρανώνιον, *campus Cranonius*, & ubi vide, si lubet, quæ de hac *Cranone*, Thessaliæ oppido, ibidem notamus.

V. 78. & 79. Πολυξὼ μάτης Ἀλοηΐωνος] Præter *Polyxon* Tlepolemi conjugem, cujus e Pausania meminit vir doctus, eamque Rhodi imperantem, non omittenda fuerat haud ignota una e Lemniadum, eaque Reginæ Hypsipyles nutrice, cujusque de admittendis intra Insulam Argonautis orationem memorat Apollonius l. 1. v. 668.

Αὐτὰρ ἔπειτα φίλη τροφὸς ὦρτο ΠΟΛΥΞΩ,
Sed postea cara ejus nutrix surrexit POLYXO &c.

& similiter Valerius Flaccus l. 11. Argon. v. 316. ubi Phœbi vates eadem dicitur,

Tunc etiam Vates Phœbo dilecta POLYXO;

& cujus meminit etiam Hyginus Fab. XV. Ut Statium mittam Theb. v. v. 90. ubi eadem *avi matura Polyxo* dicitur, & Lemnias mulieres ad virorum cædem invitasse, quod viderunt jam alii ac Poetarum illorum Interpretes. A qua diversa rursus alia *Polyxo*, una Atlantidum apud Hyginum Fab. XCII. & quæ etiam Antiopes, e qua scilicet ac Jove nati Zethus & Amphion, mater apud Apollodorum dicitur l. III. c. X. Quod vero *Actorionis mater* ea, de qua hic, *Polyxo*, vocatur; haud

ita

ita liquidum, de qua sit Poetæ nostro sermo; quum ex memoratis illis eo nomine Nymphis aut mulieribus, nulla apud Mythologos alioſve antiquos Auctores, quod equidem sciam, occurrat, cui *Actorion* filius tribuatur, mentio. Quum vero *Actoriones* illi fratres apud Homerum memorati, & similiter apud Apollodorum l. II. c. VII, *Actoris*, seu juxta alios Neptuni & *Moliones*, non vero *Polyxus* filii dicuntur, iique Elienses, satius videtur, ut de *Actorione* illo hic intelligatur, *quem inter Argonautas enumerant* cum Orpheus seu Onomacritus eo loco, quem jam huc adtulit vir doctus, Argon. v. 177, tum Apollodorus l. I. c. XII. & Hyginus Fab. XIV. Quamquam apud Orpheum *Iri*, non *Ili*, ut bene ibi emendavit in nupera ejus editione vir eruditissimus; apud hos vero *Hippasi* filius, suppresso apud eosdem, & quæ *Polyxo* proinde dici potuit, *matris* nomine, appelletur. Accedit quod in eodem Poemate, *ex aspera Opoeunte*, (seu τραχείην Ὀπόεντα λιπὼν) Locrorum nempe Epicnemidiorum Metropoli, venisse dicatur idem *Actorion*; quorum tractus Thessaliæ ubi agebat, quamque hic adiisse dicitur *mater Polyxo*, ejusque filius Erysichthon, plane erat conterminus.

V. 83. Πίνδου ἀν' ἐυάγκειαν] Adsentior itidem H. Stephano, & quamquam ἐπέχειν hic se debere crediderit eruditissimus Vulcanius, legenti Πίνδῳ ἀν' ἐυάγκειαν. Εὐάγκεια enim de *pulcro clivo*, sicut συνάγκεια, *quod obiter supra adtigi* ad v. 49. superioris Hymni, de *convalli* legitur apud Theophrastum de C. Pl. l. II. c. v. ubi de vinitoribus ait, ὅταν συνάγκειάν τινα λάβοντες, φυτεύσωσιν, *quum convallem aliquam nacti, in ea plantant*. Nota vero similiter apud Homerum μισηγάγκεια, de *convalli*, in quam aquæ undique confluunt. Cur vero hic prior Interpres verterit *Pindo pervocali* haud opus, ut jam laboremus. Ἄγκος autem, ut obiter hoc addam, non de *valli* solum, aut *clivo*, sed de *vase* seu *poculo* etiam dictum, (nempe Attice pro ἄγγος, sicut κναφεῖον pro γναφεῖον, & similia) ut apud Euripidem Iphig. Taur. v. 953. de vino in poculum unicuique convivarum infuso, εἰς δὲ ἄγκος ἴδιον, *in poculum autem proprium*, æqualem, quod additur, vini mensuram singulis infundentes; ac unde etiam v. 960. ejusdem dramatis, χοῆρες ἄγκος Παλλάδος, *libatorium vas Palladis* dicitur, nisi in utroque loco ἄγγος legi quis malit.

V. 87. Ὄθρυϊ ποιμνὶ ἀριθμῷ] Mons Thessaliæ *Othrys* vel e Virgilio notus, quem vocat *Othrymque nivalem* Æn. l. VII. v. 675. ac inde, quod ad eum monere potuerant Interpretes, Statius Theb. l. III. v. 318. *si quando nivalem Othryn*. Cui utrique præiverat Nicander Ther. v. 145. apud quem νιφόεσσα Ὄθρυς similiter dicitur; sed quod jam occuparunt alii. Iis proinde antiquis Auctoribus, qui præter Geographos, hujus Thessalici montis meminere, adnumerandus etiam venit, ut de Herodoto sileam, Callimachus; alibi Statius Achill. l. I. v. 238. *jam nubibus ingemit Othrys*, ac Silius l. III. v. 495, *cumque Æmo* (non, ut vulgo *Hemo* vel *Hæmo*) *cesserit Othrys*. Haud vero mirabitur quisquam, quod juxta primævum ac frugale mortalium vivendi institutum, in eo monte *Othry*, Regis filius ab ejus matre dicatur hic *pecus numerare*.

Haud aliter nempe ac de Proteo Ægypti quondam, ut ab Euripide vocatur Helen. v. 4. Rege, dixit Homerus Od. Δ. v. 45. λέξο δὲ ἀριθμὸν, *recensuit vero* ovium *numerum*, ac inde de eodem Virg. Georg. l. IV. v. 436.

Considit scopulo medius, numerumque recenset.

Adde, quod *pecora numerans*, pro *pastore* ab Hebræis sit dictus, ut Jerem. XXXIII. 13. πρόβατα ἐπὶ χεῖρα ἀριθμοῦντος, *pecora ad manus numerantis*, idque ad litteram textus Hebraici.

V. 88. ἐνδόμυχος] Qui nempe in intima seu penetrali ædium parte abditus, & sicut de se in antri Lemnii recessu hactenus latente, dicit Philoctetes apud Sophoclem, in cognomine dramate v. 149. κρᾶτ' ἐνδόμυχον, *caput in antri recessu occultum*. Ita οἱ ἔνδον Θεοὶ, *Dii Intus*, seu *Penates*, juxta Dionysium dicti Antiqu. l. I. p. 54. ut apud Ælian. de Anim. lib. X. ubi Θεοῖς Μυχίοις, *Diis Penatibus*, pro Μοιχίοις legendum bene ad eundem viderunt, & quod jam alibi est a nobis monitum, duo eruditissimi ejus Interpretes, Gillius & Gesnerus. De quibus Diis, ut hoc addam, dixit etiam Æschylus Choëph. v. 799.

Ὅι τ' ἔσω δωμάτων
Πλευταγαθῆ μυχὸν νομίζετε.
Quique interiorem ædium
Divitem recessum administratis.

V. 89. κακὰ δὲ ἐξάλλετο γαστὴρ αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι] Nempe, quod inde expressit eadem de re agens Ovidius Metam. l. VIII. v. 834.

Plusque cupit, quo plura suam dimittit in alvum;

ac dein v. 842.

Semperque locus sit inanis edendo;

& prout a Juvenale dictum Satyr. XV. v. 97.

Cogebat vacui ventris furor.

ἐξάλλεσθαι significat vehementi cupiditate in ventrem ire (Kuster.) Theocr. III. 27 ἄλλεται ἐς δαῖτας, quod et omen ubi hæc mox rei, qã vehementer cupiunt videri. καχλάζει πηδὼν δὲ τὸν ὑπὲρ ἐκπηδᾶν ἐπιθυμίαν δηλοῖ. Suidas. Vi, 318, „saltante Ubidine" proverbium ut hic ἐξαλλέσθαι. ἐξάλλεσθαι significat vehementi cupiditate ventrem ire (Kuster.) Theocr. III. 27 ἄλλεται ἐς δαῖτας, quod et omen ubi hæc mox rei, qã vehementer cupiunt videri. καχλάζει πηδὼν δὲ τὸν ὑπὲρ ἐκπηδᾶν ἐπιθυμίαν δηλοῖ. Suidas. Vi, 318, „saltante Ubidine" proverbium ut hic ἐξαλλέσθαι.

Ut vel inde liqueat, non debuisse omnino H. Stephano suspectum videri hoc verbum ἐξάλλετο, opportune admodum de inani famelici hujus Erysichthonis *ventre* hic dictum, nec de alio verbo in ejus locum subrogando, ut fieri tamen ab illo videas, fuisse ullatenus laborandum. Adde vero hisce Oppianum de vespertilione Αλιευτ. l. II. v. 205.

ἀλλά μιν ἄτη
ΓΑΣΤΡΟΣ ἀελιμάργοιο ΚΑΚΑ λάχεν· ἐ γὰρ ἐδωδῆς
Ἦ χόρον, ἠέ τι μέτρον ἐπίσταται,
sed ipsum noxa
Ventris immodice voracis mala sortitur; neque enim cibi
Aut satietatem, aut ullum modum novit.

V. 90. ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσης] Quo simili usus quoque in narratione diræ hujus famis Ovidius l. VIII. v. 835,

Usque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec satiatur aquis;

& mox vers. 842. *altique voragine ventris.* Sic de inexplebili cæterum voracitate Oppianus Αλιευτ. l. V. vers. 52. τί γὰρ τόσον ἔσσεται ἐδμὴ, ὅσσον ἐνιπλῆσαι γαστρὸς χάος, *quæ enim tanta erit esca, quæ satis sit ad implendum ventris chaos*, seu voraginem vel abyssum?

V. 91.

V. 91. Ἀλεμάτως] Dorice pro ἠλεμάτως h. e. ut hic Græcus Enarrator, & similiter Hesychius, ματαίως, & qua voce itidem usus Apollonius Rh. l. IV. v. 1206.

Τῷ καὶ ὀτ' ἠλεμάτως Κόλχοι μάθον ἀντιόωντες,
Quum vero Colchi intelligerent, frustra se ei occurrisse.

Legitur etiam vox ἠλέματος in grandiloquis ieu dithyrambicis Sotadis versibus apud Athenæum l. XIV. p. 621. ubi βροντὴν ἠλέματον, *clavam ingentem* vertit Dalechampius, quod ad verbum *brutum fulmen*, & qua de re filet ibi ὁ πάνυ, denotat. Hæc autem vel ideo paucis hic tango, quod solum Hesychium indicem vocis ἠλέματος, nulla etiam hujus adverbii ἠλεμάτως, & quæ hic Dorice ἀλεμάτως, facta mentione, adducant veteres Helleniſmi Thesauri. Apud Theocritum vero, quod nec præteriri hic debet Idyll. XV. v. 4. pro ὦ τὰς ἀδαμάτε ψυχὰς, illustris Scaliger legendum credidit, ὦ τὰς ἀλεμάτε, nempe *o mens vana*, sed quod eidem loco non convenire vere monuit magnus Casaubonus, qui restituit, ὦ τὰς ἀδαμάτε ψυχὰς, *o indomitum* seu *fortem animum*, pro ἀδαμάτε. Eustathius vero ad Iliad. Δ. p. 437. ἠλέματον pro ἠλεὸν καὶ μάταιον, *stultum & vanum*, apud Oppianum tradit exstare, & quod cultissimi Poetæ amatoribus investigandum in eo relinquimus.

V. 92. ἀελίῳ ἴνι πλαγκών] Seu verius πλάγγων, ut in antiquioribus hujus Poetæ editionibus, sicut id jam a Vulcanio monitum, ac, ut hic dicitur, vulgo de *imagine cerea*, quæ proinde solis æstu liquesceret, prout hic Græcus Enarrator πλάγγων, ὁ κήρινος νύμφη, *puppa cerea*, & vetus Theocriti Interpres Idyll. II. καλεῖσι δὲ αὐτὸ καὶ ΝΥΜΦΗΝ· οἱ δὲ ΠΛΑΓΓΟΝ, ὡς Ἀττικοὶ, διὰ τὸ πεπλάσθαι ὑπὸ κηροῦ, *vocant illud etiam* NYMPHAM seu *puppam*; *illi autem* PLANGONA, *sicut Attici, quod fiat ex cera.* Hinc veteres glossæ ab H. Stephano primum editæ, *puppæ*, πλαγγόνες, τῶν παιδίων νύμφαι, *plangones, infantium puppæ*; & alibi πλαγγόνες, *puppæ.* Unde cum κηροπλάστης ejusmodi imaguncularum *e cera artifex* dictus a Sileno in Juliani Cæsaribus Augustus; tum, ut illius vocis vel dicterii vim ibi continuo explicat, qui Deos ἡμῖν ἔπλασεν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, *nobis effinxisti, sicut illi puppas*, prout ibidem docuimus. Adde Hesychium πλαγγὼν κηρινόν τι κοροκόσμιον, *cereum* nempe *pupparum ornamentum*; ac unde explicanda Sapphus ad Venerem verba apud Athenæum l. IX. p. 410. χειρόμακτρα πλαγγόνων, *ornamenta* id genus *pupparum*, cum ipsis nempe puppis Veneri, ut jam ibi e Persio monuit ὁ πάνυ, consecrata. Ita haud ignotæ apud Tullium l. VI. ad Atticum Ep. 1. *quinque plunguncula Matronarum*, e Bosii ibidem restitutione, pro vulgato, & quod nauci omnino, *lagunculæ*, ac prout in Bessarionis codice exstare monuit Manutius, ac inde etiam præter Lambinum ac Junium, in accuratissimam editionem suam retulit Gruterus, ac ejus exemplo servarunt Batavæ Ciceronis editiones. Neque Tullio omnino insolitum, ut cum Attico suo Atticis verbis, seu ad morem Atticum formatis subinde agat. Ut nunc mittam, quod πλαγόνα de ornamento capitis muliebri seu *reticulo* insuper dictum notet Hesychius, πλαγόνες, κεκρύφαλοι, & quomodo etiam χειρόμακτρα

πλαγ-

Scholl. Philostr. p. πλαγγονες. V. Scroll. Charit. p. 157.

πλαγγόνων, *per reticula virginum*, dicto paullo ante Sapphus apud Athenæum loco, verti posse agnovit ibi ὁ πάνυ. In reliquis autem, ut obiter hoc addam, ejusdem Lesbiæ Musæ verbis enucleandis minus felix aut lynceus fuit ibi magnus Animadversor; & potior omnino, ut alia nunc mittam, quam in notis ad ultima Sapphus verba aliunde adtulerat, eamque præterea obviam lectionem, eruditissimus Fulvius p. 294. In. IX. nempe Ἔπεμψ' ἀπὸ Φωκαίας δῶρα τίμια, quæ *misi a Phocæa* urbe *dona eximia*, non vero e *Phocide* cum Dalechampio. Æolis enim, ut notum, Sappho, & *Phocæa* finis Æolidis apud Strabonem l. XIII. p. 582.

V. 93. ἔτι μεῖζον ἐτάκετο] Pro solito nempe ejusmodi *bulimiæ*, seu diræ famis adfectu, qualis maxime σύντηξις seu *tabes* cum extrema macie ac virium imbecillitate conjuncta ab Aristotele traditur Problem. l. VIII. Sect. IX. ἡ δὲ ἐν τῇ ΒΟΥΛΙΜΙΑ ἔκλυσις καὶ ἀδυναμία γίγνεται, ΣΥΝΤΗΞΕΩΣ γινομένης ἐν τῷ σώματι, διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἄθροισιν &c. Dein ἀδυναμία δὲ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀτροφίαν καὶ ΣΥΝΤΗΞΙΝ, *quæ vero in* BULIMIA, seu vehementi fame, *resolutio ac imbecillitas*, sive *defectio virium sequitur*, COLLIQUATIONE seu CONSUMPTIONE *a collecto calore in corpore facta*; dein, *defectus* autem, seu *prostratio virium, propter nutritionis in corpore defectum &* CONSUMPTIONEM; ἀτροφία nempe ibi non *inedia* juxta Interpretem, ubi de βουλιμίᾳ agitur, sed de nutritionis *inopia*; quod nempe priusquam priores cibi sint concocti, alios βουλιμιῶντες, de quibus ibi Aristoteles, ingerant, seu crudis adhuc existentibus cibis & semicoctis, prout quoque de *canino appetitu* seu κυνώδει ὀρέξει ait Aetius Tetr. III. Serm. I. c. XXI. Immo quibus præiverat jam, ut observo, Hippocrates de Prisc. Medicina cap. V, ubi de ingestis ita adfecto novis, & antequam priores adsumptos venter consumpserit, cibis agens, addit, ΦΘΙΝΕΙ δὲ καὶ ΣΥΝΤΗΚΕΤΑΙ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, CONSUMITUR *autem &* CONTABESCIT, omniaque ejusmodi, ut continuo addit, quæ homo patitur, ea fami a se tribui.

V. 94. ἴνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον] Juxta dictos modo graves morbi illius adfectus, & quidem Auctore ipso Medicorum Antistite, φθίσιν & σύντηξιν, *consumptionem* seu *tabem* cum extrema macie & extenuato corpore. Unde etiam abunde liquet, esse utique longe diversum hunc in Erysichthone, ex nimia & assidua ingluvie ἰχνιασμὸν τοῦ σώματος, *attenuationem corporis* ab eo, cujus meminit Hippocrates de Fracturis Sect. XVII. qui e subtractis nempe ac diminutis ægro seu male adfecto, & quidem e Medici præscripto, cibis proficiscitur. Adde, quæ cæteroquin de egeno & fame seu ciborum inopia, ad eundem, qui hic a Callimacho traditur, hujus Triopidæ habitum, redacto parente dicitur a Quintiliano Declam. V. seu Ægro Redempto, *hæret adstricta* NUDATIS OSSIBUS *cutis, & in fame sua homine consumpto, jam membra sine corpore.* Ita de obsessis & macie confectis alimentorum inopia Saguntinis Juvenalis Satyr. XV. V. 100.

hostibus ipsis
Pallorem ac maciem, & tenues miserantibus artus.

Silius

Silius autem de iisdem & opportune ad hunc Battiadæ nostri locum, l. 11. v. 466.

jam lurida sola
Tecta cute, & VENIS male juncta trementibus OSSA.

V. 96. χὼ μαστὸς] *Mamma* pro *nutrice*, ut monent etiam Græca ad hunc locum Scholia, & prout jam olim *mammas* dictas ab infantibus *matres*, quæ vulgo illis nutricum officium præstare erant solitæ, e Varrone liquet libro de liberis educandis apud Nonium in voce *Buas*; nempe *cum cibum ac potionem, buas ac papas dicunt, &* MATREM MAMMAM; *patrem, tatam.* Unde notus ille Martialis jocus de Afra vetula lib. 1. Epigr. c1.

Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

De *nutrice* vero pro *mamma* seu *uberibus* a Catullo dicta, monuit jam Anna eruditissima.

V. 100. Αιολίδος Κανάκης] Quomodo semet *Æolidos* nomine, Æoli nempe filia, indigitat *Canace* apud Ovidium in Epistola ad fratrem & amatorem simul Macareum,

Hæc est ÆOLIDOS *fratri scribentis imago.*

Unde idem, de quo hic Callimachus; *Canaces*, & alterius proci, Neptuni scilicet filius, Triopas, Αιολίδης dictus in Inscr. Herodis Attici,

Οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον ΤΡΙΟΠΕΩ μένος ΑΙΟΛΙΔΑΟ,
Neque vero fortem TRIOPAM ÆOLIDEM *juvit* &c.

ac ubi hujus apud Battiadem nostrum loci auctoritatem adducit ὁ πάνυ, ut de quo *Triopa* in eo lapide sit sermo, firmius constare ibidem doceat.

V. 102. ἐκτερέϊξαν] Unde Apollonius l. 11. v. 840.

Συνεκτερέϊζε δὲ λαὸς,
Populus autem una fecit inferias.

V. 103. βούβρωστις] Quæ βούπεινα dicitur supra v. 24. hujus Hymni, & prout hac voce βούβρωστις, præter Homerum & hoc loco Callimachum, usus haud semel Nicander, ut Ther. p. 28. Ἐι δὲ ὀλοὴ βούβρωστις, *si vero exitium fames*, & pag. 56. Τοίη ἡ βούβρωστις, ubi notat vetus ac eruditus Enarrator, βούβρωστις δὲ κυρίως ἡ τροφὴ, νῦν δὲ ἀνία, καὶ ὁ ἰὸς, h. e. βούβρωστις *proprie nutrimentum, nunc vero angor & venenum*, unius nempe e Scorpionum, de quibus ibi agitur, speciebus. Haud aliter nempe ac βούβρωστιν apud Hom. Il. Ω. v. 532. explanant veteres Grammatici, βούβρωστις, κυρίως μὲν ὁ μέγας καὶ χαλεπὸς λιμός· νῦν δὲ ἀντὶ τοῦ μεγάλης ἀνίας καὶ λύπης κεῖται ἡ λέξις· ἔνιοι δὲ βούβρωστιν τὸν οἶκτον ἐξεδέξαντο, h. e. βούβρωστις *proprie quidem magna & molesta fames, nunc autem pro magno angore & mœrore vox ea ponitur; nonnulli autem* βούβρωστιν *commiserationem accipiunt.* Verum non prætereundus hic Agathias, qui ad hunc Callimachi locum respexit Anth. l. 11. c. XXXI. Ep. v. uti jam ante monui ad vers. 24.

Ἐι γὰρ ἀεὶ βούβρωστιν ἔχεις Ερυσίχθονος αὐτοῦ,
Si enim diram famem ipsius Erysichthonis habes,

amicum forte ipsum, quod addit, devorabis. Quo sensu quoque eandem vocem, & quidem vice adjunctivi adhibuit Oppianus de inexplebili vespertilionis fame, Αλιευτ. l. II. v. 207.

ἀλλ' ἀτέλεστον
ΑΥΣΣΑΝ ἀεὶ ΒΟΥΒΡΩΣΤΙΝ ἀναιδὲϊ γαστρὶ φυλάσσει,
sed inexpletam
RABIEM SEMPER VORACEM *impudenti ventri servat.*

Nempe prout *rabidi jejunia ventris*, de dira Saguntinorum fame dixit Silius l. II. v. 472.

V. 105. Βόσκε λαβὼν] Cur hic Interpres *devora arreptum*, ut nempe e Neptuno alius hic Saturnus, liberorum helluo fieret, quum obvius alioquin ac nativus occurrat hujus loci sensus, mirari equidem licet. Nempe dum famelici hujus Erysichthonis mater, a patre Neptuno supplex petit, ut vel gravem illum *bulimiæ* morbum a nepote avertat; vel ipsemet eum ad se adsumens, velit ei alimenta suppeditare, βόσκε λαβὼν, quum, ut eadem continuo addit, omnes mensæ, ovilia omnia, armenta, aliaque, quæcunque erant in ejus potestate, sint ab illo jam absumpta. Επιβόσκειν quidem pro *depascere* sumptum videas, ut de fame Hierosolymitana apud Josephum Αλωσ. l. XVI. c. XIV. καὶ βαθύνας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς καθ' οἴκους καὶ φυλὰς, τὸν δῆμον ἐπεβόσκετο, *auctaque jam fame totas domos & familias depascebatur.* Sic voce ἐπιβόσκειν seu ἐπιβόσκεσθαι usus etiam Aristophanes Avib. pag. 576. de Phrynicho, qui apis instar μελέων ἀπιβόσκετο καρπὸν, *cantilenarum depascebatur fructum.*

V. 108. Αλλὰ καὶ ὀρῆας] *Mulos* ita dictos, non παρὰ τὸν ἔρον, juxta Eustathium, sed ἀπὸ τῶν ὀρῶν, a *montibus*, in quibus educari olim soliti, ex Homero & aliunde vere jam adseruit ὁ πάνυ Bochartus Hierozoic. l. II. c. XIX. Quod vero cap. XXI. ejusdem libri, *mulorum* usum antiquiorem in Græcia, quam apud Hebræos idem putat; ac ideo, quod crebra eorum apud Homerum occurrat mentio; ante Davidem vero nusquam eorum meminerint in contextu Archetypo sacri Historici, id an adeo firmiter eruatur, aliorum esto judicium. Maxime quum ut ibi agnoscit vir summus, adversentur eidem, cum ex Hebræis aut Translationibus antiquis, tum e Christianis doctissimi quique veteris fœderis Interpretes, apud quos יְמִם *jemim* Gen. XXXVI. 24. per *mulos* reddi solent. Nam quod Seniores Gen. XLII. 16. & XLV. 23. ἡμιόνους dicunt, in utroque loco *asinas*, non *mulos*, Hebræam vocem in iis אתנות *designare* vere observat idem Bochartus, ac unde ὄνους pro ἡμιόνους in dictis illis locis LXXviralis versionis legendum statuit.

V. 109. τὰν Εστίαν ἔτερφι μάτηρ] *Vestia* nempe, eique τῇ κοινῇ τῆς πόλεως, *communi urbis*, ut Græci subinde de ea loquuntur, & qua de re nos alibi, seu τῇ Πατρώᾳ, *Patrima* vel *Domestica*; prout hæc quoque maxime apud veteres Tragicos dicta & invocata legitur, ut apud Sophoclem Electr. v. 887. Euripid. Hecub. v. 22. &c. Idque juxta legem, quæ apud Græcos haud minus ac apud Romanos viguit, & quam memorat Tullius de Legib. l. II. c. VIII. *Quæque quoique divo decora gra-*

taque

teque sint hostiæ, providento ; & quod in institutis Pontificum ac Haruspicum fuisse paullo post tradit cap. XI: nempe quibus hostiis immolandum cuique Deo, ac ut addit, *cui maribus, cui feminis.* Quod docent etiam subinde antiqui lapides, sicut in iis Inscriptiones seu sacrificia fratrum Arvalium apud Gruterum p. CXVII. & CXVIII, in quibus vulgo *Boves mares* Diis, ut Jovi, Marti, & eorum exemplo Imperatoribus; *Vaccas* vero Deabus, Junoni, Minervæ &c. & Augustæ; ac similiter in Cl. Sponii Miscell. p. 5. *Jovi Optimo Maximo Bovem Marem, Junoni Reginæ Vaccam, Saluti Vaccam* &c. Immolandas nempe legimus. Quomodo etiam *Vacca* seu *Juvenca*, quod hic Callimacho dicitur in honorem *Vestæ* ab Erysichthonis *matre* alebatur; haud aliter nempe ac Minervæ juvencas, easque unius anni ac indomitas, tanquam Deæ ἀδμήτη & ἄζυγι, *indomitæ, innuptæ* (cujusmodi habita etiam apud veteres, ut aliunde notum, *Vesta*) mactanda legitur apud Homerum, cum ab Ulysse v. 292. tum similiter a Nestore Odyss. Γ. v. 382. Unde etiam Dianæ, ἀδμήτῃ itidem Deæ, juvencæ ante nuptias immolari apud Græcos olim solitæ; ut liquet ex Euripide Iphig. Aul. v. 1113.

Μόσχει τε, πρὸ γάμων ἃς θεᾶ πιστὸν χρεὼν,
Et juvencæ, quas ante nuptias oportet mactari Deæ.

Quamquam & *pregnans juvenca*, νήδυι βριθομένη δάμαλις, eidem Deæ ab ejus sacrificulis immolanda, verum ejusdem Deæ opera servata, dicatur in veteri Philippi Epigrammate, Anth. l. 1. c. XXIII. Ut mittam, quod *bovis* feminæ, non *tauri* sacrificium apud Phœnices & Ægyptios olim vetitum, tradat Porphyr. περ. Αποχ. p. 138. & 236. Ut vero Εστίᾳ seu *Vestæ*, & qua de re infra ad v. 129. ac plenius agimus in nostra de Vesta Græcorum Diatriba, primæ ante Deos alios sacra apud Græcos fieri consueverant; ita eadem haud uno sacrorum ritu culta ab iis legitur. Hinc non victimis aut incensis etiam, sed herbis demum, eam primum cultam refert Porphyrius περ. Αποχ. l. II. p. 125. ἄρξασθαι πρῶτον ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ τοῖς ἑρκείοις Θεοῖς θύειν, ἀ σμύρνης, ἢ δὲ κασίας καὶ λιβανωτοῦ κρόκῳ μυχθέντων ἀπαρχὰς πολλοῖς γὰρ ὕστερον παρελήφθη καὶ ταῦτα &c. ἀλλὰ ΧΛΟΗΣ, A VESTA *cœlestium Deorum sacra primum auspicati, non quidem myrrha, casia, aut thure & croco mixtis primitus, (nam hæc longo post tempore sunt admissa &c.)* sed VIRENTIS GRAMINIS. Libationibus vero cultam eandem *Vestam*, docet de ea agens Pindarus Nem. Od. II.

Πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρῶτον Θεῶν,
Stipe equidem libationibus placantes primam Deorum.

Victimas tamen eidem, sicut reliquis etiam Numinibus, mactatas, præter alia arguit Plutarchi locus in Parallel. p. 309. ubi ait Metellum Romanorum Ducem cum classe navigaturum, *ideo, quod uni Vestæ non immolasset*, μόνῃ τῇ Εστίᾳ οὐκ ἔθυσεν, eam ventum classi adversum immisisse; pro filia autem, quam Deæ mactandam ei edixerat haruspex, *misertam ejus* VESTAM, JUVENCAM *in ejus locum submisisse*, ἡ δὲ ΕΣΤΙΑ ἐλεήσασα, ΔΑΜΑΛΙΝ ὑπέβαλεν. Ut nec insolens proinde videri debeat, quod hic similiter *juvenca* huic *Vestæ*, seu eidem postea im-

immolanda, *ali* dicatur ab Eryſichthonis *matre*. In ſolemni vero fratrum Arvalium, & quorum facta paullo ante mentio, inter alia, quæ ibi a Diis Deabuſque leguntur immolata, referri quoque videas apud Gruterum p. CXXI. VESTAE MATRI OV. II. ſeu *oves duas*. Adde quod Ἑστία hic apud Callimachum de *Cerere* haud incommode poſſit intelligi, eadem quippe, quæ terra, & quæ Ἑστιέχος etiam dicitur ab initio Suppliçum Euripidis,

Δήμητερ Ἑστιέχ' Ελευσίνος χθονὸς,
O Ceres, Penatigera Eleuſiniæ terræ!

& prout τὰν χθονίαν Ἑστίαν, *terreſtrem Veſtam*, filiam ejus Proſerpinam vocat Sophocles Oed. Col. v. 603. & 1807; Ut nunc mittam illud Virgilii ſeu incerti Poetæ in Copa, *Veſtæ delicium eſt aſinus*, quod de *Cybele* eadem etiam, quæ Tellus ex Phædro, Apulejo, &c. intelligendum monuerunt jam eruditi, & ad Catullum pag. 165. vir doctiſſimus Iſ. Voſſius.

v. Spanh. ad Hymn. 28

V. 110. τὸν ἀεθλοφόρον] Ita Oppianus Κυνηγ. l. IV. v. 107.

Ὁπποῖος περὶ νύσσαν ἀεθλοφόρος θοὸς ἵππος,
Qualis circa metam victor e certamine pernix equus &c.

& cujuſmodi victorum in circenſibus equorum nomina, relata ſubinde in Inſcriptionibus antiquis, ut in Itiner. Cl. Sponii Tom. III. & alibi. Unde coronati iidem in ſacris Græciæ agonibus; ac proinde hieronicarum inſtar, non ἀεθλοφόροι ſolum, ſed στεφανηφόροι quoque dicti, ut apud Theocritum Idyll. XVI. v. 46.

τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι,
Οἱ σφίσιν ἐξ ἱερῶν ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΙ ἦνθον ἀγώνων,
honores vero celeres etiam ſortiti ſunt EQUI,
Qui ipſis ex ſacris certaminibus CORONATI *redierunt.*

Quo ſpectat illud Plutarchi Sympoſ. l. II. Qu. V. p. 639. καὶ τῶν ζώων μόνῳ ΤΩ ΙΠΠΩ μετουσία ΣΤΕΦΑΝΟΥ καὶ ἀγῶνες ἐσὶ, *ſolus quippe ex omnibus animalibus* EQUUS *in partem certaminum, & CORONARUM venit*; & quidem, ut addit, quia ſolus natura & exercitatione factus eſt, ut *pugnantibus adſit, & cum iis prælietur*, μαχομένοις παρεῖναι καὶ συμπολεμεῖν. Quomodo conjungi hic a Callimacho videas ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον, *victorem ex agonibus, & bellatorem equum*, qualem Maro etiam vocat *Bellatoris equi* l. X. v. 891. & alibi.

V. 111. τὰν ἄλλαν, τὰν ἕτερμε θηρία μικκά] Non equos ſolum domeſticos, ſed *felem* etiam voraſſe Eryſichthonem, quod in urbibus obſeſſis & fame preſſis vulgo ſolet contingere tradit hic Callimachus. Nempe quod de preſſis dira fame Saguntinis ait Juvenalis Satyr. XV. v. 99.

Poſt omnes herbas, poſt cuncta animantia, quidquid
Cogebat vacui ventris furor;

ac de iiſdem Silius, & de quo loco paullo ante l. II. v. 472.

rabidi jejunia ventris
Inſolitis adigunt veſci.

Mitto alioquin, quod *feles* inter ea, quæ ad forum edulia deferebant voraces

&

& πολυφάγοι Bœoti, referantur ab Ariſtophane Acharn. p. 413. ἀλέρως &c. *feles*. Quod autem addit hic Poeta, *metui felem ab animalculis*, quæ θηρία μικκὰ hic vocat, manifeſtum his ad murum & ſoricum genus reſpici, & quomodo *mus puſillus* a Plauto dicitur Truc. A. IV. Sc. III. *pavidi* autem *mures* ab Horatio l. II. Satyr. VI.

Currere per totum pavidi conclave, magiſque
Exanimes trepidare.

Quomodo alias, ſi de fero, non cicure *fele* foret hic Poetæ ſermo, id de omni avicularum genere poſſet intelligi; quas propter illius animalis feritatem, neque in vallibus, neque in arboribus nidificare in Africa, tradit Diodorus l. XX. p. 763. Μικκὰ autem Dorice pro μικρὰ, unde illud Bœoti apud Comicum Acharn. p. 414. Μικκὸς γὰρ μᾶκος ὗτος, *parvæ ſtaturæ hic eſt*, & apud Theocritum Idyll. XV. v. 12. τῶ μικκῶ παρέοντος, *parvulo præſente*.

V. 114. βαθὺν οἶκον] Non *profundam domum*, ut hic Interpres, ſed vel totam ſeu *quantacunque* eadem eſſet, *domum exſiccarunt*, quod additur, ſeu exhauſerunt Eryſichthonis dentes; ejus nempe inſatiabilis ingluvies. Βαθὺς enim & βαθὺ pro *multo*, *copioſo*, *abundanti*, ac formata inde compoſita, a Græcis paſſim dici obvium; ut βαθύχθον αἶαν, *feracem terram* apud Æſchylum Sept. Theb. verſ. 312; & apud eundem Suppl. v. 563. βαθύπλουτον χθόνα, *fertilem admodum terram*; ac prout βαθυλήϊος ἄλλων νήσων, *ſegetibus abundans præ aliis Inſulis* Lemnus dicitur ab Apollonio l. I. v. 380. Idem vero de abſumptis ab hoc Eryſichthone paternis opibus, ait quoque Ovidius Metam. l. VIII. v. 843.

Jamque fame patrias, altique voragine ventris,
Attenuavit opes.

Ut proinde vere dici ille poſſet καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, *paternas deglutiens facultates*, ut de Polyeucto quodam ab Anaxandride dicitur apud Athenæum l. IV. p. 166; immo in eundem quadraret, quod ait ibidem Menander,

Καθὼς ἐκεῖνος, κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους
Ἀπαξάπαντας, οὐ γὰρ, οὐ τὴν γῆν μόνον,
Quemadmodum ille, devorabo etiam lapides,
Prorſus omnes, non ipſum modo, ſolum.

V. 116. Αἰτίζων ἀκόλους] Quod nempe a caprario de Ulyſſe ſub mendici habitu dictum Odyſſ. P. verſ. 222. Ut huic cæteroquin Eryſichthoni, quamquam, uti is ſuperiori verſu dicitur, Regis filio, id re ipſa contigerit, quod a Perſa fratre ſedulo vitandum monet ipſe paterni armenti paullo ante cuſtos Vates Εργ. v. 392. v. Eustath. Hesych.

μή πως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους,
ne quando interim egenus
Mendices ad alienas domos.

Illuſtri utique documento, quo tandem, ſeu ad quæ adigat extrema, vera etiam inde a Marone dicta, *maleſuada fames & turpis egeſtas*. Immo aperte hoc Regis filii, *bucceas*, ſeu panis aut alterius rei edulis fru-

ſta

ſta in triviis mendicantis, exemplo adſertum, id quod a Joſepho traditur in narratione diræ famis, quam paſſi ſunt obſeſſi a Tito Hieroſolymitani, cujuſque ea de re locus obiter ſimul emendandus, nempe Αλωσ. l. VI. c. XI. Πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται ΛΙΜΟΣ· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπόλλυσιν αἰδῶ (non, ut ibi hactenus, αἰδὼς) τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖται, *omnes quidem calamitates ſuperat* FAMES; *nihil enim ita perdit*, ſeu *tollit pudorem*, (non ut vetus hic Interpres & Gelenius, contrario ac abſurdo ſenſu, *ſic perdit hominem, ut pudor*) *nam quod alias venerationem meretur, in fame negligitur*. Eandem autem vocem ἀκόλους, qua hic uſus Poeta, de *buccellis* quas corrogabat in triviis miſer hic & fame ac egeſtate enectus Eryſichthon, adhibet mox idem Joſephus, dum enarrat immanem illam famelicorum ea in urbe obſeſſa rabiem, qui ædes incolarum violenter, ad diripiendos, ſi qui laterent in iis, cibos aut fruges ingreſſi, καὶ μόνον οὐκ ἐκ τῶν φαρύγγων ἀναθλίβοντες ΤΑΣ ΑΚΟΛΟΥΣ ἀνέφερον, BUCCELLAS, *eas pene e faucibus manducantium elidentes, cum adſportabant*, prout verti debuit idem locus. Eodem etiam ſenſu ἄκολον, de ἐνθέσει ſeu *buccella* explicant eruditi Ariſtophanis Interpretes Equit. p. 311. ἔνθεσιν, τὴν τροφὴν· ἔνθεσις γὰρ ὁ ἄκολος. Mitto, quod ἄκολος idem quod κολλύρα ſeu *parvus panis*, ac inde apud Dioſcoridem l. I. c. CXXIX, ἀκόλιον, pro ἀκόνιον legendum, de *paſtillo* nempe fricto ex ebeno *ad collyria*, contendit magnus Salmaſius ad Solinum p. 937. ult. edit.

Ibid. ἔκβολα λύματα δαιτὸς] Ac proinde præter Phocylidis, ſeu quiſquis auctor illius Poematis, monitum v. 146.

Μήδ' ἄλλου παρὰ ΔΑΙΤΟΣ ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης,
Neque de alterius cœna veſcaris menſæ rejectaneis.

Idem vero ἀπὸ μαγδαλιᾶς σιτούμενος, ab Atticis dictum, ut ab Ariſtophane Equit. p. 311. ſeu quod mox addit, κυνὸς βορὰν σιτούμενος, *edens magdalias, canis cibum edens*, vel juxta Scribonium Largum cap. CCI. *magdalidas, canis cibum*, adipis nempe furfure deterſi maſſam, quam ubi ea purgaſſent poſt convivium manus, dein canibus veteres objiciebant. Qualia tamen δαιτὸς λύματα *rejectaneas menſæ* ſive *cœnæ ſordes*, nulla ſcilicet Phocylidæi præcepti ratione habita, arripiebat famelico aut canino ore hic Eryſichthon. Adeo, ut qui hactenus divite apud D. Lucam comeſſatore frequentius ac ſplendidius epulabatur, nunc miſeri Lazari ſortem, immo adhuc viliorem ſubeat; ſive potius veri nunc *canis*, prout eum Ceres paullo ante, uti vidimus v. 64, indigitaverat, inſtar, non cadentes ſolum e menſa epulantium panis micas, ſed ipſas inde abjectas quiſquilias aut ſordes, ut totidem ſuavia gulæ irritamenta avide arriperet ac deglutiret. Egregio rurſus, & quod hic Callimachus adumbrare voluit, monito ſimul & exemplo iis, quod ante diximus ad v. 64. qui per eadem, quæ deliquerunt, graviter puniuntur. Ea vero ἔκβολα λύματα δαιτὸς hic dicuntur, prout νηδύος ἔκβολον, *utero ejectum, de abortivo partu* dixit Euripides Helen. v. 91. & βρέφος ἔκβολος οἴκων, *infantem domo ejectum*, Oedipum nempe vocat idem Tragicus Phœn. v. 811; aut vero & ναὸς ἔκβολα, *navis fragmenta*, mari quippe ejecta, Helen.

Helen. v. 429. & 1230. aut alibi in eodem dramate v. 1287. uti jam vidimus ad v. 17. Hym in Jovem γῇ λύμαθ' ἐκβάλλῃ κλύδων, *piamenta in terram ejiciat fluctus.* Quomodo alioquin ab Atticis ἐκβολὴ dicta de *jactura mercium* in mare, levandæ navis caussa, ut apud Demosthenem adv. Lacritum p. 592, & jam ante ab Æschylo Sept. Theb. vers. 775. πρόπρυμνα δὲ ἐκβολὰν φέρει, *jacturam autem e puppi factam fert.*

V. 117. μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὅς τοι ἀπεχθὴς] Notanda rursum egregia Gentilis Poetæ γνώμη, qua cavendum sibi sollicite ait, ne pro amico illum unquam habeat, quicunque Deæ foret invisus. Haud aliter nempe, sed potiori quidem jure, *nonne, qui oderunt te, Domine, oderam; & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici sunt facti mihi*, testatur Regius vates Psalm. CXXXIX. 21. 22; ac unde a Regum Sapientissimo dictum Prov. XXIX. 27. *abominantur justi virum impium*, Deo quippe invisum. Unde gravis Prophetæ Jehu cum Rege Josaphat, qui cum impio Achabo se conjunxerat, expostulatio. II. Paralip. XIX. 2, *impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris; & idcirco iram quidem Domini merebaris.* Quam in rem proinde, & ad hunc Callimachi locum valde opportunum, præclarum itidem exstat Æschyli dictum Chœph. v. 635.

Σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς Θεοῖς,
Colit enim nemo, quod Diis invisum est;

nec minus hic notandum alterum illud ejusdem Tragici Sept. Theb. v. 602. δεινὸς, Θεοὺς σέβει, *verendus, qui Deus colit.* Adde haud absimile, & ad arcendam diram illam, quæ ab irata Cerere immissa fuerat Erysichthoni, famem seu ingluviem, comparatum, quod Hesiodus fratri Persæ præscribit, votum, Εργ. v. 297.

ὄφρά σε λιμὸν
Εχθαίρῃ, ΦΙΛΕΗ δὲ εὐστέφανος Δημήτηρ,
ut te fames
Oderit; AMET *autem pulcre coronata* CERES;

nempe juxta illud Ovidii Metam. l. VIII. v. 785. *neque enim* CEREREMQUE FAMEMQUE *fata coire sinunt.*

V. 118. Μήδ' ὁμοτοιχος] Haud aliter nempe ac piaculare olim apud Græcos habitum, sub eodem tecto agere cum quopiam homicidii aut alterius gravioris criminis reo, pro polluto quippe habito; aut cum eo cibum capere vel sacris interesse. Unde illud Demosthenis de Corona p. 353. μήθ' ὁμωφόριον μήθ' ὁμόσπονδον γεγενημένον εἶναι τοῖς πρὸς ἐκείνους παραταξαμένοις, *nec sub eodem tecto fuisse, nec sacra libasse cum iis, qui contra eos in acie steterant*, nempe contra cives pro patria prœliantes: & in Midiana p. 402. annon sit impium facinus, φόνον μὲν ὀνειδίζειν, τούτῳ δὲ ὁμωφόριον γίγνεσθαι, *cædem objicere, & cum illo sub eodem versari tecto.* Cujusmodi plura eam in rem leguntur etiam apud alios Auctores, ac Tragicos insuper Atticos; & adeo quidem, ut judicia de cæde Athenis sub dio fierent, ne vel judices vel actor in caussa homicidii, *eodem tecto utantur cum homicida*, μὴ ὁμωφόριος (non ut ibi male hactenus ὁμοῤῥόφιος) γίνηται τῷ αὐτέντῃ, teste Antiphonte Orat. IV.

p. 93.

p. 93. edit. Hanov. Unde etiam adeo *Diis invisum*, Θεοῖς ἐχθρὸν, ducebant id genus gravioris criminis reum, *ut idem tectum cum eo subiens*, ὥστε καὶ τὸν αὐτὸν ὀροφὸν ὑπέλθοι τις, seu quod hic dicitur ὁμότοιχος, ejusdem criminis particeps olim haberetur, juxta Theonem Παραδειγμ. adv. homicidam; ac similiter qui ἀσεβείας aut ἱεροσυλίας, *impietatis in Deos ac sacrilegii*, cujusmodi hic Cereri ἀπεχθὴς seu *invisus* Eryſichthon, teneretur. Quod a Platone etiam adſertum in Eutyphrone p. 4. & de Legib. l. VI. p. 881, ubi nempe par eſſe ſcelus dicitur, cum talibus verſari & cibum capere vel adtingere, aut ſacris intereſſe, donec illi ab iis criminibus non ſint rite expiati. Hinc apud Ælianum V. H. l. XII. c. XII. de adultero Gortynæ mulctato dicitur, καὶ ἐδέησε οἱ μετὴν τῶν κοινῶν, non juxta Interpretem, & quod vel obiter moneri debuerat a viris doctis, qui eum Auctorem cæteroquin haud indiligenter explanarunt, *ab omni gerenda in Republ. dignitate excluſus*, ſed de eo, qui *arcebatur ab omni jure communium ſacrorum, & communis tecti aut menſæ*, intelligi debuit. Prout nempe ab eodem, de quo modo, Platone, dictum d. l. de Legib. p. 868. Τούτοις δὲ ξυνέστω αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω, μηδὲ κοινωνὸς ἱερῶν, *ne cum iis unquam eadem utatur menſa, aut ſacrorum fiat particeps*, ac ut apud Æſchinem contra Cteſiphontem dicitur p. 272. ἔτε ἱερῶν, ἔτε σπονδῶν, ἔτε τραπέζης, *neque ſacrorum, neque libationum, neque menſæ*. Ita priorem ſuam, illamque duram & acerbam, in Conſtantii, a quo tum defecerat, Regia commorantis ſortem enarrans Julianus Imp. in Epiſt. ad Athenienſes p. 505, id inter alia ſibi incubuiſſe, ut graviſſimum, memorat, πῶς δὲ ἐλόμην ὁμωφόροις ἐκείνοις γηνέσθαι, ὃς ἁπιξάμην παντὶ μὲν λυμηναμένῳ τῷ γένει, *quemadmodum communi cum illis tecto, uti non abnuerim, quos univerſi generis mei peſtes fuiſſe ſcirem*, & a quibus, ut addit, paratum quoque ſibi periculum ſciret. Hinc ſingularem illam in Servatore, dum hic in terris ageret, οἰκονομίαν tangit Chryſoſtomus Homil. XXX. in Matth. IX. p. 205. T. II. juxta quam ἡ ὁμωφόριος καὶ ὁμοτράπεζος γίνεται τοῖς τὰ τοιαῦτα πεπλημμεληκόσι, *& ejuſdem tecti ac menſæ fit cum iis particeps, qui talia deliquerunt*, ſeu avaritiæ, de qua ibi agit, ſordibus erant inquinati. Occurrit vero alibi apud Auctores Atticos vox ὁμότοιχος, qua uſus hic Callimachus, ut apud Iſæum Orat. V. p. 465. ἐς τὴν ὁμότοιχον οἰκίαν, *in contiguam domum*, ſeu *communem habentem parietem*.

V. 121. Κάλαθον λευκότερχες ἵπποι] Unde non boum plauſtro, quod tradidit in libro de Eleuſin. c. XXV. ut jam ſupra ad v. 1. hujus Hymni obiter monui, eruditiſſimus Meurſius, vectus in hac Cereali pompa *calathus*. Nec id evincit adductus ab eodem eam in rem Virgilii locus, Georg. l. I. v. 163.

Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra;

ubi non de ſolemni hujus *calathi* proceſſu, ſed de frugiferæ Deæ arandi ac ſerendi invento, ac inſtrumentis eam in rem repertis, agitur; prout e toto ejuſdem loci contextu, ubi *vomeris*, *aratri*, *plauſtri* vel plauſtrorum, aliorumque ad comportandas fruges vehiculorum fit mentio. Adde, quod *albis equis*, iiſque, ut mox additur, *quadrigariis* ſeu

seu τεθρίππῳ vel ἅρματι τετραώρῳ, *curru quadrijugo*, prout hic ab Euripide dicitur Iphig. Aul. v. 214. *Calathus* vehi in hac Cereali pompa, ut hinc liquet, fuerit solitus. Haud aliter nempe ac ipsa Deorum simulacra, vel quæ iis alioquin sacra, id genus vehiculis seu tensis, stata ac solemni festorum iis dicatorum die, gestari consueverant, & cujusmodi prolatus jam ad v. 3. superioris Hymni antiquus Ephesiorum nummus, in quo signata legitur ΑΠΗΝΗ ΙΕΡΑ ΕΦΕΣΙΩΝ, cum sacro id genus, quadrijugum quidem, ut hoc loco, sed bijugum tantum equorum *vehiculo* seu *tensa*. Ejus autem ritus, seu ἀπήνης (*mularis* vulgo *vehiculi*) vel tensæ, aut, ut hic τεθρίππου cum Cereris calatho, *quadrigarum*, quæ deducto a Græcis, & qua de re Dionysius Antiq. l. VII. p. 475. more, in solenni itidem Ludorum pompa transvehi consueverant, obvia in Romanorum nummis ac Auctoribus exstat mentio. Adeo ut inter consecratorum Cæsarum vel Augustorum prærogativas, tensæ id genus mulares (unde *vende tensam atque mulos*, dixit Titinnius Veliterna apud Nonium in verbo *grassari*) cum eorum imaginibus, haud minus ac Deorum simulacris, quæ vulgo a bajulis, juxta eundem Dionysium p. 478. vecta, in Circensi pompa fuerint itidem traductæ; prout de Jul. Cæsare post ejus mortem tradit præter Suetonium Dio l. XLIII. p. 236. ac de Drusilla etiam sorore Caligulæ, idem Historicus l. LIX. p. 650. Quemadmodum idem carpenti honos seu mulare carpentum, in eadem solemni, quod tralatitium, circensium aut aliorum Ludorum pompa, defunctis Augustarum Matribus aut Liberis, velut summi fastigii decus, subinde ab ipsis Cæsaribus concessum, a Romanis Auctoribus dicitur: idque, & quo majorem publicæ auctoritatis vim obtineret, sicut ipsa quoque CONSECRATIO, Senatus Populique Rom. decreto sancitum. Quod postremum arguunt etiamnum veteres Agrippinæ Caii matris, & Domitillæ Vespasiani filiæ, vulgati jam haud semel ab antiquariis cum id genus carpentis nummi, & cum inscr. MEMORIÆ AGRIPPINÆ S. P. Q. R. aut MEMORIÆ DOMITILLÆ S. P. Q. R. sicut de priori ait Suetonius in Caligula, c. XV. *instituit matri Circenses carpentumque, quo in pompa traduceretur.* Quæ ideo obiter hic tango, ut veteris illius a Græcis, ut id a Dionysio Halic. traditum diximus, deducti ad Romanos ritus origo simul inde plenius declaretur: juxta quem nempe non Deorum solum, & qui pro Diis colebantur, simulacra, sed alia etiam iis peculiari de caussa ac instituto sacrata, ac ut in voce *tensa* loquitur Festus, *exuviæ*, circumferri in publicis id genus pompis consueverant. Ita in Panathenæis, Minervæ *peplus*; in Dionysiis, Bacchi *cista* ac *phalli*; in Cybeles sacris, *pinus* &c. hic autem in Cereali pompa *calathus* traduci consueverant: ut jam de variis, omnis generis, poculis, iisque aureis vel argenteis fileam; quæque inde πομπεῖα, seu ad sacras & solemnes ejusmodi pompas destinata, vocantur ab Auctoribus Atticis, ut Demosthene adv. Androtion. p. 427. ac alibi; & quomodo inde Lycurgus Rhetor a Plutarcho in ejus vita, dicitur, ΠΟΜΠΕΙΑ γε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ τῇ πόλει κατεσκεύασεν, *vasaque* AD POMPAS *civitati aurea & argentea fabricavit.*

cavit. Quam in rem notabilia sunt Athenæi verba de pompa Antiochi Dionysiaca l. v. p. 197. ubi inter alia ait, μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν ΘΕΩΝ ἁπάντων, ΟΙΚΕΙΑΝ ἔχουσα, τῆς περὶ ἑκάστων αὐτῶν ἱστορίας διασκευήν. *Post has sequebantur* DEORUM *omnium pompæ*, PROPRIO, *qui historiæ cujusque illorum conveniebat*, ORNATU. Quomodo haud absimilis, in consecratorum apud Christianos Latini cultus Divorum festis ac processibus ritus vestigia observare passim etiamnum licet. Adde hisce denique, vel ideo, quod hic Cereris *calathus albis equis* in ea Cereali pompa veheretur, factum videri, ut illud tanquam plane insolens adv. Midiam notet Demosthenes p. 407: quod nempe uxorem ille suam ad Eleusinia hujus Deæ mysteria, *albis bigis Sicyoniis vectam* deduceret, ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζυγοῦς τοῦ ἐκ Σικυώνος. Unde lex etiam a Lycurgo Rhetore, de quo paullo ante, lata legitur apud Plutarchum in ejus vita, ne feminæ bigis ad sacra Eleusinia veherentur.

V. 122. Μεγάλα Θεὸς] Quomodo vocatur eadem Ceres Θεσμοφόρος in veteri Inscriptione apud Gruterum CCCIX. 1. Η ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΜΥΣΤΩΝ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΕΑΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟΣ, *Conventus Sacerdotum Magnæ Deæ Legiferæ Cereris* &c. Unde etiam sub nomine τῶν Μεγάλων Θεῶν, cultæ olim Deæ Eleusiniæ, Ceres nempe & filia Proserpina, ac similiter apud Messenios & Megapolitanos Arcadas; ut haud uno loco docet Pausanias l. IV. p. 217, l. VIII. p. 506. & alibi. Immo prout Μεγάλαιν Θεαῖν, de iisdem Deabus Eleusiniis dixit Sophocles Oedip. Col. v. 715. ac ubi imperite id de furiis, quod præter alia vel dualis numerus abunde ibi redarguit, explicant, idque præter meliorum Criticorum ibidem mentem aliquot e priscis Tragici illius Interpretibus.

Ibid. ἐυρυάνασσα] Hesychius ἐυρυάνασσα ἡ Ἥρη, non ut ἡ Ἥβη hactenus ibi legitur, quod *Junoni* nempe, non autem *Hebæ* illius famulæ conveniens epitheton, & quidem JUNONI REGINÆ, ut in Romanis etiam nummis eadem scribitur; quæque in Orphicis quod jam ante vidimus, παμβασίλεια, & πάντεσσι τ' ἀνάσσεις, *ubique Reginæ*, & *omnibus imperans dicitur*. Quod de Cerere similiter, quæ eodem ἐυρυανάσσας epitheto hic ornatur, ab Euripide dictum, Phœn. v. 691.

Δαμάτηρ Θεὰ, ἁπάντων ἄνασσα,
Ceres Dea, omnium Regina;

ac unde apud Aristophanem in Thesmophor. p. 782. Δέσποινα Δήμητερ, *Domina Ceres* eadem invocatur. Ratio autem ejus rei obvia; ac unde etiam in fine hujus Hymni, μέγα κρείουσα Θεάων, *magna Regina Dearum*, seu potius *Dearum potentissima*, & qua de re ibidem.

V. 123. Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος] Quæ *album ver* & *albam æstatem* satis improprie reddidit hic Interpres; quibus nempe verbis *felix* seu *faustum ver*, *fausta æstas* designantur; prout *candidi soles* apud Catullum Carm. VIII. pro *faustis*, ut notum, dicuntur; idque præeunte pridem Sophocle Ajac. v. 722, λευκὸν φάος, *lux candida* seu *fausta*. Immo prout hac voce λευκοῦ pro *fausto* usus est itidem, gemino & insigni eam in rem loco, Themistius Orat. XIII. pag. 178. μετένδυνε οὖν ἤδη

Sic Persius Sat. l. 110. per me &c.

ὦ πολυτίμητον θρέμμα Ρωμύλε, τὴν ΛΕΥΚΗΝ ἐθῆτα ἐπὶ ΛΕΥΚΗ βασιλείᾳ καὶ ΛΕΥΚΑΙΣ ἡμέραις, Petavio Interprete, *tempus igitur est, illustres alumni Romuli, ut positis aliis vestibus*, CANDIDAS *induatis, supra* CANDIDO (seu *fausto*) *imperio* CANDIDISQUE (seu *faustis*) *diebus.* Qua ratione non *frugum* duntaxat, quas ferre *æstas* solet; sed eorum etiam, quæ *vere*, vel *autumno*, aut *hyeme* itidem terra, quod vel e Græco ejus nomine obvium, suppeditat, ac εὐετηρίας proinde seu *felicis anni proventus*, fecunda parens innuitur hic Ceres. Immo cui dicto ΕΥΕΤΗΡΙΑΣ nomine, una cum filia Proserpina, templa etiam erecta, liquet e veteri Inscriptione (cujus ad primam Juliani Imp. Orationem, ubi ea vox legitur, fit itidem a me mentio) in Isthmo Corinthiaco a viris præclaris descripta, Sponio Miscell. p. 363. & Wehlero p. 438: ubi inter alia Licinius priscus Pontifex perpetuus, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΝΑΟΥΣ ΕΥΕΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΚΟΡΗΣ, *Templa etiam Cereris* (seu *Fertilitatis*) *ac Proserpinæ* exstruxisse dicitur. Ita ut non solis, ob eam *æstatis*, quam adferre hic dicitur, ubertatem, FRUGIFERÆ, sicut cum alibi, tum in nummis antiquis, seu καρποφόρε, aut σιτῶς *frumentariæ*, & de qua jam ante; vel Αλωάδος, seu, ut in Orphicis, Αλωαίας, aut vero Ηωαίας, uti de ea supra itidem, *Areæ* nempe vel *Messis* Deæ nominibus fuerit culta eadem Ceres: sed cui, *veris* nempe cujus sit hic etiam mentio, intuitu, ut χλόης seu *hortorum*, qua de re mox, Deæ appellatione, fanum Athenis exstitisse tradit Pausanias. Ad quod proinde referri debet illud Aristophanis Lysistrat. p. 889. παρὰ τὸ τῆς Χλόης, apud *Chloes*, seu *herbiferæ* vel *virentis* Cereris *fanum*; ac unde ἐυχλόε Δήμητρος apud Sophoclem legitur Oedip. Col. v. 1671. & Eupolidis eandem in rem, qui a priscis Tragici illius Interpretibus ibi adducitur, versus, de ariete nempe immolando χλόῃ Δήμητρι, ac ut additur, ὅτω δὲ τιμῶτας ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης, *ita enim colitur ex hortorum virente herba*, idque erecto ei prope Athenarum Arcem, Templo. Adeo, ut quamquam, quod ait Ovidius Fast. l. IV. v. 395. ante repertas a Cerere fruges,

Messis erant primis virides mortalibus herbæ;

haud minus tamen post easdem fruges, & in Attica quidem, ut ferebatur, ab ea inventas, illo *viridis herbæ* procreatricis scilicet seu χλόης elogio & cultu, ab iisdem Athenienſibus decorata hæc Dea, idque non a *viridi* solum agrorum *stipula*, ut hæc a Marone dicitur Georg. l. I. v. 135. sed ab *hortorum*, sicut ea de re adducto modo loco veteres Critici, *herbis*; & quomodo proinde a Poeta præcipitur eodem l. v. 339.

Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Unde etiam de Sacerdote Tellurem seu Cererem placare adgresso ait Statius Theb. l. VIII. v. 300.

innumerosque Deæ, sua munera, flores,
Et cumulos frugum, & quicquid novat INTEGER ANNUS.

Quamquam enim vulgo apud Poetas juxta & Philosophos, aut alibi, Sol dicatur, non ut hic apud Callimachum, *Ceres*, illas, ut ait Tullius Tusc. l. I. c. XXXVIII, *commutationes temporum quadripartitas ad*

maturitatem frugum; iisque ut *eorundem temporum moderator & dux*, sive, ut ea de re alibi idem Cicero loquitur de Natur. Deorum l. II. c. XIX. *æstates ac hyemes efficere, eaque duo tempora* iisdem adjuncta; aut vere illud Soli ac Lunæ tribui conjunctim soleat, nempe *labentem cœlo, quæ ducitis annum*; haud minus tamen hæc ipsa, tanquam Cereris quæ felices eorundem anni temporum proventus parit, & quorum proinde fecunda foret mater, munera habebantur; nempe juxta illud Hesiodi *Ἔργ.* v. 561.

Γῆ πάντων μήτηρ, καρπὸν σύμμικτον ἐνείκη,
Terra omnium mater, fructum omnigenum proferat.

Unde singulis iis temporibus, ac proinde cum arandi & vertendi terram; tum sationis; tum messis; tum post comportatas fruges; ac circa finem quoque, ut mox dicetur, hyemis, sicut ex Hesiodo *Ἔργ.* v. 463. & Virgilio in Georgicis haud uno loco, adductisque jam inde locis, abunde liquet, invocari solita eadem Ceres. Cujus rei præclara etiamnum symbola exstant, veteres nempe, & cujusmodi jam prostant in Antiquariorum libris, nummi; in quibus Ceres, seu, quod idem, Tellus jacens cum cornucopiæ, panario præterea seu canistro innixa, dextra vero stellatum circulum, anni symbolum tenet, cui insistunt quatuor pueruli, totidem anni tempora, de quibus hoc loco Callimachus, designantes, ac proinde cum totidem, quæ illi pueri subministrant, terræ proventibus seu muneribus, ac inscriptione TELLUS STABIL. Cujusmodi obvii alii etiam nummi, in quibus quatuor tantum, cum non dissimilibus symbolis, puelli signantur, cum inscr. FECUNDITAS, aut TEMPORUM FELICITAS; & in Græco etiam Laodicensium nummo, quem vulgarunt viri de his antiquitatibus præclare meriti Sponius, Wehlerus, ac Morellius, ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ, *Felicia Tempora*. Quam in rem alius exstat præclarus in Thesauris Gallorum Regiis nummus, isque sub Commodo percussus; in quo non jacens quidem, ut in dictis paullo ante nummis, sed sedens Ceres ante arborem visitur, dextra pomum ex ea velut decerpens, sinistra papaver in medio duarum spicarum (qua de re supra ad v. 45.) tenens; infra autem tres pueruli cum canistro & inscr. TEMPORUM FELICITAS. Eum vero nummum, etsi jam olim a nobis ad Juliani Cæsares prolatum pag. 871, ideo hic adponendum denuo duximus; quod nempe ex eodem accurate a nobis dein in ipsis thesauris Regiis inspecto licuerit, non pateram esse, sicut in exhibito tum a nobis aliunde ejus schemate, id quod in sinistra manu præfert mulier seu Dea, sed omnino papaver esse inter duas spicas; ac proinde non Veneres, ut olim e pomi in sinistra manu symbolo conjeceram, verum Cererem in eodem continuo signari: unde autem idem nummus ad illustrandum hunc Callimachi locum, in quo quatuor anni tempora, ad instar quadrijugum equorum, qui solemnem ejus in hac pompa calathum ducerent, Ceres dicitur adlatura, unice videatur comparatus.

Quam-



Quamquam, quod hic addendum eſt, eodem ſymbolo, ac prò more in hac penu nummaria haud inſolito, Criſpina Auguſti *conjunx*, & nati ex ea liberi videantur deſignari. Tuliſſe enim liberos Commodum, etſi ea de re ſileant, qui ſuperſunt, auctores, ex alio eoque inſigni nummo, in quo hinc Commodus, illinc inſcr. LIBERI AUG. pridem monui Diſſ. de Numm. p. 659: idque meo, iiſdem id referentibus, indicio, cum ab aliis dein, ut illuſtriſſimo Biragio in recenſendis Commodi nummis, ac ab eruditiſſimo Tillemontio in Hiſtoria Auguſta Gallice haud ita pridem edita, in rebus Commodi, eſt obſervatum.

Ibid. καὶ χεῖμα φέροισα] Nempe ſua quoque *hyemis*, quæ Cereri ſeu Telluri accepta debent ferri munera, juxta illud Maronis Georg. l. II. v. 519.

Venit HYEMS, *teritur Sicyonia bacca trapetis:*
Glande ſues læti redeunt; dant arbuta ſylvæ.

Unde in iiſdem, quas ad ſuperiora Poetæ verba retulimus, veterum nummorum iconibus, quibus quatuor anni tempora, cum eorum muneribus ſignari diximus, ſpectatur *hyemis* ſymbolum; puerulus nempe, qui una manu ligonem, altera flagellum ad frumentum in area terendum; in aliis autem nummis, quercus, oleæ, aut pinus ramum tenet. Immo unde opportune omnino hic inſerendum putem ſimilem inſignis, qui exſtat itidem in Gaza Gallorum Regia, nummi iconem; quamquam jam olim a nobis una cum ſuperiori ad Juliani Cæſares adlatam; in quo nempe nummo quatuor, ut modo dixi, pueruli, totidem anni tempora effingunt. E quibus autem tres nudi conſpiciuntur; prior quidem, qui florum caniſtrum utraque manu ſupra caput elata geſtat; alter falcem itidem ſublatam oſtentat; tertius dextra leporem pendulum, & corbem fructibus refertam præfert: quibuſque ſymbolis *ver*,

æſtatem ac *autumnum* iidem nobis adumbrant: quartus autem adverſus frigus tunicatus, dextra quercus ramum, ob *quernas* nempe, quod ait Poeta eo qui ſequitur, loco, *glandes*, ſiniſtra vero velut anſerem ſylveſtrem, tenet, cum inſcr. TEMPORUM FELICITAS.



Ad quæ proinde, ſeu ſimilia, qualia nempe Maronis ævo jam exſtitiſſe facile licet opinari, anni ſymbola vel ſimulacra reſpexiſſe credas eundem Poetam, ubi de *hyemis* commodis ac muneribus ait Georg. l. 1. v. 305,

Sed tamen & QUERNAS *glandes tum ſtringere tempus,*
Et lauri baccas, OLEAMQUE, *cruentaque myrta.*
Tum gruibus pedicas, & retia ponere cervis,
Auritoſque ſequi LEPORES, *tum figere damas.*

Idemque alibi de invocanda etiam ſub finem *hyemis* Cerere, adducto jam paullo ante ea de re loco, dixit *ſacra refer Cereri*, nempe, ut continuo addit verſu ſequenti, *extrema ſub caſum hyemis*, Georg. l. 1. v. 340. Mitto quod lepores ſeu λαγωοβολίαν Hyemi quoque in adductis modo verſibus Poeta tribuit: quo tamen pueri leporem geſtantis ſymbolo, Autumnum in ſuperiori nummo deſignari ſatis liquet, eidem leporinæ venationi dicari adhuc magis ſolitum. Unde etiam antiquo nudi & alati pueri, leporem pendulum dextra itidem, ut in adducto nummo, gerentis ſimulacro, Autumnum denotari bene obſervat, quod nunc demum videre mihi contigit, in Muſeo Romano præſtantiſſimus Cauſeus. Eorundem autem, quos modo, & jam olim ad Juliani Cæſares adtuli, nummorum meminerat quoque jam in priori Specimine, ſed non prolatis eorum iconibus, eximius Morellius noſter: ita tamen, ut poſtremum quod adtinet, nulla omnino ſit inter me & illum, nedum *mira enarrandi diſcrepantia*: Neque vero ea, quæ ad Juliani Cæſares de priori nummo obiter monui, ab ipſo nummi, quod ibi ſubjeci, & quod unum præſtare tenebar, ectypo abeunt. Qua de re judicium feret, cui a nobis ea de re ad dictos Cæſares adlata, ab eodem autem

autem viro præstanti in priori aut in novissimo ejus specimine p. 139. iis de rebus denuo reposita, vacabit consulere, æquus & cordatus Lector. Neque vero iste, ob præclara id genus κειμήλια, non ex editis antiquariorum libris, sed ex illustribus, quæ ea recondunt, Cimeliarchiis, tum ad eosdem Juliani Cæsares, tum subinde alibi, a nobis, & quod potius adhuc ducimus, citra ullius insectationem primum in lucem adserta ac enarrata, gratiam forte aliquam promeritum, vel denegavit hactenus, aut deinceps uberius adhuc, si Deus diutunirorem vitæ usuram ac simul otium dederit, id præstituro, erit, ut sperare non solum, sed spondere mihi licet, denegaturus. Occurrit alioquin, ut hoc insuper addam, apud Athenæum in pompa Ptolemæi Philadelphi Dionysiaca, inter alia fercula, quæ in eadem sunt prælata, & ea quidem quæ Bacchi choragium, satyros ac silenos exhiberent, occurrit, inquam medius inter hosce annus, non pueri quidem illiusve ferme nudi instar, sed vir ingenti statura, cum habitu personaque tragica, aureum gerens Amaltheæ cornu: tum Penteteris, mulier splendido amictu, dextra e persea coronam, sinistra palmæ ramum notum quinquennalis Olympici ludicri præmium, tenens, ac dein quatuor anni tempora, ac prout eum locum in eodem Athenæo mutilum, e veteribus libris ad eundem supplevit in Animadversionibus ὁ πάνυ ΩΡΑΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ διεσκευασμένος, καὶ ἑκάστη φέρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς, QUATUOR ANNI TEMPORA *ornata, & quorum singula proprios unicuique fructus ferrent:* quales nempe in superiori nummo aliisque id genus signati comparent. Sed qua de re alibi opportunior erit de his plenius differendi locus.

V. 124. ἔτος δὲ ἐς ἄλλο φυλαξεῖ] Idque juxta providæ matris ac altricis, qualis vulgo Ceres seu Tellus κεροτρόφος, officium, ut beata nempe unius anni fecunditas sequentis etiam usibus ac necessitatibus inserviat. Quare ei a foro abstinendum præcipit Hesiodus Ἐργ. v. 31.

Ὧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπητανὸς κατάκειται
Ὡραίων, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν,
Cui non est victus domi in annum repositus tempestivus (seu juxta alios *æstivus*)
Quem terra fert, Cereris munus.

Unde etiam Ὧραις, quibus quatuor, quæ hic recensuit Callimachus, anni tempora a Græcis designantur, juxta Grammaticos nomen, παρὰ τὸ ὡρεῖν, τὸ φυλάσσειν, ac prout eædem *cœli janitrices*, seu tanquam πυλωροὶ, ab Homero dictæ Iliad. E. v. 249: & sicut, ut obiter hoc addam, ab hac voce ὡρῶν formata vel composita, retinere significationem τοῦ φυλάσσειν, & ita ὡροὶ non domus, ut in ea voce Hesychius, sed *urbis custodes* οἱ αὐτῆς τῆς πόλεως φύλακες, dicuntur in Apollonii Alexandrini, vulgo Dyscoli, Grammatica inedita, quæ exstat in Bibliotheca Gallorum Regia. Quamquam vero ὥρας de *vere* proprie ac *æstate* dici notet Hesychius, prout de *vere* ab Aristophane etiam factum Equit. p. 312. οὐχ' ὁρᾷθ' ὥρα νέα, χελιδών, *non videtis ver novum, hirundo*; ni forte ibi legendum sit, ὁρᾷθ' ἐπ' ὠρώνα χελιδών, prout a Musa Lesbia

 dictum

dictum apud Hephæst. p. 39. ὠράνη χελιδὼν, & rursus alibi apud eundem p. 37. ἅμ' ἐπ' ὠράνᾳ, apud Hesychium autem, ὠράνη, χελιδόνων ὀροφὴ, *hirundinum tectum*. Pro *æstate* autem ferventissima, ὥραν a Græcis potissimum vocari dicit Galenus Com. IV. in l. VI. Epidem. Sect. XIX. ubi tamen de *autumno*, *hyeme* ac *vere* ὥραν haud minus appellari idem observat, ἐπιφέρουσι μὲν γὰρ τὸ τῆς ὥρας ὄνομα καὶ φθινωπώρῳ, καὶ χειμῶνι, καὶ ἦρι, *verum accommodant illud* ὥρας *nomen & autumno, & hyemi & veri*. Quam in rem opportunus etiam apud Hippocratem locus Epidem l. III. Ten. II. οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίνονται, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν, *febres ardentes æstivis magis, quamquam & in cæteris etiam tempestatibus oriuntur*; qui & alibi passim ac promiscue ὥρην & ὥρας, aut de certo anni tempore, aut de quatuor anni temporibus, utrumque Homeri exemplo, adhibet. Addo ὥρην pro *anno* etiam ab eodem Hippocrate dici, nempe de Medico cap. III. ubi de vario ægrorum ligamine agens, ac de Medici sedula ea in re adtentione, ait, πρὸς δὲ τοὺς χρόνους ΤΗΣ ΩΡΑΣ, *ad* ANNI *tempora animadvertendum est*.

V. 125. ἀπεδίλωτοι] Quod ἀπέδιλος de *discalceato* ob summam nempe, cum qua ad Promethei gemitus accurrerant celeritatem, ab Oceanitidum Nympharum choro dicitur apud Æschylum Prom. v. 135. σύθην δὲ ἀπέδιλος, *proripui me autem discalceata*. Notabilis vero hic Callimachi nostri locus, de feminis sacris Cereris operantibus aut pompæ Cerealis comitibus; quod nempe eædem essent *discalceatæ*. Quamquam enim id foret, juxta vetus ac notum Pythagoræ, cujus ad hunc locum meminit eruditissimus Vulcanius, præceptum, quod refert etiam Jamblichus in ejus vita c. XXIII. ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει, *discalceatus sacrifica, & adora*; ejus tamen ritus a mulieribus in solemnibus sacrorum pompis observati vestigia haud alibi facile reperias. Obvia quidem apud Græcos aut puerorum apud Laconas ex Lycurgi instituto, quo duriores inde fierent eorum pedes, juxta Xenophontem in Laced. Republ. p. 677; aut Philosophorum, vel adstrictioris vitæ hominum apud Athenienses aliosve ἀνυποδησίας exempla; ut Phocionis, qui discalceatus ad bellum prodibat, teste Plutarcho in ejus Vita p. 743. ita tamen ut id tanquam singulare, & ex peculiari vitæ aut sectæ instituto, ab iis factum, iidem auctores haud obscure innuant. Unde Socratem ac ejus discipulos traducens Comicus, de iis ait Nub. p. 129,

Τοὺς ὠχριοῦντας ΤΟΥΣ ΑΝΥΠΟΔΗΤΟΥΣ λέγεις,
Pallidos illos & DISCALCEATOS *dicis*;

ac similiter, & qui ad eum locum respexisse videtur, de quodam Pythagoræo Theocritus Idyll. XIV. 5.

Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγοριστὴς,
Ὠχρὸς, Κ' ΑΝΥΠΟΔΗΤΟΣ,
Talis nuper huc advenit quidam Pythagoræus
Pallidus & DISCALCEATUS.

Mitto, quod viris quidem ἀνυποδησίαν extra necessitatem convenire, at non feminis; neque enim decere feminas pedem ostendere, tradit penus veteris eruditionis Clemens Pæd. l. II. c. XI. Adde quod gentilium, quo-

quorum meminit in Apologetico Tertullianus c. XL, & quæ hic obiter tangit Vulcanius, *nudipedalia* in publicis demum supplicationibus, ob arentem nempe annum, & ad impetrandam a Diis pluviam, populo, quod idem locus arguit, denuntiarentur: Et sicuti idem Tertullianus alibi ait de jejuniis ut viderunt jam eruditi, c. XVI. *quum stupet cœlum & aret* ANNUS, NUDIPEDALIA *denuntiantur*. Haud aliter nempe ac in luctu aliisque publicis calamitatibus id locum etiam habuisse; neque apud Hebræos solum, ut e Davidis exemplo II Sam. XI. 30, aut Ezechiele XXIV. 17; ut Achabum jam mittam, de quo Josephus Ἀρχ. l. VIII. c. VII. notarunt jam viri docti; sed apud Gentiles quoque, ac unde ἀσάνδαλος Venus Adonim lugens apud Bionem dicitur Idyll. I. v. 21. Unde factum etiam observo, ut apud Romanos in solemni Cybeles pompa, eadem quoque locum haberent *nudipedalia*, nempe ut illius Deæ simulacrum carpento vectum nudis pedibus præcederent Senatores, prout id docet Prudentius περ. Στεφ. v. 154.

NUDARE PLANTAS *ante carpentum scio*
Proceres togatos, MATRIS IDÆÆ *sacris*.

& mox,

Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes REMOTIS *atterentes* CALCEIS,
Almonis usque pervenitis rivulum.

Illud enim Cybeles, tanquam lugentis ob Attidis ἀλούμην & ἀφανισμὸς sacrum, cum planctu & lamentis ac laniationibus etiam corporum, primis sacri illius diebus, peragebatur: ac unde πένθιμος ἐστὶ idem, ut alibi jam monui, fuit appellatum: donec nempe ei continuo succederent celebrata in honorem ejusdem Deæ HILARIA, ut ea de re præter alios consuli potest Julianus Imp. Orat. V. p. 315. ed. Petav. & de quibus etiam nos ibidem. Cujus autem ritus diversa hic adparebat ratio, ubi de Cereali festo agebatur ac pompa in ejus honorem muliebri; a qua festivitate cæteroquin omnis, uti antea vidimus ad vers. 18, abesse debebat luctus significatio: nisi vero id in memoriam lugentis filiæ raptum Deæ, cuique luctui sacratus etiam tertius hujus Thesmophoriorum festi dies jejunio, ut supra dictum, transactus, ac νηστεία inde dictus factum statui debeat. Ut nunc mittam *festis* apud Romanos, prout ea ab Ovidio dicuntur Fast. l. VI. v. 395. *Vestalibus*, matronas ædem Vestæ γυμνόποδας adire tum solitas; ut ibidem a Poeta sed rei spectaculo ac novitate simul attonito dicitur v. 397. &c.

Huc PEDE *matronam vidi descendere* NUDO;
Obstupui tacitus sustinuique gradum.

Cujus proinde rei caussa, quærenti Ovidio, mox ab anu tum vicina, ut idem continuo memorat, redditur: locum nempe, quo Vestæ ædes erat a foro Romano adeunda, stagnantem olim & paludosum exstitisse, quo proinde nudo pede tum erat transeundum, seu, ut ibidem dicitur v. 411,

Et pede velato non adeunda palus.

recessisse autem, ut addit eadem anus, stagna, & aquas ripa coercitas;

priſcum tamen morem ut nudo pede haud minus adiretur eadem Veſtæ ædes, remanſiſſe,

Siccaque nunc tellus, mos tamen inde manet.

Nulla proinde religioſa aut inſolita alioquin in hoc Veſtalium feſto, illius ritus cauſſa vel ratio exſtitit; & quod ideo obiter hic tango, quod a viris doctis, qui illum Ovidii locum de Romanis matronis ædem Veſtæ nudo pede adeuntibus jam adtigerunt, id, prout tamen ex eodem Poeta erat obvium, non fuerit obſervatum. Religionis alioquin ac reverentiæ, ſive ταπεινοφροσύνης ſignum, ἀνυποδησίαν apud Gentiles, ubi ea locum in eorum ſacris aut funeribus, aliiſve calamitatibus habuit, exſtitiſſe, monuerunt jam alii; eamque e præcepto a Moſe ea de re indicto Exod. III. 5. apud Gentiles invaluiſſe obſervat Juſtinus Apolog. II. p. 92. Unde, ſicut ob Dei præſentiam id tum Moſi ac dein Hebræorum Sacerdotibus olim præſcriptum, apud Talmudicos Doctores, prout a viris harum litterarum callentiſſimis eſt obſervatum, legitur, ac præterea apud Theodoritum in Exod. Quæſt. VII; ut nempe nonnili diſcalceati ac nudipedes templum ſeu *domum ſanctitatis* ac *locum pedum Dei* dictum adirent iidem, aut ſacra in eo obirent, ſtatis autem Hebræorum jejuniis, eoque maxime ſolemni die *Cippurim* dicto, ſine calceis ageret univerſus populus: ita illius quodammodo ritus veſtigia, cum alias apud Gentiles, tum in hac Cereali pompa, cui Dea ipſa præſens intereſſe credebatur, ſint adumbrata. Quamquam, ut obiter hoc addam, de eo Pontificis Max. vel Sacerdotum apud veteres Hebræos, nudipedum nempe in templo agentium, ritu, nullum in veteri Lege Moſaica, quod viderunt jam alii, & qua cæteroquin omnia, quæque minima, *quæ cultum habitumve Sacerdotalem* ſpectarent, cavetur, vel præceptum exſtet, vel alibi in ſacro fœdere exemplum: nec apud Joſephum, ſacerdotem ac e ſacerdotali genere oriundum, eaque de re accurate itidem agentem, quidquam de illa Pontificis ac ſacerdotum ἀνυποδησίᾳ, ubi maxime id conſtans illius ritus a Talmudicis traditi obſervatio flagitabat, monitum videam. Adde nec a Philone; ubi cæteroquin de ſacerdotum apud Hebræos muniis, requiſitis, & quæ in victimis aut victimarum oblationibus cavenda, e legum Moſaicarum præcepto diligenter ab eo pertractatur. Id quidem die magni, ut paullo ante diximus, jejunii ſeu expiationis inter alia ac omnibus quidem Judæis, vetitum traditur in iiſdem Pandectis Judaicis, calceamenta induere; ſed ea demum conditione, juxta magiſtros, calcei ſint ex corio, ſoccos vero e panno confectos, ſeu laneos etiam vel lineos licuiſſe uſurpare; prout illud jam ante ad Codicem Talmudicum Jorna cap. VIII. p. 193. ac noviſſime ad Cod. de jejunio pag. II. ab eruditiſſimis Sheringamio & Lundio eſt obſervatum. Quod præterea in gravi etiam luctu ac mœrore, aut vero etiam ubi vota ſolverent apud Hebræos locum habuiſſe, ut nudis incederent pedibus, e Davidis exemplo, de quo II. Sam. XV. 10. Achabo juxta verſiones aliquot antiquas I. Reg. XXI. 27. ac Joſeph. Origin. I. VIII. p. 289. ed. Gen. ac Berenice Agrippæ Regis ſorore apud eundem lib. II. cap. XV. viderunt jam eruditi, & ad poſtremum hujus Berenices

factum

factum respexisse omnino Juvenalem etsi ignoratione Judaicorum rituum id in genere de *sabbatis*, seu ut aliis visum habito ea voce ad Judæorum jejunia respectu noto & vexato a viris doctis loco, Saty. VI. v. 159.

dedit hunc Agrippa sorori
Observant ubi festa MERO PEDE *sabbata Reges.*

Ut vero ἀσάνδαλος vulgo ἀνυπόδητος, hic vero ἀπεδίλωτος, aut apud Æschylum paullo ante, ἀπέδιλος, sic ἀνήλιπος de *discalceato*, dictus apud Theocritum Idyll. IV. v. 56. μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε, *ne discalceatus venias, Batte*, ab ἄλιψ, nempe juxta ejus Interpretes, pro *calceo*. Apud Oppianum autem Cyneget. l. IV. v. 367. Ἀξλάυτοισι ποδοῖσιν, *nudis pedibus* legitur, prout nempe βλαύτη de calceis Atticis dicebantur. Hinc Synesius in Calvit. Encom. p. 37. βλαύτης Ἀτθικῆς, ac unde βλαυτία similiter apud Comicum Equit. p. 324. & apud Athenæum l. VIII. p. 338.

Ibid. καὶ ἀνάμπυκες] Mirum hic continuo videri possit, quod *sine vittis*, ac passis proinde capillis, exstitisse dicantur hæ Cerealis pompæ comites feminæ, quum, ut antea ad v. 5. hujus Hymni e plurimis veterum Auctorum locis docuimus, *vittatæ* seu *vittis* forent *redimitæ* Cereris sacerdotes; immo ut id proprium quasi earum insigne memoretur. Verum, quod jam ibidem monui, tota hujus & superioris loci v. 5. ἀκατεχεύατο χαίτην, *quæ effudit capillos*, inde pendet ratio; quod ibi non de sacratis Cereri feminis agitur, seu delectis publica auctoritate, qualis Nicippe supra dicitur (ut ibidem vidimus vers. 44. hujus Hymni) ejusdem sacerdotibus, aut quæ sacra ejus præscripta in Thesmophoriis obirent; immo nec de *Canephoris*, de quibus mox, seu quæ canistra in eadem pompa ferrent, virginibus: sed de iis demum, quæ dum illa Cerealis per urbem pompa, & in quadrigis traductus, pro more ut vidimus, calathus procederet, faustis acclamationibus eandem Deam prosequebantur. Quales proinde, ut ἀπεδίλωτοι seu *discalceatæ*, sicut modo vidimus, ita etiam ἀνάμπυκες, seu illis Cereri cæteroquin sacratarum vittis sive redimiculis exutæ hic dicuntur; quomodo alias χρυσάμπεια *cum aureo redimiculo* Lachesin dixit Pindarus Olymp. Od. VII. & Musas similiter χρυσάμπυκας Isthm. Od. II. παραμπυκίζειν autem κόμαν, & Laconice παραμπυκίδδειν *comam* ejusmodi *vitta* seu *redimiculo vinciri* ait Aristophanes Lysistr. p. 914. Idem vero alibi Acharn. p. 403. Θασίαν λιπαράμπυκα dixit de *ambitu* seu *operculo poculi vino Thasio* repleti. Ἄμπυκα cæteroquin de proprio apud Lydos capitis ornamento appellatum, notat Hesychius in Λυδίῳ νόμῳ.

V. 127. λικνοφόροι χρυσῷ πλέα λίκνα] Quæ λικνοφόροι *canephoræ* hic redduntur ab Interprete, & a Vulcanio, quod eodem redit, in ligata versione; *canistrigeræ*. A quibus etiam non abeunt, quæ ad vers. 48. Hym. in Jovem, de λίκνοις id genus seu *vannis*, non quidem, qualis *mystica vannus Jacchi* apud Virgilium Georg. I. v. 166, & de qua ibidem Servius; sed de *vannis* iis seu *canistris* vimineis, in quibus a rusticis congestæ, juxta eundem Servium & Philargyrium, frugum primitiæ,

tiæ, quo Libero & Liberæ ſacra facerent. Quod firmat etiam adlata ibidem a nobis Heſychii gloſſa, λίκνον, κανοῦν, ſeu *caniſtrum*. Quamquam, & quod præterire hic non licet, illud inter haſce λικνοφόρους & *canephoras* diſcrimen poſſet haud immerito ſtatui; quale ad v. 1. ac 3. hujus Hymni, cum a nobis, tum in noviſſimis ac eruditis ad eundem adnotatis, inter eas κανηφόρους traditur; quæ caniſtra frugibus aut rebus alioquin ad ſacrificia requiſitis in pompis id genus Cerealibus, aut aliorum etiam Numinum geſtarent: & inter *ciſtiferas* quæ *ciſtas*, ſeu λίκνα ferrent, in quibus τὰ μυστικὰ Cereris vel Bacchi, quod vulgo notum, erant recondita. Ita de ſolemni illa ac ſplendidiſſima Ptolemæi Philadelphi pompa Dionyſiaca agens Athenæus, poſt varia quæ in eadem prælata retulerat fercula, in uno curru ſacerdotes viros ac feminas exſtitiſſe memorat, ac, ut addit, juxta locum e veteribus libris a magno Caſaubono emendatum, l. v. p. 298. καὶ Ὀρφευτελεσταὶ, καὶ θίασοι παντοδαποὶ, καὶ ΤΑ ΛΙΚΝΑ ΦΕΡΟΙΣΑΙ, *& Orphicorum myſtæ, omniſque generis thiaſi, &* QUÆ VANNOS ſeu *ciſtas geſtarent*. Unde alibi ab eodem Athenæo l. XI. p. 476. & 478. de κέρνῳ ſeu *vaſe*, ut ait, *fictili*, in quo omnis generis, quæ ibidem tangit, edulia, pluribus cotylis ſeu lancibus impoſita continerentur, ex Ammonii libro de aris & ſacrificiis, traditur, ὁ δὲ βαστάσας αὐτὸ, οἷον ΛΙΚΝΟΦΟΡΗΣΑΣ, τούτων γεύεται, *qui vas illud* ſeu κέρνον, *tanquam* VANNIFER vel *ciſtifer geſtat, iiſdem veſcitur*. Immo prout dicti itidem in ſacris Rheæ, & quod aliunde jam notum, κερνοφόροι, ut apud Nicandrum Alex. p. 144. de illius Deæ ſacerdote femina, & apud Clementem Protrept. p. 11. ἐκερνοφόρησα, qui nempe aut quæ μυστικοὺς κρατῆρας, ut de iis vetus Nicandri Enarrator, geſtarent; & quales alioquin Rheæ ſacrificuli *ciſtiphori* a Martiale dicuntur l. v. Epigr. XVII. Hinc de Æſchine, ut qui ſe in Bacchi ſacris inter bacchantes illius Dei adſeclas olim addixiſſet, ait Demoſthenes de Corona p. 350. ἔξαρχος, καὶ προηγεμὼν, καὶ κιστοφόρος (juxta veteres ejus codices & Suidam, non ut ibi κιττοφόρος, & meminit jam ad Harpocrationem Cl. Mauſſacus) καὶ ΛΙΚΝΟΦΟΡΟΣ, *præcentor, & anteambulo, & ciſtiphorus, &* VANNIFER. Immo prout de geſtato myſtico in Bacchi ſacris λίκνῳ, ſeu de femina λικνοφόρῳ ait, ut obſervo, Proclus in Timæum p. 124. ΛΙΚΝΟΝ μὲν ΕΠΙ ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΣ θεμένη, καὶ δράκοντι αὐτὸ περιστέψασα, h. e. VANNUM *quidem* ſeu CISTAM CAPITI IMPONENS *& dracone eum circumdans ficulneum excipit Bacchum*. Quæ poſtrema ad Bacchum reſpiciunt συκῆς ſeu *ficus* inventorem creditum, ac inde apud Laconas συκίτην ſeu *ficulneum* dictum, teſte Athenæo l. III. p. 78. Quale autem myſticum Bacchi λίκνον, ſeu *ciſtam* dracone vel ſerpente circumdatam in corona hederacea, exhibent ſubinde antiqui nummi, cum in præclaris Cimeliarchiis, tum apud Goltzium, ut jam vidit ad eundem Nonnus. Immo unde juxta Hymnum eo nomine illi in Orphicis dicatum, λικνίτης dictus & cultus idem Bacchus; neque adeo ab ejus *cunis* ſeu λίκνοις, quod de eo tradit Heſychius, quam ab eo λίκνῳ ſeu *ciſta* vel *vanno* ejus *myſtica* a Marone dicta; quod ſcilicet juxta Servium orgia ejus ad purgationem animæ, (uti ea de re obiter ad v. 48.

H. in

H. in Jovem dictum) sicut *vannis* seu λίκνοις frumenta purgantur, spectarent. Quamquam non in mysticis solum Bacchi aut Cereris, sed in aliorum etiam Numinum sacris gestata dicantur λίκνα, eaque ibi pro *canistris*, ut statuere licet, & qualia etiam præter Hesychium, adducto ante loco, λίκνον, κανοῦν, agnoscit ad Maronem præter Philargyrium Servius. Ita de Pallade id genus λικνοις culta dici videas in senariis veteris Poetæ apud Plutarchum de Fortuna p. 99.

Ὁι τὴν Διὸς γοργῶπιν Εργάνην ϛατοῖς,
ΛΙΚΝΟΙΣΙ προϛρέπεσθε,
Qui filiam Jovis truci adspectu Erganen (seu *opificem*) *statis*
VANNIS seu *canistris colitis.*

Λικνοφόροι nempe pro κανηφόροι virgines *in Panathenæis, sicut in aliis etiam pompis*, prout e Philochoro tradit Harpocration, τοῖς τε παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς, ac in iisdem canistris, ut ibi additur, quæ ad sacrificia spectabant, fuerunt reposita. Quod innuit etiam Comicus in Avibus p. 580,

Τὸν ἱερέα πέμψαντα τὴν πομπὴν καλῶ·
Παῖ, παῖ, τὸ ΚΑΝΟΥΝ ἄιρεσθε, καὶ τὴν χέρνιβα,
Sacerdotem pompam ducentem voco.
Puer, puer, CANISTRUM *tollite & pollubrum.*

Unde insuper sicut *auro plena*, h. e. *aurea* hic dicuntur prælata ista in pompa Cereris λίκνα, ita Athenis in pompa Dionysiaca *aurea* etiam *canistra* exstitisse, docent eruditi ejusdem Comici Enarratores Acharn. pag. 383. κατὰ τὴν Διονυσίων ἑορτὴν παρὰ τοῖς Αθηναίοις αἱ εὐγενεῖς παρθένοι ΕΚΑΝΗΦΟΡΟΥΝ; ΗΝ δὲ ΕΧ ΧΡΥΣΟΥ πεποιημένα ΤΑ ΚΑΝΑ, *Athenis in Dionysiorum festo nobiles virgines* CANISTRA FEREBANT. *Erant autem CANISTRA ex AURO FACTA.* Quod in Cereali pompa, ubi tot alia huic Deæ, ut jam supra vidimus ad v. 71, cum Baccho erant *communia*, itidem locum habuisse hic tradit Callimachus. E nobilissimis etiam Atheniensium virginibus, quod innuunt iidem Comici Interpretes, electas illas κανηφόρους seu λικνοφόρους, & quidem more illo a temporibus Regis Erichthonii Athenas invecto, tradit in dicto apud Harpocrationem loco Philochorus. Unde etiam narrat Thucydides l. VI. p. 450, Harmodii Atheniensis sororem delectam primo, quæ *canistrum ferret in quadam pompa*, κανοῦν ὀίσουσαν ἐν πομπῇ τινι, prohibitam postea ab Hipparcho, Pisistrati Tyranni filio & Hippiæ tunc rerum potientis fratre, tanquam indignam, quæ illud ministerium obiret: quamque contumeliam graviter tulisse Harmodius ac inde de tollendo Hipparcho accelerasse consilium dicitur. Unde quod nobiles illas κανηφόρους seu λικνοφόρους puellas insuper decuit, umbellam eædem contra solis æstum, (qua de re jam ante dictum ad v. 7.) aliasve cœli injurias ferre in pompis id genus solitæ, & quidem sella eis a pedissequis pone lata; ut id liquet ex Aristophane ejusque Enarratoribus Avib. p. 610. & 611. ac vidit jam in Panathenæis cap. XXIII. eruditissimus Meursius. Immo inde itidem factum, ut sicut *aurea*, qualia hic dicuntur & ex ejusdem Comici Interpretibus paullo ante vidimus, forent id genus *canistra*; ita auro ac splen-

splendido cultu ornatæ procederent, quæ illa ferebant, primariæ virgines: prout id ex eodem Aristophane observo in Lysistrata pag. 908. Ibi enim nobilis & dramati cognominis Athenienſis matrona ait, se liberis, & quidem,

ὁπότ' ἂν τε θυγάτης
Τινὶ καινηφορεῖ,

quando filia alicui, Deorum, Dearumve,

Canistrum ferret,

daturam, quicquid pretiosum & aureum habet in supellectile ac mundo muliebri,

Καὶ χρυσίων, ὅσ' ἐστὶν ἐμοὶ,

Et quicquid penes me est aureæ supellectilis.

V. 128. χρυσὸν ἀφειδῶς πασαίμεσθα] Nempe juxta illud, quod ab eodem Poeta dictum v. 94. & 95. Hym. in Jovem, ubi ille *divitias* simul ac *virtutem* a Deorum Rege, & ideo quidem flagitat, quod sola virtus hominem beare non possit, & qua de re nos ibidem. Haud mirum vero a Poeta aulico, & in florentissimi Regis clientela versante, idem votum, & quidem cumulatius hic reponi: ad mentem scilicet dicti illius, quod ab Euripide in Andromeda prolatum legitur apud Stobæum Serm. LXXXIX. p. 502.

Χρυσὸ νόμιζε σαυτὸν ὄνεκα εὐτυχεῖν,

Propter aurum crede te feliciter agere.

Cyrenæi proinde Aristippi videtur sectator fuisse idem Cyrenæus vates, quorum ille primus non solum quæstu philosophatus; sed summo in luxu vixisse, & divitum ac Regum etiam, ut in Sicilia Dionysii, limina trivisse dicitur a Laertio in ejus vita. A Stoicorum utique placitis se satis alienum prodit noster Battiades, qui, ut de iis Tullius l. VII. Epist. Fam. XVI. *dicunt omnes esse divites, qui cœlo & terra frui possunt.*

V. 129. τὰς πόλιος πρυτανήϊα τὰς ἀτελέσως] Hunc insignem, & quem non adsequuti sunt priores editores, Callimachi locum, alibi jam, in mea nempe de Vesta & Prytanibus Græcorum diatriba, ac plenius in eadem ad prælum cum luculenta accessione denuo parata, adtigi & explanavi. Unde quæ ad idoneam his & sequentibus Poetæ verbis lucem adferendam omnino requiruntur, paucis inde hic erunt memoranda. In Græcorum nempe aut Asiaticis Græcæ originis urbibus erant olim erecta *Prytanea*; non vero Athenis solum, ut quibusdam eruditis visum fuerat, & quod præclare, adductis multis id genus Græcarum urbium *Prytaneis*, ad Athenæum monuit ὁ πάνυ Casaubonus: præter quæ autem ex luculenta insuper Auctorum aliorumve monumentorum penu, plurium adhuc locorum, *Smyrnæ* puta, *Lebedi*, *Cumæ*, *Peparethi*, *Delphorum*, *Megarensium*, *Crotonæ* &c. *Prytanea*, ac *Prytanes* alibi trado ac illustro. Erant autem eadem *Prytanea*, ut ibidem monui, vulgo in Urbium penetralibus, seu in media earum parte sita; unde Livius l. XLI. c. XX. *Cyzici Prytaneum, id est, penetrale urbis.* Hinc erecta etiam in *Prytaneis* Vestæ simulacra, statusque ibidem

ejus

ejus cultus; quod vel Pindarus pridem docuit sub initium Nem. Od. XI.

Παῖ Ῥέας, ἅτε ΠΡΥΤΑΝΕΙΑ λέλογχας ΕΣΤΙΑ,

Filia Rheæ, quæ sedem in PRYTANEIS *sortita es* VESTA;

& quidem in intima seu penetrali eorum parte; prout in penetrali quoque privatarum ædium eadem Dea sacrari fuit solita. Unde de hac Ἑστία seu *Vesta* in Orphicis jam olim dictum, ἡ μέσον οἶκον ἔχεις, *quæ mediam domum obtines*; & apud Phornutum cap. de Vesta, κατὰ μέσας ἱδρυται τὰς οἰκίας, *in mediis statuitur ædibus*. Quod apud Romanos quoque obtinuit; unde apud Virgilium Æn. l. v. v. 741. *cana penetralia Vestæ*, & Plutarchum in Camillo, Vestæ sacra in recessu recondita, dicuntur. Inde factum quoque, prout jam vidimus ad v. 325. Hym. in Delum, quod Delus, quæ in medio Cycladum esset sita, ἑστία & ἐυέστιος ibidem a Callimacho vocetur; & Delphi similiter, qui locus non Græciæ solum sed terræ etiam a multis habebatur umbilicus, ἑστία μεσόμφαλος, & quomodo denique ἑστία in genere, apud Tragicos maxime, de *ara penetrali*, seu in medio domus posita, subinde fuerit dicta. Ejusdem autem Vestæ, quam *primam Dearum* πρῶταν Θεῶν vocat in adducto ἐπινικίῳ Pindarus, primus erat in urbibus Græcis aut Asiaticis cultus; ut ea de re obiter paullo ante ad v. 109. ac unde vulgatum Græcorum proverbium, ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος, *a Vesta incipiens*. Illa autem Ἑλληνικὰ, ut de iis ait Dionysius Antiqu. l. II. p. 93. aut ut hoc apud Callimachum loco, τῆς πόλεως, sive Alexandriæ, seu unius e Græcanicis urbibus, Πρυτανήια *Prytanea* a feminis ad sacrum Vestæ cultum obeundum, adiri quoque consueverant. Id enim de Naucratitis Ægyptiis, Græcæ itidem originis, sed tanquam iis peculiare, notat alicubi ipse Naucratites Athenæus l. IV. p. 150. *mulieri apud eos non licuisse Prytaneum ingredi, nisi soli tibicinæ*, γυναικὶ δὲ ἐκ ἔξεσιν εἰσιέναι τὸ Πρυτανεῖον, εἰ μὴ μόνῃ αὐλητρίδι. Quod minus proinde cum receptis Græcorum moribus consonum, inde haud obscure licet eruere; & cum admissis ad publicum Vestæ in eorum *Prytaneis* cultum mulieribus solemni maxime, qualis hæc Cereris, quæ eadem cum terra seu ἑστία, θεσμοφοριαζουσῶν apud Callimachum pompa. Ut nunc mittam, uti *Prytanes* obvii apud Græcos, qui nempe Πρυτανιτιδος Ἑστίας, sicut vel ex adducto jam ante Pindari Ἐπινικίῳ Nem. XI. liquet, sacra procurarent; ita etiam exstitisse mulieres Πρυτάνεις seu Πρυτανίδας, prout observo e veteri Inscriptione a Cl. Sponio vulgata Miscellan. p. 349. in qua legimus exstitisse Flaviam quandam Moschi filiam, ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ ΑΣΙΑΣ, ΝΑΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΠΡΥΤΑΝΙΝ, *Sacerdotem* seu *Flaminicam Asiæ, templi, quod est Ephesi*, PRYTANIN: ita ut de muliere Ephesini Dianæ templi, potius quam *Prytanei* antistite hoc ibidem dici videatur. Ἀτέλεστοι autem, qua voce hic usus Callimachus, dicti Græcis οἱ ἀμύητοι, seu *non initiati*; quomodo apud Aristotelem Rhetor. l. III. c. CL I. de mutuo Periclis & Lamponis dicto, bis eadem vox ἀτέλεστος illo sensu legitur, & sicuti contra ἀποτελεῖσθαι vocantur apud Clementem Protrept. p. 12. sacris Cabirorum initiati. Immo hic τελεσθέντα ab eodem Clemente dicta Protrept. p. 12.

ca

ea maxime Gentilium sacra, quæ cum solemni pompa & sumptu, monente id Athenæo l. 11. p. 40, ac abditis proinde ritibus (qualia fuerunt hujus Deæ non Eleusinia solum, sed ea etiam, de quibus hoc Hymno agitur, Thesmophoria) peragi consueverunt. E quibus jam, ut opinor, planus eruitur loci hujus haud obvii & sequentis simul apud Callimachum sensus: quo nempe innuitur, ut his sacris nondum initiatæ per ætatem virgines seu *ἀτέλεστοι*, *usque ad urbis Prytaneum*, in media urbis parte, seu ejus penetrali, ut cum Livio loquar, situm, duntaxat procederent: reliquæ autem, uti mox dicetur, feminæ jam initiatæ, prævio Vestæ, primæ, ut diximus, Dearum, in eodem *Prytaneo* cultu, longius præeuntem, de quo hic agitur, Deæ calathum seu Cerealem hanc pompam, & ad ejus fanum usque comitentur; ubi solemnia illius sacra statis ritibus eadem continuo obeant. Notum enim, qua religione apud Græcos provisum fuerit, ne fas cuipiam foret, sacris mysticis & occultis, qualia dicuntur a Comico Concion. p. 829. hæc ipsa Thesmophoria, interesse, qui, aut quæ nondum forent initiatæ. De solis autem hic agitur feminis, quod ab iisdem Thesmophoriis viri, uti jam vidimus ad v. 1. hujus Hymni, forent excluſi. Et hæc ad nobilissimi hujus loci lucem lubentius adtulimus, quod in edendo Callimacho eruditissimæ & supra exemplum Tan. Fabri Filiæ, sibique etiam aliquid occultum ibi recondi visum, coram mihi indicavit dignus Musæ illius *σύζυγος*, ingenio & eruditione præstantissimus Dacerius.

V. 130. *Τὰς δὲ τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεὸν*] Bene quidem non explicandam hanc vocem *τελεσφορίας*, per adjectivum *initiatas*, quod fecerat Friſchlinus, atque ita, ut opponatur voci priori versus *τὰς ἀλετίσας*, *non initiatas*; sed pro ipsis *τελεταῖς* eandem sumendam, hic vidit H. Stephanus. Quod vero idem, & cui accessit Anna eruditissima, id ita statuit, quo tollatur distinctio in fine prioris versus, ac dicatur *τὰς ἀλετίσας τὰς δὲ τελεσφορίας*, non continuo id concedendum putem. Id enim tota illius loci ratio, & ipse eorundem verborum contextus, si quid in iis video, haud omnino postulat. *Ἀτέλεστοι* enim, ut vidimus, citra alterius vocis adjunctionem, Græcis iidem, qui *οἱ ἀμύητοι*, *haud initiati*. *Τελεσφορίαι* autem eædem etiam apud Græcos, ut agnovit H. Stephanus, quæ *τελεταὶ*, *mysteria*; prout nempe *τέλη* & *τέλη μυστηρίων* apud Euripidem Mede. v. 1382. ac Hippolyt. v. 25. dicta videas; ac *τελεστήρια* etiam, quod jam monui, apud Clementem; & quomodo *τελεῖν τὰ θεσμοφόρια*, *celebrare ea*, de quibus hic agitur, *Thesmophoria*, a Græcis Criticis ut Theocriti Enarratoribus Idyll. IV. v. 25, dictum. Immo quo sensu *τελεσφορίην ἐπετήσιον*, de *anniversario* Apollinis apud populares suos Cyrenæos *festo*, dixit noster Battiades v. 78. Hym. in Apollinem; aut quo sensu de *καθαίροις*, seu arcanis Samothracum sacris, ait coætaneus Callimacho Poeta, Apollonius l. 1. v. 917.

Ἀρρήκτοις ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θέμιστας,
Intemeratas leges celebrium mysteriorum.

Quum ergo priori versu, quem modo explanavi, dixisset Callimachus, e mulieribus, quæ faustis acclamationibus Cerealis calathi processum prose-

prosequebantur, ad urbis Prytaneum debere tantum eas pompam comitari, quæ nondum forent initiatæ; addit nunc illo, qui sequitur, & quem hic expendimus, versu, teneri vero longius Deum, & usque ad ejus templum prosequi, eas nempe, quæ per ætatem jam erant initiatæ. Quod discrimen proinde inter pompæ hujus Cerealis sequaces feminas, initiatas scilicet & non initiatas, & ex iis, ut mox addit, quæ per ætatem vel dolores partus impares erant ad omnia ejusdem solemnia adimplenda; tangit hisce & prioribus quæ jam expendimus, verbis, Callimachus,

Μέσφα τὰ τῆς πόλιος Πρυτανηΐα τὰς ἀλετέσσω
Τὰς δὲ τελεσφορίας ποτὶ τὰν Θεῶν ἄχεις ὁμαρτεῖν,
Αἵ τινες &c.

Cujus etiam secundi versus verba, aliter quam existimarunt viri docti, & prout postulat Helleniſmi simul ac sensus ratio, ita sunt connectenda, τὰς δὲ ϖϑτομαρτεῖν τὰν Θεῶν ἄχεις τελεσφορίας, *illas vero* (initiatas nempe, easque ut continuo sequitur, infra aut supra sexagenarias) teneri *Deam prosequi, usque dum sacrum illud Cereale peregerint*, eumque in finem, ad *ejus fanum*, quod deinceps additur, *pervenerint*, κὴ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωνται. Nempe ποτὶ ὁμαρτεῖν ibi Δ|ωτολῆ ob metrum familiari, Dorice pro ϖϑτομαρτεῖν, quod alibi legitur, dictum, & solita quidem hujusmodi compositis verbis, ut præpositionum, e quibus eadem constant, rationem induant, constructione: prout vicissim παρομαρτεῖν cum tertio casu adhibet eo loco, quem alia occasione jam adtuli ad v. 94. Hym. in Delum, Plutarchus de Musica p. 1136. ἀλλὰ μὴν κὴ τῷ κατακομίζοντι ποδὶ τὴν Τέμπεων Δάφνην εἰς Δελφοὺς ΠΑΡΟΜΑΡΤΕΙ αὐλητης, *sed & puerum, qui Tempicam laurum Delphos defert, comitatur tubicen.* Adde opportunum ad hunc Battiadæ locum illum Orphicorum in Silenum & Satyros p. 150. ult. edit.

Σὺν Βάκχαις Ληναΐα ΤΕΛΕΣΦΟΡΑ σεμνὰ ϖϑτέμπων,

(quod nempe hic dicitur τελεσφορίας ϖϑτομαρτεῖν)

Cum Bacchantibus Lenæa sacra veneranda comitans;

ubi insuper Ληνεῖα τελεσφόρα, *Lenæa* Bacchi, ut notum, *sacra solemnia*, sicut hic Deæ τελεσφορίας, h. e. Θεσμοφόρια τελεσφόρα, *Thesmophoria* Cereris *sacra* designantur. Unde etiam, si quis malit, possent eadem Battiadæ nostri in hoc versu verba ita construi, τὰς δὲ ὁμαρτεῖν τελεσφορίας ἄχεις ποτὶ τὰν Θεῶν, *has autem*, nempe initiatas, *comitari sacrum* Cereris *solemne, usque ad Deam*, seu *Deæ ædem*: quod nempe, uti diximus, & mox etiam sequitur, κὴ ὡς ποτὶ νηὸν &c. seu Δημητρεῖον, *Cereris* nempe *fanum*: ac prout Dii aut Deæ, de eorum fanis sæpe apud Poetas dicuntur, ac unde formatæ etiam apud Græcos voces Μητρῷον, Ηραῖον, Αθήναιον, Αρτεμίσιον, Αφροδίσιον, &c. de *Matris Deum*, *Junonis*, *Minervæ*, *Dianæ*, *Veneris &c. Templis*, ac similiter Δημητρεῖον de hujus *Cereris æde*, quod apud Stephanum legas in Αμμωνία. Haud insolita etiam apud Græcos illa constructio ἄχεις ϖϑτὶ seu Dorice ποτὶ, & quomodo e Luciano, ἄχρι ϖϑτὸς τὸν σκοπὸν, *usque ad scopum* adduxit in Thesauro H. Stephanus, & apud Isocratem, ἄχεις ὑπὸ τὴν πηγὴν, *usque ad fontem*; neque vero aliter Latini, *usque ad* &c.

V. 131. *Αἵτινες ἑξήκοντα κατώτερω* &c.] Quod iterum ad consuetos Græcorum mores respicit, apud quos in pluribus publicis muneribus discrimen vulgo illius ætatis muliebris factum videas; earum nempe mulierum, quæ *sexaginta annis minores* aut *majores* forent. Unde apud Athenienses vetitum, ne mulieres *minores annis sexaginta*, seu quod hic dicitur, *ἑξήκοντα κατώτερω*, *funebrem pompam comitarentur*, aut defuncti etiam ædes subirent. Constat id ex Demosthene adv. Macartatum p. 667. *γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ τῶ ἀποθανόντος, μηδ' ἀκολουθεῖν τῷ ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σήματ' ἄγηται*, ΕΝΤΟΣ ΕΞΗΚΟΝΤΑ ΕΤΗ *γεγονυῖαν*, *mulieri non licere in defuncti bona* (seu potius *domicilium*) *ingredi & funus comitari, quando ad tumulum effertur, quæ* SEXAGINTA ANNIS MINOR, iis exceptis, quod additur quæ sunt intra consobrinas. A qua proinde lege immunes hic tradit mulieres Callimachus, quibus etiam *minoribus annis sexaginta*, modo forent initiatæ, omnimodo comitari Cerealem pompam, & celebrare hoc sacrum licuit. Hinc quoque vetulas junioribus admixtas, eadem hæc Thesmophoria videas agere apud Aristophanem in cognomine dramate. Anus vero in pompam Minervæ Panathenaicam, ac proinde sexagenarias aut sexagesimum quoque annum egressas, prodire solitas, easque ramum solemnem gestantes, e Diccæarcho notant Græci ad eundem Comicum Critici Vesp. p. 467: ipse vero Aristophanes alibi *sexagenarias*, seu *sexaginta annis majores*, *τὰς ὑπερεξηκοντούτιδας*, a Veneris sacris arcendas monet, Concion. p. 732. sicut alibi Alexis apud Athenæum, haud dissimilia de viris sexagenariis tradit; sed quod alterius loci. Adde, quod innuit Plato de Legib. l. II. p. 665. absurdum videri, si chorus Baccho consecratus, constet ex iis, qui ad sexagesimum usque annum pertingant, seu, ut eos ibi vocat *ἑξηκοντέτεις ᾠδὰς*, *sexagenarios cantores*. Idem vero alibi, nempe lib. VI. p. 759, præcipit, ne pauciores annos, quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges res divinas rite sit obiturus.

V. 132. *Ελειθυίαι τείνει χεῖρα* &c.] Nempe *Lucinæ manum* dare hic dicitur, quæ jam partui proxima Lucinam ut ei sit propitia, invocat, seu ad eam, quod supplices solent, manus tendit, quo ut de ea Pindarus Olymp. od. VI. *προϊῦμαντινθ' Ἐλειθυῖαι*, h. e. interprete, ut ei haud insolitum, Horatio in Sæculari Carm. *levem Ilythiam* experiatur, h. e. *ὠκυλόχειαν*, *partum accelerantem*, prout Natura universi Parens dicitur in Orphicis p. 106. ult. edit. Haud aliter ac parturiens Glycerium apud Terentium Andr. A. III. Sc. I. clamat,

Juno Lucina, fer opem, serva me, obsecro.

A qua rursus parturiente muliere hic distinguitur ea, quæ primis demum partus doloribus premitur, *ἅτις οὐ ἄλγει*, nempe, quod alibi ait idem Oppianus *Κυνηγ.* l. I. v. 404. *λοχίγιν ὑπ' ὠδίνεσσι τυπεῖσα*, *partionis doloribus percussa*, prout nempe ea *partionis* voce usus eam in rem Plautus, Varro, aliique.

V. 133. *Δηὼ*] Hinc in Inscr. Regillæ, *Δηὼτε νέη*, *Δηὼτε παλαιὴ*, *Ceres* autem *Nova* seu *Junior*, & *Ceres Antiqua*, seu Ceres ac Filia Proserpina

ſerpina vel Libera, ut ibi ſtatuit ὁ πάνυ, & prout alioquin, ut hoc addam, a Græcis Euripidis Interpretibus dicitur ad Phœniſſ. v. 689. ἡ δὲ Δημήτηρ καὶ Γῆ καλεῖται, ἁ μὲν πρεσβυτέρα, ἡ δὲ νεωτέρα, *Ceres autem Terra etiam vocatur; illa quidem Senior, hæc Junior.* Haud aliter nempe ac ab Æſchylo dictum legas Eum. v. 724. ἐν νεοισί τε καὶ παλαιτέροις Θεοῖς, *inter novos* ſeu *juniores & antiquos Deos.* Unde Δηοῦς κόρη dicitur Proſerpina ab Antiphane apud Athenæum l. x. p. 449. ut *Deoida* eandem vocant Ovidius Met. l. vi. v. 114, & Auſonius Epiſt. iv. Verum non animadvertit vir maximus, *Cœleſtes Deas* eas vocari, quibus dilecta fuerit hæc Regilla, θεαὶ δέ μιν οὐρανιῶναι, quorum iſtud χθονίῃ & ἐυερτέρᾳ, *terreſtri* ac *inferæ*, prout eadem vulgo dicta, Proſerpina, parum quadrat. Unde alia omnino & opportune quidem ſe hic offert Δηὼ νέη, ſeu *nova Ceres*, Sabina nempe Hadriani uxor jam Diva; quæ utroque illo *Novæ* ſeu *Junioris Cereris* nomine vocatur in veteri Inſcriptione, quæ exſtat in Cl. Sponii Miſcell. p. 328. ΣΑΒΕΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ, *Sabinam Reginam* (ut Græci loquebantur) ſeu *Auguſtam*, NOVAM CEREREM, *Imperatoris Hadriani Uxorem.* Erat autem Regilla uxor Herodis Attici, qui jam Hadriani temporibus floruit, & quam ante maritum mortuam liquet ex eadem Inſcriptione, ubi de Herodis ob ejuſdem Regillæ obitum luctu agitur; cuique Inſcriptioni præmiſſum eſt ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ nomen; qualis cum eo nomine, ut obſervat ὁ πάνυ, Conſul ſub Hadriano, tum in nummis Antinoi, iiſdem proinde temporibus, haud ſemel occurrit. Hinc itaque laus Regillæ eo verſu teſtata, quod, eam Sabina Auguſta, Hadriani conjux, quæ illud ΝΕΑΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ſeu ΔΗΟΥΣ, *Novæ Cereris* elogium tulit, & quæ inter DIVAS poſt mortem relata, dilexerit; haud aliter ac ipſa etiam *Antiqua Ceres.* Addo aliis etiam Auguſtis tributum fuiſſe idem *Novæ* ſeu *Junioris Cereris* elogium, ſicuti Juliæ Auguſti Severi Conjugi, in alia veteri Inſcriptione, quæ in Itiner. P. iii. ejuſdem Cl. Sponii legitur, ΙΟΥΛΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΕΣΤΙΑΝ ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ, *Juliani Auguſtam Veſtam, Novam Cererem.* Immo haud aliter ac ipſa Fauſtina M. Aurelii conjunx, ὄμπνια Μήτηρ, *fecunda mater*, ſeu *Ceres*, quod non animadvertit ibidem ὁ πάνυ & jam ante indicavi ad v. 2, vocatur in eadem Regillæ Inſcriptione; quæ nempe cum Herode marito ad ea M. Aurelii tempora vixit ſuperſtes, & eo imperante fato demum eſt functa. Ut vero Δηὼ, ſicut hoc Callimachi loco, dicta a Græcis *Ceres*, ac unde τῇ Δηοῖ θαλύσια, aliud nempe ejuſdem Deæ feſtum, vocantur a Theocrito Idyll. vii. v. 3: ita etiam quandoque dicta eadem a Latinis *Dia.* De ea enim intelligo, quod in Inſcriptionibus Fratrum Arvalium legitur apud Gruterum cxx. & cxxi. SACRIFICIUM DEÆ DIÆ, *aut* SACRUM *vel* SOLEMNE DEÆ DIÆ; & ſimiliter in Miſcell. Cl. Sponii p. 5. SACRUM IN DICTUM DEÆ DIÆ, nempe ab illis *Arvorum Sacerdotibus*, ut eos vocat Plinius l. xviii. c. ii. ſeu qui *ſacra*, juxta Varronem lib. iv; *publica faciunt, ut fruges ferant arva*, inde etiam, ut ex eodem Plinio & Gellio præterea conſtat lib. vi. c. vii, *ſpicea corona*,

 ſolito

solito Cereris insigni, redimiti; immo in quorum sacris lustrationibus seu Ambarvalibus, & *spicis tempora cingere Ceres* a Tibullo dicitur l. II. El. I. & a Marone Georg. l. I. v. 43.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adorat,

seu *Diam*, h. e. Δηὼ, in adductis modo illorum Fratrum Arvalium Inscriptionibus. Huic *Diæ* vero seu *Cereri* & filiæ Proserpinæ, promiscuæ ferme, ut hoc addam, apud Auctores & in aliis antiquis monumentis, appellationes, sicut Σωτειρας, de qua mox ad v. 135, Θεσμοφόρε, prout Θεσμοφόροι Θεαὶ eadem mater & filia seu Θεσμοφόρω dicuntur ab Aristophane in cognomine dramate p. 782. & 783, ac a Proclo, ubi de Platone ait in ejus Theolog. p. 267. τὰς Θεσμοφόρους Θεὰς ἀνυμνῶν, *legiferas Deas celebrans*; & quomodo insuper vel πυξφόροι Θεαὶ, *tediferæ Deæ* apud Euripidem dicuntur Phœn. v. 699, aut μεγάλων Θεῶν seu μεγάλαιν Θεαῖν nominibus, & qua de re jam supra ad v. 121, eædem apud Messenios & Arcadas cultæ. Hinc etiam Αζησία *Ceres* dicta juxta Hesychium, & *Proserpina* juxta Didymum apud Zenobium c. IV. Prov. XX. quod proinde non debuit viro erudito ad Hesychium negotium facessere. Immo ambigua nonnunquam Cereris & Proserpinæ signa; unde Pausanias de tripodibus dicatis Apollini Amyclæo, unum ait exstitisse, cui insisteret signum *Cereris vel Proserpinæ*, κόρης δὲ ἡ Δήμητρος l. IV. p. 242, & quod fide etiam veterum ac insignium nummorum liceret hic comprobare. Alioquin δίωνυμοι Θεαὶ, *binomines Deæ* ab Euripide vocantur Phœn. v. 689.

V. 134. καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωντες] Vera omnino, quam tradit H. Stephanus, & bene suo probavit calculo Anna eruditissima, hujus loci expositio; immo cui jam Græci præiverat Enarratoris glossa ad verba superioris versus, ταῖσι δὲ Δηὼ, nempe ταῖς ἐλθούσαις καὶ μὴ ἐλθούσαις, ἴσον μισθὸν δώσει, *venientibus & non venientibus* (ad templum nempe) *Ceres æqualem dabit mercedem.* Quæ etiam, ut priora Poetæ verba, de mulieribus jam parturientibus, aut quæ primi partus doloribus seu torminibus adficiuntur, abunde adstruunt; quod nempe haud iis licuerit ad templum usque pompam illam Cerealem prosequi, ibique stata & solemnia Deæ sacra adimplere.

V. 135. σάω πόλιν εὖ θ' ὁμονοίᾳ] Haud aliter nempe ac in Hymno illo trium versuum in hanc Cererem Homerici vel Homeridæ alicujus legitur,

Χαῖρε Θεὰ, καὶ τὴν δὲ ΣΑΩ ΠΟΛΙΝ,

Salve, o Dea; hanc autem URBEM SERVA.

Σώτειρα quippe juxta filiam Proserpinam dicta eadem Ceres, cum alibi, tum in veteri Apameæ nummo Gazæ Mediceæ, ac proinde, a qua hoc præcipuum ac salutare beneficium populares feminæ, *urbis* seu civium inter se *concordiam*, hic a Dea flagitant, nempe juxta illud Tullii de Amicitia cap. VIII. *quanta vis amicitiæ* CONCORDIÆQUE? mox, *quæ tam firma* CIVITAS *est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti.* Cujus etiam *concordiæ* eo major ratio habenda hic fuit, si de Cereali festo, non Alexandriæ, ut ab initio hujus Hymni statuit Græcus

cus Poetæ Enarrator, neque vero absonum ibi credidimus, sed Argis, aut in alia urbe Peloponnesi celebrato agitur; in quibus nempe oppidis sicut in aliis etiam Asiæ minoris & Græcæ originis civitatibus, crebræ occurrebant & fatales ferme *saluti* eorundem locorum, popularium nempe inter se aut cum Rectoribus, dissensiones. Unde inscripta subinde in antiquis nummis, & ita publico ære ad perennem ejus rei memoriam signata, unius urbis, Senatus nempe & populi qui antea, uti Romæ etiam libera adhuc Republ. haud semel contigit, ab invicem dissenserant, ΟΜΟΝΟΙΑ. Hinc priscus Nicomediæ nummus cum epigraphe ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ ΟΜΟΝΟΙΑ supra ΒΟΥΛΗ, infra ΔΗΜΟΣ, *Nicomediæ Concordia*, *Senatus*, *Populus*. Sic ΟΜΟΝΟΙΑ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ, *Concordia Mytilenæorum*, in præclaro nummo, quem jam vulgavit his olim studiis florentissimus P. Seguinus in Select. Num. & exstat hodie in Gaza Gallorum Regia. Plures quidem, ut antiquariis notum, suppeditat eadem vetus nummorum supellex, variarum inter se urbium, non vicinarum solum aut unius gentis, ut *Mileti* & *Ephesi*; *Ephesi* & *Pergami*, *Smyrnæ & Laodiceæ*, quæ nempe Proconsularis Asiæ &c. sed dissitarum etiam & alterius Provinciæ ut *Ephesi* ac *Athenarum*; *Smyrnæ & Lacedæmoniæ*, *Mileti & Amisi* &c. ΟΜΟΝΟΙΑΣ exempla. Cujusmodi etiam, ut obiter hoc addam, exhibent alii veteres nummi, in quibus inscr. ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕΣΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, *Concordia Ephesiorum & Alexandrinorum*; sed cui haud absimilem Gordiani nummum, quamquam cum alio typo, tauro nempe, a Tristano vulgatum cum inscr. ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, vir ingenio ac eruditione magnus, de *Alexandrinis in Troade* debere intelligi male statuit in Observationibus ad Catullum p. 207. *Alexandrinos* etiam *Ægyptios* ibidem designari, abunde arguunt Serapidis aut Isidis icones in similibus, seu qui eandem Inscriptionem præferunt, & qualem modo indicavi, nummis, una cum Diana Ephesina, tutelaribus utriusque urbis numinibus, insculptæ. Neque etiam Hippotaurus, seu ex equo & tauro, quod idem vir doctissimus censuit, compositum monstrum in eodem nummo signatur, sed taurus; nec ille proinde ejusmodi seu ΟΜΟΝΟΙΑΣ, quam exhibet adducta a me alterius nummi inscriptio, inter utramque, *Ephesum* & *Alexandriam* scilicet *Troadis*, Symbolum: & quidem, quod per *equum*, eadem *Alexandria Troas*; per *taurum* vero designetur in eodem nummo Diana Ταυροπόλος. *Cervus* enim non *taurus*, vulgo *Ephesi*, seu Dianæ Ephesiæ, illiusque non Ταυροπόλος, cujus alibi, quod ante vidimus ad v. 174. Hymni in Dianam, erat cultus; sed Ελαφηβόλος vel Ελαφηβόλος, obvium in antiquis illius urbis nummis, insigne. Accedit, quod in iis, quos hactenus versarunt Antiquarii & cujusmodi sæpius vidimus in illustribus Cimeliarchiis, quique sub Imperatoribus percussi, illius nempe *Alexandriæ Troadis* nummis, nusquam solo ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ nomine; immo nec Græce, sed Latine, Romana quippe Colonia, iidem sunt vulgo inscripti; ac inde perpetuo cum adjuncto in iis *Coloniæ* nomine, & crebrius quidem cum solo *Troadis*, aç sine addita *Alexandriæ* appellatione, nempe COL.

AUG. TROA. vel TROAD. *Colonia Augusta Troadensis*; in nonnullis COL. ALEX. aut ALEXAND. TROA. *Colonia Alexandria Troas*, ac in uno forte vel altero sine *Troadis* nomine, sed cum solitis cæteroquin appellationibus COL. ALEXAND. AUG. aut qualem olim protuli Diss. de Num. p. 776. COL. AUR. ANTONINIANA ALEX. *Colonia Aurelia Antoniniana Augusta*. Quorum etiam abunde fidem facit luculentum de nummis Coloniarum Imperii Romani opus, a Cl. & in hoc studiorum genere exercitatissimo Vaillantio haud ita pridem editum. Haud aliter nempe ac apud Auctores, qui de ea urbe agunt, non Livium solum aut Strabonem, & cujus Interpretis ea in re errorem alibi notavimus, sed Galenum quoque legas de Simpl. Medicam. Facult. l. IX. c. 11. Αλεξάνδρειαν Τρωάδα, aut duntaxat Τρωάδα, ut apud Philostratum de Vit. Soph. l. 11. in Herode, ἰδὼν δὲ τὴν Τρωάδα &c. ac similiter in libris Digestorum l. VII. D. de Censib. *Juris Italici sunt* Τρωὰς, Βήρυτος, *Troas*, *Berytus* &c. ac Pauli l. VIII. ibidem, *in Provincia Asiæ duæ sunt Juris Italici Troas & Parium*. Quibus addam nummum, quem depictum vidimus in pulcherrimis schedis optimi & eximii Morelli nostri, ΤΡΟΑΔΕΩΝ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Troadensium Smyrnæorum Concordia*. Adde, quod *Ephesiorum* & *Alexandrinorum* in Ægypto, ut præcipui utriusque ac nobilissimi in Romano orbe emporii, crebris proinde ac assiduis invicem commerciis seu commeatibus frequentati, haud mira utique vel insolens contingat signata in ejusmodi nummis, quos ante adduximus, ΟΜΟΝΟΙΑ, quæ in aliis haud minori terrarum spatio dissitarum urbium nummis itidem legitur. Sed hæc præter institutum, quamquam oblata nec quæsita ejus rei occasione, nec alieno cæteroquin loco, adtigimus. Unum tamen addam, quod ad illustrandum hunc Callimachi locum, quo Cererem invocat, ut *urbem in concordia servet*, τάνδε σάω πόλιν ἐν θ' ὁμονοίᾳ propius respicit; sacrata nempe Cereri apud Romanos eorum bona, qui Tribunos plebis, publicæ quasi libertatis & concordiæ adsertores, violaverant, aut vero, cohibuissent, ne iidem legem ferrent ad populum; prout id tradit Dionysius Antiqu. l. VI. p. 410. & l. X. p. 477. Adde nihil magis ad stabilem *urbis* seu populi cum Rectoribus *concordiam*, conferre, quam ubi *Cerealia* dona seu fruges ac alimenta illi affatim suppetunt.

V. 136. Ἐν τ' ἐυημερίᾳ] Qua voce tranquillus ac prosperus urbis ac civium status debet hic intelligi, prout apud Sophoclem de Thebis dicitur Oedip. Col. v. 643.

Καὶ ταῖσι Θήβαις εἰ τὰ νῦν ἐυημερεῖ,

Ac si nunc Thebanis res sunt tranquillæ ac prosperæ;

sicut in Ajace v. 723. λευκὸν ἐυήμερον φάος, quod ante vidimus ad superiorem vers. 123. *de die læta ac serena* ab eo dicitur. Exstat vero haud prætereundus hic Philonis locus de Vit. Contempl. p. 893. ubi de Essenis agens, qui bis unoquoque die precari solerent, sub auroram nempe & vesperam, addit, ἡλίου μὲν ἀνισχομένου ΕΥΗΜΕΡΙΑΝ αἰτούμενοι, ΤΗΝ ὄντως ΕΥΗΜΕΡΙΑΝ φωτὸς ὀρανίου τὴν διάνοιαν ἀναπλησθῆναι, quæ minus accu-

accurate reddit ibi Interpres; doctissimus autem Petavius in Miscell. Exercit. Juliano ab eo vulgato additis cap. 1, ubi eum locum adducit, eadem verba ἐυημερίας αἰτούμενοι τὴν ὄντως ἐυημερίαν, vertit, *veram fausti diei faustitatem postulantes*, ut nempe, quod subdit ibidem, prior ibi ἐυημερία *felicem diei cursum*, posterior, *faustitatem ac felicitatem* absolute significet. Idem vero in Appendice ad Notas in Synesium cap. 1. eruditissimi Jo. Croy, qui alienum illud a mente Philonis in specimine Conjectur. & Observ. p. 111. crediderat, aliam eorundem verborum expositionem refert; ut nempe illud genitivum ἐυημερίας usurpetur ἐλλειπτικῶς, ac subaudiatur εἵνεκα. Quod ibi redarguit, & alienum vicissim ab eo Philonis loco contendit Petavius, & si quid in iis verbis mutandum, pro ἐυημερίας malit legi, ἐυημερίαν in accusandi casu, hoc sensu nempe, ἐυημερίαν αἰτούμενοι, τὴν ὄντως ἐυημερίαν, *felicitatem postulantes*, *veram*, inquam, *felicitatem*, & quæ qualis sit aperit ibidem Philo. Quamquam nihil ibi mutandum censeam, ac potiorem ducam, & illi loco maxime congruam, priorem, quam idem Petavius adtulerat, eorundem verborum expositionem; ut nempe ibi dicat Philo, Essæos vel Essenos, qui, quod præcesserat, unoquoque die sub auroram ac vesperam precari erant soliti, oriente quidem sole, *veram* illam *lætæ* sive *faustæ diei felicitatem* (ἐυημερίας τὴν ὄντως ἐυημερίαν) continuo petiisse, plenam scilicet ac cœlestem mentis lucem, quod nempe ibi ait, uti jam vidimus, Philo, φωτὸς οὐρανίου τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀναπλησθῆναι, *nimirum, ut ipsorum mens cœlesti luce repleatur*. Atque ita priori ἐυημερίας voce, & propria quidem ac nativa ejusdem significatione, denotari id quod paullo ante a Sophocle dictum vidimus, λευκὸν ἐύημερον φάως, *lætam & faustam diem*; posteriori autem dicatur *felicitas* in genere, prout ab aliis eadem vox subinde sumitur, & inde apud Hesychium, ἐυημερία, ἐυδαιμονία, aut sicut hoc ipso apud Callimachum loco, haud male ab Interprete redditur. Quomodo etiam ἐυημερίαν pro *felicitate* seu *prosperitate* adhibuit haud semel Chrysostomus, ut cum alibi sæpius, tum Serm. 1. in Lazarum pag. 227. & 230. & Serm. IV. in eundem pag. 250, T. V. edit. Savill. πονηρὸς δὲ καὶ μωρὸς ἄνθρωπος ἐυημερίας ἀπολαύῃ διηνεκοῦς, *improbus autem ac scelestus vir perpetua utatur prosperitate*. Sic Josephus Αρχ. l. XV. c. X. τὰς ἐυημερίας διηγουμένους, *suos narrantes prosperos successus*; alibi autem eodem sensu de Herode ab initio capitis IX. ejusdem libri, πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἐυημερήμνασιν ἠξιωκὸς φρονεῖν, *multum prosperis illius successibus elatus*, prout eandem vocem ἐυημέρημα apud Polybium *de felici rerum successu*, alii jam observarunt. Hinc ἐυημερεῖν non solum pro *feliciter agere*, ut in adducto supra apud Sophoclem loco, ac apud eundem Chrysostomum Serm. V. in Lazarum p. 230. T. V. dicitur: sed nominatim pro *plausum* in theatris aut pro publica populi concione *ferre* ac *celebrari* a Græcis dictum, ut ad Athenæum l. VI. c. XII. vidit jam ὁ πάνυ, & docet, ut hoc addam Hellenismi Thesauris aliisque promptuariis intactum, haud uno loco Plutarchus, sicut in Alexandro p. 681. Λύκωνος δὲ τοῦ Σκάρφεως ἐυημεροῦντος ἐν τῷ θεάτρῳ, *quum Lycon Scarphensis in theatro plausus ferret*, ac in Catone p. 782.

ubi a Favonio ædili ludos in theatro edente, ad ſpectantem eos Catonem dictum refertur, καὶ διδόναι τοῖς εὐημερεῦσιν νῦν τιμᾶν, ἐβόα, *ut qui plauſum meruerant, iis debitum honorem vellet ille nunc impertiri, acclamavit.* Adde locum ejuſdem Auctoris in Demoſthene p. 846. εὐημερήσαντος δὲ Καλλιστράτου καὶ θαυμασθέντος ὑπερφυῶς, *quum inſignem plauſum tuliſſet Calliſtratus, ac in ſumma eſſet admiratione*, poſt orationem de Oropo, & cujus judicii ſumma erat exſpectatio, in publica Atheniensium concione habitam. Hinc quoque παρευημερεῖσθαι, *vinci* ſeu *offuſcari* alterius ſplendore aut gloria; prout ea voce uſus Philo in Flaccum p. 969. ubi Agrippæ Judæorum Regis a Cajo declarati in Ægyptum profectionem debuiſſe ab eo declinari, obtendunt ad Flaccum Præſidem ejus familiares, ἵνα μὴ παρευημερησθεὶς ὁ τῆς χώρας ἡγεμὼν ἀδοξῇ, *ne* adventus Regis Agrippæ *ſplendore offuſi regionis Præfecti gloria obſcuretur.*

V. 134. ἀγρόθι νόστιμα πάντα] Haud male Interpretes Friſchlinus & Vulcanius, νόστιμα per *matura* hic reddunt, ubi de fructibus aliiſque terræ proventibus agitur; idque juxta Heſychii gloſſam, νόστιμος, ὥριμος, καὶ τὰ ὅμοια, ac prout apud Maronem legitur Georg. lib. I. v. 347.

Et Cererem clamore vocant in tecta; neque ante
Falcem MATURIS *quiſquam ſupponat* ARISTIS.

Adde, quod Νόστος & Εὔνοστος dictus etiam fuerit Θεὸς Επιμύλιος *Molaris Deus*, molitorum nempe Inſpector, ac efficiens ut farinæ menſura foret plena; ut ita νόστος idem eſſet, quod Doribus ἱμαλὶς, prout hæc e Tryphone refert Athenæus l. XIV. p. 618. ac inde, & e veteri inſuper Lexico Rhetorico, Euſtathius p. 1383. ac alibi, & unde factum ait τὸ νόστιμον. Athenæus vero rurſus l. X. p. 416. Cereris ἱμαλίδος *Farinæ*, ſeu *Farinaceæ* Deæ ſignum apud Siculos exſtitiſſe memorat. Ita vero νόστιμον cum pro *maturo*, tum pro *fecundo* ac *ſalubri* etiam dictum videas, ut apud Joſephum Αλωσ. l. I. c. IV. ubi de fonte ait Hierichuntis, quem ex inſalubri & ſumme noxio, ſaluberrimum deinceps effecerit Propheta Eliſæus; idemque fons impoſterum, ut addit Joſephus, eam irrigandi vim habuerit, ut ſi adtigerit modo terram, νοστιμώτερον εἶναι τῶν μέχρι κόρου κρονιζόντων, *ſalubrior* ſeu *majoris fecunditatis auctor* (non ut hic vetus ac recens Interpres, *ſapidior*) *fuerit, aquis ad ſatietatem permanentibus.* Adeo, ut eandem vocem νόστιμον haud male per τὸ σωτήριον, reddiderit quoque doctiſſimus Gloſſographorum Heſychius.

V. 137. Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα] Florentis locus, quem tangit hic Anna præſtantiſſima, exſtat in Notis ad Comici Lyſiſtratam pag. 870. Idem vero jam ante Vulcanio viſum fuerat ad hæc Poetæ noſtri verba; ut nempe, quo conſtaret verſus, φέρε pro φέρβε in poſtremis his Poetæ verbis, φέρβε μᾶλα, legeretur. Quod vero contra vetera exemplaria in utroque Poetæ noſtri loco φέρβε pro φέρε ab acutioribus & recentibus proſodicis invectum idem ibi adſerit eruditiſſimus Florens, vellem ut luculentius id eviciſſet. Neque enim aliter, quam hic in editis, exhibent

bent omnes hujus Poetæ, ut agnoscit ipse Vulcanius, editiones; neque in ea, quæ cum Frischlini versione ac adnotatis ab H. Stephano prodiit, & in qua variæ lectiones e scriptis codicibus sunt ad marginem notatæ, ulla occurrit, quæ φέρε pro φέρεε, in iisdem libris exstare doceat; aut vero ulla etiam, cujus mentio in notis ab eodem H. Stephano, ut alioquin in iisdem solet, facta legitur. Unde librorum potius hic veterum, Scriptorum nempe in adhibenda voce φέρεε consensum, ex illa omnium & antiquissimarum etiam hujus Poetæ editionum conspiratione licet æstimare. Opportunior quoque hic verbi φέρεειν, ubi agit de *pecoribus*, quam φέρειν usus. Quod vero in secundo illo φέρεε prima corripiatur syllaba, quæ in priori, ut & in sequenti versu, φέρεε κ' εἰρήνην producitur, id exemplis utique, quod vere monet Anna præstantissima, non caret. Obvia quidem illa in veterum Græcorum, ut de Tragicis etiam antiquis aliisque Poetis sileam, Epigrammatis; ut sit nempe anceps prima syllaba in vocibus τέκνον, τεκνίον, τέχνη, ὕπνος, ac similibus; unde vocem ὕπνον (ut hic positum secundo loco φέρεε) corripi videas in hoc dimidiato Critagoræ pentametro Anth. l. VII. Ep. CLXXII. ἐχ ὕπνον, ἀλλὰ κόπον, idque juxta tralatitium notumque primis Helleniſmi tyronibus mutæ ante liquidam privilegium. Quibus consona correptæ itidem secundæ syllabæ in ἀγροπνίη, ac similiter in ἐφέλμαις apud Orpheum seu Onomacritum (ut jam ibi advertit post H. Stephanum nuperus ac eruditus ejus editor) Argon. v. 6. Ἠύσω Μέσης ἐφέλμαις &c. ac præterea cum in voce ἐρέλμοις vers. 67. cujus media syllaba pro more alibi apud eum producitur v. 276. &c. tum in voce ἀτέκμαρτον, cujus secunda syllaba itidem corripitur v. 1134. illius Poematis. Idem vero in aliis etiam vocibus, præterquam ubi muta ante liquidam posita, apud veteres Poetas subinde locum habuisse, vel nota (ne Grammaticis hisce tricis longius immorer) aut Hesiodi in ἀπάλαμνον Ἐργ. v. 20. aut Homeri in voce Αἰγυπτίους, ac itidem in iis, de quibus modo Argonauticis, v. 32. Θρήνες τ' Αἰγυπτίων, & v. 43. Ἡ δ' ὅσον Αἰγυπτίων &c. exempla satis utique comprobant. Ne propiori adhuc id adstruam, petito ex iisdem Argonauticis exemplo, gemino scilicet litteræ ρ ante mutam correptæ; ut hic in voce φέρεε ita in media syllaba vocis ἀταρπὸς, prout in Aldina illius Poematis, quam possideo, editione legebatur, v. 86.

Παρθενίας ἀταρπὸς ἐπιπρόσθιον ἠρώοσιν,

pro quo in Stephaniana, ac inde in postrema editione horum Argonauticorum, ἀτρεκὲς legas; sicuti etiam vers. 261. quamquam ἀταρποῖς occurrat jam ante vers. 35. & ἀταρπιτοῖς v. 113. ac familiaris sit alioquin uti modo etiam vidimus, in voce ἐφέλμοις & ἐρέλμοις, illi Auctori ancipitum id genus syllabarum usus. Haud mirum proinde vel insolitum in hac voce φέρεε idem obtinere, ut prior ejus syllaba sit hic itidem anceps, brevis nempe & longa, φέρεε βόας, φέρεε μῆλα, sicuti alioquin eadem littera ρ apud Græcos sæpe elisa, ut in σκῆπτρον, σκῆπτον, σκηπτοῦχος; δρύφρακτος, δρυφακτός &c. de quibus Grammatici. Quibus addere liceat hanc Eustathii glossam p. 1488. ad initium v. 127.

Odyſſ. Δ. Αιγυπλίης ὄθι πλεῖστα &c. nempe correptam ibi in Αιγυπλίης ſecundam ſyllabam, cum ob metrum, tum ob ἀδύνειαν τῶν μετὰ υ κεμμένων δύο ψιλῶν σύμφωνων ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΠΑΛΑΙΟΥΣ, *infirmitatem poſitarum poſt litteram υ, duarum tenuium conſonantium*, SECUNDUM ANTIQUOS, ut quæ adduxi etiam paullo ante in eadem voce Αιγύπλιος, e veteris Poetæ Argonauticis, exempla oſtendunt. Sed de proſodicis hiſce notationibus plus ſatis; & quidem ob contrariam eruditiſſimorum Florentis & Vulcanii de hoc Callimachi loco, uti paullo ante vidimus, ſententiam. Cereri autem armentorum etiam ſeu *boum* ac *ovium* curam vel paſtum hic commendat Callimachus; quomodo nempe παμβώτις γᾶ, *omnia paſcens*, ſeu *alens terra*, Rhea ſive Ceres apud Sophoclem dicta, Philoctet. verſ. 396, & juxta illud Poetæ ab initio Georgicorum,

quæ cura BOUM, *qui cultus habendi*
Sit PECORIS.

Ut hic mittam id, quod de eadem Dea ait Ovidius Faſt. lib. IV. verſ. 403.

Illa jugo tauros collum præbere coegit.

Hinc tauro etiam utraque manu faces tenentem inequitare videas Cererem, in veteri Macedonum nummo apud Goltzium, & quem alibi itidem verſavi, cum inſcr. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ, *Macedonum prima*.



Oves autem quod ſpectat, neque earum curam a Cerere hic alienam putat Callimachus; cui etiam Deæ Μηλοφόρῳ ſeu *Oviferæ* templum Nyſeæ, Megarenſium navali, exſtructum tradit Pauſanias l. I. p. 82. Adde, quod Pales Paſtorum Dea, & quam de *ovium paſtu* acturus invocat Poeta, præclari operis l. III. v. 293.

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum,
Incipiens, ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oves, dum mox frondoſa reducitur æſtas;

quod ea *Pales*, inquam, eadem cum *Veſta* aut *Matre Deum* ſeu *Rhea* vel *Opi*, ac proinde etiam *Cerere*, habita dicatur a Servio ad v. I. l. III. Georg. Quibus adde illud Philonis de vita Contempl. p. 890. quod terra

nem-

nempe dicta sit Δημήτης (Ceres) παρ' ὅσον μήτης εἶναι δοκεῖ πάντων φυτῶν τε καὶ ΣΩΩΝ, *quod mater videatur omnium stirpium* ET ANIMALIUM. Adde illud Valerii Flacci l. III. v. 5. *dat Cererem lectumque* PECUS.

Ibid. φέρε σάχυν, οἷσε θερισμὸν] Hinc quod antea vidimus ad v. 2. σαχυτρόφε & πολύσαχυ invocata in Orphicis, & apud Theocritum, eadem Ceres. Ἀμαῖα vero ob θερισμὸν seu *messem* a Troezeniis dicta, juxta Didymum apud Zenobium; ac unde illud proverbium ab eo Cent. IV. 20. & a Suida etiam memoratum, ἡ Ἀμαῖα (non ut apud Zenobium perperam Ἀμεὰ) τὴν Ἀζασίαν μετῆλθε, *Amaa*, seu *messis Dea ad Azisiam accessit*. Hinc eadem Dea seu Δηὼ paullo ante dicta, ἀμήσασθαι seu falce segetes *metere*, Titanas docuisse in Insula Corcyra, Δρεπάνῳ inde appellata, dicitur ab Apollonio l. IV. v. 988.

Δηὼ, ἣ κείνῃ ἔνι δὴ ποτὲ νάσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δὲ ἔδαεν σάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι,
Nam Ceres olim ibi in ea terra diversata,
Titanas docuerat almas segetes succidere;

& quomodo cæteroquin Δηοῦς ὄμπνιον σάχυν, *Cereris almam aristam*, dixit similiter Lycophron v. 121; alibi autem idem hic Callimachus apud Etymologum in voce φαφῶ, nempe μέλει δὲ σφίσιν ὄμπνιον ἔργον, ac ut additur, Δημητέρος δηλονότι, *cura autem illis est almum opus Cereris*. Quo loco proinde haud præteriri debet veterum Apollonii Enarratorum ad dictum paullo ante locum σάχυν ὄμπνιον, glossa, Κυρηναῖοι δέ τινες τὸν πλούσιον καὶ εὐδαίμονα, ὄμπνιον καλοῦσιν, *Cyrenæi autem* (qualis noster Battiades) *nonnulli divitem & felicem* ὄμπνιον *vocant*. Iis vero consona, quæ hic itidem ad Cererem dicuntur, φέρε σάχυν, οἷσε θερισμὸν, *fer spicam, fer messem*, nempe juxta illud Tibulli l. II. Eleg. 1.

Nec seges eludat messem fallacibus herbis.

Unde etiam non ante arationem solum ac sationem frugum vota Cereri, ut ex Hesiodo observat Plutarchus de Superst. p. 169. ab agricola nuncupanda, sed etiam ante *messem* seu θερισμὸν, a paratis messoribus, ut apud Maronem præcipitur, versibus paullo ante adductis ad v. 134. e Georg. l. I. v. 348. *Neque ante falcem maturis* &c. Unde post comportatas etiam fruges, ut ea de re Græci Grammatici, ac ipse, & de quo loco jam ante ad v. 20. Aristoteles ad Nicom. l. VIII. c. IX. μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, celebrata apud Græcos, ob Cerealia nempe illa munera, θαλύσια, de quibus exstat venustum, ut notum Syracusani vatis Idyllium. Quo referri etiam debet illud Ovidii Fast. l. II. v. 119.

Farra tamen veteres jaciebant, farra METEBANT,
Primitias CERERI *farra recepta dabant*;

& quibus insuper verbis, nempe *farra jaciebant*, firmari posset illa vocis *Ceres*, quasi ab Hebraica גרס *garas* aut *geres*, h. e. *ejicere*, a frugibus nempe ejectis, tradita a nonnullis origo. Immo unde Ceres non de *segete* solum, quod valde triviale, & quidem, quum demetitur, *rubicunda Ceres* aut *flava Ceres*, a Poetis haud semel dicta; sed de quovis alimento, & quidem e feris etiam carnivoris, prout Achilles de se ait

ait apud Statium Achill. l. II. v. 386. *Hæc mihi prima Ceres*, leonum nempe, quod præceſſerat, viſcera, quibus ille veſcebatur, ſeu *ſemianimes medullæ*. Sic apud Valerium Flaccum l. II. v. 69, de epulantibus Argonautis, *Cereris tua munera feſſas Reſtituunt vires*; ac præterea loco jam in fine ſuperioris notæ ad priora hujus apud Callimachum verſus verba, *dat Cererem lectumque pecus*, ovinas nempe carnes ad comedendum, ac ſtragula.

V. 138. φέρβε καὶ εἰρήναν] Ita de Baccho, cui eadem cum Cerere communia dixerat ante verſ. 71. hujus Hymni, ait Euripides Bacch. v. 419.

Φιλεῖ δ' ὀλβιοδότειραν Εἰρήναν, κουροτρόφον Θεάν,

Amat vero divitiarum datricem Pacem, juvenum altricem Deam; ſicut ab Heſiodo eadem Pax κουροτρόφος itidem dicitur, & quod Cereris ſeu Telluris fuit quoque, ut ante vidimus, epitheton. Immo unde notabiles veteres nummi, in quibus eadem εἰρήνη ſeu *pax* opportune ad hunc locum, ſub vulgaribus *Cereris* ſymbolis depingitur; mulieris nempe cum duabus ſpicis ex ejus gremio ſurgentibus, & cum corona inſuper ſpicea; ſicuti in ſequenti Agrippinæ Claudii conjugis nummo, cum inſcr. EIPHNH L. IB. *Pax Anno* XII; ac prout in alio Titi nummo eadem ſpicas dextra, ſiniſtra caduceum tenet, cum ead. inſcr. EIPHNH.



Ad eoſdem nummos, quales jam vulgarunt præclare de hujus eruditæ vetuſtatis memoria meriti Triſtanus, & amiciſſimus Patinus, ea ille, & quod a Friſchlino jam ante factum ad hunc locum, ex Orphicis & Ovidii Faſtis commode adtulit, quæ *pace lætari Cererem*, illamque ut Cerealium munerum largitricem prædicant. Immo ad quas EIPHNHΣ ſeu *Pacis* icones reſpexiſſe videas Tibullum noto verſu, lib. I. Eleg. X.

At nobis PAX *alma veni*, SPICAMQUE *teneto*.

Hinc Εἰρήνη βαθυπλουτος, ſeu *Pax immenſas largiens divitias*, ab Ariſtophane in Agricolis, uti jam ab Euripide in Cteſiphonte, deperditis dramatibus, dicta legitur apud Stobæum Serm. LIV. p. 367. Immo prout hujus Εἰρήνης πλοῦτον in ſinu ferentis ſimulacrum exſtare apud Athenienſes

ſes tradit Pauſanias l. IX. p. 566, de quo in Atticis dixerat p. 13. Ειρήνη φέρουσα Πλούτωνα παῖδα, *Pax ferens Plutum infantem*: quod nempe *Plutus*, ſeu divitiarum numen, idem cum *Plutone* apud Atticos haberetur: unde promiſcue Πλοῦτος & Πλούτων in Comici dramate dicitur, ut pag. 76.

Μετὰ τοῦτο τῷ Πλούτωνι παρεκαθέζετο,
Poſt hæc Plutoni adſedit;

ubi eruditi Critici, ΤΟΝ ΠΛΟΥΤΟΝ οὕτω λέγουσι, καὶ εἰκότως τὸν αὐτὸν ΤΩ ΠΛΟΥΤΩΝΙ τὸν Ἅδην νομίζουσι· καὶ γὰρ Ησίοδος φησιν, Εὔχεσθαι δὲ Διῒ χθονίῳ, ΔΗΜΗΤΕΡΙ θ' ἁγνῇ, PLUTUM *ita vocant* (nempe *Plutonem*) *& merito quidem eundem cum* PLUTONE *ſtatuunt: unde etiam ait Heſiodus invocandus eſt Juppiter terreſtris, & caſta* CERES. Quo proinde reſpexit idem Comicus in verſibus, qui apud Stobæum exſtant, & in Excerpt. τοῦ πάνυ Grotii p. 499.

Καὶ μὴν, πόθεν ΠΛΟΥΤΩΝ ἂν ὠνομάζετο,
Εἰ μὴ βέλτιστ' ἔλαχεν,
Et quidem unde PLUTO *fuiſſet dictus*,
Niſi optimam partem, Plutum nempe, ſeu *opes fuiſſet ſortitus*.

Neque vero id ob latentes in terræ viſceribus opes, ſed ob aliam ejuſdem appellationis cauſſam, juxta Sophoclem Oed. Tyr. v. 30.

Ἅδης στεναγμοῖς καὶ γόοις ΠΛΟΥΤΙΖΕΤΑΙ,
Pluto lamentis & planctibus DITESCIT.

Hinc *Pluto* juxta fabulas, Cereris gener; immo *Plutus* ejuſdem Cereris, ob eam, quam agricultura copiam ſuppeditat, filius habitus; quâ de re Themiſtius Orat. XXX. pag. 351. εἴτε εὐπορία διὰ σπουδῆς, Δήμητρος παῖδα ΤΟΝ ΠΛΟΥΤΟΝ οἱ ποιηταὶ ᾄδουσιν, *ſive abundantia labore parta* (quæ verba διὰ σπουδῆς, non expreſſit hic Interpres) CERERIS *filium eſſe* PLUTUM *canunt poetæ: quod*, ut addit, *nulla re externa ita augeantur facultates, ut ex agricultura commodis*. Etſi Ειρήνην illam, de qua paullo ante, βαθύπλουτον aut ὀλβιοδότειραν, *immenſas opes largientem* quod adtinet, eadem tanquam non telluris, neque unius proinde, ut hic, Cereris, ſed cœleſte prudentiæ ac divini in res humanas amoris donum, cum Minervæ in Orphicis, δὸς δὲ Ειρήνην πολύολβον, *da autem Pacem opulentam*; tum Veneris munus apud Lucretium dicitur, ab initio ferme aurei poematis,

Nam tu SOLA *potes tranquilla* PACE *juvare*
Mortales.

Haud aliter, ac potiori quidem jure, *Pax Dei*, aut viciſſim *Deus Pacis*, a ſacris Vatibus juxta & Apoſtolis dicitur, ut Eſa. LIV. 10. Epiſtol. ad Philip. IV. 7. 9. &c. Immo qua ratione inſuper apud Gentiles factum, ut PAX AUGUSTI, tanquam alterius in terris Jovis & *Pacis* Auctoris, in Romanis Cæſarum nummis ſubinde ſignetur.

Ibid. ὅς ἄροσε, κεῖνος ἀμάσῃ] Nempe juxta illud ſimile, quod aliquoties adhibetur a Sacris Scriptoribus, ut Galat. VI. 7. ὃ γὰρ ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσῃ, *quicquid enim ſeminaverit homo, hoc & metet*. Ita II. Corinth. IX. 6. καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, καὶ θερίσει,

&

& qui ſerit in benedictionibus, ſeu *abundanter*, *abundanter etiam metet*; voce nempe εὐλογίαν eodem ſenſu ibi ſumpta, quo ſubinde in veteri fœdere Hebræorum ברכה & ſimiliter εὐλογίαν a ſenioribus, ut Ezechiele XXXIV. 26. quem locum jam commode ad dicta D. Pauli verba adnotavit ὁ πάνυ Grotius; adde & Malachiam III. 10. ac alibi. Ita etiam inter præcipua beneficia, quæ Iſraelitis eum timentibus promittit Deus apud Eſaiam cap. LXV. hæc leguntur v. 21. & 22. *Et ædificabunt domos, & ipſi habitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non ædificabunt & alius habitabit. Non plantabunt, & alius comedet.* Quod alioquin eorum majoribus in Palæſtinæ poſſeſſionem, ejectis inde aut ad internecionem deletis incolis, immiſſis contigiſſe, declarat apud Joſuam Deus XXIV. 13. *dedique vobis terram*, IN QUA NON LABORASTIS; *& urbes, quas non ædificaſtis, ut habitaretis in eis, vineas & oliveta, quæ non plantaſtis, vos comeditis.* Quam in rem utique, ſeu huic Poetæ noſtri dicto aut voto, ut qui *ſeminavit, & metat*, ὃς ἄροσε, κεἶνος ἀμάσῃ, opponitur & ab ipſo quidem Servatore vetus illud ac *verum*, ut ibidem vocatur, effatum, Joh. IV. 37. ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων, *alius eſt, qui ſeminat; & alius eſt qui metit*, & comprobatur *duri* illius *Domini* exemplo, ad quem ait ſervus Matth. XXV. 24. θερίζων, ὅπου οὐκ ἔσπειρας, *qui metis, ubi non ſeminaſti*, ac præterea illo Græcanico verſu, quem primus ad Johannis locum adtulit doctiſſimus Camerarius.

Ἄλλοι μὲν σπείρουσ', ἄλλοι δὲ οὖν ἀμήσονται,

ſeu, ut idem proverbium a Paræmiographis Græcis, Diogeniano Centur. II. 62. & Apoſtolio Cent. II. 55. refertur, tanquam vulgare ſoluto ſermone dictum, ἄλλοι μὲν σπείρουσι, ἄλλοι δὲ ἀμήσουσι, aut juxta Apoſtolium, ἀμήσονται, *alii quidem ſeminant, alii autem metent.* Haud aliter nempe ac de Cleone dixit Comicus, (& cujus ea de re locum pridem ad oram mei Callimachi adſcriptum, vidiſſe etiam Eraſmum in præclaro Adagiorum opere nunc demum animadverto) nempe Equitum p. 310,

Κ' οὐτ' ἀνὴρ ἴδοξεν εἶναι, τἀλλότριον ἀμῶν θέρος,
Quaſi vir fortis viſus eſt, alienam demetens meſſem;

& ad quod adludit poſtea, qui ad eundem Cleonem ait Agoracritus p. 334.

Ἁρπάζων γὰρ τὰς ἄρτους, σοὶ τὰς ἀλλοτρίας παραθήσω,
Subreptos enim aliunde panes tibi adponam.

Haud aliter nempe ac eidem Cleoni jam ante unus ex Athenienſium ducibus Demoſthenes objecerat, quod ſibi ad Pylum de Lacedæmoniis victoriæ laudem ille ſurripuerat, nempe libum ſeu mazam in Pylo Laconicam, quam ſubegerat Demoſthenes, clanculum ſibi ſubreptam, eamque pro ſua Cleonem vafre ſuppoſuiſſe.

Αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην,
Ipſe adpoſuit mazam, quæ a me fuerat ſubacta.

Quod ipſum nempe de Pompejo dixit in Cæſaribus Julianus, devictam quidem a Lucullo Armeniam vicinaſve gentes, inde vero triumphi decus

cus Pompejum retuliſſe; & adductum ſimul eorum exemplum qui ædificiis aliorum ſumptu ſtructis & perfectis, ſuum inſerebant nomen. Quod Romanorum legibus vetitum ibidem diximus, ut ab Ulpiano l. 2. D. de Operib. Publicis, *ac ejus nomine, cujus liberalitate opus exſtructum eſt eraſo, aliorum nomina inſcribantur.*

V. 139. ἵλαθί μοι] Conſueta nempe uti fidelium ſeu veri Dei cultorum, ſicuti Publicani ad Chriſtum Luc. XVIII. 13. *ἱλάσθητί μοι, ſis mihi propitius*, ita etiam in Gentilium ſeu Orphicis ſeu Homericis vel Homeridarum, Hymnis, precandi formula, ἵληθι, κλῦθι, ἔρχε ἵλαος, *ſis propitius; exaudi; veni propitius*, ac prout ad Latonam in iiſdem Orphicis conjunctim dicitur,

Κλῦθι Θεὰ δέσποινα, κὴμ ἵλαον ἦτορ ἔχεσα,

Audi, Dea domina, & propitium cor habens;

ac ita circa finem Ἀδωνιαζουσῶν apud Theocritum Idyll. XV. v. 143. ἵλαθι νῦν φιλ' Ἄδωνι, ubi Grammatici, ἵλαθι, ἀντὶ τῆ ἱλάσθητι, κατὰ λάκωνα Δωρικῶς. Eadem formula uſi etiam paſſim Romani in Supplicationibus ac Sacrificiis, ut *Precor te, Juppiter, uti* MIHI *volens* PROPITIUS SIES, nempe quod hic ad Cererem ἵλαθί μοι, aut *Juppiter* &c. *uti* SIES VOLENS PROPITIUS *mihi liberiſque meis, domui familiæque meæ*; prout ea leguntur apud Catonem de R. R. Feſtum ac alibi. Cujus rei rationem reddit Jamblichus de Myſter. Sect. I. c. XIV, quod Dei ira non ſit permanens, ſed ἀποτροφὴ tantum ſeu *averſio*, quæ per ἐξίλασιν *placationem*, ſeu, ut eas vocat Æſchylus Chœph. v. 210. per τελεσφόρους ἐυχὰς, *perfectrices preces*, poſſit tolli, atque ita Numen reddi *propitium*. Hinc autem Cererem, ut frugibus *propitiam*, atque inde arationis, ſationis, aut meſſis, vel poſt comportatas etiam fruges, temporibus, non a *pube* ſolum *agreſti*, quod de ea alioquin dixit Maro Georg. l. I. v. 343. ſed publica urbium feſtivitate colendam Gentiles credidere: eamque adeo, tanquam toti urbi ſalutarem, Paciſque inſuper & concordiæ, prout modo vidimus, datricem invocandam. Ita hic etiam, ut ſibi ſit ſpeciatim *propitia*, ἵλαθί μοι, & pro conſueta, quam modo tradidi apud Romanos etiam formula SIES PROPITIUS MIHI, eandem Deam compellat in fine hujus Hymni Callimachus.

Ibid. μέγα κρείσσα θεάων] Friſchlinus hic *magna Regina Dearum*, & ſimiliter Vulcanius, *Regina Dearum*, ſeu potius, ut de Venere ait Plautus Caſin. A. IV. Sc. IV. *Dea multipotens* ad litteram quod hic dicitur, μέγα κρείσσα, aut quomodo Θεὸς ἐυρυάνασσα *Dea late regnans* dicta paullo ante v. 122. eadem Ceres. Haud aliter nempe ac modo Venus, modo Minerva, modo Thetis, modo Aurora etiam aut Calypſo, δῖα θεάων apud Homerum; ac inde ab Ennio ſimiliter apud Feſtum in voce *Sos. Dea Dearum*; alibi ab eodem *Juno Saturnia*, *ſancta Dearum* apud Servium Æn. l. IV. v. 576. ac inde a Virgilio ibidem *ſancte Deorum, quiſquis es*, eaque ſingula pro *diva, ſancta*, aut *ſancte* e numero *Deorum* aut *Dearum*, quod bene jam animadvertit in Minerva l. II. c. XI. eruditiſſimus Sanctius. Prout etiam cum δῖα γυναικῶν Cyzici mater dicitur in Orphei ſive Onomacriti Argonauticis v. 501. tum πότνα γυναικῶν

κῶν (πότνα nempe per ἀφαίρεσιν Poetis familiarem, pro πότνια) *veneranda mulierum* invocatur ab Antipatro Diana, Anthol. l. VI. c. VIII. Epigr. XVII. Dicta alioquin ab Euripide, prout supra vidimus ad v. 122. hæc *Ceres*, Θεὰ ἁπάντων Ἄνασσα, *Dea omnium Regina*, omnium quippe, ut ibidem additur, nutrix; sicuti quoque eadem in Orphicis dicitur, θνητῶν θρέπτειρα προπάντων, *mortalium omnium altrix*, & præterea Δηὼ παμμήτειρα, *Ceres omnium mater* seu Δημήτηρ, h. e. Interprete Lucretio l. v. v. 793.

ut merito MATERNUM NOMEN *adepta*
Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata;

aut juxta Nasonem denique, *Cereris sumus omnia munus*, Metam. l. v. v. 342. Quam in rem, seu præcipuæ cujusdam illiusque antiquissimæ, qua inde hanc Deam coluerunt Gentiles, religionis luculentum exstat Tullii testimonium in Verrem IV. cap. XLIX. *Hanc ipsam* CEREREM *antiquissimam, religiosissimam principem omnium sacrorum, quæ apud omnes Gentes nationesque sunt* &c. Eleusiniis utique hujus Deæ Mysteriis nihil, quod tralatitium, in Religione Gentilium exstitit sanctius aut venerabilius, neque alterius Dei Deæve sacris, seu iis rite initiatis, ea vel in vita, vel post mortem etiam prœmia, ac æterna velut felicitas adscripta. Ut hoc insuper addam, idem alioquin in hisce Deorum Dearumve apud Gentiles Hymnis ferme occurrere, quod vulgo in Divorum apud Christianos laudationibus solet contingere: ut nempe ille, cujus honori eædem sint dicatæ, tanquam aliis ejusdem ordinis præstantiori & majori laude mactus consueverit identidem prædicari. Ita *Rhea*, *Juno*, mater nempe & filia, ac *Tellus* seu *Ceres*, in Plutonis Hymno; & *Natura* insuper, singulæ παμβασίλεια, *omnium Regina* vocantur passim in Orphicis. Quomodo etiam πανυπέρτατος Δαίμων, *supremus* seu *exsuperantissimus Deus*, *Jovis* alioquin, uti supra vers. 91. Hymni in eundem, & istud in antiquo quidem lapide, apud præcellentem doctrina & humanitate Grævium (de quo lapide cum ante obiter ad Hym. in Jovem, tum olim ad Juliani Cæsares egimus, & sub finem Dissertationum Triados doctissimus, novumque Batavi Lycei decus, Jac. Perizonius) elogium, de *Cœlo*, *Sole*, *Hercule*, *Nemesi*, adde & de *Natura* rursus, ut alia id genus mittam, in iisdem Orphicis dicitur; & de Baccho similiter seu Sabasio, Hymno in eundem, βασιλεύτατε πάντων, *omnium maxime Rex*.



AD

ADDENDA.

Pag. 6. *ult. lin.* de Diis male redarguit, *adde*: Unde illud Tertulliani Apolog. cap. XII. *solet in Insula aliqua Deus vesler aut nasci, aut mori*: cap. XIV, & *Jovis mortui testamentum recitatur*; & cap. XXV, *nonne omni Capitolio* TUMULUM *illum suum præposuisset*, nempe Juppiter.

Pag. 20. *l.* 17. enarratores, *adde:* ad hanc vero non Achaicam, vel Arcadicam, sed Cretensem Jovis nutricem capram respicit Tertulliani ea de re locus Apologet. cap. XXV. *Juppiter Cretam suam Romanis fascibus concedi sineret, oblitus antrum illud Idæum, & arca Constantia, & jucundissimum illius* NUTRICIS *sua odorem.*

Pag. 38. *lin.* 6. *a fine, qualis erat ad perficiendas res magnas. adde:* Mitto quod de eodem Philadelpho tradit Josephus Origin. lib. XII. p. 396. eum nempe a LXX. Judæorum Senioribus edoctum πῶς δεῖ βασιλεύειν, *quomodo oporteat regnare.*

Pag. 40 *lin.* 12. *a fine illico perficiebatur factum. adde:* aut prout, sed de minus providis Hierosolymitanorum ducibus seu de factiosis ait Josephus Ant. lib. V. p. 885. τὰ δοχθέντα δὲ τάχιον ἢ τῆς ἐπινοίας ὑπῆγεν, *quæ vero placuissent, ipsa cogitatione celerius peragebant.*

Pag. 41. *l.* 9. celeberrimus Grævius. *adde:* seu verius Jos. Scaliger in notis editioni Grævianæ adnexis. Res præterea notissima.

Pag. 56. *l.* 11. *a fine.* Immo quam in rem, seu ad hunc Hymnum, quo Apollinis apud Delios ἐπιδημία sive *adventus* celebrandus dicitur, illustris exstat apud Menandrum Rhetorem locus, sed qui in gravi mendo, unde contrarius ei sensus efficitur, eadem opera est liberandus: nempe in Διαιρέσ. τῶν Επιδεικτικῶν cap. ὡδὶ Αποπεμπτικῶν seu *de Hymnis dimissoriis* p. 596. οἱ τοίνυν ἀποπεμπτικοί εἰσιν, ὡς ἡ τέχνημα δηλοῖ, τοῖς κλητικοῖς ὑπεναντίοι· mox: ἐπιλέγονται δὲ ΑΠΟΔΗΜΙΑΙΣ (non, ut ibi, ἐπιδημίαις) θεῶν νομιζομέναις ἢ γινομέναις, οἷον ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΑΠΟΔΗΜΙΑΙ (non ἐπιδημίαι) τινὲς ὀνομάζονται παρὰ ΔΗΛΙΟΙΣ ἢ Μιλησίοις, ἢ Ἀρτέμιδος παρὰ Ἀργείοις. εἰσὶ τοίνυν, ἡμῖν τῷ Βακχυλίδῃ ὑμνοι ἀποπεμπτικοί. *Hymni igitur dimissorii, sunt, prout vel nomen indicat, advocantibus* (seu κλητικοῖς) *hymnis contrarii*: dein: *recitantur vero in Deorum* PROFECTIBUS *vel creditis, vel quæ revera contingunt, prout* APOLLINIS PROFECTIONES *quædam* (seu *abitiones*) *creduntur apud* DELIOS *& Milesios, ac Dianæ apud Argivos. Sunt igitur scripti a Bacchylide id genus hymni dimissorii; quibusque, ut continuo addit, argumentum suppeditat ea, quam derelinquit Deus, urbs vel regio*: additque in fine ἀνάγκη δὲ καὶ τὴν εὐχὴν ἐπὶ ἐπανόδῳ ἢ ΕΠΙΔΗΜΙΑ δευτέρα, *necesse autem & votum addere de reditu & secundo illius Dei* ADVENTU seu *præsentia.* Qualis proinde semestris hujus Apollinis cum apud Delios tum alibi, seu apud Patarum in Lycia ἐπιδημία, a Marone, ut jam ad hunc locum monuit Anna eruditissima, & ad eundem a Servio tangitur.

Pag. 87. *l.* 1. id præteritum video. *adde:* Immo quod jam ante ab eruditiſſimo Pignorio obſervatum video in Symbol. Epiſtol. XLVIII: minus proinde fugere debuit, qui data opera illas in Epheſiorum nummis Apes enarrabat, diligentem antiquarium.

Pag. 155. *lin.* 17. *a fine.* regna & ditiones obtinebant *adde*: Ita apud Cyrillum Alex. adverſus Julianum lib. 11. p. 133. ἡ ὧν Βακίδων τῶν Περσικῶν Σαμναῖοι, & *Bactrorum Perſicorum Samanæi.*

Pag. 280 *l.* 10. *a fine.* ἐπιδημήσαντος *adde:* nempe prout rurſus hic Deus eadem Mileto quoque ἐπιδημῶν ſeu *abſens*, & alio profectus habebatur, juxta adductum paullo ante & emendatum in hiſce addendis ad v. 13. Hym. in Apollinem, Menandri Rhetoris ea de re locum, οἷον Ἀπόλλωνος ΑΠΟΔΗΜΙΑΙ (non ἐπιδημίαι) τινὲς ὀνομάζονται παρὰ Δηλίοις ἢ ΜΙΛΗΣΙΟΙΣ.

Pag. 282. *lin.* 21. jam alibi innui, *adde:* immo quod a Pignorio jam obſervatum, paullo ante tradidi.

Pag. 320. *lin.* 20 Dicæarcho liquet in vita *adde & lege* in vita, ſeu verius in ſtatu Græciæ, prout βίον de *opibus*, *facultatibus*, *bonis*, a Græcis dici ex Euripide in Jone v. 881. Electra v. 81. Polybio haud uno in loco, & Græcis ad dictum Tragicum Criticis conſtat ad Hecub. v. 12.

Pag. 411. *lin.* 11. ejuſdem dramatis v. 179. *adde.* Quam in rem a Juliano Imp. dicitur apud Cyrillum Alex. lib. 11. p. 69. ἐθὶς ἐστιν, ὃς οὐκ ἀνατείνει μὲν εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, εὐχόμενος, *nemo eſt qui non in cœlum manus tendat, cum precatur.* De quo more &c.

Pag. 422. *lin.* 19. contigit, iidem reſpexerint. *adde*: Dionem Caſſium, qui ſua etiam, ſeu Alexandri Mammeæ ætate, Pangæum cum circumjacente regione Macedoniæ adſcribi teſtatur lib. XLVII. p. 351.

Pag. 428. *l.* 11. *a fine.* poſt homines ipſos a ſe Meropas appellant. *adde:* Unde in Coorum reſponſo ad Regem Perſarum Artaxerxem, qui ab iis Coum Hippocratem ſibi tradi flagitaverat legitur, ὅτι Κῶοι οὐδὲν ἀναξιον πρήξουσιν, οὔτε Μέροπος, οὔτε Ἡρακλέος, οὔτε Ἀισκληπίου, *Coos nihil Meropе, neque Hercule, neque Æſculapio indignum facturos.*

Pag. 443. *l.* 23. propter beneficentiam *adde*: Adde Tertulliani de eodem Rege teſtimonium Apologet. cap. XVIII. *Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant, & omnis litteraturæ ſagaciſſimus.*

Pag. 446. *l penult.* poſt lanæ &c. colorantur *adde:* & ſimiliter illius magiſtri diſcipulus Cyprianus de Habitu virgin. *Aut herbarum ſuccis & conchyliis tingere & colorare lanas docuit:* quo ſenſu &c.

Pag. 492. *l.* 4. Ariſmaſpis ibidem tribuit. *adde:* ſic ultra Riphæos montes eoſdem Hyperboreos, eoſque juſtiſſimos ac fructibus arborum victitantes habitaſſe, ex Alexandro Polyhiſtore refert Cyrillus adv. Julianum l. IV. p. 134.

Pag. 520. *l.* 36. aut quomodo notæ Laconum μαστιγώσεις *lege & adde*: Quomodo etiam notæ Laconum μαστιγώσεις, ſeu διαμαστιγώσεις, prout nempe eo διαμαστιγώσεως nomine, dictum illum Spartanorum agonem, quo apud eos ephebi flagris apud aram Dianæ Orthiæ

ſeu

seu Orthosiæ cædebantur, e Plutarcho, Tertulliano, Simplicio, aliisque monuit jam in Græcia Feriata eruditissimus Meursius; & ad quem etiam alibi respexit, ut observo, Tertullianus Apolog. cap. xv. ubi inter Gentilium Theologiæ ludibria, *& Dianam flagellatam*, (prout nempe de Panis simulacro dici modo a Syracusano vate vidimus) refert; & sicut alioquin de illa epheborum apud Spartanos flagellatione ait Sextus Empiricus Hypoth. lib. III. cap. XXIV. ὑπὲρ τῦ πολλὴν αἵματος ἐπὶ τῦ βωμῦ τῆς θεᾶ ῥυῆναι ῥύσιν, *ut multus in aram Deæ*, Dianæ nempe, *defluat sanguis*. De quo etiam ritu ait Libanius &c.

Ibid. lin. 39. *a fine*. flagrorum videlicet properans. *adde:* Ac unde rursus apud Aleenses Arcadas tradit Pausanias, p 489. in annuis apud eos Dionysiis, Spartanorum ad dictam Dianæ aram instar, feminas flagris cædi: & quod apud Hesychium legitur, de simili in Cerealibus more, quibus funiculis in cortice contextis se mutuo flagellabant mulieres, Μόρσιλον ἐκ φλοιῦ πλέγμα τι, ᾧ ἔτυπτον ἀλλήλας τοῖς Δημητρείοις.

Pag. 527. *l.* 28. simulacra. *adde:* Cujus utique rei, præter notos Horatii aut Juvenalis, de inquinatis Numinum, ut Priapi vel Pudicitiæ, simulacris, jocos, luculenta exstant in veterum Christianorum, Tertulliani, Clementis Alex. & Arnobii Apologeticis testimonia, quibus ei Gentilium id genus statuas adorantium vesaniæ illudunt, *quas milvi, & mures, & araneæ*, ut de iis Septimius Apolog. cap. XIV, *intelligunt*.

Pag. 529. *lin.* 43. *a fine* jam vi ut diligentissimus Barthius. *adde*: Unde haud parum illustrantur, eaque hisce lucem simul addunt, quæ post incensam a Nerone Romam, interpetita a Diis piacula, seu ad placandam eorum iram, refert Tacitus Annal. XV. c. XLIV. *propitiata* JUNO *per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hausta* AQUA *templum &* SIMULACRUM DEÆ PROSPERSUM EST.

Pag. 549. *l.* 5. *a fine* Romanis Cæsarum nummis subinde signatur. *adde:* Ita utrumque, εὐετηρίαν nempe, de qua paullo ante, ac εἰρήνην, ut summa mortalium bona, ingressum solemni jejunii die Sancta Sanctorum summum Hebræorum Pontificem a Deo flagitasse tradit Philo Legat. ad Cajum pag. 1035. κατὰ τὰ πάτρια εὐξάμενος φορῶν ἀγαθῶν, ΕΥΕΤΗΡΙΑΝ τε καὶ ΕΙΡΗΝΗΝ ἅπασιν ἀνθρώποις, *juxta patrium morem vota fecisse, ut* FELIX ANNUS *&* PAX *contingat omnibus hominibus.*

Pag. 558. *l.* 3. aut in addendis ad hasce Observationes seorsim moneri *adde:* Quod abunde, ut opinor, hic præstabit mea de alio & insigni illius urbis nummo cum simili inscriptione, hinc ΦΩΚΕΑ, illinc ΦΩΚΑΙΕΩΝ, eoque Electoralis hujus Gazæ adnotatio: quam ad majorem illius in Thesauro Brandenburgico signati nummi lucem eidem Cl. Begerus noster intexuit.

Inter præclaros Cimeliarchii hujus Electoralis Brandenburgici, olim Palatini, nummos, exstat unus, quem Romæ olim cum nonnullis aliis fueram nactus, inscriptus in prima area, ΦΩΚΕΑ cum capite turrito, in altera, ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Eadem quoque hujus urbis illiusque gentilis, nempe ΦΩΚΕΑ cum capite turrito, & in aversa parte ΦΩΚΑΙΕΩΝ cum

acroſtolis & duobus pileis, duabuſque ſtellis, totidem Caſtorum ſymbolis, inſpicitur in nummo, quem Cl. Sponius protulit in Itinerario P. III. Inde autem liquet manifeſto, dictam quondam hanc urbem Φωκία, prout eadem in duobus illis antiquis patriiſque loci monumentis ſignatur, & quæ vulgo Φώκαια ab Auctoribus dicitur: ac inde formata gentilia, Φωκεὺς, Φωκαεὺς, & Φωκαιεὺς. Quibus etiam nummis accedit, quique illos ſimul illuſtrat, Heraclides de Politiis, ΦΩΚΕΑΝ, οἱ μὲν ἀπὸ ΦΩΚΟΥ ἡγεμόνος ὀνόμασαν, οἱ δὲ ὅτι ΦΩΚΗΝ εἰς τὸ ξηρὸν εἶδον ἐκβαίνουσαν. PHOCEAM *ſunt, qui a* PHOCO *duce nuncupatam ſtatuunt, alii vero, quod* PHOCAM *in ſiccum egreſſam viderint, nempe conditores.* Proba ergo ibi indubia veterum nummorum auctoritate ſcriptura Φώκεα, neque in Φώκαια continuo, ut Cl. Holſtenio ad Stephanum videbatur, eſt commutanda. Firmat præterea idem Heraclidis locus, id quod a Stephano traditur de vocis origine, διὰ τὸ πολλὰς ἀκολουθῆσαι φώκας τοῖς κτίσασιν, *quod multæ phocæ ſequutæ ſint conditores.* Unde etiam factum, ut a *phoca* marina; ſeu a *Phoco*, cujus Heraclides ſimiliter meminit, Coloniæ in eum locum deductæ duce, urbiſque conditore, ſeu in genere a Græcis *Phocenſibus*, quibus ortos illos Ioniæ *Phocæenſes* tradit Pauſanias lib. VII. p. 402. urbs ipſa Φώκεα, & incolæ Φωκεῖς fuerint primum appellati. Neque enim Φωκεῖς de ſolis Græciæ *Phocenſibus*, ſeu *Phocidos* incolis, ſed de Ionibus *Phocæenſibus*, ſubinde etiam a veteribus, Herodoto, aliiſque dictos, quod reſpuebat ad Solinum ὁ πάνυ, idem in gloſſa ad Stephanum, quæ in Berckeliana editione ad vocem Φώκαια ſub Salmaſii nomine ibi proſtat, agnoſcit. Neque tamen rem acu ibi tangit, dum notat ὁ πάνυ, quod non ſolum Φώκαια, ut ibi apud Stephanum, ſed Φώκεια quoque eadem urbs diceretur; ac unde natus ſit error, qui multos & optimos Auctores invadit, ut ab iis Φωκὶς & Φώκεια confunderentur, & a qua poſtrema gentile Φωκεὺς profluxerit. Id enim in viro magno ferendum, qui veteres ac præclaros, quos ſupra indicavi illius urbis nummos, non viderat, in quibus urbs illa non ΦΩΚΕΙΑ, ſed ΦΩΚΕΑ inſcribitur. Magis forte id mirari ſubit in Cl. Holſtenio, qui in Heraclide Φώκεα male pro Φώκαια legi ad Stephanum monet; quum tamen inter alios, quos ibi adducit hujus urbis nummos, eundem e C. Gottifredi κειμηλίοις memorat, quem edidit poſtea Sponius, indeque paullo ante retuli, inſcriptum nempe in prima nummi area, ΦΩΚΕΑ, in altera autem non ut ibi Holſtenius, ΦΩΚΑΙC, ſed ΦΩΚΑΙΕ, ſeu ut de eo jam ante, ΦΩΚΑΙΕΩΝ. Ipſa proinde urbs, juxta traditam paullo ante ejus originem vel occaſionem, ΦΩΚΕΑ, quod ejuſdem nummi dubitare non ſinunt, primum dicta; incolæ autem cum inde Φωκεῖς, tum ad diſcrimen inter Græcos & Aſiaticos, qui a prioribus orti, PHOCENSES, inſerta, quod Ionibus haud inſolitum, littera α, aut diphtongo αι, Φωκαεῖς & Φωκαιεῖς ſunt vulgo appellati. Prout nempe illud diſcrimen in memoratis ſupra nummis comparet, ubi hinc retenta vetus & primæva urbis appellatio ΦΩΚΕΑ, cujuſmodi nulla urbs memoratur eo nomine in Phocide; ipſi vero urbis incolæ ΦΩΚΑΕΙΣ, in aliis vero inſignibus itidem nummis, ΦΩΚΑΕΩΝ nomine deſi-

designantur: prout dari subinde plura unius loci Εθνικὰ, non magis ὁ Εθνικογράφος, quam illa ipsa, & qua de re alibi egimus, nummorum suppellex docet. Unde factum insuper videas, ut a Latinis Scriptoribus, sicut a Plinio aliisque, & quo nomine ii solent male redargui, *Phocenses* subinde de Asiaticis *Phocaensibus* sint itidem dicti: quod sicut urbs ipsa Φώκεα, & incolæ Φωκεῖς haud minus ac Φωκαεῖς, aut Φωκαιεῖς a Græcis sint appellati. Qua ratione proinde plana jam ac indubia veterum eorumque insignium Nummorum fide comprobata, quæ hic Auctores illos antiquos ab errore (& quem *errorem communem Latinorum scriptorum* vocat ad Solinum p 66. ultim. editionis Salmasius) abunde liberant; remque eam magis explicatam, quam hactenus factum, reddunt. Neque vero pariter ab errore immunis Lucanus, dum *Phocaica lauro* lib. v. vers. 144. & *Phocaicas manus* lib. III. v. 172. dixit, ubi de *Phocica* seu Parnassia lauro, & Phocensibus Græciæ prope Parnassum incolis est eidem sermo. Neque enim dicti illi Φωκαεῖς vel Φωκαιεῖς, sicut Asiatici *Phocaenses*, sed Φωκεῖς tantum; quorum istud utrisque, Græcis *Phocidos*, & Asiaticis illis *Phoceæ* seu *Phocaæ* incolis, uti vidimus fuit commune. Sed de his hactenus.

negant multi. v. Dust. Thuc. I, 13, 6

Pag. 568. *l.* 23. *in voce* θαύλων. Quomodo etiam e Poemenidarum genere delectum Cereris sacerdotem tradit alibi idem Hesychius. Ποιμενίδαι, γένος ἐξ οὗ ὁ τῆς Δημητρὸς ἱερεύς.

P. 572. *l.* 25. bene jam animadvertit. *adde.* Ut mittam, quod e Porphyrio refert adversus Julianum Cyrillus l. III. p. 87, Phrygis nempe Euphorbi Argivæ huic Junoni dedicatum quoque clypeum. A quo cæteroquin dicto Junonis seu &c.

Pag. 574. *l.* 17. *a fine* memorat Strabo l. VI. p. 264. *adde.* Quæ autem de Diomede, avectoque ab eodem ex Ilio Minervæ simulacro, haud parum illustrant, quæque inde lucem unice capiunt, duæ antiqui operis, quibus Heros ille cum Palladio a se ablato effingitur, gemmæ: quarum una a Cl. Fabretto ad Tabulam Iliacam est vulgata p. 365. alteram, ab ea quamquam aliquantum diversam, Electoralis hujus Cimeliarchii, in Thesauro Brandenburgico ab eruditissimo Begero nostro insertam & ibi enarratam reperiet Lector: hic vero utramque opportune signandam duximus.





Pag.

Pag. 650. l. 21. dictis locis Pausanias. *adde.* Adde iisdem in ΔΗΜΗΤΡΑ seu *in Cererem*, qui hic dicuntur, Hymnis, locum similiter fuisse in dictis alibi ipso Deæ illius nomine, quæque juxta ejus *Eleusinia* & *Thesmophoria*, a Pollucę adducuntur lib. 1. cap. 1. §. XXXII, ΔΗΜΗΤΡΙΟΙΣ. Quamquam eo nomine apud Athenienses institutum in honorem, non Cereris quidem, sed Demetrii Poliorcetæ festum aliunde constet; & ad quod proinde signata in veteri & rarissimo nummo ΔΗΜΗΤΡΙΑ nuper retuleram. Verum re propius subducta, & quod in alio insigni eorundem Nicomediensium, qui illum procuderunt, nummo, legitur tanquam tutelaris loci Dea, ΔΗΜΗΤΗΡ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, neque antiquis illis temporibus, sed sub Elagabalo Imperatore, sit demum cusus idem nummus, ad *Cerealia*, solemne utique & obvium gentium sacrum eadem ΔΗΜΗΤΡΙΑ referri potius debent.

Pag. 659. l. 8. & 9. O MULIER specta me E TECTO. *adde.* Immo prout, quod hic præteriri non debet, apud Algonum, cum ibidem agerentur Thesmophoria, viginti quinque virgines in turrim in portu positam, spectandi causa accurrisse tradit Strabo, easdemque ruina turris in mare decidisse, lib. v. p. 60.

Pag. 697. l. 18. & qua de re nos ibidem. *adde.* Etsi, ut hoc addam, in Europa, præter ea inter Acheloum & Nestum fluvios loca, in quibus dari demum leones Aristoteles ac Plinius, ut modo vidimus, contendunt, in Pelio Thessalio monte leones quoque reperiri tradit post Pindarum Pyth. Od. IX. noster Battiades supra Hym. in Delum v. 120.

Pag. 718. l. 34. a fine hic Erysichton adde: nempe, *quæ domi quoque vel canibus destinasse tis*, ut loquitur Tertullianus Apolog. cap. XIV.

Pag. 751. l. 20. Festum, ac alibi. *adde.* Quo spectat illud Tertulliani in Apologetico cap. XXVIII. ubi tanquam ineptum & insolitum tangit, si quis apud Gentiles cogeretur contraria uti formula, nempe *Nolo mihi Jovem propitium.*

FINIS.



IN-

INDEX

AUCTORUM ANTIQUORUM

Qui in his

OBSERVATIONIBUS

explicantur, illustrantur, emendantur.

A.

Achilles Statius 127. 135. 156. 264. 354. 437.
Acron ad Horatium 542.
Adulitanum Monumentum 4. 35. 432.
Ægineta 182. 183. 704.
Ælianus de Animalibus 8. 20. 109. 124. 125. 126. 176. 184. 186. 189. 190. 201. 212. 257. 313. 336. 368. 394. 395. 418. 461. 530. 617. 720.
Æliani Variæ Historiæ 28. 237. 245. 265. 275. 278. 279. 281. 345. 399. 400. 412. 413. 416. 490. 493. 495. 497. 500. 505. 520. 548. 683. 697. *expl.* 720.
Æschines Orator 34. 508. 702. 720.
Æschines Socraticus 477. 503.
Æschylus 3. *ter* 4. 5. *ter* 13. 24. *bis* 26. 29. 126. 129. 131. *illustr. ter* 5. 6. *ter* 8. *ter* 9. 10. 13. 14. 15. 16. *ter* 24. *bis* 28. 30. *quater* 32. *ter* 34. *bis* 35. 36. *quinquies* 37. 38. 39. 40. *quater* 41. *undecies* 42. *bis* 43. *ter* 51. 55. 56. 57. *bis* 58. 59. 60. *bis* 61. 63. 64. *bis* 68. 74. 75. 76. 78. 79. 81. 84. 85. *ter* 88. 96. *bis* 102. *bis* 103. 105. 106. 107. 108. 112. 119. 126. 135. 146. 152. 157. *ter* 158. 161. 165. 166. 167. 172. 176. 177. 179. 180. 182. 183. 184. 186. 198. 201. 203. 208. 213. 214. 221. 222. 223. 224 *ter*. 226. *ter* 227. 230. 232. 237. 251. 272. 273. 276. 279. 285. *quater* 303. 304. 305. 310. 315. 325. 331. 332. 333. 336. *bis* 342. 343. 344. *ill. & expl.* 346. 347. *illi* 351. 353. *sexies* 358. 365. 370. 373. 375. *ter* 382. 383. 388. 395. 396. 397. 399. 411. 417. 419. 420. 422. 426. 430. 435. 436. 447. 448. 449. 450. 454. 456. 458. *ter* 463. 465. 466. *ter* 478. 479. 481. *ter* 482. *bis* 483. 484. 486. 494. 497. 498. 500. 502. *ter* 507. 508. 510. 512. 513. 515. 518. 519. 520. 523. *ter* 528. *quater* 532. *ter* 533. 534. *quinquies* 535. 537. *bis* 542.

543. 553. 561. 565. 566. 570. 575. 578. 590. 591. 599. 601. 606. 608. 609. 610. 613. 615. 626. 627. 628. 632. 634. 635. 636. 637. 638. 640. *quater* 642. 644. 645. 646. *quater* 647. 648. 669. 672. 673. 686. 687. *ter* 688. 694. 700. 701. 710. 717. *ter* 719. 728. 731. 739. 757. *emend.* 79. 135. 190. 223. *bis* 534. 535. 669.

Ætius 703. 712.

Agatharchides 450.

Alcæus 476.

Alexander Aphrodisiensis 44. 703.

Ambrosius 526.

Ammianus Marcellinus 114. 281. 320. 350. 362. 367. 400. 401. 403. 404. 423. 526. 631. 634. 669. *notat.* 367.

Ammonius 381.

Anacreon 57. 65. 144. 165. 171. 203. 231. 243. 307. 398. 460. 464. 472. 502. 522. 523. 543. 551. 575. 685.

Andocides 183. 486. 515.

Anthologia Græcorum Epigrammatum 9. 11. 14. 24. 43. 90. 97. 111. 122. 118. 123. 126. 130. 131. 135. 138. 142. 158. 167. 168. 179. 182. 187. 188. 189. 210. 211. 212. 213. 236. 243. 253. 286. 294. 295. 298. 346. 347. 353. 379. 407. 411. 428. 432. 446. 466. 467. 468. 506. 530. 533. 537. 540. 544. 546. 551. 576. 584. 589. 594. 599. 602. 604. 665. 681. 697. 713. 715. 782.

Antigonus Carystius 418. 424.

Antiphon 516. 719.

Antonius Liberalis 15. 20. 96. 147. 262. 272. 278. 282 324 352. 357. 406. 414. 418. 490. 524. 592. 605.

Apollodorus 15. 18. 25. 109. 212. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 369. 371. 374. 406. 414. 430. 522. 532. 535. 536. 570. 572. 579. 580. 583. 584. 598. 603. 604 605. 617. 618. 627. 632. 638. 639. 655. 665. 676. 708. 709. *emend.* 604.

Apollodori Poliorcetica 340.

Apollonius Rhodius 4. 5. 8. 9. 10. *bis* 11. 14. *bis* 16. 18. 22. 23. 24. 27. 29. *quater* 32. 34. 35. 36. 39. 52. 53. 54. 56. 59. 60. 73. 74. 76. *ill.* 77. 82. 83. 84. 85. 92. 93. 95. 96. 104. 105. 108. 113. 117. 125. 126. 133. 134. 140. 146. 151. 156. 161. 163. 168. 171. 173. 174. 178. 180. 183. 187. 188. 202. 209. 211. 213. 214. 218. 226. 231. 234. 243. 245. 246. 247. 251. 259. 271. 272. 273. 274. 275. 279. 280. 281. 283. 285. 312. 315. 226. 327. 331. 333. 336. 339. 341. 350. 351. 359. 362. 364. 371. 374. 376. 377. 379. 393. 396. 397. 407. 414. 416. 426. 430. 433. 436. 438. 451. 457. 460. 462. 481. 482. 489. 490. 502. 510. 511. 512. 521. 537. 551. 561. 563. 566. 593. 596. 597. 600. 614. 617. 629. 640. 661. 670. 675. 677. 683. 684. 685. 692. 699. 701. 713. 717. 736. 747. *emend.* 87. 141. 214. 402. 597.

Apollonii Alexandrini Grammatica inedita 727.

Apostolius 317. 328. 571. 750.

Appianus 87. 216. 234. 551.

Apulejus 67. 71. 81. 99. 100. 135. 137.

137. 175. 178. 179. 180. 245. 270. 295. 296. 299. 300. 447. 522. 543. 547. 548. 620. 624. 649. 651. 652. 655. 656. 658.
Aquilæ versio Vet. Test. 63.
Aratus 5. 20. 21. 32. 37. 124. 231. 244. 263. 265. 311. 327. 354. 432. 694.
Arcadius Grammaticus ineditus 15. 426. 640.
Aretæus 704.
Aristides 8. 28. 49. 51. 52. 62. 81. 89. 112. 114. 117. 165. *expl.* 148. 179. 233. 254. 280. 287. 289. 315. 320. 325. 337. 364. 382. 410. 428. 429. 431. 434. 450. 451. 483. 488. 517. 530. 591. 597. 608. 609. 620. 643. 644. 656. 705. *emend.* 199. 217.
Aristides de Musica 468. 469.
Aristophanes 3. 5. 12. 28. 40. 41. *ill.* 3. *ter* 15. 37. 39. 46. 47. 50. 52. 56. 58. 59. 60. 61. 65. 67. 69. 71. 76. 81. 91. 100. 119. 120. 127. 129. 130. 232. 138. 139. 150. 157. 168. 172. 174. 178. 180. 183. 186. *ter* 201. 231. 232. 254. 260. 262. 266. *ill. & expl.* 272. 291. *quater* 292. 293. 294. 296. 301. 304. 312. 313. 315. 319. 321. 327. 328. 342. 347. 353. 363. 368. 383. 388. 392. 405. 415. 427. 432. 441. 449. 458. 461. 467. 469. 473. 478. 480. 483. 486. 489. 492. 497. 508. 509. 523. 527. 531. 540. 543. 544. 552. 558. 575. 582. 590. 591. 594. 608. 609. 610. 615. 619. 625. 629. 633. 637. 659. 663. 664. 671. 672. 676. 688. 699. 705. 706. 707. 714. 717. 718. 722. 723. 728. *ter* 731. 733. 734. 736. 738. 740. 749. *ter* 750. *emend.* 727.
Aristoteles 10. 13. 14. 44. 45. 107. 112. 189. 194. 197. 199. 201. 203. 216. 221. 243. 245. 273. 285. 308. 324. 327. 337. 349. 350. 353. 354. 361. 424. 446. 461. 468. 509. 521. 579. *explic.* 585. 586. 618. 649. 683. 700. 703. 704. 712. 735. 747. *emend.* 697.
Arnobius 20. 32. 60. 371. 664. 665. 674. 678.
Arriani Bithynica 130.
Arriani Expeditio Alex. M. 113. 114. 252.
Arriani Indica 32. 194.
Arriani Periplus Ponti Euxini 327.
Arriani Tactica 439. 522. 527.
Arrianus de Venatione 84. 124. 190. 191. 192. 194. 197. 205. 457.
Artemidorus 266. 394. 415. 452. 550. 673. 693.
Athanasius 566. 606. 612. 624.
Athenæus 2. *quinquies* 3. 4. 10. 12. *ill.* 15. 19. 20. 22. 29. 30. 57. 60. 61. 63. *ill.* 69. 71. 72. 78. 89. 91. 94. 97. 98. 99. 100. 101. 108. 118. 121. 124. 132. 144. 152. *expl.* 154. *ill.* 157. 161. 164. 176. 178. 181. 198. 201. 203. 214. 224. 229. 232. 234. 236. 242. 243. 254. 266. 281. 283. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 319. 320. 322. 330. 334. 345. 346. 359. 378. 379. 389. 391. 392. 425. 435. 443. 466. 468. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 508. 510. 511. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 531. 539. 540. 541. 542. 543. 547. 550. 552.

552. 553. 558. 561. 564. 578. 579. 580. 582. 588. 598. 610. 615. 620. 632. 642. 649. 650. 657. 659. 663. 664. 665. 670. 671. 673. 684. 689. 695. 696. 698. 702. 703. 705. 706. 710. 711. 717. 722. 727. 731. 732. 735. 736. 738. 739. 743. 744. *emend.* 199. 217. 516. 712. 754.
Athenæus de Machinis 340.
Athenagoras expl. & ill. 286.
Auctor ad Herennium 591.
Auctor de Mundo 404.
Auguſtinus 515.
Avienus Arati Interpres 244.
Auſonius 739.

B.

Bacchylides 346. 357. 708.
Baſilius Magnus 350. 418.
Bion 58. 67. 113. 198. 295. 551.
Boethius 231.

C.

Callimachus emend. 27. 79. 97. 602. 609. 615. 618. *notat.* 263.
Calpurnius 243.
Catalecta veterum Poetarum 334.
Cato de Re Ruſtica 400. 751.
Catullus 16. 54. 122. 125. 130. 140. *ill.* 145. 159. 170. 260. 265. 267. 273. 297. 311. 412. 413. 414. 424. 447. 460. 477. 507. 509. 527. 539. 555. 596. 653. 695. 707. 713. 722.
Cebetis Tabula 43.
Celſus 182. 183.
Cenſorinus 554.
Chaldæus Paraphraſtes 296. 418.
Chronicon Oxonienſe 22. 296. 297.
Chryſoſtomus 85. 177. 178. 235. 322. 331. 407. 445. 470. 527. 542. 548. 551. 553. 598. 653. 658. 702. 720. 743.
Cicero 5. 7. 8. 40. 44. 45. 54. 79. 80. 81. 84. 110. 224. 240. 241. 245. 260. 265. 268. 287. 308. 310. 341. 343. 367. 380. 424. 440. 469. 470. 475. 490. 519. 587. 594. 620. 624. 625. 627. 628. 629. 635. 636. 640. 641. 650. 654. 674. 677. 691. 692. 711. 714. 723. 724. 734. 740. 752. *emend.* 675.
Claudianus 108. 109. 131. *ill.* 134. 155. 171. 185. 195. 197. 199. 207. 212. 213. 245. 260. 273. 274. 275. 280. 321. 368. 410. 415. 423. 484. 504. 548. 550. 563. 576. 611. 652. 660. 674. 675.
Clemens Alexandrinus 3. 6. 7. 11. 26. 38. 40. 49. 54. 57. 60. 72. 83. 84. 86. 94. 100. 148. 174. 178. 182. 196. 241. 342. 365. 382. 384. 466. 473. 481. 490. 495. 498. 502. 503. 504. 533. 539. 542. 543. 550. 551. 561. 562. 644. 650. 658. 667. 676. 678. 695. 705. 728. 735. *emend.* 26. 66. 563. 564.
Clementis Conſtitutiones 660.
Cleomedes 219. 450. 676.
Codex Juſtinianeus 657. 700.
Codex Theodoſianus 58. 657.
Columella 196. 245.
Conon apud Photium 281. 371. 667.
Conſtantinus Porphyrogeneta 334.
Copæ Poemation 300.
Cornelius Nepos 517.
Curtius 154.
Cyprianus 446. 541. 754.

Cyrillus Alexandrinus 184. 260. 342. 355. 385. 392. 409. 443. 465. 503. 513. 620. 630. 631. 679. 687. 695. 754.

D.

Damascius apud Photium 9.
Demosthenes 4. 81. *ill.* 88. 116. 183. 232. 233. 249. 299. 327. 411. 486. 534. 591. 594. *expl.* 598. 654. 698. 699. 700. 706. 719. 721. 722. 738. *emend.* 732.
Dicæarchus 261. 263. 300. 320. 343. *ill.* 380. 381. 754.
Digesta Juris Civilis 149. 337. 386. 544. 547. 576. 742. 751.
Dio Cassius 183. 422. 627. 637. 690. 721.
Dio Chrysostomus 22. 27. 31. 34. 35. 39. 43. 176. 191. 203. 222. 238. 240. 246. 325 367. 444. 508. 575. 577. 617. 695. 696.
Diodorus Siculus 16. 17. 19. 20. 87. 153. 174. 175. 252. 259. 260. 262. 270. 276. 278. 318. 333. 334. 335. 338. 343. 349. 355. 369. 381. 387. 392. 403. 404. 406. 410. 432. 436. 468. 476. 490. 491. 492. 505. 517.
Diogenianus 750.
Diogenes Laertius 44. 82. 83. 218. 228. 354. 407. 418. 424. 427. 481. 495.
Dionysii Hymnus in Nemesin 412.
Dionysius Halicarnassensis 126. 176. 240. 518. 536. 537. 569. 672. 710. 721. 735. 742.
Dionysius Longinus 591.
Dionysius Periegetes 8. 12. 92. 94. 170. 231. 254. 289. 290. 300. 301. 304. 307. 312. 336. 347. 393. 428. 464. 465. 496. 597.
Dioscorides 12. 70. 189. 245. 361. 444.
Dositadæ Aræ 82. 696.

E.

Elias Levita 380.
Epigrammata Græca inedita 133. 338. 512. 528. 644. 697.
Epiphanius 189. 418.
Epistola Coorum ad Artaxerxen 754.
Erotianus 518.
Euripides 8. *bis* 9. 10. 11. 14. 15. 17. 26. 29. 31. 36. 40. 45. 47. 49. *ill.* 51. 53. 58. 59. 60. 63. 64. 67. 71. 76. 77. 78. 82. 84. 89. 92. 93. 96. 97. 101. 104. 112. 113. *bis* 115. 117. 125. 126. 127. 132. 138. 140. 144. 145. 146. 147. 149. 152. 154. 163. 164. 165. 166. 168. *ter* 169. 170. 172. 173. 179. 185. 186. 187. 190. 202. 203. 210. 211. 215. 217. 221. 222. 232. 244. 246. 248. *ill. & expl.* 247. 248. 251. 257. 267. 272. 275. 280. 285. 293. 294 295. 297. 299. 302. 310. 311. 312. 323. 327. 330. *quater* 334. 346. 351. 353. 357. 363. 364. 370. 373. 375. 376. 378. 380. 383. 385. 388. 389. 394. 395. 396. 398. 400. 402. 403. 409. 416. 417. 419. 420. 422. 423. 425. 427. 429. 433. 435. 436. 437. 445. 449. 450. *ter* 452. 463. 464. 466. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 494. 502. 507. 510. 512. 516. 520. 529. 530. 532. 535. 543. 544. 546. 548. *ter* 550.

550. 552. 553. 557. 560. 563. 570. 573. 575. 576. 577. 578. 580. 584. 586. 595. 597. 598. *ter* 606. 608. 609. 610. 611. 612. 616. 617. 624. 626. 627. 633. 634. 636. 637. 644. 645. 648. 660. 668. 669. 688. 694. 695. 709. 714. 715. 716. 718. 721. 722. 736. 739. 740. 748. 752. *expl.* 247. 248. 467. 469. 528. *emend.* 64. 66. 186. 669. 745.

Eusebii Chronicon 93. 94. 308. 441. 569.

Eusebii Histor. Eccles. 480. 607.

Eusebii vita Constantini 309. 378. 390.

Eusebii Præparatio Evangelica 113. 466. 665.

Eustathius ad Dionysium Periegetem 20. 213. 410. 669. *emend.* 239.

Eustathius ad Homerum 17. 23. 25. 27. 28. 44. 48. 58. 60. 72. 75. 76. 77. 83. 102. 103. 127. 129. 171. 173. 187. 191. 192. 193. 211. 229. 236. 250. 257. 277. 278. 294. 295. 307. 309. 333. 334. 336. 348. 356. 358. 372. 389. 401. 428. 432. 444. 467. 494. 497. 508. 555. 561. 578. 653. 673. 690. 691. 692. 699. 706. 707. 708. 710. 714. 744. 745. 746. *emend.* 405.

F.

Festus 625. 626. 628. 632. 677. 721. 751. 752.

Florus 335. 435. 436.

Fortunatianus 146.

Frontinus 80.

Fulgentius 617. 655.

G.

Galenus bis 10. 30. *ill.* 49. 56. 71. 72. 74. 78. 96. 102. 106. 114. 117. 136. 142. 143. 176. 182. 183. 203. 214. 217. 224. *bis* 225. 328. 329. 330. 361. 417. 424. 425. 431. 444. 446. 450. 453. 483. 531. 537. 559. 560. 561. 562. 563. 567. 619. 628. 629. 635. 636. 645. 669. 689. 696. 703. 704. 728. 742. *emend.* 78. 168.

Gellius 554. 628. 634. 739.

Gemmæ antiquæ 639. 681. 757.

Geoponicæ rei Scriptores 191. 252.

Germanicus Arati interpres 23. 274.

Glossæ antiquæ 31. 167. 270. 328. 363. 386. 389. 415. 419. 443. 461. 576. 690. 711. *emend.* 531.

Gratius 140. 190. 194. 195. 205. 209. 232. 307. 427. *emend.* 188.

Gregorius Nazianzenus 280. 348. 418. 499. 546. 590. 633. 679.

Gregorius Nyssenus 466.

H.

Harpocration 53. 58. 269. 320. 330. 515. 540. 574. 733. *emend.* 249.

Helladii Chrystomathicæ 309.

Hephæstio 9. 57. 62. 63. 108. 231. 299. 511. 600. 728.

Heraclides ill. 756.

Hermogenes 699.

Herodianus 248.

Herodianus Grammaticus 287.

Herodotus 47. 60. 68. 79. 85. 86. 91. 94. 104. 124. 129. 130. 154. 172. 201. 213. 238. 250. 260. 264. 271. 281. 283. 303. 304.

304. 320. 323. 326. 335. 337. 342. 362 367. 397. 403. 404. 410. 412. 417. 422. 424. 428. 436. 439. 476. 487. 489. 493. 496. 497. 498. 500. 501. 503. 504 505. 509. 517. 522. 524. 564. 596. 619. 620. 650. 686. 709. *emend.* 503.

Hesiodus 5. 13. 18. 25. 27 36. 43. 67. 126. 139. 167. 174. 199. 202. 225. 276. 332. 338. 346. 377. 378. 444. 455. 465. 466. 496. 537. 544. 717. 719. 724. 727. 745. 748.

Hesychius ter 10. 11. 15. 20. 22. 28. 32. 41 74. 77. 85. 89 104. 105. 107. 116. 119. 121. 128. 129. 136. 150. 151. 155. 167. 177. 179. 181. 182. 183. 184 212 215. 224. 228. 229. 242 245. 246. 247. 251. 252. 258. 259. 268. 269. 280. 291. 298. 320. 328. 330. 345. 351. 353. 361. 363. 371 381. 383. 387. 389. 396. 399. 401. 419 425. 443. *expl.* 444 445. 446. 453. 455. 459. 460. 461. 462. 471. 482. 483. 484. 492. 493 494. 506. 518. 520. 531. 534. 540 547. 554. 561. 568. 595. 597. 600. 604 619. 632. 637. 650 657. 658 679. 683. 684. 690. 696. 698. 706. 711. 722. 727. 728. 731. 732. 733. 740 743. 744. *emend.* 9. 10. 13. 27. 28. 48. 60. 66. 96. 125. 126. 200. 204. 229. 236. 259. 299. 312. 368. 383. 405. 510. 421. 425. 453. 454. 455. 474. 519. 521 582 722. 755.

Hieronymus 277. 440. 495. 620.

Hippocrates 9. 10. 13. 14. 30. 73. 76. 78. 98. 116. *ill.* 142. 149. 156. 182. 183. *ter* 224. 288. 328. 329. 330. 363. 364. 421. 424. 425. 454. 531. 552. 560. 607. 619. 635. 689. 696. 701. *Sepius* 703. 704. 712. 728.

Homerus 3. 5. 7. 8. 10. 12 13 25. 27. 29. 31. 36. 37. 40 41. 42. 43. 45. 48. 50. 52. 53. 56. 61. 69 77. 96. 119. 125. 131. 139. 141. 146. 160. 164. 165. 166. 168. 173. 175. 176. 194. 208. 228. 229. 233. 234. 236. 238. 251. 254. 257. 259. 260. 271. 272. 275. 278. 280. 285. 286. 303. 307. 313. 316. 330. 333. 336. 341. 351. 353. 355. 365. 367. 368. 372. 379. 401. 403. 409. 412. 416. 417. 427. 429. 430. 439. 444. 445. 449. 454. 456. 459. 461. 462. 465. 466. 482. 483. 492. 497. 518. 531. 539. 566. 570. 575. 578. 586. 593. 595. 599. 602. 606. 610. 613. 614. 625. 628. 634. 635. 638. 639. 641. 643. 646. 650. 668. 679. 683. 685. 688. 689. 690. 697. 701. 706. 707. 708. 710. 713. 715. 717. 727. 745. 746. 751.

Homeri seu Homeridarum Hymni 125. 126. 150. 172. 246. 259. 293. 314. 324. 338. 428. 431. 448. 484. 511. 575. 588. 682. 740.

Horatius 24 31. 35. 55. 62. 65. 69. 74. 77. *ill.* 97. 102. 122. 125. 126. 127. 131. 141. 144. 147. 148. 159. 173. 177. 189. 191. 207. 214. 220. 221. 225. 239. 279. 296. 297. 299. 308. 321. 325. 368. 374. 375. 436. 446. 469. *ill.* 471. 512. 547. 557. 563. 588. 615. 625. 643. 660. 689. 697. 717. 738.

Hyginus 369. 406. 428. 429. 569. 570. 571. 583. 584. 603. 605. 617. 618. 638. 640. 680. 681. 708. 709.

I.

Jamblichus 38. 40. 48. 52. 54. 74. 241. 345. 361. 362. 379. 382. 383. 384. 401. 419. 434. 495. 526. 529. 586. 611. 612. 620. 623. 634. 641. 655. 678. 687. 728. 751. *notat.* 387. *emend.* 490.
Inscriptiones antiquæ 23. 31. 32. 35. 42. 56. 61. 69. 87. 91. 104. 116. 128. 131. 148. 176. 182. 194. 211. 232. 233. 240. 255. 257. 258. 264. 268. 276. 281. 317. 332. 342. 366. 376. 399. 431. 482. 510. 514. 516. 547. 551. 568. 570. 571. 572. 576. 611. 620. 677. 680. 691. 692. 705. 715. 716. 722. 723. 735. 739.
Inscriptio Herculis & Rezillæ 254. 269. 275. 286. 317. 657. 695. 713. 738. 739.
Inscriptiones ineditæ 431. 600.
Joannes Philoponus 354.
Jornandes 369.
Josephus ter 4. 11. 15. 28. 54. 59. 69. 114. 119. 120. 154. 157. 174. 189. *ill.* 55. 57. 204. 215. 217. 227. 238. 253. 265. 309. 337. 340. 344. 359. *ill. & expl.* 373. 381. 385. 399. 405. 411. 449. 470. 485. 506. 522. 531. 540. 563. 587. 657. 671. 672. 678. 679. 695. 714. 730. 743. 744. *emend.* 718.
Isæus 34. 49. 392. 654. 692. 706. 720.
Julianus Imperator 11. 20. 29. 80. 109. 111. 136. 145. 149. 185. 201. 234. 240. 245. 407. 427. 446. 449. 453. 509. 538. 545. 560. 581. 598. 669. 683. 684. 687. 711. 720. 729.
Justianus Martyr 49. 51. 730.
Justinus Historicus 79. 87. 94. 103. 434. 435. 437. 440. 441. 442. 460. *notat.* 76.
Juvenalis 142. 162. 178. 180. 252. *ill. & expl.* 474. 475. *ill.* 547. 551. 652. 662. 710. 712. 716. 731.

K.

Kalendarium vetus 526.

L.

Lampridius 50. 200. 573. 577.
Leocratus 40.
Lexicon Manuscriptum 683.
Libanius 49. 424. 463. 466. 477. 520. 545. 603. 669.
Livius 52. 239. 252. 301. 321. 407. 436. 475. *ill.* 664. 677. 734. 736.
Longi Pastoralia 265.
Lucanus 7. 48. 50. 67. 80. 113. 114. 155. 202. 240. 247. 327. 337. 338. 384. 529. 587. 626. *notat.* 113. *emend.* 527. *notat.* 757.
Lucianus 3. 6. 15. 23. 49. 66. 67. 68. 80. 118. 168. 176. 178. 179. 227. 254. 256. 259. 309. 364. 369. 394. 395. 426. 446. 447. 511. 521. 539. 577. 578. 583. 584. 599. 610. 638. 640. 652. 655. 662. 684. 737. *emend.* 499.

Lucretius 50. 99. 114. 172. *ill.* 218. 219. 244. 349. 388. 436. *ill. & expl.* 469. 656. 687. 749. 752.
Lycophron 10. 17. 19. 21. 31. 41. 60. 64. 75. 157. 166. 170. 172. 177. 178. 184. 191. 193. 214. 236. 247. 249. 250. 252. 325. 332. 336. 374. 401. 432. 438. 454. 456. 461. 484. 497. 502. 556. 591. 640. 641. 681. 688. 702. 747.
Lycurgus Orator 347. 690.
Lysias 53. 88. 183. 312. 594. 654.

M.

Maccabæorum libri 65. 154.
Macrisii victoria Memphitica 678.
Macrobius 68. 233. 267. 268. 270. 365. 468. 651. 656. 671. 677. 678. 683.
Maimonides 253. 679.
Jo. Malala 345. 605.
Marcianus Heracleota 682.
Marmora antiqua 185. 193. 205. 206. 220. 226. 231. 242. 339. 390. 391. 392. 458. 460. 519. 590. 595. 600. 652. 653. 666. 668.
Martialis 82. 99. 142. *ill.* 170. 239. 338. 386. 542. 684. 713. 732.
Mauricii Stratagemata 566.
Menander Comicus 44. 226. 681. 700.
Menander Rhetor 121. 125. 314. 451. *emend.* 753. 754.
Moschus 9. 33. 70. 105. 273. 374. 453. 655.

N.

Nemesianus ill. 134. 144. 191. 192.
Nicander ill. 8. 15. 25. 26. *bis* 32. 33. 47. 84. 90. 93. 116. 161. 163. 166. 168. 177. 181. 183. 184. 187. 229. 232. 236. 246. 262. 266. 275. 282. 283. 287. 307. 311. 363. 397. 444. 449. 453. 481. 483. 497. 562. 577. 581. 586. 597. 642. 663. 665. 671. 672. 675. 676. 695. 704. 709. 713. 732.
Nicephorus Bryennius 544.
Nicephorus Callistus 607.
Nicomachus Gerasenus 469.
Nonius 166. 475. 541. 713. 771.
Nonni Dionysiaca 21. 105. 113. 142. 212. 269. 374. 379. 382. 384 389. 504. 548. 577. 583. 589. 599. 604. 617. 618. 644.
Nummi antiqui 5. 6. 17. 18. *bis* 23. 32. 65. 66. 68. 81. 91. 97. 107. 110. 113. 130. 151. 152. 158. 171. 200. 211. 212. 213. 228. 233. 234. 241. 246. 253. 255. 264. 270. 280. 282. 298. 305. 336. 343. 360. 365. 370. 379 387. 390. 395. 398. 401. 408. 409. 423. 428. 430. 431. 432. 434. 456. 477. 509. 524. 532. 589. 600. 651. 652. 657. 665. 674. 721. 724. 732. 740. 741. 742. 746. 749.
Nummi inediti 15. 16. 19. 29. 50. 68. 86. 89. 90. 132. 133. 134. 137. 138. 142. 149. 152. 153. 158. 160. 162. 164. 165. 188. 207. 208. 210. 217. 227. 236. 253. 256. 263. 269. 270. 271. 278. 283. 284. 289. 305. 306. 316.

361. 365. 366. 373. 385. 387. 388. 390. 394. 395. 396. 398. 408. 411. 430. 457. 476. 479. 480. 481. 482. 502. 534. 551. 556. 557. 558. 590. 594. 651. 656. 666. 667. 668. 670. 675. 693. 694. 724. 725. 726. 740. 741. 742. 748. 756. 757.

O.

Olympiodorus 13. 211. 218. 344. 350. 354. 407. 579. 586.
Oppianus 123. 124. 145. 161. 173. 183. 185. *ill.* 191. 192. 194. 195. 196. 197. 198. 237. 238. 425. 461. 462. 464. 561. 591. 673. 697. 703. 710. 714. 716. 731. 738.
Oribazius 361. 703. 704.
Origenes 50. 51. 79. 80. 241. 623. 630.
Orphei seu Onomacriti Argonautica 5. 10. 21. 176. 254. 295. 327. 333. 378. 395. 401. 407. 409. 415. 417. 430. 456. 470. 482. 502. 522. 619. 709. 745. 750. *emend.* 538.
Orphei Hymni 2. 5. 8. 11. 13. 17. 22. 45. 49 59. 91. 122. 126. 129. 138. 144. 145. 148. 157. 210. 226. 261. 264. 269. 313. 314 315. 322 345. *ill.* 454. 508. 525. 600. 601. 648. 651. 655. 705. 722. 723. 735. 737. 747. 749. 751. 752.
Ovidius 20. 23. 43. 48. 49. 54. 60. 61. 65. 66. 67. 69. 77. 82. 102. 106. 107. 112. 115. 117. 123. 135. 138. 156. 160. 175. 188. 201. 203. 205. 215. 217. 240. 254. 265. 272. 273. 275. 277. 287. 301. 332. 338. 368. 393. 403. 410. 412. 413. 425. 439. 470. 493. 527. 550. 552. 562. 585. 589. 602. 603. 605. 617. 618. 619. 641. 661. 672. 675. 681. 689. 702. 703. 710. 713. 717. 723. 746. 747. 752.

P.

Palæphatus 268. 270. 276.
Palladius 245.
Pausanias 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 21. 28. 32. 34. 42. 43. 45. 55. 60. 65. 66. 67. 69. 76. 81. 83 85. 89. 91. 92. 94. 96. 108. 109. 112. 121. 122. 125. 127. 129. 141. 148. 153. *ill. & expl.* 154. 156. 157. 165. 188. 196. 201. 203. 210. 211. 220. 222. 225. 226. 230. 232. 236. 245. 246. 248. 249. 254. 257. 262. 270. 271. 272. 276. 277. 278. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 386. 287. 289. 297. 300. 302. 309. 310. 319. 332. 334. 335. 337. 338. 341. 342. 343. 345. 346. 355. 356. 358. 359. 360. 362. 364. 367. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 378. 381. 391. 397. 400. 401. 404. 406. 407. 408. 415. 416. 417. 421. 428. 429. 432. 435. 436. 439. 440. 441. 442. 448. 451. 459. 467. 480. 487. 496. 501. 503. 505. 508. 509. 510. 512. 515. 519. 520. 521. 524. 530. 532. 534. 536. 538. 552. 555. 556. 559. 567. 569. 570. 572. 573. 574. 579. 581. 585. 587. 589. 590. 593. 594. 595. 600. 601. 606. 609. 610. 612. 650. 656. 658. 660. 667. 674. 675. 676. 680. 682.

705. 707. 708. 722. 723. 749. *emend.* 209. 248. 249. 370. 620. 754.
Persius 711.
Petronius 245. 246. 266. 460.
Phædrus 264.
Phavorinus 184. 229. *notat.* 228. 554.
Philargyrius 189. 200.
Philo 28. 71. 114. 116. 128. 157. 240. 242. 309. 319. 351. 362. 419. 421. 432. 454. 476. 485. 486. 519. 565. 567. 598. 630. 645. 672. 678. 679. 730. 742. 743. 744. 746.
Philonis Βελοποϊκὰ 340.
Philostratus 7. 11. 16. 58. 86. 100. 101. 156. 166. 167. 176. 180. 181. 205. 233. 234. 236. 238. 243. 260 276. 282. 288. 289. 294. 303. 310. 370. 405. 407. 410. 413. 416. 418. 462. 464. 465. 489. 499. 517. 521. 551. 562. 568. 585. 590. 611. 631. 742.
Phlegon Trallianus 604. 605. 638. 640.
Phocylides 718.
Phornutus 271. 287. 523. 620. 671. 677. 678. 735.
Photius 2. 586. 592.
Phrynichus 183. 198. 426. 458. 655.
Pindarus 17. 23. 30. 32. 34. 37. 46. 55. 56. 61. 71. 75. 76. 81. 85. 88. 91. 92. 93. 95. 96. 97. 100. 101. 103. 104. 105. 106. 107. 109. 110. 112. 116. 129. 131. 141. 147. 158. 159 165. 166. 172. 186 193. 201. 203. 211. 212. 241. 270. 272. 289. 299. 300. 310. 311. 315. 319. 320. 321. 322. 327. 334. 342. 346. 347. 350. 359. 363 373. 375. 377. 378. 383. 391. 394. 397. 400. 416. 418. 420. 421. 427. 428. 430. 431. *sæpius* 437. 458. 463. 469. 470. 483. 484. 489. 490. 492. 498. 500. 508. 534. 538. 555. 558. 565. 569. 571. 572. 581. 592. 593. 596. 615. 619. 622. 627. 640. 669. 682. 686. 696. 704. 715. 731. 735. 738.
Placidi Tabula 617.
Plato 2. 3. 7. 8. 17. 23. 24. 32. 33. 43. 45. 50. 52. 53. 56. 79. 80. 88. 147. 148. 213. 222. 234. 236. 259. 260. 291. 293. 311. 314. 333. 367. 379. 382. 385. 407. 415. 418. 419. 420. 441. 465. 469. 470. 471. *ill. & expl.* 471. 472. 473. 474. 492. 510. 514. 541. 545. 549. 554. 555. 567. 598. 602. 609. 615. 641. 644. 646. 659. 677. 678. 687. 689. 720. 738.
Plautus 32. 98. 175. 200. 253. 349. 425. 460. 475. 544 548. 636. 671. 677. 685. 704. 717. 751.
Plinius 19. 69. 114. 152. 159. 165. 182. 188. 189. 201. 215. 216. 217. 239. 245. 246. 252. 263. 264. 282. 290. 291. 298. 300. 301. 302. 304. 305. 306. 326. 332. 347. 348. 350. 351. 352. 358. 360. 361. 362. 368. 371. 375. 376. 390. 400. 408. 417. 422. 427. 428. 441. 442. 444 445. 446. 447. 450. 489. 491. 492. 503. 504. 505. 539. 540. 542. 545. 548. 549. 580. 583. 584. 585. 627. 631. 633. 669. 682. 683. 696. 697. 739. *emend.* 585. 757.

Plinius Junior 112. 185. 196. 200.
Plotinus 24. 32. 244. 294. 345. 546.
Plutarchus 5. 6. 7. 8. 16. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 42. 44. 50. 53. 65 67. 68. 69. 75. 80. 82. 84. 85. 86. 87. 89. 91. 101. 102. 107. 109. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 124. 132. 148. 153. 156. 158. 176. 177. 180. 189. 190. 195. 206. 218. 219. 238. 239. 246. 252. 262. 264. 267. 270. 271. 281. 284. 286. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 311. 324. 325. 339. 346. 375. 378. 382. 394. 401. 419. 420. 424. 429. 430. 434. 435. 452. 453. 454. 465. 467. 468. 472. 473. 474. 484. 485. 486. *ill.* 487. 488. 493. 507. 509. 510. 512. 513. 514. 520. 521. 522. 523. 533. 534. 539. 548. 551. 552. 557. 564. 565. 568. 569. 570. 575. 576. 577. 587. 593. 595. 603. 605. 607. 609. 620. 627. 629. 632. 634. 636. 637. 638. 650. 651. 656. 657. 658. 669. 671. 672. 677. 692 705. 715. 716. 721. 722. 728. 733. 737. 743. 744. 747. *emend.* 84. 153. 154. 213. 249. 673.
Pollux 15. 32. 66. 81. 88. 136. 137. 142. *ill.* 43. 145. 179. 191. 195. 203. 242. 243. 294. 320. 389. 390. 460. 470. 471. 473. 474. 475. 507. 518. 583. 599. 670. 701. *emend.* 15. 229. 282. 292. 513. 758.
Polyænus 35. 81. 281. 282 473. 567. 650. 695.
Polybius 4. 6. 66. 287. 288. 321. 335. 337 359. 374. 403. 404. 420. 435. 439. 517. 518. 708. 754.
Pomponius Mela 152. 263. 300. 427. 489. 490. 493. 503. 504. 624.
Porphyrius 4. 29. 83. 86. 241. 385. 429. 432. 481. 490. 491. 493. 494.
Priapeia 17. 111. 163 674.
Priscianus 531. 646.
Proba Falconeria 47.
Proclus 3. 4. 14. 22. 23. 27. 112. 128. 132. 148. 211. 234. 235. 345. 379. 419. 465. 485. 487. 510. 529. 530. 537. 588. *quater* 609. 612. 613. 645. 647. 665. 687. 732. 740. *emend.* 379. 508. 587.
Procopius 114. 334.
Propertius 61. 63. 70. 118. 155. 188. 254. 275. 276. 278. 294. *ill. & expl.* 305. 306. 307. 310. 394. 397. 400. 588. 589. 592. 601. 602. 606. 633. 661. 681.
Prudentius 171. 526. 729.
Psellus 189.
Ptolemæus 159. 161. 217. 244. 371. 491. 492. 669. *emend.* 252.
Ptolemæus Hephæstio 3. 6.
Pyrrhi Ligorii Collectiones Inedi-tæ 385. 406.

Q.

Quintilianus 424. 429. 702. 712.
Quintus Calaber 194. 210. 212.

R.

Rufinus 656. 695.
Rusticæ Rei Scriptores 252.

S.

Salvianus 235.
Sappho 43. 57. 592. 600. *emend.* 712.
Scholiastes Æschyli 41. 42. 49. 51. 108. 179. 193. 237. 279. 285. 305. 417. 422. 442. 463. 466. 478. 520. 528. 536. 580. 581. 613. 615. 622. 645. *emend* 119. 172.
Scholiastes Apollonii Rhodii 3. 6. 11. 13. 16. 17. 18. 22. 33. 48. 56. 59. 60. 65. 73. 74. 82. 83. 91. 93. 96. 105. 108. 109. 111. 113. 121. 163. 199. 200. 212. 214. 269. 274. 280. 281. 282. 286. 303. 326. 328. 336. 372. 374. 376. 377. 384. 409. 412. 433. 436. 452. 457. 458. 460. 467. 468. 487. 489. 491. 494. 502. 518. 521. 536. 537. 580. 595. 597. 600. 670. 675. 694. 696. 704. 747. *emend.* 106. 109. 162. 210. 216. 275. 552. 649.
Scholiastes ad Aram Dosiadæ 83. 84.
Scholiastes Arati 8. 327. 354. 705.
Scholiastes Aristophanis 3. 17. 23. 47. 50. 55. 94. 95. 100. 108. 111. 120. 172. 174. 181. 205. 232. 260. 262. 266. 291. 294. 330. 363. 378. 383. 387. 388. 405. 415. 461. 471. 473. 492. 509. 525. 540. 554. 555. 567. 575. 582. 597. 598. 625. 629. 633. 637. 654. 663. 664. 691. 705. 706. 718. 733. 738. 749. *notat.* 368. *emend.* 119.
Scholiastes Callimachi notatur 248. 403. 682. 686. *emend.* 336.
Scholiastes Euripidis 4. 24. 77. 104. 165. 180. 204. 235. 259. 275. 293. 347. 375. 382. 407. 420. 434. 466. 509. 522. 536. 580. 584. 626. 703.
Scholiastes Hermogenis 56. 116. 127. 183. 292. 451. 488. 566. 568. 620. 700.
Scholiastes Hesiodi 544.
Scholiastes Homeri 31. 35. 43. 72. 77. 78. 96. 107. 121. 141. 150. 161. 175. 190. 208. 234. 250. 285. 298. 333. 351. 353. 368. 378. 401. 414. 430. 467. 498. 518. 560. 578. 583. 615. 685. 708. 713.
Scholia inedita ad Homerum 74. 78. 193. 233. 313. 445. 466. 467. 496. 583. 606.
Scholiastes Horatii 386.
Scholiastes Juvenalis 547. 662. 694.
Scholiastes Lycophronis 3. 6. 8. 33. 82. 109. 175. 191. 278. 286. 308. 352. 353. 366. 369. 378. 380. 399. 454. 455. 465. 638. 640. 649. 688. 702. *emend.* 325.
Scholiastes Nicandri 13. 33. 47. 73. 121. 160. 161. 163. 177. 181. 229. 252. 282. 307. 363. 384. 502. 561. 577. 581. 639. 665. 672. *emend.* 17.
Scholiastes Pindari 2. 17. 43. 67. 74. 75. 81. 85. 86. 92. 93. 94. 100. 104. 105. 106. 108. 109. 115. 116. 159. 211. 244. 250. 253. 263. 267. 268. 269. 271. 272. 288. 310. 321. 372. 377. 383. 391. 394. 410. 415. 420. 421. 427. 458. 477. 490. 500. 501. 534. 555. 558. 559. 566. 569. 572. 596. 669. 683. 686. 705. *emend.* 111.

Scholiastes Sophoclis 22. 33. 37. 49. 59. 77. 86. 96. 193. 212. 250. 266. 313. 334. 367. 419. 427. 433. 459. 498. 500. 591. 616. 618. 627. 628. 667. 692. 693. 698. 710. *notat.* 376.
Scholiastes Statii 231. 275. 252. 353. 406. 570. 571. 585. 679. 684. 686. 708. 711. 736. 751.
Scholiastes Thucydidis 3. 108. 391.
Scholiastes veteris Testamenti 189.
Scribonius Largus 718.
Scylax 335. 337. 362. 422. 686.
Scymnus Chius 337. 376. 407. 412. 428. 497.
Seneca Philosophus 326. 334. 349. 351. 354. 404. 406. 547. 564. 701.
Senecæ Tragœdiæ 146. 156. 212. 235. 238. 239. 241. 323. 410. 416. 477. 484. 614. 626.
Septuaginta Interpretes 9. *bis.* 10. 38. 48. 51. 55. 59. 63. 78. 165. 184. 225. 246. 344. 680. 714. 750. *expl.* 150.
Servius 18. 29. 43. 48. 77. 96. 128. 144. 156. 211. 241. 262. 267. 268. 270. 284. 352. 353. 357. 384 394. 436. 438. 477. 487. 493. 495. 498. 503. 504. 536. 573. 574. 624. 628. 629. 632. 639. 650. 677. 678. 680. 702. 731. 733. 751. 752.
Sextus Empiricus 6. 28. 31. 49. 137. 189. 249. 379. 557. 568. 673. 755.
Sidonius Apollinaris 275. 447.
Silius Italicus 185. 197. 368. 423. 560. 658. 709. 713. 716. *emend.* 675.
Simplicius 44. 75. 337. 411.
Solinus 94. 245. 246. 258. 263. 268. 447. 503. 504. 682. 696.
Sophianus 410.
Sophocles 4. 7. *ill.* 9. 22. 25. 26. 35. 38. 40. 42. 43. 51. 58. 60. 64. 72. 96. 112. 116. 117. 119. 122. 126. 130. 132. 139. 144. 157. 163. 164. 165. 174. 187. 193. 197. 203. 216. 231. 233. 237. 250. 251. 267. 273. 308. 334. 346. 350. 367. 371. 375. 406. 413. 418. 420. 427. 437. 448. 449. 453. 459. 460. 469. 500. 509. 512. 535. 538. 544. 562. 591. 592. 593. 594 595. 596. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 616. 618. 625. 626. 628. 633. 634. 639. 643. 665. 684. 688. 690. 694. 698. 699. 707. 710. 714. 716. 722. 742. 746. 749.
Sozomenus 480.
Spartianus 49.
Statius 6. 50. 169. 171. 173. 176. 206. 213. *ill.* 274. 276. 279. 321. 325. 326. 329. 338. 374. 375. 384. 398. 454. 479. 484. 486. 508. 529. 532. 538. 549. 558. 562. 579. 580. 585. 592. 617. 618. 619. 620. 622. 623. 627. 628. 632. 633. 634. 636. 638. 639. 640. 648. 652. 685. *emend.* 634. 675.
Stephani Ἐθνικὰ 11. 17. 94. 104. 108. 121. 141. 145. 163. 248. 249. 263. 276. 282. 309. 320. 324. 352. 353. 356. 360. 361. 374. 375. 408. 409. 422. 452. 467. 496. 497. 501. 507. 524. *emend.* 17. 249. 288. 408.
Stobæus 21. 28. 33. 35. 36. 44. 45. 46. 84. 97. 221. 304. 346 418. 419. 420. 460. 537. 549. 593. 607. 681. 699. 734. 748. 749.

Strabo

Strabo 6. 13. 21. 22. 59. 69. 73. 87. 92. 114. 127. 152. 153 159. 162. 165. 166. 170. 187. 208. 209. 216. 217. 247. 254. 255. 257. 259. *expl.* 261. 263. 264. 289. 293. 296. 297. 298. 300. 301. 302. 303. 304. 406. 309. 322. 325. 331. 332. 334. 336. 337. 344. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 355. 356. 357. 358. 359. 371. 372. 376. 381. 397. 401. 403. 404. 408. 409. 410. 414. 421. 422. 424. 427. 428. 430. 431. 432. 437. 450. 465. 468. 477. 480. 482. 485. 489. 492. 496. 498. 499. 500. 501. 502. 509. 519. 524. 545. 464. 574. 578. 581. 583. 585. 586. 596. 667. 668. 682. 696. 700. 705. 707. 708. 742. *notat.* 578. 579. *emend.* 66. 110. 263. 299. 361. 757.

Suetonius 38. 337. 660. 671.

Suidas 9. 88. 123. 125. 154. 184. 251. 309. 317. 321. 368. 389. 418. 518.

Sulpitius Victor 606.

Symmachi versio Vet. Testam. 51.

Symposius 196.

Syncellus 569. *notat.* 442.

Synesius 11. 51. 92. 98. 103. 462. 463. 636. 688. 731.

Syrianus 116.

T.

Tabulæ Peutingerianæ 161.

Tacitus 113. *ill.* 153. 306. 308. 324 384. 477. 480. 501. 657.

Talmud 253. 386. 673. 679. 730.

Tatianus 49.

Terentius 97. 148. 310. 398. 662. 738.

Tertullianus 175. 241. 290. 291. 332. 373. 386. 531. 543. *ill.* 546. 549. 551. 566. 567. 650. 651. 660. 662. 663. 691. 729. 753.

Testamentum Novum 48. 85. 289. 290. 314. 363. 417. 427. 439. 542. 607. 612. 643. 646. 698. 702. 718. 749. 750. 751.

Testamentum Vetus ill. 12. 13. 14. 51. 52. 56. 57. 62. 63. 70. 99. 114. 119. 140. 150. 157. 184. 189. 195. 221. 223. 225. 227. 238. 239. 253. 266. 295. 296. 297. 310. 312. 343. 346. 348. 355. 370. 378. 386. 392. 393. 418. 427. 432. 438. 475. 490. 491. 497. 531. 541. 546. 590. 593. 606. 614. 620. 630. 639. 654. 658. 660. 673. 679. 702. 710. 714. 719. 729. 730. 749. 750.

Themistius 33. 52. 55. 91. 187. 243. 337. 348. 407. 440. 467. 487. 498. 618. 685. 722. 749.

Theocritus 2. 11. 19. 20. 24. 33. *ill.* 37. 38. 41. 42. 44. 46. 57. 59. 64. 67. 73. 76. 85. 91. 95. 105. 119. 122. 130. 140. 162. 166. 170. 174. 182. 187. 226. 241. 254. 281. 320. 330. 402. 403. 407. 412. 429. 432. 443. 444. 445. 448. 451 453. 454. 460. 497. 518. 520. 522. 538. 539. 540. 541. 555 565. 592. 597. 599. 600. 615. 632. 649. 655. 657. 660. 684. 689. 690. 693. 695. 696. 699. 708. 710. 716. 717. 728. 731. 739. 747. 751. *emend.* 687. 688.

Theodoritus 241. 260. 367. 381. 384. 388. 409. 438. 470. 518. 520. 529. 651. 658. 702. *notat.* 498. 499. *emend.* 121.

Theodorus Prodromus 232.
Theognis 71. 452. 493.
Theonis Progymnasmata 71. 452. 720.
Theophrastus 8. 9. 11. *ill.* 12. 19. 20. 30. 31. 41. 69. 72. 73. 81. 84. 94. 97. 98. 99. 157. 159. 160. 179. 189. 203. 214. 415. 216. 217. 223. 244. 265. 266. 291. 294. 301. 302. *expl. & ill.* 328. 329. 330. *ill.* 344. 351. 361. 377. 380. 397. 409. 410. 422. 527. 540 542. 549. 561. 562. 565. 582. 632. 679. 680. 681. 684. 688. 689. 690. 691. 700. *expl. & ill.* 328. 329. 330. 444. 445. 446. 452. 480. 483. 486. 500. 637. *emend.* 97. 98. 334. 335. 370.
Thomas Magister 458. 540.
Thucydides 2. 3. 39. 56. 80. 81. 91. 175. 215. 227. 248. 317. 320. 323. 427. 428. 444. 476. 485. 487. 488. 489. 501. 517. 556. 576. 590. 594. 595. 733.
Tibullus 68. 69. 70. 71. 75. 77. 169. 250. 447. 601. 603. 656. 661. 672. 680. 740. 747. 748.
Timæus 244. 270.
Trallianus 183. 703.
Tzetzis Chiliades 584.

V.

Valerius Flaccus 47. 101. 127. 130. 158. 162. 165. 169. 211. 214. 231. 274. 279. 529. 556. 563. 646. 661. 708. 747. 748.
Valerius Maximus 337.
Varro 149. 190. 196. 252. 625. 677. 739.
Vellejus Paterculus 87.
Veterinariæ Rei Scriptores 323.
Vibius Sequester 526. 586.
Virgilius 18. 26. 47. 48. 52. 58. 59. 96. 100. 101. 102. 110. 113. 128. 130. 134. 137. 140. 144. 156. 159. 161. 164. 165. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 176. 188. 190. 191. 218. 220. 223. 236. 252. 257. 259. 262. 265. 266. 267. 270. 272. 279. 291. 316. 321. 327. 332. 342. 544. 560. 568. 569. 573. 580. 599. 608. 624. 628. 634. 641. 650. 654. 655. 659. 660. 661. 672. 673. 677. 683. 689. 693. 702. 716. 720. 723. 724. 725. 726. 731. 732. 740. 744. 746. 747. 751. *notat.* 269.
Vitruvius 35. 153. 156. 218. 300. 301. 302. 339.

X.

Xenophon 107. 123. 124. 131. 133. 139. 144. 145. 176. 185. 188. 190. 191. 192. 194. 197. 198. 204. 209. 213. 226. 272. 273. 291. 301. 315. 345.

Z.

Zenobius 74. 571. 740. 747.
Zozimus Panopolitanus 329.

INDEX

Vocum

ORIENTALIUM,

quæ explicantur aut illustrantur.

אובבא PAG. 296
אבס 336
אנף 102
אלים 379
ברכה 750
גרש 747
דוד דודא 497
דוד יננה ibid.
דחל 363
דלפקי 386
חוק ללוב 169
חלל חללים 295
חמרים 679
חשן 28
חשרי 338
שלמוסא 178
טפר 200
כלב 28
כלוב 295
כנור, כנרא 79. 594
כרכם 99
כקב כקבים 295
ישב 631
יסם 714
לחש, תלחיש 348
מגר מגדים 297
מום, מומא 119
מלט 283
מר 71
מקדם 426
נהר 114
נפל 225
עבי 200
עטר 346
עין אוב 449
עניט 432
צפון 491
קדם 426
קרנות 335
שחור 669
سمال 635
سودان 669
תאב, תאבא 380
תבת 380
תיבה ibid.

INDEX

Vocum

GRÆCARUM

quæ explicantur aut illustrantur.

A.

Ἄβατος 49.
Ἄβλαυτοι 731.
Ἄβροχος, ἀβροχία 10. 11.
Αγησίλαος 642.
Αγκος, poculum 209.
Αγρωστῆρες 23.
Αέλιοι & ἀιέλιοι, qui duas sorores duxerant 229.
Ἄεμμα 66. 131.
Ἀέξω 213.
Ἀΐγδην 214.
Αἰγίδες, αἴκες, procellæ 214.
Αιζήεις 30.
Αιθὸς 177.
Αἴθων 702. 703.
Αἱμακουρίαι 508.
Αινεσίαι 209. 210.
Αινόγαμος 295.
Αινοδότειραι 395.
Αινόπαρις ibid.
Αἴολος, citus, agilis 193.
Αἴσακος 47.
Αἴσιος, ἐναίσιος 626.
Ἀκάκης, ἀκακήσιοι 232.
Ἄκμηνοι 663.
Ἄκολος 718.
Ἄκυθος 78.
Ἀλάβαστρος & ἀλάβαστρον 544. 501. 542.
Αλαβαστροφόρος 544.
Αλεῖπται, ἀλειπτήρια 542.
Αλιτήριος, ἀλιτροὶ 50.
Ἄλληκτον 234.
Ἄλλιξ 64.
Ἄλσος, quivis locus consecratus 683.
Αλυσθαίνειν, ἀλυσθμαίνειν 283.
Αλώπηξ alopecia, capillorum defluvium 182. 183.
Αμαδρυάδες 378.
Αμαλλαι, ἀμαλλοφόροι 493. 494.
Αμβολαδὶς & ἀμβολάδην 172.
Ἄμιτροι 11. 140.
Αμορβοὶ, ἀμορβάδες 141. 142.
Ἄμπωτις 421.
Αμφήκης 588.
Αμφιβαίνειν 346. 416.
Αμφιλαφὴς 74. 124. 683.
Αναγκοφαγία, ἀναγκοφαγεῖν 242. 243.
Ανάκτορον 95.
Ανάμποκες 731.
Ἄναξ, ἄνακτες 96. 434.
Ανατρίβειν, ἀνάτριψις 559. 560.
Ανδρογίγαντες 688.
Ανδρόπαις ibid.
Ανειμένα, ἄνετα 698.
Ανήλιπος 731.
Ανθελέσθαι 463.
Ανθέριξ & ἀνθέρικος 444. 445.
Ανταμοιβὸς 362.
Αντιψάλλειν 469.
Ἄξω, ἀέξω 23.
Απήνη 534.
Αποβόσκειν 714.
Αποθεραπεία 562.

Αποι-

Ἀποινὴ, ἄποινον 340.
Ἀπόκλιτις 93.
Ἀπολύζειν 478.
Ἀπομάσσειν, ἀπομάγμαλα 327. 328. 329. 330. 331.
Ἀποπνεῦειν 442.
Ἀποσάζειν 219.
Ἀποχίειν, ἀπόχυμα 660.
Ἀργιὸς 444.
Ἀρήτειρα 692.
Ἀρχέχορος 598.
Ἄσματα, hymni 3.
Ἀστραγαλος 225.
Ἀσύλωτοι 273. 274.
Ἀταύρωτος, innupta 126. 127.
Ἀτέλεστος 735. 736.
Ἀτιοῦλες, Ἀμάτιοντες 354.
Αὔλις, ἄυλιον 187.
Αὐλὸς, ostrei genus 473.
Ἄφετος 351.
Ἀφελὴ 174.
Ἄχλαινος, ἀχλαινία 214. 215.
Ἄωτος 119.

Β.

Βαθύγειος 84. 85.
Βαθύπλουτος 85.
Βαθύχθων 717.
Βακίδες, βακίωνες 575.
Βάπλειν, haurire 577.
Βέβηλοι 49.
Βηταριοὶ, βητάρμονες 22. 56.
Βίος, opes, facultates, bona 754.
Βλαύται, βλαυτία 731.
Βλητὸς, abortivus, sceleratus, pleuriticus 224.
Βοαύλια 407.
Βόσασις, βυσάσιον 406. 407.
Βορεασμὸς 345.
Βύθρωσις 681. 713.
Βυκόλοι, pastores 77.
Βύπενα 713.
Βύσαθμα, βύσαθμος 407.
Βυφορβεῖν 77.

Γ.

Γαμόροι & γεωμόροι 32.
Γέντο pro ἔλαβεν 692.
Γέραιραι 116.
Γερμάδρυον 11.
Γέρανος 513.
Γηλεχέες 497.
Γλυκύανον 684.
Γλυκύμηλα ibid.
Γνατὸς 25.
Γραφειν, γράφεσθαι, accusare, condemnare 698. 699.
Γύη 251.
Γυῖα 252.

Δ.

Δάκος 183. 184.
Δακτυλικοὶ, tibiarum genus 468.
Δανάκης 341.
Δένος, δεννάζειν 27.
Δεξιόνομοι 84.
Δεξιὸς 686.
Δημήτρια, festum in honorem Cereris 755.
Δημητριακοὶ 3.
Δημητρείακοι 3. 649.
Δηναιοὶ 26.
Διαβάθρα 340.
Διαγλαύσσειν 168.
Διακρίδην 364.
Διαμασίγωσις, festum Laconum 755.
Διατρέχειν 555.
Δίαυλος, Ἀμφιλυδρομεῖν 552. 553. 554. 555.

Διαυλωνίζειν 553.
Διαφερόντως excellenter 98.
Διείδεται 448.
Δικασπόλος 5.
Δίφρα mensa 229.
Δίφρος, διφροφόρος, sedes, pedisequus 28.
Δοσάτιον acus comatoria 552.
Δορξ, ζορξ, δορκὰς 200.
Δρῦς, quævis arbor 240.
Δυσόρνιθες 637.
Δύσκοποι, δυσκοπεῖν 461.
Δυσχλαινία 215.

E.

Ἐδδραγέτης 165.
Ἑδρα, ἑδρῶται, ara, supplices 523.
ἔδρα, cavea 637.
Ἐθελημὸς 150. 151.
Εἰαμβαὶ 259.
Εἰλείθυιαι 8.
Ἐκδολα 718.
Ἐκμαγεῖον 328.
Ἐκμάξαι, ἐκμάσασθαι 328. 329.
Ἐλαια in plurali 69.
Ἐλαιον de quovis oleo 561.
Ἐλεημοσύνη 426. 427.
Ἐλινύειν & ἐλιννύειν 696.
Ἑλὸς, ἑλοφόνος 258.
Ἐμπίραμοι 31.
Ἐμμελεια 511.
Ἔμποροι 519.
Ἔμπυρα, inferiæ, libamina 616.
Ἐναπομάττεσθαι 331.
Ἐναυλίζειν 187.
Ἔνδημιοι 56.
Ἐνδρομίδες 142. 460.
Ἔνδυτον, ἔνδυσις 63.
Ἐνεψιήματα 125.
Ἐνικλᾶν, κλᾶν 41.
Ἐνόδιοι, σύνοδος 16. 25.
Ἐξαίσιος 637.
Ἐξάρχειν, ἔξαρχος 333. 334.
Ἔξεδρος 636. 637.
Ἐπακτὴρ 33.
Ἐπένδυμα 63.
Ἐπιδάθρα 239. 240.
Ἐπιδαίσιος 25.
Ἐπιδήμιοι 56.
Ἐπιπορπὶς 64.
Ἐπίσκοπος 158. 367.
Ἐπισκύνιον 697.
Ἐπόψιος 35.
Ἐπωμὶς 4. 25.
Ἔργνος 706. 707.
Ἐρυσίπολις 575.
Ἐρυσίσκηπτρον ibid.
Ἑστὴν, ἑστῆνες 27. 28.
Ἑστήκειν 57. 58.
Ἐυάγκεια 582. 709.
Ἐυγματα 647.
Ἐυετηρία 723.
Ἐυήμερος, ἐυημερία 742. 743.
Ἐυήχης 506. 507.
Ἐυθένεια 483.
Ἐυθετος 619.
Ἐυθυνος, ἐυθύνειν 37.
Ἐυνοος 744.
Ἐυπήληξ 576.
Ἐυσθένεια 483.
Ἐυτοκος 534.
Ἐυφημία, ἐυφημεῖν 58. 59. 676.
Ἐφεδρος, ἐφεδρεία, ἐφεδρεύειν 4. 19.
Ἐφύμνιον 108.
Ἔχειν, obtinere, tutari 590. 591.
Ἐφιάλδαι 125.

Z.

Ζευγήτιδες, ζύγιοι, ζευγηφόροι 77.
Ζεύγλαι 243. 244.
Ζῆλος, ζηλεῖν, ζηλήμων 150.
Ζῶμα, ζῶσμα 135.
Ζωμεύματα 518.
Ζωστῆρες 438.

H.

Ἡλίματος, ἡλιμάτως 711.
Ἡμεροσκόος 186.

Ημεροσκόπος ibid.
Ηπειρος 364.
Ηρωΐδες, ἡρωΐναι, ἥρωσται 253. 254.

Θ.

Θεολόγοι 3.
Θεόξιος 23. 151.
Θεοσεβῶτοι, θεοσεβῶτια 637. 638.
Θερμαύστρωμι, θερμαῦσις, θερμαῦσιν ἐλίζειν 425.
Θέσις 619.
Θευμοσία 699.
Θεωρία, θεωρὸς, θεωρικὰ 515. 516.
Θημωνες, θημωνιαὶ 579.
Θὶς, θινὸς, fundus 492.
Θρίαι 74.
Θρίοι, funes nautici 518.
Θυρεοὶ 439.
Θυωροὶ, θυωρίδες 228. 229.
Θωμοὶ 689.

I.

Ἰὴ, ἰὴ 61.
Ἰοβακχος 3.
Ἴυλοι, Ἰυλὼ 3. 121. 649.

K.

Καλαθίδες 121.
Κάλαθοι, καλαθίσκοι 652. 653.
Καλιαὶ 199.
Κάλπις 541.
Κάλυντρον 454. 455.
Καμβαίνειν 198.
Καμμύειν, καταμύειν 198.
Κάπρος 236.
Καταθύμιος 566.
Καταῖξ, καταϊγίδες, καταΐγδην 314.
Κατακλεὶς 183.
Κατάσχομαι 334.
Κάτοπτρις, κάτοπτρον 543.
Κατυδαῖος 425.
Κατοχὴ, κατοχεῖς, κάτοχοι 51.
Καψάκης, καψάκιον 541.
Κέλης 415.
Κέλω, κελὰς 167.
Κελτὸν Αρμα, pro Κελτικὸν 435.
Κεμὰς & κεμμὰς 211. 212. 244.
Κέρνος, κερνοφόροι 732.
Κηπεύειν, κηπεύματα 380.
Κινύρα 59. 60.
Κλῆρος, κληρῆχοι, κληρεχία, 488. 626. 648.
Κοῖος, κοΐδος 426.
Κόλπος, uterus 453.
Κομεῖν, κομίζειν 145.
Κόπρος 252.
Κορεύματα 11.
Κορυθαντίζειν 51.
Κορώνη 123.
Κόρση 182.
Κοσμοπλόκος 547.
Κυρίζειν, κυρίζεσθαι 23. 126. 521.
Κύριμος 224.
Κρέμβαλον 300.
Κρητίζειν, κρητισμὸς 6.
Κρόκη, κρόκος, 100. 101.
Κρόνιος, κρόνια, κρονίππα 610.
Κρόταλα, κροταλίζειν 299. 300.
Κρέμματα 467. 468.
Κρεμματοποιὸς de tibicine 468.
Κυνοσουρὶς 196.

Λ.

Λαγωβόλον, λαγωβολίαι 122. 123.
Λέβης 500.
Λέγνον, λεγνωτὸς 136. 137. 138.
Λευκὸς limpidus 10. purus, nitidus 115. faustus 722. 723.
Λέχος nuptiæ, lectus nuptialis 9.
Λέχεος 460.
Λεχῶ, λεχωὶς, λεχωΐον 9. 419.
Ληνὸς 246.
Λικμὸς, λικμητὴς 16.
Λίκνον, λικνίτης, λικνοφόρος 18. 19. 731. 732. 733.

Λίνος 60. 466.
Λιπαράμπυξ 731.
Λιπὸς, λιπαρὸς 72. 427. 431. 565.
Λοχεύειν, λοχεύματα 9.
Λόχος, λόχιον 9. 466.
Λυγγέριον & λυγκέριον 189.
Λύματα 9. 718.
Λωτὸς tibia 295.

M.

Μακαρίζειν, consecrare 612.
Μάρμαρος 60. 61.
Μασὸς collis 358. 359. 360.
Μεθ' ἡμέραν pro ἐν ἡμέρᾳ 272.
Μελάγχυμος 669.
Μέλαθρον 48.
Μελαψηφὶς 202. 375. 376.
Μῆλον 684.
Μητρωακοὶ 3.
Μισθὸς, pœna, damnum 310.
Μίτρα 11. 140. 432. 663.
Μόγος 461.
Μοναμπυκες, μοναμπύκια 415. 416.
Μόνιος 183. 184.
Μόνιππος, μονάτορες 415.
Μονόγληνος 166.
Μοχλὸς 561.
Μορμὼ, μορμύειν, μορμολύκειον 174. 178.
Μορτὸς, μορτὶς, 258.
Μοχθίζειν 173.
Μύδρος, μυδροκλοπεῖν 164. 165.
Μῶρον 531.
Μυχὸς, μύχιοι 176. 710.
Μῶμος 119.

N.

Νάπη 104.
Ναύτης mercator 519.
Νάω, fluo 280.
Νέανδρος 688.
Νεάτης 350.
Νενίγλος 27.
Νεννάζειν ibid.
Νηφάλια 672.
Νόμος 509. 510.
Νόσιμος 744.
Νυμφαῖον, νυμφῶν 416.
Νυμφεῖον, νυμφιῖον 105. 416.
Νυμφόληπτος 379.

O.

Ὄαροι, ὀαρισὺς 596. 597.
Οδακλάζειν 521.
Ὄδος, ὀδιος, de avibus auguralibus 625. 627. 628.
Οιωνὸς 28.
Ολίζωνες 32.
Ὅλμος 389.
Ολολυγὴ, ὀλολυγμὸς, ὀλυλύζειν 478. 480. 646.
Ολπη, ὀλπίδες 541.
Ομότοιχος 720.
Ομοτράπεζος ibid.
Ομωροφιος 720. 721.
Ὄμπνιος 657. 747.
Ομφαλοτόμοι 17.
Ὅπλα, funes nautici 518.
Οπλίσια 179. 180.
Ορεστκὸος 186. 279.
Ορμιὰ 514.
Οχεῖσθαι, commoveri 424. 425.
Οὖλος, ἕλα, ἑλοφόροι 21. 494. 649. 650.
Οὔπιγγοι 31. 121.
Ὀφέλλειν, ὀφέλσιμος 107.
Ὄφελτρον, ὀφελτρεύειν 454. 455.
Οχὴ, unde ἐνωχία 19.
Ὄχνη 683.

Π.

Παιᾶνες 3.
Παιδὸς 24.
Παιπάλη, παίπαλα, παιπάλημα 260.
Παλλακὸς 299.

Πάχνη 223.
Παραγκονίζομαι 521.
Παραμπυκίζειν 731.
Παρευημερεῖσθαι 744.
Παρκάτιοι 192.
Παρυφὴ 15.
Πέζα, πεζοφόρος 137.
Πείσματα, funes ad proram 578.
Πέμπελος 640.
Πεπαλαγμένος 538.
Περάγειν pro κάμπτειν 521.
Πεληγέες 82.
Πέλεξ 84.
Περόνη, περονήματα, περονατρὶς 64. 599.
Πεύκη 215.
Πίδαξ 117.
Πινύσκειν 237.
Πλάγξων 711.
Πλείων 41.
Πλημμυρὶς 481.
Πλήρωσις, πλησμονὴ 703.
Ποδένδυτον 63.
Πόδες, ἄφποδες, funes nautici 518.
Ποδορρώη 275.
Ποινὴ 310.
Πολύθεσος 696.
Πολύσειος 13.
Πόρις, πόρτις 303. 304.
Πόρπη, πορπάματα 64. 599.
Ποτίστρη, ποτιστήριον 165. 246.
Ποτνιᾶσθαι, ποτνιασμὸς, ποτνιάναχτος 309.
Πραικῆρες, πραγματευταὶ 31.
Πρηστῆρες 168.
Πρόβατον, de quovis pecudum genere 78.
Προεξαγωνίζω 521.
Προθύματα 494.
Προμολὴ 200.
Προοίμια 3.
Προπόρπατος 64.
Πρόσοδος, ἄφοσώδη. 3. 4. 87.
Πρυχανὰ 707.
Πύλις 22. 291.
Πυθόμαντις, πυθόχρηντα, πυθόχρηστα 383.
Πύθων 382. 383.
Πύργος urbs 151.
Πυρρίχη 22.
Πρωτάγελα 204.

P.

Ραδινὸς 600.
Ραιστὴρ 171.
Ρυθμὸς 292.
Ρύματα 518.

Σ.

Σάκος, σακεσπάτος 31. 167. 426.
Σάρον 454.
Σαρωνίδες 11.
Σελλάριοι 415.
Σῆμα 227. 625.
Σίδη Æol. σίδδη 561.
Σίνειν, σίνις, σίνος 106.
Σιὸς, σιὼ, Laconice Θιοὶ, Θιὼ 556.
Σμάω 564.
Σπεῖρα 15.
Σπιλάδες 463. 464.
Στεῖα, στία 13.
Σύες, συοκλονία, apri, aprorum venatio 238.
Σύμβολος & ἐυξύμβολος ὄρνις 625. 628.
Σύμβολα auguria 627.
Συνάγκεια 582. 709.
Σύντηξις 712.
Συναδὸς 3.
Σφέτερος pro ἑὸς 457. 458.

T.

Ταῦρος pro αἰδοίῳ 127.
Τάφρος 253.

Τεθμὸς 103.
Τέλειος conjugatus 24. 57.
Τελεῖν γάμον, γαμήλιον τέλος *ibid.*
Τελεστήρια, mysteria 736.
Τελεσφορίαι 736. 737.
Τέρας augurium 29.
Τετράγυον 250. 251. 252.
Τετράπλεθρον 251.
Τευχεσαὶ 32.
Τοῖος 233.
Τοκάδες 190.
Τόμουρος, τομώτερος 401.
Τοπήϊα 517. 518.
Τριγλοβόλον 124.
Τριέτηρος, τριετία 179.
Τρίχα, διὰ τρίχα 27.
Τροπευτῆρες 518.
Τυπάδες, τυπίδες 173.

Υ.

Υγρὸν mare 12.
Υδείομεν 32.
Υδροφόροι 577.
Υμνογράφοι 2.
Υμνοφορεῖν *ibid.*
Υμνωδοὶ 3. 4.
Υπανδρος 78.
Υπαρνος 78.
Υπογλαύσειν 168.
Υποδύτης 63.
Υποκουρίζεσθαι 23.
Υπορχήματα 514.

Φ.

Φαιδρύνειν, φαιδρυντήρια 14. 15.
Φέρβε 744. 745.
Φηγὸς 291.
Φιληδεῖν 81.
Φορβὰς, φορβαῖος 585. 586.
Φρύαγμα, φρυάττεσθαι 533.
Φῦκος 446.
Φυλακεῖα 9.
Φύσαι 168.
Φυσατήρια 467.
Φυταλιὰ 560.

Χ.

Χαίνειν 707.
Χαίτη 181.
Χαλινὸς 411. 442.
Χαλινωτήρια 518.
Χάλυψ, χαλυβικὸς 172.
Χειρονομία 292.
Χνόος 68.
Χορδιτονία 466.
Χορηγὸς 598.
Χοροστασία, χοροστάδες, χοροστάτης 597.
Χρέος, χρῆμα 201.
Χρυσεοπήληξ 576.
Χρὼς 10.
Χύτλα, χυτλῶσαι 10. 531.
Χωρὶς, seorsim 591.

Ψ.

Ψάλλειν, ψαλμὸς 55. 469.
Ψυκτῆρες 157.

Ω.

Ωα 126.
Ωγύγιος 8. 9.
Ωδῖνες, partus 14.
Ωδοὶ 4.
Ωνα, pro ὦ ἄνα 15.
Ωράνη 727. 728.
Ωρη, ὥραι 97. 727. 728.

IN-

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

Abaris Apollinis apud Hyperboreos sacerdos 490.

Abstemia seu Νηφάλια, Cereris & Eumenidum sacra 674. item Rumeliæ apud Romanos *ibid.* abstemii sacerdotes Hebræorum sacrificantes *ibid.*

Abonoteichitarum nummus cum impostore Alexandro sub draconis specie 495.

Accipiter, juxta Ægyptios, post mortem maxime præsagus 542.

Acclamationes usitatæ in veterum sacrificiis, elatis ad cœlum manibus 647. acclamationes mulierum in solemni processu Cerealis calathi 654.

Acestoridarum tribus Argis, e qua Minervæ sacerdotes 567. Acestor Bœotius 569. Acestorides Corinthius, Syracusanorum Prætor *ibid.* Acestoridæ, duo Athenienssium Archontes *ibid.*

Achaja pars Peloponnesi littoralis 372. 402. ab Achæo Xuthi filio 402. 403. Metropolis ejus Helice & Bura, postea absorptæ 403.

Acheron fluvius in Maryandinis ad Heracleam Ponticam 502. Hercules Cerberum ibi ex inferis eduxisse fertur *ibid. infernus, niger, tenebricosus* dictus idem fluvius *ibid.* origo nominis a voce Scythica *agron ibid.*

Acrai seu Ἄκρωροι Dii in arcibus culti. 35. 370. 409.

Actæonis a canibus dilacerati fabula diversimode tradita 617. canum illorum numerus, nomina 618.

Activum pro passivo Atticis familiare 24.

Actorionis mater Polyxo 709. alii Actoriones, fratres apud Homerum *ibid.*

Acus ad comam disponendam *celibaris* dicta, *hasta recurva*, δοξάριον 552.

Adrastea Jovis nutrix 16. 18. Jovis filia eadem cum Nemesi 112. 113.

Adventus Deorum cantu & choreis celebrati 56. 57.

Aegialus littoralis Peloponnesi pars inter Eleos & Sicyonios 371. Achaja postea dicta *ibid.*

Ægyptii Nili accolæ, dicti μελάγχλωμοι 669. a terra ibidem nigra, vel a colore nigro incolarum, unde *subfurculi* & *atrati* iidem appellati *ibid.* seu ob nigros & crispos capillos *ibid.*

Ægyptiorum Sacerdotes rasi & circumcisi 622. Ægyptiorum frumentariæ naves ante Alexandriam conditam 657.

Æolicæ locutiones κάββαλε, καμμύειν, πεδάμοροι &c. 198.

Æris fabrica in Eubœa 164.

Æsculapius Ἤπιος, & unde dictus 454. natus in campo Thessaliæ Dotio 682. 683.

Æthiopes Μέλανες dicti 668. & apud Arabas, *Nigri, Nigritæ.* 669. albi etiam seu Leucæthiopes *ibid.* Æthiopes ἐλότριχες 669.

Ætna

Ætna Cyclopum ſedes, unde Ætnæi Cyclopes 169. Vulcanus, Deus & Rex Ætnæus *ibid.* cur a Trinacria diſtincta 170.

Ageſſæi venatici Britannorum canes 197.

Agon apud Argivos Ἡραῖα 372. prœmium agonis, clypeus æneus, & corona e myrto *ibid.*

Alabaſtri, vaſa unguentaria 540. nec ea ſolum e lapide alabaſtrite *ibid.*

Αλαι, pagus Atticæ tribus Ægeidos 248. 249.

Alatii Dii quales in veterum monumentis 458.

Ambarvalia Cereri & Baccho ab agricolis celebrata 672.

Amicus non habendus, qui Deo eſt inviſus 719.

Amymone filia Danai, & fons in Argolide 584. 585. aquatum a patre miſſa, Neptuni ope fontem dicta reperiſſe *ibid.* mater Elephantis *ibid.*

Αναδίπλωσις in juſſionibus & nœniis Græcorum uſitata 522. 532.

Anaphe, una e Sporadum Inſulis 362. pro Delo apud Philonem *ibid.*

Ανακες de Dioſcuris 557.

Anaurus Theſſaliæ fluvius 202.

Ancæus coloniæ in Samum deductæ dux 361.

Ancora Midæ, Ancyræ in Jovis templo ſacrata 289.

Animalium greges feminino genere prolatæ ab Ionibus 203. 204.

Anni initium apud pleroſque Græcos ab ortu Pleiadum 41. anni, & quatuor anni temporum ſymbola in antiquis monumentis 725. 726. 727.

Apes Jovis nutrices 20. ærei coloris *ibid.* antri Idæi cuſtodes *ibid.* Muſæ apum ſpecie coloniam Epheſum deducunt, ac inde apes in Epheſiorum nummis ſignata 86. 87. 282.

Apollinis adventus & abitio apud Delios, Mileſios 754.

Apollo a Jove vaticinandi artem edoctus 29. hinc Jovis propheta dictus 619. cur Δήλιος & Φαναῖος dictus 53. item Σκότιος *ibid.* Επίδημος & Απόδημος 56. tria beneficia, quæ Apollinis præſentia conferat 57. cum palla ſeu talari tunica, aut cum chlamyde a tergo rejecta depictus 63.

Apollo cur cum cithara ſupra columnam recumbens in antiquis nummis 65. 66 imberbis in iiſdem 68. Νέος πύθιος in aliis dictus *ibid.* Apollo Ἰατρὸς, Παιὼν, Οὔλιος, Σωτὴρ, Ακέσωρ, Νόμιος 73. 76. variæ ejus artes 74. equorum & boum paſtor 77.

Apollo auctor condendarum urbium 80. 81. Αρχηγέτας inde dictus 81. 87. non mendax, ἔνορκος 87. Athenienſes frequenter per eum jurant *ibid.* mutilati, qui per Apollinem pejeraverant *ibid.* Βοηδρόμιος cur ab Athenienſibus dictus 88. 89.

Apollinis Clarii ſimulacrum in nummis 89. Καρνεῖος a Cyrenæis, & unde dictus 91.

Apollini quæ animalia mactata 96. Δελφίνιος, & quare dictus 109. ob occiſum ſerpentem exul, ac dein expiatus *ibid.*

Apollo ad vaticinandum adactus 381. quomodo ἐγγαστρίμαντις 382. 438. *Apollini Delphico* in Inſcriptionibus 383. vera ejus Oracula credita, quæ ex tripode edebantur 398. δαφνηφόριος dictus *ibid.*

Apollinis nœnia de Templo Delphico a Gallis expilato 438. Ηπιος,

τιος, & unde dictus 453. 454. septimestris natus 465. juxta alios septimo mensis die, qui inde ei sacer 465. 466. aut quod septenarius numerus omnem harmoniam in se contineat 465. Ἑβδομαγέτας, a cultu septimi mensis diei dictus 465. 466.
Apollo an cum Diana, vel solus, in Delo editus fertur 476. 477. 478. Apollo ΔΗΛΙΟΣ in nummis 489. lac, vel juxta alios, nectar & ambrosia primum ejus alimentum 484.
Apollonius Rhodius Callimacho σύγχρονος, ejusque æmulus, aut clandestinus obtrectator 109. 110. Callimachum imitatur 110.
Apparitiones Deorum quomodo accelerari creditæ 52. salutares Deos rite colentibus 53. 54. quæ bona iis portenderent 54.
Apri frugibus noxii 238. aprorum venatio *ibid.* apri Calydonii venatores 277. idem venabulo confixus in antiquis Ætolorum nummis *ibid.* aper Oetæus dictus *ibid.* apri hujus dentes apud Tegeatas Arcadas, & inde Romam translati 278. signati iidem in veteri Ætolorum nummo *ibid.*
Apri Erymanthii dentes apud Cumanos in Opicis servati *ibid.*
Aquæ percussio monte orta 14. non quævis ad lotiones in sacris & καθαρμοὺς adhibita 114. aquæ marinæ frequens eam in rem usus 115. aquæ multiplex usus in sacris Gentilium *ibid.*
Aquæ cum vino mixtura qualis in veterum potu fuerit 582. aquæ potores, de miseris & egenis dicti *ibid.* aqua electrina, de limpidissima 684.
Aquarius, aquæ lator 576. Aquarii, aquarum custodes, AQUARIUS AUG. in Inscriptionibus *ibid.* aquarioli, vile ac turpe ministerium *ibid.* aquilegi 577.
Aquilæ felix augurium 30. quandoque infaustum *ibid.* ἀϊστὸς pro augurio 695.
Ara in Delo e dextris caprarum cornibus compacta 82. 84. sine glutine, ac inde inter septem mundi miracula relata 84. aræ veterum frondibus ac floribus vinciri solitæ 97.
Ara Piorum in Delo 481. aræ Deorum communes 482. aræ privatæ, & aræ publicæ *ibid.* aræ servorum asyla apud Athenienses 523.
Arbores per plura secula superstites, quercus Dodonea &c. 480. arbores incæduæ in Deorum lucis 690. arbores *coinquere*, *deputare*, *conlucare ibid.*
Arcadia Ἀπία & Ἀζηνὶς dicta 10. paludosa, pascuis frequens 11.
Arces urbium Jovi aut aliis Diis sacræ 35. Ἄκραι dictæ, hinc Dii Ἄκραιοι *ibid.* quales Juppiter, Juno, Minerva, Venus, Diana *ibid.*
Arcus Scytharum magni & longe jaculantes 131.
Argivorum regio dicta ἀσπώδης, ξηρὰ, πολυδίψιος 10. Junoni, aut juxta alios Minervæ præ Neptuno adjudicata 374. 532. cur PELASGIA, & Argivi *Pelasgi* dicti, *vide* Pelasgi. Argivi clypeati, & ἀσπὶς de lecta juvenum Argivorum manu 570.
Argivi unde aquæ potores dicti in Minervæ festo 582. Argivis aquatica instrumenta a Danao ostensa 584. Argolidi Sicyon etiam adscripta 372.
Argos de urbe & regione seu Argolide dicta 372. Argos, Junonis

domicilium 373. Argos unde dicta πολυδίψιος, aut aquis carens 579. paludosa regio ante Troicatempora 570. æstate sicca ejus fluenta *ibid.* aridita Neptuni in Inachum iræ, & quare tributa 580.

Argis de clypeo in Junonis festo decertatum 570. locus in quo ille clypeus, ἄσπις dictus *ibid.*

Arimaspi monoculi 167. cum Hyperboreis confusi 492.

Artemisia dicta de Dianæ sacris urbibus, fanis, signis 152.

Ἀρχιέρεια in antiquis lapidibus 116. 692. 697. 735.

Asini de stellis quibusdam in cœlo 244.

Asopis dicta Eubœa 376.

Asopitarum urbs Laconicæ in Inscriptionibus antiquis 376.

Asopus Thebarum fluvius 376. Asopia terra, de Thebana *ibid.* Asopus Æginæ pater dictus *ibid.* alius ab eo Asopus Phliasius *ibid.*

Assyria de Mesopotamia, Cappadocia 113. de Babylonia 114.

Assyrii & Syri passim confusi 113.

Assyrius fluvius de Euphrate *ibid.*

Asteria, antiquum Delinomen 352. 355. Latonæ soror, Jovis concubitum fugiens 353.

Astra totidem animalia finxerunt Poetæ & Astronomi 244.

Atalanta Arcadica Jasii filia, diversa ab Atalanta Argiva vel Bœotica, sæpe ab Auctoribus confusæ 275. 276. prior Atalanta dicta *Nonacria*, *Tegæa*, eademque apri Calydonii interfectrix 276 277.

Athenienſium conciones de Repub. sub diluculum habitæ 39. iidem ταχύβουλοι, & μετάβουλοι 40.

Athenienſium colonia in Eubœa Hyperboreorum sacra ab iis in Delum delata *ibid.*

Atticæ tenue solum 444.

Athletæ oleo ante, & post exercitationes fricari in palæstris soliti 559. athletis turpe in dorsum cadere supinos 692.

Aves quarum nulla in auguriis ratio 628. 629. quamlibet avem juxta augurum libros posse auspicium facere 629. non omnes, sed certæ aves dabant volatu omina *ibid.* maxime γαμψώνυχοι, seu cum aduncis unguibus 632. quæ volatu auspicia facerent apud Romanos *ibid.*

Aves, quarum infaustus volatus 632. vel faustus aut infaustus cantus 632. 633. vultur, accipiter, bubo infaustæ 633. avium volatus primi Phryges observasse dicti *ibid.* aves augurales, quæ natura dextræ, quæ sinistræ 636. aves mali ominis, quæ offam in caveis non adtingerent 636. 637. aves extra caveas volantes, seu ἔξεδροι, mali ominis 637. avium auguralium caveas conturbare, infaustum *ibid.*

Avium notitia, primum ab Auguribus tenenda 621. quæ auspicia ex iis faciunt, discernendæ 623. maxime quæ læta facerent auspicia 627. quæ circa earum victum 622. 623. fatidicæ eædem dictæ 622. ex iis aliæ *oscines*, quæ volatu, aliæ *alites* seu *prapetes*, quæ cantu, aliæ ὄδιοι, σύνδιοι, σύμβολοι, quæ occursu auspicium facerent 622. 625. 628. in avibus an sita futura divinandi scientia, an a præside eorum dæmone, aut a Deorum voluntate 622. 624. aves augurales, Deorum nuntiæ 624.

Avium notitia ex earum *spectione* 625. earum volatus in tabulis notatus ab Auguribus 626. avium oscinum cantum seu loquelam auribus ac mente percipiunt augures 626. 627.

Augures μάντεις dicti 619. Jovis augures, a quo ars auguralis 620. eadem Minervæ tributa *ibid.* de Baalamo augure in veteri Fœdere 630. an Abraham auguriis deditus 631. augures majores natu, aliis prælati 641. augur publicus 691. Romæ augures, post legem Domitiani, creati comitiis populi tributis *ibid.*

Augurales tabulæ ad notanda petita ex avibus signa 626. augurales libri apud Græcos & Romanos 628. 629. Prometheus auguralis artis inventor a Græcis habitus 630. eadem ars apud Arabas, Syros, Chaldæos pridem ante Græcos recepta 630. 631. apud Phrygas itidem 631. e Phœnicia ac Syria ars in Græciæ partem, ubi Thebæ, primum delata, ac inde de Tiresia primo Græcorum augure, seu illius artis inventore, narratio *ibid.*

Augurium Deorum voluntas per consultationem avium 624. Auguria e συμβόλοις seu διοσημείοις, occursu, fulgure, tonitru &c. 625. Augurii sedes, auguraculum 626. Auguria e volatu certarum avium, corvo & columba ex Arca Noæ emissis, orta 630. similia auguria e columba, & aliunde petita *ibid.*

Auguria capta ex alarum motu, clangore, an lenis, vel turbidus 633. 634. 636. plangentium & stridentium alarum infaustum augurium 634. auspicatæ aves, ingentibus alis patulæ & exporrectæ 634. 635. ordine & gregatim, non inordinate procedentes 634. auguria capta ex alarum colore, albus an niger 635. a dextra, aut a sinistra *ibid.* a dextra volatus, quandoque sinistrum augurium, & a sinistra faustum 635. idem ales, si sinister boni augurii, si dexter, mali habitus; aut vice versa *ibid.* diversa Arabum & Græcorum ea de re traditio *ibid.* item Græcorum & Romanorum 696.

Augustæ sub Cereris simulacro depictæ 657.

Aurora consiliis principum apta 39.

B.

B ab Æolibus & Cretensibus inseri solitum, ut σιδη, σίδδη, ἔα, ἔθα, &c. 561. 600.

Babylonia *vallis salium* dicta 12.

Bacchus Λικνίτης unde dictus 18. 732. de mystica ejus vanno *ibid.*

Bacchus Cereris adsessor dictus 704. 705. communis utriusque cultus 705. aratri & sationis inventor *ibid.* in Eleusiniis a choro initiatorum invocatus *ibid.* corona ejus spicea apud Achæos *ibid.*

Bactra, Bactrii, Bactriani, de Persarum ac Parthorum regnis ac populis apud Poetas Græcos & Latinos 155.

Baltei e quibus enses appensi 438.

Battus duce Apolline Cyrenarum conditor 85. mutus antea, viso leone linguæ usum recuperat *ibid.* blæsus tantum juxta alios *ibid.* signatus in nummis Cyrenarum 86. 94. idem Aristoteles dictus 93. 94.

Belli Trojani monumenta studiose adservata, equus ligneus, instrumenta, quibus ille fabricatus,

Diomedis clypeus, Achillis hasta &c. 285.
Berecyntius tractus prope Nysam ac Tralles 298. mons Berecyntius prope Marsyam Phrygiæ fluvium 299. inde *Berecyntia mater*, & *Berecyntia tibia ibid.* Berecyntii de Phrygibus dicti *ibid.*
Βοηδρόμια Athenienſium feſtum unde ortum 88. 89.
Bonæ Deæ ſacra apud Romanos publica, viris tamen inacceſſa 601.
Boreas Thracius 213. 214. 266. ſpecus ejus in Thracia 366. Boreæ ſacra apud Arcadas, Thurios, Athenienſes 345.
Boreas & Boreadæ ab eo progeniti, Principes Hyperboreorum 505. Boreas dictus ab Hyperboreis Saturnus, a quo Borei ejus ſucceſſores *ibid.*
Boſporus unde dictus 303. ejus imago apud Philoſtratum *ibid.* omnia anguſta freta eo nomine dicta *ib.*
Boves ſilveſtres & feri, bubalus, biſon, & bonaſus 239. cornupeta quempiam occidens, cum ejus domino, ſi is de eo monitus, interimendus *ibid.*
Briareus ſeu Ægeon 425.
Britomartis tam de Nympha, quam de Diana Cretenſi, ac unde dicta 238.
Βριζώ, ſomniorum Dea in Delo culta 519.
Bura ſeu Buris, urbs Achaiæ a mari remotior 403. 405. eadem Dexameni Centauri *boarium* dicta *ibid.* terræ motu ſubverſa 404. 405. *Hercules Boraicus* in illius urbis nummis 406.

C.

Cairatus Cretæ fluvius prope Cnoſſum 160.
Calathus in ſacris Cereris tam Eleuſiniis, quam Theſmophoriis 651. albis equis vectus 651. 720. 721. Cereris, Iſidis, & Cybeles capitibus impoſitus in antiquis nummis *ibid.* cur Calathum in Cereali pompa vectum e ſublimi loco nefas eſſet conſpicere 658. eadem calathi pompa circa veſperam procedere ſolita 664. alii calathi cum lanæ velleribus, a textricibus virginibus ad Minervam ταλασιουργὸν delati 652. 653. iidem calathi ſeu calathiſci Parcis, lanificis Deabus, tributi 653. calathiſci inde in mundo muliebri *ibid.*
Calcei venatorum quales 141. 142. iidem Cretenſes *ibid.*
Calculi fatidici 75.
Callichorus Atticæ puteus 675. 676. item fluvius Paphlagoniæ 675.
Callimachi Αἴτια, Hecale 111. βραχυλογίας ſtudioſus 118. poema de Latonæ nuptiis 230.
Calydon, urbs Ætolorum primaria 279.
Camini Siculi, Lemnii, Vulcani aut Cyclopum 171.
Campi a fluviis eos adluentibus & pinguefacientibus, ut *Mæandri, Cayſtri* &c. denominati 304.
Canace Æoli filia, & hinc *Æolis* dicta 713.
Canephoræ virgines caniſtra frugibus &c. plena in ſacris Cereris & Bacchi ferentes 732. 733. e nobiliſſimis apud Athenienſes delectæ 733. 734. umbellæ iiſdem a pediſſequis prælatæ *ibid.* a ciſtiferis diverſæ 732.
Canes Dianæ venatici veloces 148. iidem infra Dianam in ejus nummis 456. 457. eorundem arrectæ aures 457. iis in eſcam datæ diſſectæ lyncis carnes 190. non panis

panis tantum, aut ossa contusa 191. color plane albus, aut plane niger, in iis reprehensus *ibid.* candidi tamen venatici canes laudati 192. iidem auriti seu cum flaccidis & pendulis auribus 192. iidem maculosi 194. 195. optimi, similes tigribus aut pardis 191. cum leonibus commissi 194. 195. vento velociores 195. 196. ἀλωπεκίδες Laconici, canibus & vulpibus prognati 196. veloces Laconici 196. 197. canum vigil & fidelis custodia 456.

Caninus appetitus 701. morbus inde, & ejus adfectus 703. 704.

Canis de heliuone Erisichtone 701. harpyæ, Jovis canes dictæ *ibid.* item aquilæ *ibid.*

Canistra frugibus plena prælata in pompis Cerealibus 732. 733. canistra aurea 733. 734.

Canos radere aut tingere soliti veteres 57.

Carpenti honor consecratis Cæsaribus, vel eorum matribus, conjugibus, aut liberis a Romanis concessus 721. id in antiquis nummis obvium *ibid.*

Castores per duas stellas, duosque pileos in nummis adumbrati 556. 557. quæ ejus rei ratio *ibid.* iidem navigantibus salutares 557. ut equorum domitores in aliis nummis depicti 558. agonum præsides & inde Ἀγώνιοι, Ἐναγώνιοι &c. appellati 558. 559.

Catomidiare, pro scapulas verberare 694.

Cayster fluvius Lydiæ in nummis Ephesi & Hypæparum 305. 306. fontes ejus in Cilbianis jugis haud procul Sardibus *ibid.* Caystri campus & prata in eo tractu 304. 306. 307. *Caystri Gygæi* cur apud Propertium dicatur 305. 306. 307.

Cellæ peculiares variarum Græcarum urbium in æde Delphica, in quibus recondita donaria 67. 68.

Centauri Hylœus & Rhœcus ab Atalanta interfecti 278. a Baccho, juxta Virgilium 279.

Cereris Sacerdotes Μέλισσαι, antea Μητροκτόλοι dictæ 116. item ἱεροφάντιδες *ibid.*

Ceres Ἰκλὼ & unde dicta 649. a messoribus & agricolis post congestas fruges in agris celebrari solita 649. 655. 723. in Cererem hymni Οὖλοι, Ἴκλοι, Δημητρείκλοι, & Καλλίκλοι dicti 649.

Ceres a latis legibus Θεσμοφόρος, & *Legifera* dicta 650. 677. alia ratio ejus nominis tradita, & Romæ in ejus æde incisæ Romanorum leges 678. *Magna Dea Thesmophoros* in antiquo lapide dicta 722. mysteriorum religio ab eadem inducta 650. *Eleusinia* & *Thesmophoria*, ac postrema non Athenis solum acta *ibid.* Cereris festa ex Ægypto in Græciam illata *ibid.*

Ceres calathum gestans in antiquis nummis & marmoribus 651. eadem calatho insidens, vel cum calatho ad ejus pedes in aliis monumentis 652. per Cererem & Proserpinam, an a solis mulieribus juratum 655. Ceres deducta a nonnullis a voce χαίρω, ac inde χαρὰ gaudium *ibid.*

Ceres *Frugifera*, Græca ejus nomina πολυκάρπος, πολύσταχυς &c. 655. 723. spicea ejus corona, modius spicæ præ manibus in antiquis nummis 656. Cereris Σῖτες seu *Frumentariæ* in Sicilia fanum 657. χαμεύνης Cereris fanum in Elide 658. nocturna Cereris sacra 664. jejuna & non

pota ad vesperum Ceres 665. quo casu aut facto exhilarata & pista *ibid.*

Ceres bigis serpentum cum accensis facibus vecta filiam quærens, in antiquis nummis 665. mœstus ejusdem & lugentis habitus in antiquo marmore 666. in Cereris sacris nefas lugere apud Romanos 677. Cerealium hilaria, & Cereales cœnæ, de lautis, & ubi plura fercula *ibid.*

Ceres Ἀχαιὰ, & unde dicta 674. Ἀχαΐνης panis in ejus festo dicto Μεγαλάρτια 672. 673. Ceres culta in Triopo Cnidi oppido 685. Ceres haud delectata coronis floreis 693. ejus cum fame dissidium 719.

Ceres Hennensis *vide* Henna. *Ceres Antiqua* & *Ceres Nova* in antiquis monumentis 738. 739. Δηὼ de Cerere, & hinc Proserpina, Ovidio *Deois* 739. 740. *Nova* seu *junior Ceres*, elogium Augustarum in antiquis monumentis *ibid.* Cereris & Proserpinæ communes appellationes, & quales 719. 740. ambigua earundem Dearum signa 740. alias *binomines* dictæ *ibid.*

Ceres late Regina & Domina dicta 722. felicis anni proventus parens, & Εὐστηρία inde dicta in veteri lapide 723. Ceres χλόη *ibid.* eadem ariete culta *ibid.* totius anni munera ei sacra 723. 724. singulis anni temporibus invocari solita, ejusque rei symbola in antiquis nummis 724. 725. Ceres Σώτειρα in nummis dicta 740. Cereri sacrata apud Romanos eorum bona, qui Tribunos plebis violaverant 742.

Cereris Ἰμαλίδος signum apud Siculos 744. Cereri commissa armentorum seu pecorum cura 746. 747. *ovifera* inde eadem dicta *ibid.* mater omnium stirpium & animalium 747. hinc de ovinis carnibus dicta 748.

Ceres Ἀμαῖα seu messis Dea, cum ante arationem ac sationem frugum, tum ante messem ab agricolis invocata 747. item post comportatas fruges *ibid.* hinc Ceres, non de segete solum demessa, sed de *alimento* dicta 747. 748. *magna regina Dearum*, & *omnium Altrix* & *Mater* invocata 751. 752. Ceres princeps omnium sacrorum, quæ apud omnes gentes Tullio dicta 752.

Cervæ cornutæ Telephi vel Herculis 203. aliæ 204. cervi Dianæ sacri & quare 208. cervorum venatio in fluviis 209. cervi Dianæ in cœlo 295.

Chalciope Herois Coi, Thessali aut Eurypyli mater 430. ejus antrum in Insula Coo *ibid.*

Chironis centauri habitatio in Delii montis jugo 409.

Chordæ an de tibiis etiam dictæ 469. 470. 471. 473. Juvenalis ea de re locus, & *cum tibicine chordæ*, expensus 474. 475. 476. chordæ in cithara, unde συγχορδα κρούειν &c. 473. chordæ septem citharæ, singulæ suis nominibus distinctæ, & singulis planetis attributæ 469. chordæ interdum de tuborum ordinibus in hydraulicis organis, unde diversi soni oriuntur 475.

Choreæ ad rhythmum, seu cum manuum & pedum plausu 53. 292. 313. in orbem ad aras, ejus rei vestigia in veteri Testamento 312. ante dissectas victimæ partes peractæ *ibid.* choreæ ad citharam 513. Deliorum etiam ad tibiam

biam *ibid.* triſtes ſine cithara *ibid.* Athenis in honorem Apollinis Delii 515.
Chori puerorum ſaltantium & canentium ad aram Apollinis 52. 55. chori aliis ἀνδρικοὶ, *viriles*, alii παιδικοὶ *pueriles ibid.* item ſenum 53. 311. chori virginum circulares in Dianæ aliorumque numinum ſacris 246. 292. Athenienſium inſanum in choris inſtruendis ſtudium 312.
Cirrha de Delphis 437.
Ciſtæ in quibus occultata Cereris ſacra, & quæ nefas erat videre 658.
Cithara muta aut garrula, ſeu cum addito cantu 54. 55. cithara & chelys quandoque diſtinctæ 58. citharæ Apollinis ſeptem chordæ ac unde 466. 468. earum nomina apud Græcos. *vide* Chordæ; perfecta cum ſeptem chordis, juxta ſeptem cœleſtium ſphærarum motus 468. lino uſi olim in cithara, chordarum loco 466. 467. cithara cum tribus chordis in urbe Aſia ad Tmolum reperta 467. Ασιὰς inde eadem dicta 467. 468.
Cithara ex inſtrumentis, quæ fidibus tenduntur, non inflantur 467. 468. plures chordæ quam ſeptem in citharam a Terpandro inductæ 468. cithara cum plectro & ſine plectro digitis pulſata 470. cithara, rejecta tibia, a Platone retenta 471. 472. cithara & pſalterium a Jubale reperta 475.
Citharæ cum tribus, quatuor, & ſeptem chordis in antiquis nummis ibi vulgatis 476. cithara *hymnorum mater* appellata 509.
Cithariſtarum & citharœdorum diſcrimen 55.
Claves ædium geſtare, proprium olim famularum 694. clavigeræ Junonis, Dianæ &c. Sacerdotes *ibid.* claves illæ *ſacræ* dictæ, & ab humeris earum pendulæ 695.
Clypei Diomedis, Danai, Pyrrhi, Argis, Minervæ, Junoni & Cereri ſacrati 569. 570. Ariſtomenis a Meſſeniis 570. clypeus a duobus Argivis Regibus inventus *ibid.* clypei Argivi celebrati, unde *clypeatus* Argivorum populus, & ἀσπιδηφόρος dictus *ibid.*
Clypeorum quaſſatio in ſaltatione armata 23. in Panathenæis 291. gladiorum ad clypeos adliſione 23. vel haſtarum, ad terrorem ciendum, & in plauſu militari 423. clypei circulares, unde κυκλωτὰς, ἐυκυκλος, ἄλως, *orbis*, de clypeo dicti 167. 426.
Clypeus ex Argis, de Junonis apud Argivos agone, & unde dictus 570. 571. 572. idem loco edito, & clavis valide adfixus 570. inde proverbio locus 571. *Junonis clypeus* idem appellatus 572.
Cnidus non urbs Theſſaliæ, ſed Cnidi conditor Theſſalus Triopas 682.
Cnoſſi in Creta Ceres culta, ut e nummis liquet 164.
Cæcitatis pœna ob profanum Deorum, aut ſimulacrorum conſpectum 605. 606. ob ingreſſum in Cereris templum 606. impiorum pœna in veteri Teſtamento *ibid.* eadem morte gravior 607. 608.
Cœlum animatum juxta priſcos Philoſophos 244.
Coloniæ conſulto Oraculo Delphico, & velut Diis ducibus, auſpicato conditæ 79. 80. 281. avibus ſubinde ducibus, aliisve animalibus 86.
Comæ primitiæ in Delo, Hyperboreis

boreis cum juvenibus tum virginibus dicari solitæ 507. Hippolyto a nupturis apud Troezenios *ibid.* Sponsarum detonsa coma apud Spartanos *ibid.*

Comæ cultus ad speculum 550. comam componere, discernere, discriminare 551. 552. coma fictitia 551. coma fibula circa collum nexa *ibid.* coma impexa gymnicis ac virilibus studiis deditorum 563. pectendæ & ornandæ comæ studium in viris improbatum 563. 564. compti tamen in prœliis Lacones 564.

Comæ operosus & multiplex ornatus 680. coma effusa, seu passa cæsaries *ibid.* comæ virginum revinctæ, seu simplici modo coercitæ 660. 661. virgineæ vittæ de iisdem *vide* Vittas: comam promittere, meretricum olim proprium 661. item mulierum & virginum in funere & luctu 662.

Concordia publica, imperii omnium ordinum, ac urbium inter se, signata in antiquis nummis 228. 741. nec vicinarum solum, sed dissitarum etiam urbium 741. Ephesi & Alexandriæ, non Troadis, sed Ægyptiæ *ibid.*

Consecratorum anima, non corpus *divinari* dicta 240. mortalis pars corporis consumpta & senium ei oblatum 240. 241.

Coos Insula *Merope* dicta, & unde 428. 429. etiam Triopis collis 429. ejus fertilitas, temperatus aer 431. eadem *Metropolis*, & *splendidissima* dicta *ibid.*

Corcyræorum hospitalitas 427. 428. in eorum nummis ΚΟΡΚΥΡΑ & ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, non Κέρκυρα, ut eadem vulgo in antiquis libris dicitur 428.

Corollæ aut rami e peculiaribus arboribus aut floribus Diis sacri 264.

Corpus cœleste, immateriali Deorum substantiæ cognatum 241.

Corsica secunda inter Insulas apud Callimachum posita 339. ab aliis sexta, aut octava *ibid.* a Diodoro laudata, ab aliis *barbara* dicta & *horrida ibid.* arboribus proceris ad fabricandas naves abundans *ibid.* cur dicta *Phœnissa*, item Κύρνος, dein Κυρνὶς seu Corsica 335. 336.

Corvus Apollini sacer, ac inter augurales aves 86. 632. dux coloniæ Cyrenas deductæ, hinc *faustus* dictus 88. corvus tripodum comes & boni ominis 633. crocitantium corvorum malum omen *ibid.*

Corybantum saltationes 22.

Corycium antrum in Cilicia croco præstantissima abundans, ac inde dictum 102.

Creïon mons Argolidos 574.

Creta eximiis plantis præ aliis regionibus ferax 689. eas e Creta advectas Romæ emebant myropolæ *ibid.* Cretæ albi montes 159. Creta cupressu abundans 160. & lentisco 265.

Creta, Jovis tumulus 754.

Cretenses mendaces ac unde dicti 6. Hinc κρητίζειν pro *fallere*, & κρητισμὸς *ibid.* Jovis sepulcro male jactabundi 6. 7.

Crissæus & Cirrhæus sinus, idem qui Corinthiacus 403. Crissæus campus, de loco Pythiorum 437.

Croceæ vestes seu croco tinctæ in Dionysiis Athenienſium &c. 100. 101. discrimen inter κρόκην *subtemen*, & κρόκον *crocum ibid.* croceum subtemen 101.

Crocus ad odores, olea, unde crocinum oleum 72. eo ad perfundendos capillos usi 71. *ibid.* crocus Cyrenaicus eximius 97. 98. crocus Coryčius in Cilicia præstantissimus 102. crocus e genere florum serotinorum 98. crocus unde dictus 99. eo Apollinis Delii ara repleta *ibid.* ad suffitus apud Hebræos adhibitus *ibid.* croci sparsio in Romanorum theatris 72. 99. croceus color, rubens 102. croci color, de sanguine *ibid.*

Crustumina pira qualia 683.

Curetes iidem qui Corybantes, & Poetis Κυρβαντες 21. an iidem *Curetes, Corybantes, Cabiri, Idæi Dactyli ibid.* confusa apud veteres eorum ratio, ac unde 21. 22. Idææ Matris πάρεδροι *ibid.* tres Curetes Jovis custodes 22. apud alios quatuor, aut plures *ibid.* & e sequiori etiam sexu *ibid.*

Currus Dianæ apud Ephesios sacer 533. idemque in nummis signatus *ibid.*

Cybele Almone fluvio apud Romanos & quo ritu lota 527. 529. eo lavacro recreari credita 529. eadem lucentibus tædis, & festo apparatu recepta 646.

Cyclades insularum maxime sacræ, & quare a Callimacho dictæ 322. 323. unde *Cycladum* iis nomen *ibid.* ex iis quædam viles, & exulum seu deportatorum receptacula 322. solemnes earum missi in Delum chori 316. 323. 508. *Cyclas* de omnibus *Cycladibus* dicta apud Senecam 323.

Cyclopum gigantea proceritas, & sedes in Sicilia 166. in montium verticibus habitare dicti *ibid.* μονόγλωνοι, seu *monoculi ibid.* unde Cyclopes dicti 169. 170. iidem fabrile opus urgentes 171. Cyclopes pueris terriculamento 175. eorum nomina, & numerus 175. 176. hirsuti Callimacho pectore depiles 181. eorum cibus 186.

Cydones & Cydonii in qua Cretæ parte 261. culta apud eos Diana Κυδωνιὰς & Dictynna 261. 263. 264.

Cygnorum cantus 50. 51.

Cyrenæ duce Batto, & præeunte corvo conditæ 85. 86 87. Cyrenarum ubertas, amœnitas, res prosperæ 107. urbs viris præstantibus ferax *ibid.* alendis equis & equestribus agonibus nobilitata *ibid. Flavia* in nummis dicta *ibid.*

Cyrenæi genere Lacones 531. deductæ a Cyrenæis coloniæ 92. Cyrenaica quando Ægypto subjecta 87. sub Romanis, non Ægypto, sed Cretæ, seu illius Rectori, addita 87. 88.

Cyrene Nympha venatrix, Hypsei Lapitharum Regis filia 105. cum leone sola & sine armis luctans *ibid.* hinc λεοντοφόνος dicta *ibid.*

D.

Δ & ζ confusa, δόρξ ξόρξ, δάπεδον, ζάπεδον, Δφεδάλειν & ζαεδάλειν &c. 200.

Danai & Danaidæ de Argivis dicti & *Danaica arva* pro Argolide 648.

Davidis cum Bethsaba historia adumbrata in fabula de Jove & Proserpina 589. 590.

Decimæ non e Judæa solum, sed earum loco pecuniæ undique a Judæis in usum templi & sacrorum Hierosolymas missæ 485.

486, decimæ Athenis Minervæ, alibi Dianæ adſignatæ *ibid.*
Delphica Pythias 396. Δελφὶς Arx ſeu rupes Delphica, ἄκρα, Δελφὶς πέτρα 396. 437. Delphici Oraculi ſedes primo Νάπη, dein πετρήσσα, poſt κοίλη, tum πυθὼ dicta 108.
Delphis feſtum nono quoque anno celebratum, dictum Σεπτήριον 109.
Delus in medio Cycladum ſita, & inde *Cyclas* dicta 321. 322. 447. & Εσία 523. *ſacra* etiam proprie appellata, ac unde 320. nec mori, nec mulierem parere, aut mortuum in Delo ſepelire vel cremare licitum 320. 321. ob natum in ea Apollinem Θεωρίαις, primitiis, choris, ludis, quinquennali agone, hymnis frequentata 316. 319. 485. 486. idem agon ΔΗΛΙΑ dicitur, magno Jonum aliorumque concurſu celebratus 317. 318. 323. Deli primatus præ aliis Inſulis 323. 324. 331. 332. Muſici agones & chori in Delo 487. 488.
Delus Apollinis nutrix, & ejus in ea Oraculum 321. uno Apollinis præſidio tuta 341. 342. muris aut turribus non cincta 341. aliis etiam Numinibus ſacra 342. Dii ac Deæ *Delii* & *Deliæ ibid.* eadem Delus *Aſteria*, *Ortygia*, *Cynthus*, *Agathuſa* prius dicta 351. 352. 353. 447. item *Pyrpole*, & inde explicandus Callimachus 447. 448. item Σκυθιὰς, ac unde dicta 504. an *Anaphe* etiam dicta 362.
Delus Inſula prius errans & mobilis, dein ſtabilis poſt Latonæ partum 363. 484. immota dein & inconcuſſa 326. bis tantum commota, & quando *ibid.* Athenienſibus a Romanis conceſſa 517. Novæ Athenæ in Delo, Athenarum colonia 482. 483. ſacræ Athenienſium in eandem Θεωρίαι 485. 486. Δηλιασταὶ, Athenienſium miſſi in Delum Θεωροὶ 515. Θεωρὶς dicta navis, quæ eos in Delum deferret 514. 515. Delii inſula excedere juſſi in Achajam tranſmigrarunt *ibid.* lis inde de Deliis inter Achæos & Athenienſes, pro Deliis & Achæis Romæ deciſa *ibid.* a Mithridatis ducibus vaſtata, urbs ſolo æquata 332. 348. inops dein & deſerta ferme 346.
Delus commune Græcorum ærarium & emporium 517. 519. a mercaturam facientibus undique frequentata 519. conventus Tyriorum Mercatorum & Naucleroum in Delo *ibid.* Delus arida & ſaxoſa 482. Delia rupes *ibid.* fertiles tamen ejus valles 483. *Delium* ſeu Apollinis Delii in Delo fanum 343. turribus & propugnaculis poſtea munitum *ibid.*
Demetria, ſeu Cerealia Nicomediæ acta, deque iis explicandus antiquus eorum nummus 758.
Dexamenus Centaurus ex Oenei poſteris 406. Oleni Rex, & Deianiræ juxta alios, aut Hippodamiæ parens *ibid.*
Diana in nummis 110. hymni in eam dicti Ὀρτύγιοι 3. 121. apud Laconas καλαμοῖδες 121. choris & choreis delectata 122. quales eſſent virginum in ejus honorem choreæ 124. ejus in humanum genus beneficia *ibid.* leporum & cervorum venatrix 122. 123. 124. Dianæ theſauris pro lepore capto duo oboli inferendi 124.
Dianæ promiſſæ ex voto & oblatæ præ-

prædæ venaticæ primitiæ 204. 205. 206. hinc Dianæ ſacella & ſimulacra in campis & ſilvis 205. Dianæ venatricis & gradientis ſimulacra 206 207. bijugibus cervis vulgo in nummis vecta 207. Dianæ fanis cornua cervorum adfigi ſolita 213.

Diana dicta ΣΩΤΕΙΡΑ in nummis 121. 226. alibi Ἔυκλεια, Ἐυπατέρεια *ibid.* *virgo* ἀδμὴς, indomita 126. Dianæ Epheſiæ templum virginibus patens 127. caſtrati ejus ſacerdotes *ibid.* *Sancta* & *Mater* etiam dicta in antiquis lapidibus 128. eadem πολυώνυμος 129. varia nomina ei indita, ac unde 130. in Græcis & Romanis nummis *ibid.* INVICTA & PHARETRATA in nummis & lapidibus dicta *ibid.*

Dianæ ſuccinctæ & venatricis habitus in antiquis ejus ſimulacris 133. 134. 273. virgata ſeu cum lanciolis ejus veſtis 137. Αργοτέρα, Θηροκτόνος dicta 138. calcei ejus venatorii 142. 144. Ελαφηβόλος, & feſtum ejus Ελαφηβόλια 144. *montana*, ſeu montium cuſtos, & quare 145. 146. 147. montibus gaudens, ut Taygeto &c. 257. eadem urbium cuſtos 146. ut tutelaris loci Dea ſignata in variis urbium & populorum nummis 152.

Diana Lucina ſeu Λοχία, Ειλείθυια 148. OPIFERA in nummis & lapidibus dicta 148. 268. item LUCIFERA ſeu Δαδοῦχος, cum duabus tædis, & quare 131. 132. 215. 216. 270. Diana & Parcæ a nupturis virginibus placari ſolitæ 507. Dianæ juvenca immolata *ibid.* caniſtra frugum a maturis viro virginibus in ejus honorem circumlata 507.

Diana *Epheſia* variis in locis culta 153. ejus ſimulacrum ab Amazonibus erectum 289. 290. ſub trunco fagi 290. e cedro vel ebeno, vel vite fabricatum 291.

Diana *Pergæa* ac ejus Ædes in nummis 153. 156. item *Perſica* in nummo Hierocæſareæ in Lydia, ac unde dicta 153. 154. Dea *Tmolia* 154. Dianæ frequens cultus in tractu Myſiæ, Lydiæ, Cariæ 217.

Dianæ *Nemorenſis* luci Ariciæ, Epheſi, &c. 156. Diana in triviis culta, eaque προπυλαία, προθυριδία, Εκαταία 157. Dianæ Ηγεμόνης, & unde apud Mileſios cultus 282. Χησιὰς, Ἰμβρασίη, unde eadem dicta 282. 283.

Dianæ & Junoni communia 283. 284. Κορία apud Arcadas culta 287. Dianæ ac Minervæ apud Poetas communia *ibid.* Ημέρη ſeu Ημερασίη, ob curatas ab inſania Protei filias, appellata 288.

Diana portuum cuſtos, Munichia 158. 309. inde in pluribus maritimarum urbium nummis ſignata *ibid.* Diana πολύμαστος, & quare in antiquis ejus ſimulacris 226. *ſacra* dicta ejus prata, & pecora inter paſcendum pinguiora 245.

Dianæ & Apollinis juncta fana, ſimulacra 246. nomina communia, *Claria*, *Cynthia*, *Delia* *ibid.* Ταυροπόλος, tauro vecta in nummis 255. in nummo ſupra taurum proſtratum erecta 213.

Dianæ natalis an in Delo, & gemello partu cum Apolline 476. 477. 478. juxta alios non Latonæ, ſed Cereris filia, ac in Ægypto nata *ibid.* eaque e Baccho & Iſide *ibid.* Diana *Delia* in nummis 487.

Diau-

Diaulos, duplex ſtadium, ſeu ſtadii curſus & recurſus 552. 553. 555. hinc de itu ac reditu, & de reciproco fluctuum æſtu, ac de anguſtis locis dictus 552. 553. diaulos, longitudinis 600. cubitorum 554. idem curſus, tam equeſtris, quam pedeſtris 552. diaulos Olympiacus, 1200. pedum Herculaneorum 554. diaulos Pythicus, pedum 2000. apud Cenſorinum, ni locus ibi corruptus *ibid.*

Dictynna cum Dianæ Nympha, tum ipſa Diana 262. proprium Dianæ apud Cretenſes nomen 270. 271. non a Dictæo Cretæ monte 261. a Samiis ad Cydonios Cretenſes translatus ejus cultus 271. a Cydoniis culta, & inde Κυδωνιὰς etiam dicta *ibid.* item apud Polyrrhenios Cretenſes, & alibi 261. 271. cælata, eaque venatrix in Cretenſium nummis 270. 271.

Dictynnæus mons Cretæ in occidua ejus parte 256. 263. a Dictæo, qui in Orientali illius latere diverſus *ibid.* ad priorem montem Dictynnæum urbs Dictynna & fanum *ibid.*

Dii *magni*, *maximi* in antiquis monumentis 4. 31. ſenii & mortis expertes 7. Dii *minores*, *parvi*, *minuti* dicti 30. 31. Θεοὶ Σωτῆρες, Θεοὶ Ἀδελφοὶ 34. 308. Dii Cuſtodes, Tutelares, Inſpectores, Ἐπόψιοι 35. 36. 308. vigiles 35. eorum in operando velocitas 38. ſimul cum dicto quæ velint perficiunt *ibid.*

Dii niſi volentes ab hominibus non conſpecti 53. impiis etſi præſentes non conſpicui 53. 54. aut graves iiſdem ac formidandi 53. 454. 586. 614. Dei inopinatus occurſus infauſtus 610. Dii nec ab ignotis etiam & invitis abſque inſigni eorum damno, conſpecti 592. 602. 603. 604. 605. pœnæ, quibus tales adfecti *ibid.* & 614. hauſta e ſimilibus exemplis in veteri Fœdere 393. 614. quid Gentilium Theologi, fabellis de pœnis, ob profanum Deorum adſpectum illatis, adumbrari voluerint 413. Hæreticorum inde effata 614.

Diis apparentibus laurus, limen templi &c. tremere dicta 48. hominum trepidatio & metus 610. 614. niſi ſint ad id prius rite præparati 611. Deorum Epiphaniæ tum ſalutares, & Dii *Præſentes* ac *Præſentiſſimi* dicti in monumentis antiquis 56. 601. iidem cum rite purgatis converſari demum ſoliti 611. quandoque citra Numinis *ipſius* adſpectum 611. 612. Dii quomodo fierent hominibus manifeſti 612. 613. idque præviis corporis animæque purificationibus 630. Dii cum gaudio ſacris ſuis interſunt 655.

Dii invidiæ expertes 112. φθόνῳ tamen quandoque de iis dictus 113. Deorum inextinguibilis riſus 234. lacrymæ & riſus Deos dedecent *ibid.* quid lacrymæ, quid riſus eorum notent 235. a Diis immiſſa patienter ferenda 606. 607. de Deorum benevolentia vel odio, an e proſperis vel adverſis ſtatuendum 607. Dii placati & propitii 225. 226. Θεοὶ Μειλίχιοι 226. Diis offerri ſolita, quæ maxime iis accepta credebantur.

Dii modo barbati, modo imberbes in eorum ſimulacris 150. Deorum πολυωνυμία in nummis, & inſcriptionibus antiquis 91. Dii Mú-

Μύχιοι, οἱ ἴδιον θεοὶ, Dii *Penates*, *Penetrales* 176. 710. urbium *Custodes*, *Patrii*, *Tutelares* dicti 308. Dii & Deæ *Reges*, *Reginæ* Ἄναχτες, βασιλεῖς, & eorum imperium παμβασιλεια dictum 309. 588. 751. 752. Dii πεδιονόμοι, seu *Pagani* 590. 591. Ἄκροιοι in arcibus culti 591. Deorum ambitio coli in locis a se maxime remotis 285.

Dii invocati, ut bona largiantur, vel ut mala avertant, unde duæ eorum classes 607. Dii omnes natura benefici, nulli malefici 687. iracsci tamen dicti *ibid.* Deorum luce privati ad prava consilia delabuntur *ibid.*

Diomedes Argivus & Argivorum ad Trojam dux 569. ejus statua Delphos missa *ibid.* Diis a Minerva adscriptus, & pro Deo in Magna Græcia cultus *ibid.* ejus clypeus Minervæ ab Argivis sacratus & cum illius Deæ simulacro, Inacho fluvio ablutus *ibid.* Palladium ab eo ex Ilio advectum *vide* Palladium.

Diomedes cum abducto Trojano Palladio in antiquis gemmis 757.

Dionysia cum Eleusiniis non confundenda 708. de Dionysiis Athenienſium alibi actum *ibid.*

Dioscuria, Castorum festum apud Laconas 559. signata eadem in nummo Laodicenſium *ibid.*

Discalceatæ Cereris sacerdotes 728. a discalceatis juxta Pythagoram sacrificandum *ibid.* discalceati pueri apud Spartanos, alibi adstrictioris vitæ homines, ut Socrates &c. *ibid.* viris id, non feminis juxta Clementem, convenire *ibid.* *nudipedalia* quando adhibita *vide* nudipedalia: an discalceati templum adire & sacra facere tenerentur Hebræorum sacerdotes 730. die magni jejunii seu *cippurim* universis Judæis calcei ex corio vetiti, linei vel lanei socci juxta Talmudicos liciti *ibid.*

Dodonæi ad quos missa Hyperboreorum sacra in Delum deferenda 496. in extrema Græciæ parte barbaris finitimi *ibid.* Pelasgi Dodonæi 496. 497. Dodonæ nominis haud una origo tradita 497. Dodon fluvius *ibid.* Dodonæum æs, Dodonæi lebetes 498. 499. idem æs Dodonæum cum Thesprotio lebete *ibid.*

Dolichus currus 555.

Dotium modo Macedoniæ, modo Magnesiæ Thessaliæ tribuitur 682. Dotius campus Bœbeïdi paludi proximus *ibid.* in quo Æsculapius e Coronide natus 682. 683.

E.

Echinades Insulæ, an cum portu navium stationi opportuno 427.

Electra, drama Euripidi haud abjudicandum 363.

Eleusinia non a viris solum, excluſis mulieribus, peracta 654. umbella tectæ ad ea tendentes mulieres *ibid.* meretrices ab iis excluſæ *ibid.* castimonia in iis præscripta *ibid.* multa inter Eleusinia & Thesmophoria communia 680. Eleusinia sacra non licuit divulgare 694. bigis feminas ad Eleusinia vehi vetitum 722. albis bigis ad eadem vecta quædam matrona *ibid.*

Ellipsis præpositionum Poetis Græcis familiaris 544.

Ἑλώτια Cretenſium, feſtum Europæ ſacrum 266.
Enſes longiores & graviores Barbarorum, quam Græcorum 435. *enſigeri* dicti, Aſiatici in Xerxis exercitu *ibid.* equitum Romanorum enſes ab humeris penduli 439.
Epaphus Jus filius, πόρτις ab Æſchylo dictus 304.
Epicurus Solis, Lunæ, & aliorum ſiderum lumina exſtincta iri credidit 218. 219.
Epirus optimis paſcuis ac bobus ferax 253.
Equæ apud Luſitanos e vento dictæ concipere 196.
Equi Minervæ apud Argivos ſacri 533. victores in Circenſibus, & eorum nomina 716. coronati victores in Græcorum agonibus *ibid.*
Eryſichton Triopæ filius 687. a malo dæmone impulſus, lucum Cereris apud Dotium exſcindit 686. 691. helluo, & in epulis aſſiduus 70. 698. inexplebilis fames ei in pœnam a Cerere immiſſa 701. 702. 703. e dira ejus fame & voracitate, illius tabes & emaciatum corpus 713. equos & feles vorans 716. paternam domum exhaurit 717. buccellas panis in triviis corrogat. *ibid.* item rejectaneas menſæ ſordes *ibid.*
Eteobutadæ, e Butæ apud Athenienſes progenie 568. ex iis dilecti ſacerdotes umbellam in Σκίροις Minervæ feſto geſtabant *ibid.*
Eubœa *Abantis*, ſeu *Abantias* dicta 326. item *Macris ibid. Eubœa* & *Atalantia* a frequentibus & pinguibus paſcuis appellata *ibid.* nummi ejus cum bovino capite *ibid.* Eubœa Athenienſibus olim ſubjecta 501. Athenienſium in ea coloniæ *ibid.*
Euboicæ Vulcani incudes 164. repertæ, ubi fabriles officinæ *ibid.*
Eumedes Minervæ apud Argivos ſacerdos 572. alius Eumedes ex Hippocoontis filiis *ibid.*
Euphrates, limes Imperii Romani ſub Auguſto 113. dictus Parthiæ fluvius, item *Perſicus*, *Aſſyrius*, *Medus* 114. fons ejus in Armenia non in Perſide juxta Lucanum 113. fluvius καθ' ἑξοχὴν & *flumen magnum* dictus 114. item *Phoras* & ἄνθος, vel ὄνθος *ibid.* copioſus ejus limus, ac unde *ibid.*
Eurypylus Herculis & Chalciopes filius 430. Coorum Rex *ibid.* ΕΥΡΥΠΥΛΟΣ ΗΡΟΣ in veteri Pergamenorum nummo, de Telephi filio *ibid.*
Exhalationes in Lunæ concavitate dari juxta Heraclitum 218.
Exuviæ ferarum olim priſcis Heroibus & venatoribus pro humeri tegmine 274.

F.

Φαλίδες dictæ Argivorum ſacerdotes 569.
Fames vehemens, morbus 703. adfectus ejus 704. & quidem tabes, virium defectio 713. rabies dicta 714.
Fatis victricibus in nummis Diocletiani & Maximiani 431.
Feles in urbibus obſeſſis & fame preſſis comeſti 716. a Bœotis inter edulia ad forum delati *ibid.*
Feſta veterum quæ cum riſu & ſcommatibus peracta 521. 522. quædam cum luctu, ut *Adonia* &c. 522. & apud Ægyptios *ibid.*

lugu-

lugubria sacra malis tantum Geniis convenire dicta *ibid.* in Hebræorum festis flere prohibitum *ibid.*

Fibula in chlamyde circa humerum dextrum nexa 64. fibulæ humerales *ibid.* aliæ, quæ vestem & pectus stringerent *ibid.* aureæ fibulæ ditiorum mulierum *ibid.* eædem a Regum Syriæ propinquis gestatæ, ac inde muneris loco a Regibus illis missæ 65. fibularum circa humeros & circa pectus apud Græcos discrimen 599.

Fistula μονοκάλαμος 293. inductis in Pythia tibiis, retenta *ibid.* ejus tenuis sonus præ tibiis 293. 294.

Flagellorum usus in quibusdam Gentilium sacris 520.

Flagrorum usus in agonem Spartanorum, ac unde illi nomen, usitatus, item apud Aleenses Arcadas 755.

Flaminicæ alicujus provincia in antiquis lapidibus 692.

Flamma a Jove distillans, symbolum ignis a Deo supra altare Aaronis immissi 220.

Flores, veris liberi dicti 97.

Fluvii cur *sacri* apud veteres dicti 117. 118. 673. item *perennes* 673. barbati majores fluvii in nummis 413. neque ii tantum, qui in mare delabuntur *ibid.* quandoque sub formosi pueri habitu depicti ut *Acragas, Hypsas, Melas ib.*

Frictiones athletarum in gymnasiis ante & post exercitia 559. 562. eædem e simplici oleo, non mixto 560. aliquando ex aqua cum oleo, quod lassitudinibus conduceret *ibid.* aliæ cum copioso, aliæ cum exiguo, aliæ sine oleo 563.

Fucus ad pigmenta adhibitus, an nativus, an fictitius 446. 447. idem tinctorius ex aqua marina, eaque Cretica 446. de quovis pigmento dictus 447.

Fulminis ignea & tenuissima mixtura 119.

Furiarum sacra non semper ἄπυρα 615. 616.

G.

Galatarum seu Γαλατῶν nomen, ante Callimachum non legitur 439. Galatæ amentes ac insipientes 439. 440. acuti, solertes & ad capessendas disciplinas dociles, juxta Themistium 440.

Gallorum enses graves præ ensibus Græcorum aut Romanorum 425. cæsim tantum ferientes *ibid.* Gallorum immensa corpora 436. Galli ensigeri 438. oblonga eorum scuta 439. Galli ad Delphos non uno cladis genere prostrati 440. scuta eorum in æde Delphica adpensa *ibid.* Galli ad Delum cæsi, an iidem cum Gallis, qui Brenno duce Græciam vastarunt 441. 442.

Geræstium, Eubœæ promontorium 445.

Gigantes ac terrigenæ dicti in Deos impii, ac furentes 688.

Grandines frugibus a Dæmonibus immissæ 223.

Gratiarum pepli a Cupidine furto subrepti 599.

Gygæa palus in Lydia 307. Gygæus Caystrus 305. 306. 307.

H.

Hamadryades nymphæ dictæ, tanquam quercubus aliisve silvestribus arboribus coævæ 377. 378.

He-

Helena, Adraſtea, & Rhamnuſia de Nemeſi 286.

Helice Achajæ urbs, non Bœotiæ 403. maritima ac Neptuno *Heliconio* ab eo dicto ſacra 403. 404. antiqua Jonum in Peloponneſo ſedes 404. ob violatos in Neptuni æde ſupplices, ejuſdem ira abſorpta *ibid.* & quidem terræ motu dicto χασματίᾳ *ibid.* idque ante pugnam Leuctricam 405.

Henna Siciliæ umbilicus, non Atticæ pagus 674. 686. Cereris Hennenſis fano & cultu nobilitata 684. 685. 686. eadem in illius urbis nummis ſignata *ibid.* in iiſdem crater ignem eructans, & violæ flos quid notent 674. 675. legatio Romanorum in eam urbem, ad placandam Cererem 675.

Hercules e lato & toroſo pectore agnitus 182. προπύλαιος, *comes omnium Deorum* dictus in antiquis lapidibus 233. ejus voracitas, ebrietas, crater 234. 242. 243. Βοηλάτης dictus 236. ejus cum tauro Cnoſſio certamen *ibid.* ſupra Oetam montem, & ſub quercu combuſtus 241. e Diis Communibus *ibid.* πρῶτος Αγωνιστὴς in marmoribus antiquis 242. *Somnialis ibid.* ejus cum Dryopum Rege contentio 243. ΟΠΛΟΦΥΛΑΞ in antiquis nummis dictus 369. Hercules Μήλων, ac unde appellatus 671.

Heroës quomodo conſecrari dicti 240. inter aſtra, aut in ſublunari parte locati 241. ſenium & quidquid mortale iis morientibus ademptum 240. 241.

Heſperidum horti ad Oceanum Atlanticum feraces malis aureis ſeu *aurantiis* 669. Hercules mala ea Heſperidum arbore decerpens, in veteri nummo 670. cuſtos illius arboris ſerpens Ladon dictus, & Nymphæ Heſperides *ibid.* Atlas relicto tamdiu cœli onere, aurea illa mala ab Heſperidibus, ſerpentis cuſtodis permiſſu pactus *ibid.* adumbratum ea in re primæ parentis malum ex arbore, ſerpentis ſuaſu in Paradiſo decerpentis, illudque Adamo largientis factum 671. ita ejuſdem ſerpentis caput, juxta eandem fabulam ab Hercule eliſum *ibid.* eadem de decerptis ab Hercule Heſperidum malis narratio ad Joſuam Chananæorum oves abigentem ab aliis relata 671.

Heſperia ultima, de Gallia 436. maxime de occidentali Hiſpaniæ littore dicta *ibid.*

Heſperus Lunæ bigis vectæ habenas regens in antiquo marmore 131. equitans alibi dictus *ibid.* ἀστὴρ ἄυλιος, ac unde apud Apollonium Rh. dictus 436. Heſperus de Occidente dictus *ibid.* hinc *Heſperii Afri*, & regiones πρὸς Ἕσπερον, aut Ἑσπέραν, de Occidentalibus *ibid. ſtellæ Heſperiæ* pro iiſdem dictæ *ibid.* Heſperus ſignatus in nummis Locrorum Opuntiorum: alius in nummo Locrorum Ozolarum 509.

Hierophantides Cereris ſacerdotes in Eleuſiniis 692. alibi Minervæ *ibid.*

Hippolytus poſt mortem a Troezeniis conſecratus 642.

Hymenæus ἐυήχης & ἐυχαίτης ac unde dictus 507.

Hymni antiquiſſimum poeſeos genus 2. ad Deorum laudes celebrandas *ibid.* excepto Amore *ibid.* primus eorum apud Græcos

cos auctor *ibid.* Hymni in Apollinem auctor Cinæthus *ibid.* vel Homerus, juxta Thucydidem *ibid.* hymni inferis etiam Diis dicati *ibid.* Furiis quoque *ibid.* nulli hymni in Festo Laconum Hyacinthia dicto *ibid.*

Hymni pars sacrorum, ante & post libationem 3. *sacri* dicti *ibid.* ὕσματα, ᾠδαὶ, παρῳδοὶ, παρῳδία, παροίμια de iisdem 3. 4. hymnorum pro Deorum ratione varia nomina Μητρῳακοὶ, Ἴηλοι &c. 3. 121. hymni speciatim de Jove dicti 121. peculiares hymni pro ratione Dei aut Festi 3. alii μυθικοὶ, γενεαλογικοὶ, κλητικοὶ 120. 121.

Hymni ad tibiam cantati 4. 510. ad lyram itidem seu citharam 4. 596. cum saltatione & sine saltatione 4. 510. hymnorum cantores seu Ὑμνῳδοὶ, Συνῳδοὶ 3. 4. delecti iidem e primoribus civitatis 3. pueri a teneris hymnos cantare docti 4. 52. agones & præmia Ὑμνῳδοῖς constituta 4. hymnorum conditores, Ὑμνογράφοι 2.

Hymni plerique a Diis dati juxta Julianum Imp. 509. Dii in fine hymnorum invocati, ut iis faveant 313. 314. iidem nuncupatis in eam rem verbis vulgo desinentes 647. in sacris Gentilium, vel ante eadem, vel in eorum medio, vel in fine acclamati 655. Hymnus cur in Insulam Delum a Callimacho scriptus 316.

Hyperborei populi an exstiterint 489. an ita dicti, quasi *supra boream*, vel ab antiquo Sueonum Rege *Boreo* vel *Borea ibid.* Apollinis cultores *ibid.* urbs apud eos Apollini sacra 496. festa ibi in honorem Apollinis & Asinorum hecatombæ 495. gens ea ab Apolline frequentari dicta *ibid.* Apollo ab Hyperboreis cultus, an idem cum *Baal Sephon. vide* Apollo.

Hyperborei prope montes Riphæos 491. juxta alios ad Oceanum, vel in Asiatico littore *ibid.* vel ad mare Euxinum, aut ad paludem Mæotida 492. cum Arimaspis confusi *ibid.* Hyperboreorum regio haud alia juxta Rudbeckium, quam *Sueonia* vel *Uplandia ibid.* primitiæ in Delum ab Hyperboreis quotannis missæ. *vide* primitiæ.

Hyperboreorum virgines, quæ sacrorum primitias in Delum detulerunt, Opis, Loxo & Hecaerge 503. duæ apud alios, Opis & Hecaerge 513. in easdem hymni in Delo cantari soliti *ibid.* eædem Hyperboreorum virgines, Borcæ filiæ 505. Hyperboreorum juvenes in Delum appulsi, & περιφερεῖς dicti 506. honores ibi iisdem & virginibus Hyperboreorum tributi 506. 507.

Hystrix, fera terribilis, cujus in Libya proventus 199. ejus latibula *ibid.*

I.

Icarus Insula, Doliche prius dicta 254. a Diana dilecta *ibid.* alia Icarus insula in sinu Persico, in quam advecta Dianæ Tauricæ sacra 254. 255.

Ida & Adrastea inter Jovis nutrices 16.

Jejunia Gentilium ad instar Judaicorum, servata usque ad hesperi exortum 667. qualia in Mithræ, Isidis, aut Cereris Thesmophoriis 663. 664. jejunium ter-

tertia Theſmophoriorum die, a mulieribus ſacrum celebrantibus ſervatum 673. Νηστεία idem dies inde dictus & *dies mœſtiſſima* 677. Judaicum jejunium eodem menſe celebratum *ibid.*

Ignis æternus in templo Apollinis Καρνείου apud Cyrenæos 102 item in templo Delphico & Jovis Ammonis apud Libyas *ibid.* an vero ſolum lampas accenſa 103.

Imbraſus Sami fluvius 358. Parthenius primum dictus *ibid.*

Inachus antiquiſſimus Argivorum Rex 374. item fluvius Argolidos, ac unde decurrit 379. 585. alius Epiroticus ſeu Amphilochicus, ac unde ita dictus 585. 586. Argivus Inachus, Alcmæon primum dictus 586.

Incudes Vulcani in Lipara, Lemno, Eubœa 163.

Inferiæ liberis a parentibus præſtitæ, luctuoſæ 224.

Inopus Deli fluvius 247. cur dictus Ægyptius *ibid.*

Inſanus, inſane, inſanire, pro vehemens, valde, aut vehementer amare 685.

Inſtrumenta Muſica Deorum inventa credita 295. alia ἐμφυσωμένα ſeu ἐμπνευστὰ, quæ inflantur; alia ἔντατα & πολύχορδα, quæ fidibus tenduntur 293. 467. ἐμπνευστὰ faciliora τοῖς ἐντάτοις *ibid.* alia muta ſine adhibito cantu 467. majoris artis habitum inſtrumenta ἔγχορδα digitis ſine plectro pulſare 470. pleraque ex Oriente ad Græcos profluxere 296. hinc barbara eorum & Phœniciæ aut Syriacæ originis nomina, ut νάβλα, σαμβύκη, &c. 296. 474. 476. inſtrumenta chordis intenta qualia 474. 475.

Inſulæ in Dianæ tutela 155. 156. terræ motibus a continenti avulſæ 347. 349. aut abſorpto mari in continentem verſæ 348. 349. Neptuni tridente ſciſſæ 349. in mari repente enatæ 349. 350. terræ adluviones in fluviis aut lacubus 349. 350. omnes in mari prius errantes, juxta quoſdam 351. 384. earum exempla 351. 352. hinc *ſaliares* & *ſaltuares* quædam dictæ *ibid.* Inſulæ quædam & urbes quando primum muris vallatæ 341.

Invidia pro invido 112.

Jo, Junonis æditua 371.

Jovis in Creta mortui teſtamentum 753. capra ejuſdem ibi nutrix *ibid.*

Iſis ut frugifera Dea ab Ægyptiis culta 651. corona ejus ſpicea *ibid.* ciſta, aliaque ei cum Cerere communia *ibid.*

Iſmenus Thebarum fluvius 376. Iſmenium Apollinis Oraculum *ibid.* Ἰσμηνὸς & Ἰσμὸς ob metrum *ibid.*

Judicia de cæde ſub dio, & quare apud Athenienſes 719.

Junonis ſtella dicta de Veneris ſtella 244. *Junoni Aſſyriæ*, *Junoni Dolichinæ*, in antiquis monumentis 255. Juno φωσφόρος 270. Junonis Samiæ velatæ cum calatho & verubus ſuffultæ ſimulacra in nummis 283. 284. 360. *Juno Lucina*, *Opifera*, partus accelerans 364. ὁπλοσμία in Elide culta 366. *Junonis Argivæ* nomen & ſimulacrum in Græcis nummis 372. 373. ejuſdem feſtum Ἡραῖα dictum *ibid.* *Junonis Clypeus*, de agone apud eoſdem Argivos dictus. *vide* Clypeus.

Juppiter ſemper imperans 4. Rex Regum *ibid.* a quo juris fons, &

& juſtitia *ibid.* Νεμέτωρ *ibid.* ΚΡΗΤΑΙΟΣ & ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ in nummis 5. 16. 23. an in Idæo vel Dictæo Cretæ monte natus 5. juxta alios in Arcadia 4. 5. ejus ſpelunca in Lycæo monte 8. in Bœotia quoque ac Thebis, aut apud Meſſenios & Argis in Achaja, juxta alios, natus 6. ΙΔΑΙΟΣ in nummis, an a Cretæ vel Phrygiæ monte? *ibid.* Jovis ſepulcrum in Creta 6. 7. faſciæ in antro Cretenſi ſervatæ 15. Juppiter fine, non principio carens 6. 7. immo nec fine, juxta Sophoclem *ibid.* ſui ipſius creator dictus 8. Juppiter puerulus globo ſtellato inſidens 18. Αἰγίοχος unde dictus 19. ejus in nummis ſub platano in agro Gortynenſi cum Europa concubitus *ibid.* melle ac lacte nutritus 20. JOVI CRESCENTI & ΘΕΟΞΙΟΣ ΚΡΗΤΑΙΟΣ, de Jove puero, & JOVE JUVENE in nummis 23 24. 149. barbatus vulgo in aliis nummis 149. Juppiter modo primogenitus, modo ultimus inter fratres naſcendi ordine dictus 25.

Juppiter Deus, Auguralis & Oraculorum præſes 29. 619. 620. 621. ΑΚΡΑΙΟΣ in nummis 35. 370. in ſummitate montium cultus 35. 371. Ἐπόψιος *Inſpector* 35. CUSTOS in nummis *ibid.* *Jovi Domeſtico*, in Inſcriptionibus *ibid.* JOVI EXSUPER. & EXSUPERANTISSIMO in nummis & lapidibus 42. 752. idem Ὕπατος, Καθυπέρτερος dictus 42. bona a Jove, mala a Plutone profecta *ibid.* hinc Juppiter Ἀπήμιος, Ἀλεξητήριος, Ἀποτρόπαιος *ibid.* ſimul cum dicto perficiens, Τέλειος, Τελειώτατος πρῶτος 42. 43. 646. nomine quo ei placet, invocandus 130. equi Nyſæi 246. JOVI DOLICHENO in antiquis monumentis 255.

Juppiter violatorum hoſpitum vindex 221. Jovis cum JUNONE nuptiæ inter Euphratem ac Tigrim celebratæ 530. in quibus aut vicinis locis primorum parentum hymenæi in ſacris litteris *ibid.* Jovis cum Metide, dein cum Themide congreſſus, ante eductam e capite Minervam 645. quæ fabula a Stoicis & Chryſippo arrepta, a Galeno exploſa *ibid.*

Juramenta Athenienſium per Jovem, Minervam, Apollinem, 88. aut per Jovem, Apollinem, Cererem *ibid.*

K.

K & ζ litterarum apud Græcos tranſpoſitiones 17.

Κάρνεια feſtum Apollinis apud Spartanos, ac inde apud Colonias ab iis deductas 91. inde etiam apud Cyrenæos 95.

Κυνοσκεφάλες, Lacænæ canes 196. 197.

L.

Lacedæmoniæ ſtellæ, de duobus Caſtoribus ſeu Dioſcuris 556. 557. eædem in nummis *ibid.*

Lagnea, fons in Argolide 581.

Lamiæ, μορμολύκεια infantium 175.

Lariſſa caput Theſſaliæ 407. equus in illius urbis nummis ſignatus *ibid.* ΛΑΡΙΣΑ & ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ, cum uno σ in nummis 407. 408. duæ Lariſſæ in Theſſalia; una maritima, ubi Acriſii ſepul-

crum 409. arx Argis, Lariſſa *ibid.* Lariſſæ Theſſalicæ nomen a Lariſſa Pelaſgi filia *ibid.*
Larvæ, & alia infantium terriculamenta 176. 177. 178.
Latona in Lycia parturiens 357. in eam profecta poſt Apollinis in Delo partum *ibid.* Xanthus fluvius e terræ ſolo ab ea ibi eductus *ibid.* templum ejus *ibid.* Latona in Atticæ Iſthmo Zoſtere inde dicto, partui vicina, zonam ſolvens 11. 451. Latonæ fanum & ſimulacrum in Delo 524. ejus alibi extra Delum cultus *ibid.* ΑΗΤΩ, & ejus feſtum ΑΗΤΩΕΙΑ in nummis Tripolitarum ad Mæandrum *ibid.*
Lavacrum Palladis Argis quotannis, & quo ritu celebratum 526. quo fine 527. 528. 529. 530. lavacrum Rheæ quale 527. lavacra ſeu lotiones ſolemnes aliorum Numinum ſeu ſimulacrorum, & quibus de cauſſis inſtituta, 527. 528. 529. 530. 531. iis inter alia recreari & propitia reddi Numina credita 529. 530.
LAVATIO & LOTIO in vetere urbis Romæ Kalendario 526. lotiones in aquis limpidis, inter meretricis notas apud Ezechielem 546. lavandi & ungendi miniſterium a quibus olim præſtitum 521.
Laureati templi Delphici poſtes, adytum, ara, & qui ad eam accederent, item tripus, Phœbas ipſa 47. 399. 400. vates laureati 399. laureati Apollinis Iſmenii cultores apud Thebanos 401. laurus Apollini ſacra 398. 399. idem laurea coronatus, & lauri ramum dextra tenens 399. corona e lauro præmium in Pythiis victorum 400. an eadem laurus petita e monte Parnaſſo, an e Tempe Theſſalica 400. 414. laurus Delphica, & laurus Cypria *ibid.* priori coronati juxta Plinium victores Delphis, & Romæ triumphantes *ibid.* lauro confitæ Penei ripæ 413. e lauri ramis erecta primum Ædes Delphica 400.
Leæna unipara credita, & cujus partus matris uterum diſcerperet 417. 418. Leænæ ac leones in monte Theſſaliæ Pelio 418. leæna feritate ac robore alia vincens animalia 697.
Lebes Theſprotius non ſilens, ſeu æriſonus 498. idem cum ære Dodonæo 498. 499. male eadem a Theodorito diſtincta *ibid.* lebes ille non amplius ſonorus ævo Strabonis 499. lebetes de urnis dicti 500. ærei lebetes juxta tripodas, agonum apud Græcos præmia *ibid.*
Lelantus campus in Eubœa 500. ibi inſignes aquæ, & metalla auri & ferri *ibid.*
Lemnus Vulcani inſula dicta, & *Vulcania* 162. 163.
Lentiſcus, ſeu e lentiſco corollæ, cur in Dianæ Dictynnæ ſacris uſitatæ 265. lentiſco abundans Creta *ibid.*
Leones in Europa in monte Theſſaliæ Pelio 758.
Leonibus abundans Cyrenaicus tractus 105. incantationibus Batto ab Apolline datis iidem fugati *ibid* leones an in Europa tantum inter Acheloum & Neſtum fluvios, ſeu in Epiro aut Moloſſide 697. an iidem Libycis præſtantiores *ibid.* ſuperciliis terribiles *ibid.*
Leporum venationes adhibitis retibus, & cum clava 123. eadem ve-

venatio Dianæ familiaris 124. leporinus somnus, apertis & immotis palpebris 198.
Lerna in Argolide palus, fluvius, ac fons apud veteres 580. 581. urbs itidem, Argis XL. stadiis dissita 581. Lerna & Lernæi de Argis & Argivis 580. Lerna fons Corinthi 580. 581.
Lex Græcis unde dicta 677. leges Romanorum incisæ Romæ in æde Cereris; apud Athenienses, in æde Matris Deûm 678. legum condendarum origo ad Deos ab Ethnicis relata *ibid.* hinc legum latores divinis honoribus a Græcis & a Getis etiam culti *ibid.* Moses latis legibus, immortalitatem consequutus a Philone dicitur.
Lipara Æolidum Insularum princeps 162. sacra Vulcano 162. 163. idem in nummis illius insulæ signatus 162.
Loca quædam præ aliis a Diis dilecta 685.
Longævitas præmium piorum ac justorum 227. 228. Tiresiæ cum auguratus scientia a Pallade dari dicta, & quare 640.
Luci prope aras, ac intra templorum ambitum, unde luci Deorum dicti 156. 157. umbrosi, ac inde ψυκτῆρες appellati 157. tolli & vastari a Deo jussi *ibid.* luci pinu, platano, abiete, cupresso, lauro, olea consiti 595. quandoque odoriferis arboribus 157. 595. luci ad sacras Panegyres vulgo dilecti 505. 506.
Lucina dictamno coronari solita 8. qualia ejus simulacra *ibid.* Εἰλείθυιαι illius obstetrices *ibid.*
Lues armentis, terræ frugibus, aut urbium incolis ob admissa scelera a Diis immissæ 222. 223.
Lunæ argentum inter metalla attributum 211. hinc Lunæ montes dicti *argentei ibid.* luna vetus Byzantiorum numen, ac inde in eorum nummis signata 213. Lunæ lumen aliis eidem proprium, aliis a sole; aliis cum proprium, tum a sole oriri dictum 218. 219. Luna bigis vecta, e mari prodiens 231. eadem bigis vecta, ducente Hespero, in antiquis monumentis. *vide* Hesperus.
Luscinæ pullos ademptos deflentis obvia apud poetas comparatio 608. 609.
Lynces in India, Mauritania, Thracia, Arcadia 188. lyncum venatio 189.
Lyncurium lapis, an e concreta lyncis urina 189. color lapidis hyacinthinus *ibid.* eo lapide ad sigilla usi veteres *ibid.*
Lyra & cithara promiscue olim sumpta 468. 469.
Lyttus urbs Cretæ, aliis *Lyctus* 66.

M.

Macedonum glossæ peculiares 426.
Machinæ obsidionales ad ascendendum in urbem obsessam 339. 340.
Mænalus mons Arcadiæ, unde Mænalia Atalanta venatu se ibi exercens 279. 280.
Mæonia, superior Lydia, ad quam mons Tmolus 464. hinc Mæones a Lydis inferioribus, seu ad mare vergentibus distincti 465.
Magadis instrumentum multis chordis tensum 472. & quidem ad tibiæ modos *ibid.* hinc dubitatum, an pro cithara, vel pro tibia habendum 297. 472. nominis origo tradita ab Hebræa

voce *meged*, *megedim* de re pretiosa & eximia 297.
Mala aurea seu *aurantia* in sacris Bacchi, eadem in sacris Rheæ ac in Cereris Eleusiniis vetita 669. 670. mala aurea an tria, vel plura ab Hercule ex Hesperidum horto dicantur decerpta 670.
Mamma pro *nutrice*, ac unde *mammæ* dictæ ab infantibus *matres* 713. *nutrix* vicissim pro *mamma* & *uberibus* dicta *ibid.*
Manipulus spicarum in sacris Cereris oblatus 679. a Deo ante apud Hebræos, indicta ea de re lege *ibid.* cujus magnitudinis, & e quibus frugibus constaret idem Hebræorum manipulus *ibid.* talis manipulus signatus in nummo Regis Agrippæ *ibid.*
Manus in periculis ad Deos tollere soliti Gentiles 410. 411.
Mars Thracum Deus 365. ejus habitus & insignia in antiquis nummis *ibid.* hasta peculiare ejus insigne 361. 423. item clypeus 423. ΘΕΟΣ ΟΠΛΟΦΟΡΟΣ & MART. VICTOR. in nummis 365. 366.
Mases mons in Argolide 581.
Μεγαλάρτια, Cereris apud Delios & Bœotos festum 673. qua occasione institutum *ibid.* a magnis panibus ibi adpositis dictum *ibid.* prout oblati vægrandes panes in festo Pentecostes seu messis triticeæ apud Hebræos *ibid.* panes propositionis adhuc majores, juxta Talmudicos *ibid.*
Megalobysi, castrati Dianæ sacerdotes 127.
Mel cum lacte in mortuorum inferiis 20. melle Soli libatum *ibid.* Jovi & Baccho recens natis mel datum 20. 21.
Meleagri venabulum, quo confecit aprum Calydonium apud Sicyonios servatum 278.
Meliacus sinus, Meliacus populus, Meliades Nymphæ pro Trachiniis 500.
Melie Nympha Thebana 376. 377. Oceani filia, e qua & Apolline genitus Ismenus 377. e μελίσσων seu *fraxinorum* proventu dicta *ibid.*
Μέλισσαι Cereris sacerdotes 116. 692. item sacerdos Delphica 116.
Mensæ quadrupedes in Græcorum agonibus cum impositis desuper palmis, coronis, aliisque agonum præmiis 385. mensæ Delphicæ ad sacrorum usum, aut alibi ad earum exemplum 385. 386. eædem pro abaco ad pocula, cibos, fructus 386.
Mercurius *Lucrorum potens* in lapidibus 176. gratiæ largitor *ibid.* cinereus & fuligine obsitus 177. non *Cœlestis*, sed *Nocturnus ibid.* idem triceps *ibid.* Communis 179. προπύλαιος & Στροφαῖος, ad portas seu januarum cardines, vel in vestibulis erectus 231. 232. Ἀκακήσιος, & unde dictus 232. *Ministrator*, Δόλιος *ibid.* Χθόνιος, *Cœlestis*, *Pacifer* 233.
Meropis, Coorum Insula, & Meropes de Cois 428. 429. a Merope eorum Rege *ibid.* *vide* Coos.
Merops Coorum Rex 754.
Miletus Apollini sacra 280. item Dianæ, ut Ἀρχαγέτις seu coloniæ illius duci 280. 281. 282. deducente coloniam Neleo Athenienſi, unde *urbs Nelei* dicta, & incolæ *Neleidæ* 281. festum inde Mileti celebratum Νηλήϊς *ibid.* Mileti antiquiores conditores, & varia ejus nomina 282.

Mi-

Milo taurum humeris gestans in veteri gemma 236.
Mimas mons minoris Asiæ, e regione Insulæ Chii 367. non Thraciæ mons 368. ad mare extensus *ibid.* nubilosum ejus jugum *ibid.* Mimas gigas *ibid.*
Minerva Πολιὰς Athenis & apud Cretenses culta 590. eadem Πολιοῦχος & Ἀκροπόλα, quod prima urbes & arces struxerit 591. Eadem Πυλαία & Πυλαΐτις, quod simulacra ejus ad urbium portas erigerentur *ibid.* inde Ὄγκα & Ὀμολωΐς eadem apud Thebanos, a totidem Thebarum portis culta *ibid.* Κληδοῦχος, seu *clavigera*, & earum appellationum ratio *ibid.*
Minerva Itonia in Coronia Bœotiæ culta, & agones eidem sacri 595. 707. eadem Ἰτωνία, Ἰτωνὶς, & Ἰτωνιὰς dicta 707. 708. Minerva non *Victrix* solum aut Νίκη, sed *Pacifera* etiam in antiquis monumentis 600. eadem montes & secessus quærens 600. 601. Minerva venatrix 608. φωσφόρος, seu *Lucifera* juxta Dianam dicta: item Παιωνία & Ὑγεία Athenis culta, uti & Σώτειρα 609. Minervæ Προναίας sacellum & simulacrum Delphis 620. *Fatidica* dicta ac oraculis Delphicis præfecta *ibid.*
Minervæ cum Jove omnia communia 642. Minerva Τέλειος *ibid.* cur e vertice Jovis nata dicitur 645. & quidem Metide prius a Jove inglutita *ibid.* ad dextram Jovis sedens 643. an id ad mysterium conjunctæ Patris & Filii in agendo virtutis respexerit *ibid.* potius ad sapientiæ ac prudentiæ cum divina potentia concentum 644. Minerva sine matre nata *ibid.* ei multa cum Vulcano communia *ibid.*
Minos amore Britomartidos nymphæ ardens, eamque persequens 259. juris & æqui cultor, ab aliis injustus dictus 260.
Modius cum spicis in nummis Alexandriæ quid notet 617.
Montes Diis sacrati, & *sacri* inde dicti 370. & quidem eorum vertices *ibid.* *Dii* & *Dea montium* appellati *ibid.*
Monumenta de prostratis hostibus, vel immanibus feris, in Deorum fanis aut antris, seu in θησαυροῖς ad id destinatis servari solita 278. 284.
Morbi e nimia repletione 703. e canino appetitu *ibid.*
Mularum tensæ, quibus consecrati Cæsares vel Augustæ vehebantur 721.
Mulorum usus an antiquior apud Græcos, quam apud Hebræos 714.
Musicam edocti Græcorum pueri 52. musica organica ac vocalis in veterum sacris 293. hinc instrumenta musica in manibus Deorum collocata, cithara, tibia, fistula *ibid.*
Mycale mons supra Samum 367.
Mygdonius Mesopotamiæ fluvius, ad quem Antiochia, Nesibi alias dicta 449
Myrica usi veteres ad vaticinia 47.
Myrrha Arabica perfusi olim crines 69. 70 hinc *myrrheus crinis, myrrha unctus* 69.
Myrtosium, promontorium Libyæ 105.
Myrtus Dictynnæ & Junoni invisa, & quare 266. corona e myrto propria tamen Ἡραίων apud Argivos *ibid.* item in Eleusiniis, quod ex Oriente hausta 693.

& in Cretenſium feſto Europæ ſacro dicto Ἑλλώτια *ibid.* Cereri & Veneri communis 266. 267. 693. in Ponto ad uſus ſacros expetita, neque ibi tamen naſcens 266. 267. in inferiis adhibita 267. hinc myrti frondibus coronatæ Deorum aræ a moritura Alceſtide *ibid.* item apud Thebanos in agonibus ad Jolai tumulum inſtitutis *ibid.*

N.

Navigium, quo Theſeus ſalvus Athenas rediit, Athenis ſervatum 284. 285.

Nautiorum gens apud Romanos Minervæ ſacra procurans 574.

Nebrophone, una e Dianæ nymphis ab hinnulorum venatione dicta 197.

Neceſſitas magna Dea 418. nec Deum poſſe ei repugnare *ibid.* Neceſſitas Platonicis, naturalium rerum affectio 419. aliis, inevitabilia Dei decreta *ibid.* Juppiter & neceſſitas idem *ibid.*

Neda inter Jovis nutrices 16.

Nemeſis Diis tribuitur a Poetis, non φθόνος 112. poſterior quandoque de Diis etiam dicitur 113.

Leda, Helena, Adraſtea, & Rhamnuſias dicta 286. item Οὖτις, & in nummis OPI AUG. 268. 269. cubitum ad os attollens in nummis 415. aut cubiti menſuram manu in iis tenens *ibid.*

Neptunus Γαιάοχος, Σεισίχθων 347. ejus tridens, locus eo nomine ſeu Τρίαινα Argis dictus *ibid.* unde *tridens*, aut *trifida haſta* Neptuno tribuitur *ibid.*

Nicander Colophonius vere dicitur 90. 91.

Niciæ Athenienſis ſplendida in Delum θεωρία 487 488. 515.

Niger, *Nigris*, de Nili alveo dictus 669

Nili ſimulacra e nigro lapide 10. 103. aqua limoſa 114. 263. bis terve percolata pura efficitur 117. 203. *niger* ſeu *nigris*, μέλας, ac *ſichor* Hebræis dictus 203. unde Nili incrementa, an e liquefactis nivibus, aut æſtivis Æthiopiæ imbribus 449 450.

Nominum multitudo inter Deorum prærogativas 129. unde orta *ibid.* quibus numinibus maxime tributa *ibid.*

Νόμιοι ſeu *nomi* non dicti ſolum in Apollinem hymni 510 certis legibus adſtricti, unde iis nomen *ibid.* de cantu ad citharam *ibid.*

Nudipedalia in publicis ſupplicationibus quando indicta 729. in luctu apud Hebræos 729. 730.

Numerans pecora, de *paſtore* apud Hebræos dictus 710.

Nupturæ virgines Dianæ & Parcis comæ primitias offerentes 149. 507. Opi & Hecaergæ apud Delios 503. apud Argivos in Minervæ templo 532. Dianæ juvencam immolabant 127. 507. Veneri apud Hermionenſes ſacra facientes 508.

Nymphæ *Oceanitæ*, ſeu marinæ 139. item *Oreades*, ſeu *Montivagæ*, *Silveſtres*, *Pratenſes*, *Paluſtres*, *Fluviatiles*, *Fontanæ*, *Lucinæ* 139. 145. 417. *Nemorenſes*, *Najades* 140. Dianæ comites *ibid.* de Nymphis *Fontanis*, ſeu fontium Geniis 141. Nymphæ αὐτόχθονες 376.

Nymphæ quercubus coævæ 378. juxta alios, immortales, & ſenii expertes 378. iis tanquam locorum Geniis aræ & ſimulacra ere-

erectæ 379. Nympharum ἐπίπνοιαι seu adflatus *ibid.*

O.

O in υ mutatum Æolice, ὄνομα, ὄνυμα &c. 699.
Oculi dicti de rebus cariſſimis, aut hominibus maxime fidis 273.
Olea odorifera 69. e nardo, myrrha, 69. 670. e balſamo 70. e croco *ibid.* ex uno aromate, non e pluribus, ſicut unguenta 71. Olea Deliaca, ad quam enixa eſt Latona 480. 521.
Olea Athenis in Palladis arce primum nata, eaque nunquam marceſcens 561. hinc *arbor & ſilva Palladia*, de olea 560. in Salamine oleæ ramus Minervæ primum oſtenſus 561. Oleæ ſacræ Athenis prope Academiam, unde oleum in Panathenæis *ibid.*
Olen Lycius auctor Hymnorum in Delum 509. immo aliorum etiam hymnorum apud Græcos *ibid.*
Oleum de ſimplici unguento, non mixto 539. 542. eo fricati athletæ in palæſtris 560. 562. 563. oleum maſculum, ac unde ita dictum 562.
Olympus Myſius 216. Myſiæ, non Europææ, ſed Aſiaticæ 217 item Macedonicus, Pierius 216. montes dicti Olympi in Lydia, Elide, Arcadia 216. 217.
Opis una e Dianæ comitibus 267. ipſa Diana, ac unde ita dicta 270. DIANA OPIFERA in nummis *ſupra* in Diana: item Οὖπις de Nemeſi. *vide* Nemeſis: Ὦπις Ionibus Οὖπις, Doribus Ὦπις 270. Opis etiam Rhea ſeu Tellus *ibid.* item una e tribus Hyperboreorum virginibus, quæ in Delum venerunt 267.
Oracula Delphica conſulentes, quid obſervabant 75. quomodo eadem a vate Pythia reddita *ibid.* verſibus plerumque Hexametris, rarius ſoluta oratione *ibid.* vera oracula, quæ e laureato Apollinis tripode edita 398. 401. Oraculum Delium 385.
Orichalcum lucidum, de ære montano 544. 545. poſt aurum in majori pretio *ibid.* idem quod aurichalcum, neque tamen ab auri mixtura *ibid.* vice ſpeculi luculentiſſimi *ibid.* multiplex orichalci uſus apud veteres 595. an aliquod proprii generis metallum ita dictum *ibid.* unde dictum orichalcum, & Salmaſii rejecta ea de re ſententia *ibid.*
Ormenus Æoli nepos, a quo Ormenium Theſſaliæ oppidum, & Ormenidæ 708.
Ornatores & ornatrices in monumentis antiquis, eorumque officium 547.
Orphei hymni elegantia Homericis inferiores, religione potiores, juxta Pauſaniam 2.
Ortygia Delus unde dicta 82.
Ου pro υ Æolice θυγάτηρ, & πυκνώτατον 646.
Ω apud Doras pro ου, βωλή, μῶσα, pro βυλή, μῦσα 688.

P.

Pæan a Græcis ante pugnam cani ſolitus 148.
Pacis largitrix Ceres 748. eadem ſub Pacis ſeu EIPHNHΣ nomine in antiquo nummo adumbrata *ibid.* pax divitias largiens *ibid.* ferens Plutum infantem apud Comicum 749. hinc Plutus Cereris filius, ac Pluto ejus gener habitus *ibid.* pax Minervæ, aut

Veneris munus *ibid.* *Pax Dei* in sacris litteris; & *Pax Augusti* in nummis *ibid.*
Pædotribarum munus in gymnasiis 559.
Palladium Athenienſium & Trojanorum creditum e cœlo lapſum 573. an idem, vel diverſa exſtiterint 573. 574. Palladium Trojanum a Diomede avectum, & varia de eo narratio 574. Æneæ a Diomede traditum, ac inde Romam tranſlatum *ibid.* alia Italiæ loca, quæ illud ſibi vindicabant *ibid.*
Pallatis, Argolidos ſcopulus a recondito ibi Palladio 574.
Palma a parturiente Latona in Delo adprehenſa 452. *primitiva palma* dicta *ibid.* de fonte apud Argivos, juxta Plutarchum 452. 452. palma Soli ſacra & ſenii expers 453.
Παρῳδοιώτια a Bœotis celebrata, ut Παναλλήνια, Παναθήναια &c. 595. eaque in veteri Labadenſium marmore ſignata *ibid.*
Pan Νόμιος, Φιλόγραυλος 187. montes Arcadiæ incolens 187. 188. Arcadius Deus 188.
Panacæa ubi naſcatur, & in eadem ſecanda ritus 73.
Pangæus mons in Thraciæ ac Macedoniæ confinibus 421. hinc utrique ab Auctoribus tributus 422. auri in eo & argenti metalla *ibid.*
Papaver Cereri tributum, ac inde *Cereale* dictum 693. idem inter myſtica Bacchi ſymbola 694.
Paraſiti ſeu Epulones Apollinis apud Athenienſes 515.
Parcæ, Lucinæ in puerperiis adſidentes 147. 610. cum Lucina juncta 148. Parcæ, *Lunæ partes* dictæ *ibid.* non nativitatis ſolum, ſed nuptiarum etiam curam gerunt 149. a nupturis comæ primitiæ iis oblatæ *ibid.* earum & Furiarum ſacra ἄτυρα 615. 616.
Parnaſſus, varia illius vocis apud Græcos ſcriptura 397. Parnaſſus nivoſus *ibid.* lauris conſitus 400.
Parthenius Arcadiæ mons Pani ſacer 369. Telephi in eo ſacellum *ibid.* Telephus ibi expoſitus. *vide* Telephus.
Parturientium ferarum dolores 418. parturientes feminæ zonam Dianæ ſolvunt 451. earum mos proxima quæque arripiendi 452.
Paſſiva pro Activis uſurpari Atticis familiare 24.
Pater proprie de Jove dictus 43. de Baccho, nullo ad liberos reſpectu 43. 128. Sic *Patres Patriæ*, Imperatores 128.
Patrica, ſacra Mithriaca 43.
Peccata parentum in nepotibus ac tertia generatione punita 121. peccatorum ſponte aut ab invitis vel ignaris commiſſorum, quæ e poſterioribus veniam mereri cenſebantur *ibid.*
Pecten Veneris ad diſcriminandos capillos aureus 563. alii pectines ornatricum eburnei *ibid.*
Pectides, inſtrumentum Muſicum fidibus tenſum 474.
Pegaſus traductus ad Jovis præſepia 244. 246.
Pelaſgia de Argolide dicta, & Pelaſgi de Argivis 535. 536. 537. a Pelaſgo antiquo Argivorum Rege *ibid.* idem terrigenæ Palæchtonis filius, aut juxta alios Inachi 535. 536. ab aliis Jovis & Niobes *ibid.* Arcas ab aliis dictus *ibid.* panis inventum an ei tribuendum *ibid.*
Pelaſgi de Theſſalis Phthioticis 537. ab eodem Pelaſgo Argivorum Rege

Rege *ibid.* hinc Pelasgi Thessali, qui in Italiam venerunt, Argis orti dicuntur a Dionysio *ibid.*

Peloponnesus, *Pelopeis* & unde dicta 371. item *Pelasgia*, *Aegialia*, *Apia ibid.*

Peneus antea stagnans, dein per convallem Tempe inter dissectos montes in mare labens 410. tres alii Thessaliae fluvii in eum confluunt 412. inde *magnus* dictus *ibid.* fluvii illius celebritas & amoenitas 413. consitae lauro ejus ripae, & inde Daphnes pater dictus *ibid.* Phthiota, & unde dictus 414. lentus ejus per Tempe fluxus, juxta alios citatus 416.

Pentecostes apud Hebraeos festum, seu *festum messis* vel *demessi tritici* 678. pro festo Πεντηκοστῶν ab Hebraeorum doctoribus habitum, & quare *ibid.*

Pepli Dearum amictus 699. variegatus Minervae peplus in Panathenaeis *ibid.* in luctu disrupti *ibid.* iidem supra humerum dextrum, quandoque ad sinistrum fibula nexi *ibid.*

Perga *Metropolis* & Ἄσυλος in nummis dicta 256. Diana Pergaea in iisdem. *vide* Diana.

Pheneos, urbs Arcadiae 370. Pheneatis quae bona a Cerere, & quare indulta 371.

Philadelphus natus in Coo Insula 432. ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ de illo & Arsinoe in antiquis monumentis *ibid.* in consulendo celer, & in exsequendo promptus 38. 39. providentia in maximis & in minimis negotiis administrandis 40. Galli ab eo prostrati 442. Apollinis cultor, ejusque in eruditos & poetas propensio 442. 443.

Philippi urbs ad radices montis Pangaei 422.

Phoebas Delphica tripodis operculo insistens, dum oracula edit 399. ejus ritus respectus ad oraculum e Propitiatorio super Arcam, seu ejus operculum, consuli a Mose solitum 392.

Phocae marinae in terra pariunt 461. in desertis specubus, ubi foetus suos occultant ac nutriunt 461. 462. post duodecimum diem eos in mare deferunt 462. phocae ob mortuum catulum luctus *ib.*

Phocaea Aeolicae a Phoco conditore, aut a phocis, & quare dicta. A Graecis Phocensibus condita, ac inde primum Φωκία, incolae Φωκεῖς, postea Ionice Φώκαια & incolae Φωκαεῖς, & Φωκαιεῖς dicti. Id ex antiquis nummis & auctoribus assertum 755. 756. 557.

Phocaica laurus, & *Phocaica manus* a Lucano male de *Phocica* in Graecia dicta 757.

Phthia ac Phthiotis, ubi regnavit Hellas, ac inde Ἕλλης & Ἕλληνες 414. Phthia tamen & Hellas Homero diversa Thessaliae oppida *ibid.* Larissae adjacens *ibid.*

Piaculare olim habitum sub eodem tecto agere cum homicidis &c. 722. aut cibum cum iis capere, vel sacris interesse 720.

Pinea corona in Dianae Dictynnae sacris 264. eadem virginitatis symbolum 267.

Pitana urbs Macedoniae 247. item Troadis, seu Aeolidos, Elidos, & Laconica *ibid.*

Plantae a locis, ubi proveniunt, dictae 12. & vicissim a plantis loca *ibid.*

Physadeia, una e Dianae filiabus & fons Argis 583.

Pla-

Platanus in Creta, sub qua Jovis cum Europa concubitus in nummis Gortyniorum 480. 481.
Plistus Delphorum fluvius 396. Plisti inter Dacos, & quales 397.
Pluto Εσπερος Θεὸς a Sophocle dictus 665. lucus Plutonius, & adnexa festivitas, ei & Proserpinæ sacra in Charonio Cariæ prope Pysiam antro 667. eademque dicta in veteri nummo ΘΕΟΓΑΜΙΑ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΑ *ibid.* Pluto alatus ab Euripide dictus 668. populorum deductor, Αγησίλαος, Ανάπομπος 642.
Plutus idem cum Plutone, & promiscue Πλούτων & Πλοῦτος dictus ab Atticis 749.
Poetæ non semper veraces 26. a Socrate e Republ. ejecti 27. iis solemne urbes non priscis, sed usitatis suo ævo nominibus appellare 371.
Pœnæ a Diis de sceleratis sumptæ, ut a similibus facinoribus alios deterreant 607. pœnis & calamitatibus iidem a Diis adflicti, ut utilitatem inde aliquam referant 687.
Polyxo, Tlepolemi conjux 708. alia Hypsipyles Lemni Reginæ nutrix *ibid.* alia, una Atlantidum Zethi & Amphiones mater *ibid.* una, Actorionis mater apud Callimachum 709.
Pompæ Deorum e sublimioribus ædium cœnaculis, tectis, solitæ conspici 958. nominatim Dionysiorum apud Athenienses 659. magnis sumptibus & splendido apparatu peractæ *ibid.* magnus ad easdem vel comitum processus, vel confluxus spectatorum *ibid.* nominatim in Hyazinthiorum apud Laconas festo *ibid.* haud uno ritu, & pro diversa Numinum aut populorum in iis colendis natura & indole peractæ 659. ejus rei exempla *ibid.* vasa aliaque Diis sacrata proferri in iisdem pompis solita 721. eaque proprio singulis Diis ornatu 722. servatus idem ritus in Divorum apud Christianos festis & processibus 722.
Pontes, ponticuli, ad ascensum in urbem obsessam 340.
Populus, arbor Cretica 688. 689. usus ejus in medicamentis 689. una in aditu speluncæ Idææ, ad quam adpensa donaria *ibid.* inter arbores, sub quibus Nymphæ choreas agitabant *ibid.* *umbrosa* eadem, nempe alba, Herculi sacra *ibid.* eadem senescens angustiori folio 690. lucus e populis apud Phæacas *ibid.* populus Athenis in foro, ad quam constructum theatrum ad ludos scenicos *ibid.*
Potus depravati appetentia 407.
Præpetes aves augurales boni ominis 622. 628.
Præsens aut præteritum verbum pro Futuro sæpe apud Atticos adhibitum 448. 449.
Præsepia in cœlo de stellis, 64. Jovis & Junonis præsepe *ibid.*
Præsultor seu Chori dux 598.
Præsus urbs Cretæ in nummis ΠΡΑΙΣΙΩΝ 263.
Prata & pascua in cœlis dicta & quare 244.
Precum variæ species apud Gentiles, & quales eædem 647. omnium moratarum gentium circa eas studium *ibid.* præcipuus iis in Τελεταῖς seu mysteriis Græcorum locus *ibid.* eædem, quas Dii adimplerent, dictæ *ibid.*
Primatus urbium olim observatus 331.

331. cur Delo inter Insulas tributus. *vide* Delus.
Primitiæ sacrorum quotannis in Delum ab Hyperboreis missæ 492. 493. eæque in triticea stipula 493. an eæ primitiæ frugum vel victimarum partes proficiscæ 493 494. 495. cur ab Hyperboreis occultatæ 495. 496. eædem primitiæ a virginibus primum latæ 503. 504. dein ab aliis 505. per conterminos populos in Attica repositæ, ac inde in Delum delatæ 515.
Primitiæ Hebræorum in terra Israele e septem speciebus 495. frugum primitiæ in sacris Bacchi *ibid.*
Principum cunctatio reprehensa 41.
Procne & Procris eadem 272.
Prolepsis poetis familiaris 285.
Propitius sis mihi, consueta in Gentilium Hymnis & supplicationibus ad Deos formula 751. ratio ejus rei a Jamblicho reddita *ibid.* eadem a Callimacho in fine hymni in Cererem adhibita *ibid.* & a publicano ad Christum apud Lucam *ibid.*
Proserpinæ raptus signatus in variis Joniæ, seu Proconsularis Asiæ locorum nummis 666. 667. locus illius raptus diversimode traditus 667. allegorica ejusdem raptus significatio 678. Proserpinæ corona e Narcisso 693.
Prytaneum apud Græcos in media urbis parte 523. Prytanea & Prytanes non Athenis solum, sed passim in aliis Græcorum urbibus 734. illaque in media urbium parte *ibid.* Vesta in iisdem culta, & inde *Prytanitis* dicta *ibid.* Prytanes itidem, seu Prytanitides mulieres in lapidibus antiquis *ib.*
Psecadum in coma muliebri disponenda studium 551. inde iliæ Veneri sacræ *ibid.*
Puerperarum & infantium recens natorum lavacra 9. 10 puerperii ritus, natum infantem in terram prosternere, dein attollere 481.
Punica mala in Eleusiniis & Thesmophoriis vetita 562. non in Junonis aut Minervæ festis, quibus consecrata eadem mala *ibid.*
Puniri a Deo iisdem, per quæ quis deliquerit, a Gentilibus creditum 701. exempla ejus rei in sacris litteris 702. in Erysichthone apud Callimachum 702. 718.
Putei in Argolide a Danai filiabus reperti 583. quæ ejus rei ratio 584.
Pythia alibi quoque quam Delphis celebrata 318. varia de loco Pythii agonis apud Græcos nomina 437.
Pythias vates prius virgo, dein nulla nisi quinquagenaria, & cum virginis cultu oracula proferens 568. *alia* in Phœbas.
Πυθὼ tam de sede Oraculi Delphici, quam de serpente dicta 108. Python de Delphis, serpente, & vate ἐγγαστρομύθῳ 383. per anagrammatismum *Typhon* 393. Δελφίνης aut Δελφήνης dictus 108. 109. 393. 394. etiam feminino genere a Poetis 393. mari ejectus in Locrorum Ozolarum regionem 109. templi & tripodis Delphici custos 394. ob vexatam Junonis jussu Latonam ab Apolline cæsus 394. fabulosa ejus cædes juxta Plutarchum 109.

Q.

Quercus annosæ, dictæ γεράνδενες &c

& γεφύδρια 11. item Σαρωνίδες, a sinu Saronico 11. 12. quercus in Mamre ævo Constantini superstes, ad eam anniversarium festum peractum 378. 480.

R.

Reges Dii ab Ægyptiis dicti 36. Regum celeritas in cogitando, & diligentia in exequendo laudata 38. 39.

Rhea canalis intelligibilium fontium dicta 14. a Philyra delusa 16. insaniæ purgatrix 288. Opis dicta 270.

Rhenia Insula prope Delum 488.

Rheniorum cum Deliis contentio *ibid.*

Rhytmus e dactylo qualis 292. 293.

Risus Deos dedecens 234. quid de Diis dictus notet 231. Deus Risus *ibid.* ridere, quo sensu Deus dictus in sacris litteris *ibid.* Christus flere, nunquam ridere dictus *ibid.*

S.

Σlitteræ ἀφαίρεσις Atticis familiaris 25.

Sacerdotes feminæ, plerumque virgines delectæ, uti Minervæ, Dianæ, & aliorum etiam Numinum 116. 566. 567. lex Atheniensium, ut sacerdos sit virgo 116. 567. alibi, donec pubescerent, & ad nubilem ætatem 117. 567. Sacerdotes etiam viduæ & univiræ, aut mulieres ad cœlibem vitam dein adactæ *ibid.* coactæ subinde, non sponte virginitatem professæ *ibid.* Sacerdotum illarum peculiaria pro ratione Numinis, cui dicatæ erant, nomina 116. 692. e nobilissimis matronis vel virginibus sorte electæ apud Athenienses 691. *Sacerdos publica* apud Callimachum, & in monumentis antiquis 691. insignia Numinis, cui inserviunt, gestare solitæ 694.

Sacerdotes Cereris apud Græcos & Romanos e sequiori sexu 691. 692. summa castimonia in illis requisita 692. non illæ sacerdotes hæreditariæ apud Græcos *ibid.* *Sacerdotes primæ in municipio* dictæ in antiquis lapidibus *ibid.* Μίλιοσαι dictæ Cereris sacerdotes, & in ejus Eleusiniis Ἱεροφαντίδες *ibid.*

Sacerdotum certæ familiæ ut Acestoridarum Argis, Eumolpidarum, Κηρύκων, Εὐπατελίδων, & Eteobutadarum Athenis 567. 568. e nobilissimis civibus, & sorte electi apud Athenienses 691. iique integri, non corpore mutili, & unde κληρῶσθαι &c. iidem dicti 621. 691.

Sacerdotia hæreditaria sæpe seu Gentilitia apud Gentiles, sicuti apud Hebræos 567. 568. lex ea de re lata 568. mentio etiam in lapidibus antiquis *ibid.* a sacerdotio excluſi apud Hebræos & Athenienses non ὁλόκληροι, seu qui corpore mutili 621. apud Ægyptios rasi & circumcisi sacerdotes *ibid.* Sacerdotiorum collatio inter præcipuas publicæ administrationis curas habita 691.

Sacra veterum alia δήμια vel δημοτελῆ, seu in commune celebrata; alia privata, sicut Athenis τῶν φρατερίων aut συνοικίων 691. *Sacra Publica Municipialia* in lapidibus *ibid.*

Sagittandi artis doctores apud Romanos

manos 220. *sagittarii* dicti nummi Parthici seu Persici 131.
Saltationes armatæ Cretensium 22. Cnossiæ Corybantum *ibid.* quomodo fieri solitæ 23. in Jovis natalibus *ibid.* cum clypeis in Panathenæis 291. saltationes ad citharam 511. 513. circa Dianæ aut Apollinis aram *ibid.* saltatio variis gyris implexa in memoriam egressus Thesei e labyrintho in Creta 513. 520. eadem Γέρανος dicta *ibid.* saltationes veterum antiquas fabulas & actiones memorabiles exprimentes *ibid.* saltationes ad aras in orbem factæ 514. saltationes advenarum in Delo ad aram Apollinis 520. apud Leucadios, in ejusdem honorem *ibid.*
Sambucum, Sambucistriæ, vel sambucinæ, e Syriaco luxu Romam advecta 475.
Samus insula dicta *Parthenia* 358. 359. Juno Sami nata, inde *Juno Samia* & Parthenia dicta 359. ædes ejus Sami amplissima 360. a Persis exusta, & tamen adhuc admirabilis visa *ibid.* effigies ejus & Junonis Samiæ in nummis *ibid.* Samus primo *Melamphylus, Anthemus,* & *Phyllas* seu *Phyllis* dicta 361. una urbs in Samo insula *ibid.* colonia in Samum a quo & e quibus deducta 361. 362. Samii *Jonia primi* in veteri eorum nummo 161. *Samia terra*, & *Asteris Samii* usus ad medicamenta *ibid.*
Sancta in Romanis nummis Diana, Vesta, Minerva 588. *Sancta Deorum*, & *sancte Deorum*, qua ratione dicta 751.
Sarapis Θεὸς Μέγας in antiquis nummis 4.
Sardes Lydiæ Metropolis 298. prima Jovis cunarum testis, & Bacchi nutrix dicta *ibid.* illius urbis in nummis elogia *ibid.*
Sardinia Corsica præstantior, maxima etiam aut prima inter Insulas maris interni dicta 337. exules Roma in eam missi *ibid.* etiam Judæi *ibid.* magnitudo, frequentia, fertilitas insulæ *ibid.* a Sardo Herculis filio occupata *ibid.* hinc in Sardinia Heroes dormire dicti *ibid.*
Saronia & Saronicus sinus qualis ac unde dictus 112. 357. 358. quercubus ferax *ibid.* Saronia Diana & ejus Ædes, lucus, festum *ibid.*
Scuta Gallorum oblonga 439. non idonea tegendis eorum corporibus *ibid.*
Sedendi ad dextram Dei Patris locutio illustrata 62.
Sellis ad mensam insidebant prisci Heroes, non accumbebant 230.
Seminans etiam metet, proverbium in sacris litteris & apud exoticos etiam Scriptores 749. 750. vicinæ locutiones, plantabit vineas, & comedet fructus 750.
Sepulcris patriis condi magni olim habitum 217.
Servare pro *observare* aves, σκοπεῖν 626.
Sexaginta annis minores feminæ vetitæ funus comitari apud Athenienses nisi consobrinæ 738. sexagenariæ mulieres, aut vetustiores ramum gestantes in pompa Panathenaica *ibid.* non pauciores annis sexaginta sacra obire jussi a Platone *ibid.*
Sicani ad Siciliæ occasum, ac unde dicti 170. eorum sedes Trinacria *ibid.*

Sicania & Sicani, de tota etiam Sicilia & Siculis *ibid.*
Simulacra Deorum in periculis apprehendi solita, & protensis ad eadem manibus 411. ut urbi obsessæ suppetias ferrent 588. metus & preces, ne eadem e sedibus suis exirent, & ad hostes emigrarent 565. inde catenis subinde ab oppidanis, ut Apollinis apud Tyrios, revincta 573. aut occultata eadem, ut Trojanorum, dein Romanorum Palladium, aut etiam Argivorum *ibid.* maxime quæ cœlo delapsa credebantur *ibid.* hinc eadem subinde velata 565. 588.
Simulacra Deorum fœdari haud una ratione solita 527. 528. inde eadem Athenis lunulis tecta 528. adpensa iis donaria *ibid.* iis demptis lota subinde earum simulacra *ibid.* a supplicibus adprehendi solita *ibid.* pollui ab his credita, & inde eadem lota 529. eadem lotionibus recreari, & propitia reddi censebantur 529. 530. tensis vel carpentis, anniversario festi seu pompæ die, & stato ritu offerri per urbem solita 565. 588. 721. simulacra Deorum, & Junonis quidem, ad speculum compta 547. 564. hinc eorundem ornatrices 547.
Simulacra numinum inquinata variis sordibus 755. Gentilium in iis colendis superstitio inde ab antiquis Christianis irrisa *ibid.*
Simulacra quædam apud Gentiles symbolica, & præsentia Numinis repleri credita, aut de divina natura participare 529. 586. 587. hinc pro Diis ipsis, aut Deorum instar habita & invocata 411. 588. eadem recondi in intimis sacrarii recessibus solita 587. semel in anno, aut nunquam, vel solis sacerdotibus conspicua *ibid.* totidem imagines annui Pontificis M. apud Hebræos ingressus, & reconditæ ibi cum Cherubinis Aræ, tanquam quæ essent Dei præsentiæ ibidem symbola *ibid.*
Sinis latro insignis Isthmicus, item Sciron & Procrustes 106. 107.
Sitis inextinguibilis, qualis adfectus 704. aquæ marinæ potu, aut esu viperæ sanatus *ibid.*
Smyrna ad mare sita, & παραλία dicta 289. ad discrimen alterius superioris urbis *ibid.*
Sol cursum sistens 253. an phrasi poetica id de Josuæ miraculo dictum *ibid.* alimentis cœlestibus sustentatus 484. e mari juxta Stoicos altus & incensus *ibid.* Solis equi, & eorum apud Poetas nomina 434. Sol Oriens quomodo ab Ægyptiis depictus *ibid.* Sol & Luna apud eosdem non bigis aut quadrigis, sed navigio vecti *ibid.*
Somnus alatus in veteri marmore 458.
Sors adhibita in consulendis Delphicis Oraculis 75.
Soteris nomen Ptolemæo Lagi a Rhodiis datum 432. in nummis ac in monumento Adalitano, de illo & uxore Berenice, ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ *ibid.*
Spectio avium & *spicere*, voces augurales 625. 626.
Speculum consulendi quis usus olim vetitus 543. Veneri, non Palladi tributum 542. 547. specula veterum metallica ex ære, argento 544. 548. 549. item e carbunculis 549. e vitro 550. eaque plana, gibbosa concava *ibid.* pelves pro speculis in

in pompa Alexandri Dionysiaca *ibid.*
Stellæ transilientes seu Ἀφέστηκοτες 354. quales eædem, & varia earum apud Græcos nomina *ibid.* arcana inde mysteria apud Gentilium hariolos 355.
Sterilitas agris a Diis immissa in ultionem scelerum 223.
Succenturiati ad athletica certamina, Ἐφεδροι 419.
Συνίζησις frequens apud poetas Græcos 40.

T.

Θ in σ mutare Lacones soliti, σιὼ, παρσένε, pro θεὼ, παρθένε &c. 668.
Θαλύσια, festum in honorem Cereris 649.
Taurus maxima victima 96. an Jovi, quod negat Servius, mactatus *ibid.*
Taygetus Laconicæ mons Dianæ sacer 257. 370. Taygeti canes optimi *ibid.*
Telchines mari orti, & a Cyclopibus diversi 348. insignes fabri *ibid.* magi quoque habiti, & unde dicti *ibid.*
Telephus cum matre Auge cistæ in mare abjectæ inclusus 369. in monte Arcadiæ Parthenio expositus, & a cerva nutritus *ibid.* in eodem juxta Panem cultus *ibid.*
Templa Gentilium haud immundis pedibus adeunda 115. & ab iis, qui mente puri sunt & purgati 116. templa Deorum nominibus dicta 777. aut formatis indevocibus, ut Μητρῶον, Ἡραῖον, Ἀρτεμίσιον &c. *ibid.*
Templum Dianæ Ephesiæ an ab Amazonibus, vel a Crœso indigena, vel a Ctesiphonte seu Chersiphonte extructum 300. 301. ab Herostrato combustum 301. aliud a Dinocrate conditum *ibid.* in solo palustri, & prope Dianæ signum ab Amazonibus erectum *ibid.* duo Selinuntes fluvii ædem præterlabebantur *ibid.* utraque ædes vetus & nova celebrata 301. 302. an prior tota Herostrati incendio perierit *ibid.* ædis valvæ e cupresso quamdiu durarint 302. alia quæ illi templo celebritatem adderent, donaria, jus asyli, sacrorum ritus, ludi, agones &c. *ibid.* thesauri ejusdem ac divitiæ 303. an illud a Lygdamo incensum *ibid.*
Temporum felicitas in nummis 724. 725. 727. quibus symbolis ibi adumbrata *ibid.*
Terpander Lesbius nomos ad tibiam simul & ad citharam docuit 297. 298.
Terra eadem cum Rhea 13. terræ motus *brasmatias* dictus 350.
Terriculamenta infantium, fuliginosi Cyclopes, lamiæ, larvati famuli 175. 176. 177. 178.
Tethys Titanis 333. dicta modo terra nutrix, modo Oceanus 333. quid per eam intellexerint Gentilium Theologi *ibid.*
Tetrachordon præter citharam, de aliis dictum 425.
Thebarum fontes Dirce, Strophie, Oedipodius 375. Θήβη & Θῆβαι urbs dicta 379. nummus ejusdem cum clypeo *ibid.* origo nominis Phœnicia, eaque multiplex tradita 379. 380. nova adlata a voce Hebræa vel Phœnicia *thaba* h. e. *desiderium*, *appetitus*, & ratio illius appellationis *ibid.* situs opportunitas, ac soli amœnitas, horti, fontes *ibid.*

Thebæ ter eversæ & restauratæ 381. denuo eversa urbs inferior, præter delubra *ibid.* Strabonis ævo vix urbis species relicta *ibid.* a Thebis conditis, ad easdem ab Argivis captas, anni CCXXIX. 638.

Thera Ægæi maris insula 92. colonia in eam a Spartanis deducta 93. duces illius coloniæ 93. 94.

Thesmophoria in honorem Cereris, quibus in locis acta 650. ex Ægypto in Græciam primum illata, juxta Herodotum *ibid.* instituta in memoriam latarum a Cerere legum, & datarum hominibus frugum 678. a Triptolemo instituta 680. a solis mulieribus peracta 654. acclamationes mulierum Θεσμοφοριάζουσῶν apud Aristophanem 654. umbellæ seu σκιάδες ab iis gestata 664. mulieres humi jacentes in Thesmophoriis 658. Thesmophoria, nocturna sacra 664. mense Pyanepsione Athenis celebrata *ibid.* Νηφάλια eadem Thesmophoria 671. 672. joci & dicta in iisdem, neque ea proinde tota in luctu transacta 676. tertius solus dies νηστεία, seu *jejunium* dictus *ibid.*

Thespienses, ad quos Minerva profecta dicitur 594. antiquus horum nummus *ibid.* Cupidinis cultu & signo nobilitatæ Thespiæ *ibid.*

Thessalia equis abundans 407. pecoribus, bobus & pascuis ferax *ibid.* quatuor celebriores Thessaliæ fluvii in Peneum confluunt *ibid.* Thessalicæ Nymphæ *ibid.*

Thracia ventorum habitaculum 344. 366. Thraces cum Dacis confusi 397.

Tibiarum gravis sonus 293. tibiæ ex hinnulorum, cervorum, elephantis, aut asinorum etiam ossibus 294. perforata eadem ossa, unde *perforatæ* dictæ tibiæ 295. eædem ex arundine, buxo, loto Libyca 294. 295. tibiæ inventum Minervæ habitum 295. vel Marsyæ, Olympi, Hyagnidis, Seriti 295. 296. tempus repertæ tibiæ 296. tibiæ Phrygiæ in honorem Matris Deum 297.

Tibiæ cum cithara concentus 470. hinc tibia citharistica 471. quæ utriusque organi communio a Platone improbata 421. 471. 473. Thebani tibiis delectati 473. tibiæ obliquæ, seu plagiauli 474. Sarranæ seu Tyriæ *ibid.* item γίγγροι, γίγγραι 474. tibia recta Phrygum inventum 474. hinc tibiæ Phrygiæ & Berecynthiæ *ibid.* eæque in honorem Matris Deum 297. tibiæ ac tibicines vel tibicinæ, ex Asiatico luxu Romam inductæ 475.

Tiresias Euerides, seu Eueri filius 603. sitiens, hausta de Thelphussa aqua mortuus 601. nudam lavantem Minervam videt 602. an solus hanc fabulam e Græcis tradiderit Callimachus 602. 604. inde oculis, & quidem Minervæ manibus orbatus 604. 607. excæcati ejusdem variæ aliæ caussæ traditæ 605. eadem fabula ad Mosem, de monte velato capite descendentem, aliunde relata *ibid.*

Tiresias augurandi artem a Minerva edoctus 619. diversa ea de re narratio *ibid.* Jovis eximius Propheta a Pindaro dictus *ibid.* pro cæcitate, mentis lumen & futura prospiciendi facultas data 620. verax augur dictus 622. ejus apud Bœo-

Bœotos oraculum 638. Tireſias expugnatis Thebis ab Argivis Epigonis captivus abductus, in via deceſſit *ibid.* longævus, qui ſeptem aut novem ætates vixerit 638. 640. 641. an Lajo *æquævus ſacerdos* dici potuerit *ibid.* Tireſias etiam haruſpicinæ opera vaticinatus 639. ei poſt mortem providæ mentis donum datum 641.

Titanes Cœlo ac Tellure ſati 332. gigantes & gigantum poſteri 436.

Trifolium, quo paſtæ in Junonis prato Dianæ cervæ 245. trifolium Medicum optimum jumentorum & pecorum pabulum *ibid.*

Trigonon, inſtrumentum Muſicum a Syris repertum 474. 475.

Triopium in Caria 430.

Triops, diverſa de ejus parentibus traditio 429. Coi Rex & Meropis pater *ibid.* hinc *Triopis collis* de Coo *ibid.*

Tripodes paſſim in Græcis Romaniſque nummis ſignati 385. 386. 387. 394. in nummis Delphorum & Phocidos 387. 388. quandoque cum Apolline tripodi inſiſtente, aut cum Delphino, & corvo 387. tripodes menſarum loco, 390. 392. multiplex eorum uſus, & varia eorundem Diis dedicatorum ratio *ibid.* Iſmenio Apollini apud Thebanos dicati 391. tripodes quadranguli, iiſque argentei, etiam aurei & gemmati, in pompa Philadelphi Dionyſiaca 391. 392. conſueta victorum in Dionyſiis aliisve agonibus præmia 385. 392. Baccho & Apollini tripodes conſecrati 392.

Tripus fatidicus Apollini Delphico proprius 383. 384. 385. *communis Græciæ tripus* dictus 385. idem non tripus, ſed τετράπους Jamblicho, & cum menſa quadrupede confuſus 386. an Arcæ quadrangulari ſimilis *ibid.* tripus τρίοψ a Pythagoræis dictus 387. ejus operculum perforatum, cui inſidebat oracula editura Pythias, dictum ἐπίθεμα, ὄλμος, κύκλος 389. 390. an tres Triopæ filiæ in tripodis Delphici ſchemate ſculptæ 392. tripus Delphicus, an menſæ τετράποδι in Moſaico Tabernaculo ſimilis 385. an a voce Orientali *taripa* vel *teripa* ſeu *ſcientia* aut *ſpiritu Magiæ* profluxerit 392.

Troezeniorum antiqui Reges 355. Troezen Saroniæ 358. portus ejus πῶγων dictus *ibid.*

V.

Vannus Bacchi myſtica, in qua recondita occulta ejus ſacra 495. 732. vanniferi in pompa Philadelphi Dionyſiaca *ibid.* Bacchi vannus myſtica ſerpente circumdata in antiquis nummis, & ejus rei ratio *ibid.* vanniferi quoque in aliorum Deorum ſacris, ut in Cereris Theſmophoriis, & Minervæ Panathenæis 732. 733. vanni diverſæ a caniſtris ibidem prælatis 732.

Vates futura non ſolum, ut præſentia, ſed etiam ut præterita enarrant 438.

Vaticinia divino furore proferre coacti fatidici 381. 382. unde ii ἔνθεοι, θεοφόρητοι, θεόληπτοι &c. dicti 382. vaticinia a Deo ſolo, non ab aliis organis pendere 401. vaticinia per ſortes reddita 74.

Ὑδροφόρια Athenienſium & Ægi-

netarum festum 577. Ὑδροφόροι virgines apud Athenienses, in Jovis Διπολίων festo *ibid.*
Venationes ferarum, jaculis, venabulis, gladiis, tendiculis, sagittis, speculis etiam, aliisque artibus olim usitatæ 185. venandi usus inter rudimenta militiæ 220.
Venatores Dianæ vota faciebant, & prædæ partem dicabant 138. 139.
Venti ariis & sacris apud Persas & alibi culti 344. 346.
Venus Σωτὴρ & Σώτειρα in antiquis monumentis dicta 391. item portuum amans 158. *stella Junonis* dicta 546. Veneris in Delo advectum e Creta simulacrum 512. idem ligneum *ibid.* Deæ illius in Delo & Cycladibus cultus *ibid.* Veneris in coma componenda studium 551. 565. dicta aureo vel eburneo pectine eam in rem usa 565. incompta in luctu Paridis 537.
Vergiliarum occasus, principium hyemis, ac finis autumni 99.
Vertagi seu leporarii & veloces Gallorum canes 197.
Vesta in Græcorum Prytaneis culta 523. 734. 735. ejus simulacra in intima eorum, uti & privatorum ædium parte 735. hinc ara ejus penetralis *ibid.* a *Vesta incipiens*, proverbium, & unde dictum *ibid.* mulieribus ad eadem Vestæ sacra in Prytaneis Græcorum aditus *ibid.*
Vesta insularum Delus, ac unde dicta 522. 523. Vesta *Communis*, *Patroa*, *Domestica*, 714. juvenca eidem immolata, & quare 715. 738. eadem non victimis aut incensis, sed viridi gramine antiquitus culta *ibid.* oves eidem in Arvalibus immolatæ 716. Vesta eadem quæ Tellus & Ceres *ibid.* *Vestæ delicium asinus* cur a poeta dicitur *ibid.*
Vestes Θεωρικαὶ, seu in sacris Græcorum legationibus splendidæ 516. vestium varia ornamenta, fimbriæ, limbi, virgæ 136. 137. eadem texta, assuta, pendula, ac unde constarent 138.
Victimarii Athenis e familia Δαυλωνιδῶν 568.
Vini cum aqua mixtura qualis apud veteres fuerit 582. Græci præ barbaris moderati in vini potu *ibid.* vulgo vinum cum aqua temperarunt *ibid.*
Virgines coactæ apud Gentiles castitatem servare 128. nubiles zona cinctæ, eadem nupturis adempta 140.
Virtus juxta Platonicos non naturæ aut institutionis, sed Deorum munus 45.
Vita secundum virtutem beata 43. 44.
Vittæ virgineæ, quibus revinctæ simplici cultu virginum comæ 661. a mulierum vittis distinctæ *ibid.* vestigia ejus rei in monumentis antiquis 662. vittis redimitæ Cereris sacerdotes 662. 663. non item pompæ Cerealis, seu procedentis calathi comites 731.
Ululare, quandoque pro *exultare* & in gaudio dictum 479.
Umbellæ a mulieribus in sacris Eleusiniis & Thesmophoriis gestatæ 652. 664. aut iis prælatæ a pediseques 733.
Unguenta e variis aromatibus composita 71. 72. alia simplicia, & alia quæ ex odoribus mixta 539. 540. postrema necdum in usu Iliacis temporibus *ibid.* unguentum & oleum una tantum voce apud Hebræos dicitur 539. unguenta

guentâ mixta Veneri non Minervæ propria *ibid.* virgines eorundem olim expertes *ibid.* eorum usus in mulieribus ac viris reprehensus 539. 540. vasa unguentaria, & varia eorum nomina 540. 541. unguenta alia ad illitus, alia ad unctiones 542. mixta unguenta conficiendi ratio & labor *ibid.*

Urbes & montes sæpe ὁμώνυμοι *Sipylus*, *Ætna*, *Eryx* &c. 200. urbes variæ, quæ ἱεραὶ seu *sacræ* in earum nummis dictæ 321. urbes Deorum præsentia protegi dictæ 342. urbium Dii Conservatores, πολιεῖς, πολιοῦχοι &c. 220. urbes ob admissa scelera a Diis deletæ, aut calamitatibus adflictæ 220. 221.

Urbium conditores aut coloniarum deductores, soliti Oraculum Delphicum prius consulere 79. de loco opportuno, quo duce, quibus legibus *ibid.* inde locum metiri 70. 80.

Vulcanus cum incude, forcipe, malleo, pileo, in antiquis nummis & marmoribus 32. 164. 556. REX ARTIS, nempe fabrilis, in nummo 32. 178. ei & Minervæ artium cultores sacra facientes *ibid.* in nummo Liparæ signatus 162. sedes ejus in eadem Lipara & in Lemno tradita *ibid.* *Rex* & *Deus Ætnæus. vide* Ætna: simulacra ejus prope caminos collocari solita 171. 132. simulacrum ejus pygmæi imagine 172.

X.

Xanthus Lyciæ fluvius & urbs primaria 356. in eo fluvio ablutus a partu Apollo, ac inde ei sacer idem fluvius 357. e sciſſo Lyciæ solo a Latona eductus *ibid.* Latonæ ibi templum *ibid.*

Z.

Z in σδ mutatur apud Æolas, Ζδὺς pro Ζεὺς 200.

Zonæ virginum nubilium, Veneri dicatæ 11. parturientium, Dianæ *ibid.*

FINIS.

TOULOUSE FACULTÉ DES LETTRES

ERRATA TYPOGRAPHICA
in Obſervationibus.

Pag. 6. *lin.* 9. *à fine*, lege jactabundi. *pag.* 9. *lin.* 19. *a fine*, *dele* etiam. *pag.* 11. *fin.* 21. *lege Ep.* v. *p.* 16. *l.* 4. *a fine* λιμνον. *p.* 22. l. 13. Curetas. *p.* 28. *l.* 11. *dele* etiam. *p.* 29. *l.* 18. φήμας. *p.* 30. *l.* 10. ac inde. *p.* 35. *l.* 5. Σκοπόν. *p.* 42. *l.* 11. *a fine* & Proclus in Platonis Theol. *p.* 53. *l.* 8. Pentheus impius, ac proinde Baccho. *p.* 56. *l.* 23. Od. IV. p. 231. *p.* 63. *l.* 11. *a fine* ἔνδυτον. *p.* 76. *l.* 1. in Pluto. *p.* 86. *l.* 18. *& ſequ. bis eadem hic typothetarum incuria irrepſêre; unde dele priora illa* Immo ipſe hic Callimachus *uſque ad verba lin.* 22. Ipſe autem Callimachus &c. *p.* 102. *l.* 10. traditur Metam. *Ibid. l.* 15. *a fine* καρνείᾳ Apollinis. *p.* 116. *l.* 15. Θυσιάδες. *p.* 121. *l.* 9. *a fine* Dithyrambos & Ἰοβάκχας. *p.* 127. *l. ult.* cœlites *p.* 161. *l.* 26. meipſi. *p.* 236. *l.* 18. *a fine* κάπρος, σύαγρ@ *& in ead. lin. ſupple* Heſychii verba &c. *p.* 246. *l.* 6. Boryſthenitis. *p.* 255. *l.* 5. *a fine* acceptas. *p.* 258. *l.* 1. ἰλλὰς. *p.* 271. *l.* 6. *a fine* Hypſei. *p.* 276. *l.* 20. illa otioſus aburatur. *p.* 278. *l.* 14. dentes adſervantur. *p.* 302. *l.* 4. valvæ illius ædis e cupreſſu. *p.* 341. *l.* 8. *a fine* Cnidum Thaſum. *p.* 347. *l.* 4. *adde* montes ſpectat. *p.* 348. *l.* 8. inſigni harum. *p.* 354. *l.* 12. *a fine* Achilles Statius. *p.* 415. *l.* 26. μονάμπυκας. *p.* 436. *l.* 21. *a fine* aut Εσπέραν τόπας. *p.* 467. *l.* 13. *a fine* ἔννυχα. *p.* 493. *l.* 1. proſcicias. *p.* 507. *l.* 15. *a fine*, *adde* comæ primitias. *ibid. l.* 12. *a fine* Lucianus de Dea Syria. *p.* 508. *l.* 19. ἀιμακυρείαι. *p.* 520. *l.* 18. Ælianus *adde* de Animalib. l. XI. cap. VIII. *p.* 531. *ult. l.* λωτροτόροι. *p.* 563. *l.* 7. poſt verba cum copioſo oleo *adde* aliam cum exiguo, aliam prorſus ſine oleo; quæ *ficta* &c. *quæ a typothetis ob repetitam ibi vocem* oleo *omiſſa*. *p.* 568. l. 19. Alæenſes. *p.* 572. l. 21. Στρωματίας. *p.* 605. *l.* 15. ex una ejus Tetralogia. *p.* 618. *l.* 15. *& a fine l.* 11. Actæonis. *p.* 646. *l.* 13. *a fine*, lota Almone. *p.* 659. *l. penult. dele* in veſtibulis ædium *& repone ante in linea ante* ſpectatores flagitabant. *p.* 660. *l.* 2. Sam. VI. 3. *5*. *p.* 667. *l.* 12. Cariæ prope Nyſam. *p.* 671. *l.* 15. *poſt* denotat adde abigentum; & quæ eadem ratio &c. *dele ibi parentheſin*, *ibid. l.* 9. *a fine* ſeu mœſtiſſima. *p.* 675. *l.* 22. Inde non *Enna* aut Ἔννα. *p.* 677. *l.* 5. mœſtiſſimam. *p.* 688. *l.* 15. *a fine* ἀμφήκης γένυς. *Ibid.* Electr. v. 488. *p.* 719. *l.* 10. *a fine* ὁμωρόφιον γίγνεσθαι. *Ibid. l. penult.* ὁμωρόφι@. *p.* 720. *l.* 17. *a fine* ᾧ ὁμωρόφιος. *p.* 724. *l.* 10. *a fine* l. pag. 87. *p.* 730. *l.* 10. *a fine* ſi calcei ſint ex corio. *p.* 732. *l.* 5. *a fine* Nonius.

FACULTÉ DES LETTRES DE TOULOUSE

